A10,057

BIBLIA SACRA,

SIVE

Testamentum Vetus et Novum

EX LINGUIS ORIGINALIBUS

IN

LINGUAM LATINAM

TRANSLATUM,

À

SEBASTIANO SCHMIDT.

ARGENTORATI,
MDCXCVI.

AD FIDEM EXEMPLARIS ANNOTATIONIBUS EMANUELIS SVEDENBORGII MANU SCRIPTIS LOCUPLETATI,
QUOD HOLMIÆ IN BIBLIOTHECA REGIÆ ACADEMIÆ SCIENTIARUM ASSERVATUR,
OPE LUMINUM SOLIS DESCRIPTUM ET DELINEATUM

EDIDIT

RUDOLPHUS LEONARDUS TAFEL.

NEW CHURCH
DEC 15 1937

HOLMIÆ.

SW204
Hy504
cop.1

PRAEFATIUNCULA EDITORIS.


EXEMPLAR hujus operis manu ipsius Svedenborgii notis instructum, quod Holmiæ in Bibliotheca Academiæ Scientiarum invenitur, non integre ad nos pervenit; quippe quod non solum multæ paginæ Geneseos (pp. 17—58, p. 63), Exodi (pp. 64—104), Levitici (pp. 209—240), Jesaiæ (pp. 521—524, 534—536), Jeremiæ (pp. 537—551, 562—577, 580—583, 588—591), Ezechielis (pp. 618—633, 636—657), deperierunt, sed etiam quædam earum ipsarum quæ superstites sunt plagularum, (videlicet Jes. pp. 480—485, Jer. pp. 596—599, Ezech. pp. 607, 608, 613—617, 634, 635,) quoad extremam partem marginis cultro sunt præsectæ, et ob eandem causam mutilatæ. Ne nostra transscriptio photolithographica integritate careret, paginas illas quæ desunt, ex alio exemplari, quod benigne nobis præfectus bibliothecæ Regiæ Holmiensis in usum tradidit, desumpsimus; notas vero mutilatas ingenio et eruditioni lectorum restaurandas relinquimus.

Illos solum libros transscribendos curavimus, quos ex ipso Verbo Dei esse, Svedenborgius docet in Arcanis suis Cœlestibus (n. 10,325) "Libri Verbi sunt omnes illi qui sensum internum habent; qui autem non habent, non sunt Verbum. Libri Verbi in Veteri Testamento sunt quinque Libri Mosis, Liber Josuæ, Liber Judicum, bini Libri Samuelis, bini Libri Regum, Psalmi Davidis; Prophetæ, Esaias, Jeremias, Threni, Ezechiel, Daniel, Hoseas, Joel, Amos, Obadias, Jonas, Michah, Nahum, Habakuk, Zephanias, Haggai, Zacharias, Malachias: et in Novo Testamento, quatuor Evangelistæ, Matthæus, Marcus, Lucas, Johannes: et Apocalypsis." His addidimus libros Ruth, Ecclesiastæ et Cantici Canticorum, quia notis illos ipse instruxit Svedenborgius. Ceterum est miserandum, quod societas photolithographica mandata non exhausit, nec binos Samuelis libros in exemplaria transscripsit; editore absente hoc accidit, quem post opus inchoatum in Angliam proficisci necesse erat.

Domino Theodor Müllensiefen, Theodorshofiæ in Helvetia, ad Campos Rheni sita, habitanti, gratias quam maximas agimus quod liberalitate effecit, ut editionem illam, quæ Fac simile vocatur, foras daremus.

DATUM LONDINI, 1872.

BIBLIA SACRA
SIVE
TESTAMENTUM
VETUS ET NOVUM
EX
LINGUIS ORIGINALIBUS
IN
LINGUAM LATINAM
TRANSLATUM,
ADDITIS CAPITUM SUMMARIIS
ET PARTITIONIBUS,
à
SEBASTIANO SCHMIDT, SS.TH.D.
Argent. Univerſit. Prof. Sen. Convent. Eccl. Præſide,
& Cap. Thom. Præpoſito.
CUM PRIVILEGIIS.



ARGENTORATI,
Sumptibus JOH. FRIDERICI SPOOR, Bibliop.
M DC XCVI.

GENESIS.

CAPUT I.

Initium Operum DEI, v. 1. I. Terra & Aquarum, v. 2. II. Lucis, v. 3. III. Expansi, v. 6. IV. Collectionis aquarum, v. 9. V. Luminarium & stellarum, v. 14. VI. Piscium & avium, v. 20. VII. Animalium terrestrium, v. 24. VIII. Hominum, maris & fœmina, v. 26.

IN principio [a] creavit DEUS cœlum & terram.

2. Terra autem facta est vasta & inanis, & tenebræ fuerunt super faciebus abyssi. Tum vero spiritus DEI movebat se super faciebus aquarum:

3. Et dixit DEUS; Fiat lux: & facta est lux.

4. Quumque DEUS videret, bonam esse lucem: distinxit (*idem*) DEUS inter lucem & inter tenebras.

5. Et vocavit DEUS lucem, Diem: tenebras autem vocavit, Noctem. Atque (*sic*) facta est vespera, & factum est mane; dies primus.

6. Postea dixit DEUS; [b] Fiat expansum in medio aquarum: & sit dividens inter aquas & aquas.

7. Et fecit DEUS expansum, & distinxit, inter aquas, quæ essent sub expanso, & inter aquas, quæ essent supra expansum: factumque est ita.

8. Vocavit autem DEUS Expansum, Cœlum. Atque (*sic*) facta est vespera, & factum est mane; dies secundus.

9. Posteà dixit DEUS; [c] congregentur aquæ sub Cœlo ad locum unum, & appareat arida: & factum est ita.

10. Et vocavit DEUS aridam, Terram; congregationem autem aquarum vocavit maria. Viditque DEUS, quod bonum (*istud.*)

11. Tum dixit DEUS; progerminet terra gramen; herbam seminificantem semen, lignum fructus, faciens fructum secundum speciem suam, cujus semen sit in eo super terra: Et factum est sic.

12. Produxit enim terra gramen, herbam seminificantem semen secundum speciem suam; & lignum faciens fructum, cujus semen in eo secundum speciem ipsius: viditque DEUS, quod bonum.

13. Atque (*sic*) facta est vespera, & factum est manè; dies tertius.

14. Post dixit DEUS; [d] Fiant luminaria in expanso cœli, ad distinguendum inter diem, & inter noctem: & sint in signa, & in stata tempora, & in dies & annos.

15. Et sint in luminaria in expanso cœli, ad dandum lucem super terram. Et factum est sic.

16. Fecit itaque DEUS duo luminaria magna: luminare majus in dominium

a) Joh. 1. 1. Col. 1, 16. Psal. 33, 6. Hebr. 11, 3.

b) Jer. 10, 12. Psal. 136, 5. 147, 4. 104, 3.

c) Job. 38, 8. Psal. 33, 7. 104, 9.

d) Psal. 136, 7.

nium diei, & luminare minus in dominium noctis, & stellas.

17. Et posuit ea DEUS in expanso cœli, ad dandam lucem super terram:

18. Et ad dominandum in diem, & in noctem; & ad dividendum inter lucem, & inter tenebras: viditque DEUS, quod bonum *(hoc esset.)*

19. Atque *(sic)* facta est vespera, & factum est manè; dies quartus.

20. Porrò dixit DEUS: repere faciant aquæ reptile, animam viventem: & avis volitet super terram, super faciebus *(nimirum)* expansi cœlorum.

21. Ita creavit DEUS cetos magnos: & omnem animam viventem repentem, quam repere fecerunt aquæ, juxta species illarum; & omnem avem alatam juxta speciem ejus, viditque DEUS, quod bonum *(hoc esset.)*

22. Ideò benedixit eis DEUS, dicendo: fructus facite, & multiplicamini, & implete aquas in maribus; & avis multiplicet se in terrâ.

23. Atque *(sic)* facta est vespera, & factum est manè; dies quintus.

24. Post dixit DEUS; Producat terra animam viventem secundum speciem *(quamq;)* suam; *(nimirum)* bestiam, & reptile, & feram terræ, secundum speciem suam: & factum est sic.

25. Fecit namque DEUS feram terræ secundum speciem *(quamq;)* suam; & bestiam secundum speciem *(quamq;)* suam; & omne reptile terræ secundum speciem *(quodq;)* suam: viditque DEUS, quod bonum *(esset hoc omne.)*

26. Tandem dixit DEUS; Faciamus hominem in imagine nostra, secundum similitudinem nostram: & dominentur in piscem maris, & in avem cœli, & in bestiam, & in omnem terram, & in omne reptile, quod repit super terra.

27. Creavit itaque DEUS [c] hominem in imagine suâ; in imagine *(inquam)* DEI creavit eum, masculum & fœminam creavit eos.

28. Et benedixit ipsis DEUS, [f] & dixit ipsis DEUS; fructus facite & multiplicamini, & implete terram, & subjicite eam: & dominamini in piscem maris, & in avem cœli, & in omne animal repens super terra.

29. Præterea dixit DEUS; Ecce dedi vobis omnem herbam, seminificantem semen, quæ super faciebus totius terræ, & omne lignum, in quo fructûs ligni, seminificans semen: vobis erit *(omne hoc)* in [g] cibum.

30. Omni autem bestiæ terræ, & omni avi cœli, & omni repenti super terrâ, in quo est anima vivens, *(dedi)* omne olus herbæ in cibum: & factum est ita.

31. Tum vidit DEUS omne, quod fecit, [h] & ecce bonum *(erat)* valdè: & facta est vespera, & factum est mane; dies sextus.

CAP. II.

I. Quies & sanctificatio diei septimi, v. 1. II. Ordinis naturæ institutio, v. 4. tum quoad pluviæ generationem, v. 6. tum quoad Adami creationem, v. 7. tum quoad Paradisi plantationem & possessionem, v. 8. tum quoad mulieris ædificationem v. 18. tum quoad conjugij institutionem, v. 22. tum quoad hominum habitum, v. 25.

ABsoluti itaque sunt cœli & terra, & omnis exercitus eorum.

2. Quumque absolvisset DEUS in die septimo opus suum, quod fecit: quievit in die septimo ab omni opere suo, quod fecit.

3. Et benedixit DEUS diei septimo, & sanctificavit eum: quia in eo quievit [a] ab omni opere suo, quod creavit DEUS faciendo.

4. Hæ sunt *(porrò)* generationes cœli & terræ, quum creata sunt: quo die fecit JEHOVAH DEUS terram & cœlum.

5. Omne virgultum agri nondum erat in terra; & omnis herba agri nondum germinabat; eò quòd nondum pluviam fecisset JEHOVA DEUS super terram, nec homo esset, ad colendum terram.

6. Tum vaporem ascendere fecit *(DEUS)* è terra: & irrigavit omnes facies terræ.

7. Formavitque JEHOVAH DEUS hominem, pulverem de terra; & inspiravit in nares ejus animam vitarum; & factus [b] est homo in animam viventem.

8. Sed & plantavit JEHOVAH DEUS hortum in Eden ab oriente: & posuit ibi hominem, quem formaverat.

9. Ubi etiam progeminare fecit JEHOVAH DEUS de terra omne lignum desiderabile aspectu, & bonum in cibum: arborem autem vitæ *(post dictam)* in medio horti, & arborem scientiæ boni & mali.

10. Et fluvius exivit ex Eden, ad irrigandum hortum: inde verò *(posteà)* separatus est, & factus in quatuor capita *(fluvios.)*

11. Nomen primi est [c] Pischon: hic circumdat totam terram Chavilah; ubi est aurum.

12. Et aurum terræ hujus est optimum: ibidemque est Bdellium, & lapis Schoham *(onyx.)*

13. Nomen autem fluvii secundi est Gichon: hic circumdat totam terram Cusch *(Æthiopiam.)*

14. Nomen porrò fluvii tertii est Chiddekel, qui abit versus Orientem Assyriæ: fluvius tandem quartus est Euphrates.

15. Sumsit itaque JEHOVA DEUS hominem: & posuit eum in hortum Eden ad colendum, & custodiendum eum *(sibi.)*

16. Sed præcepit tamen JEHOVAH DEUS *(mox)* homini, dicendo; de omni arbore horti comedendo comedes.

17. At de arbore scientiæ boni & mali; de hac *(inquam)* non comedes: quia quo die comedes de eâ, moriendo morieris.

18. Cæterum dixit JEHOVAH DEUS; Non est bonum esse hominem solitarium: faciam ipsi auxilium pro ipso.

19. Quum enim formasset JEHOVAH DEUS è terra omnem bestiam agri, & omnem avem cœli, adduxissetque ad hominem, ad videndum, quomodo vocaret singula; ut omne, quo vocaret singula homo, animam *(sc. quamque)* viventem, id nomen ejus esset:

20. Vocavissetque homo nomina omnibus bestiis, & avibus cœli, ac omnibus feris agri; homini verò nondum inveniisset auxilium pro ipso:

21. Tum *(deniq;)* cadere fecit JEHOVAH DEUS somnum gravem super hominem, ut obdormiret; sumsitque unam de costis ejus; & inclusit carnem pro eâ;

22. [d] Ædificavitque JEHOVAH DEUS costam, quam sumserat de homine, in mulierem; & adduxit eam ad hominem.

23. Dixit verò homo; hæc, vice hac *(adducta,)* est os de ossibus meis, & caro de carne mea: huic vocabitur *(nomen)* ISCHAH, Ischah *(mulier)* quia de ISCH, Isch *(viro)* sumta est hæc.

24. [e] Propterea derelinquet vir patrem suum & matrem suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt in carnem unam.

25. Fuerunt autem ambo nudi, homo & uxor ejus: neque pudoris causam habebant.

CAP. III.

I. Tentatio hominum a serpente usque ad utriusque lapsum. v. 1. II. Examen lapsorum à DEO institutum, v. 8. III. Sententia DEI serpenti & hominibus dictata, v. 14. IV. Hominum è paradiso expulsio, v. 22.

VErumenimverò serpens factus est *(per diabolum ingressum)* astutus præ omni fera agri, quam fecerat JEHOVAH DEUS. Hic itaque dixit ad mulierem; Etiam *(hoc ex invidia est)* quod dixit [a] DEUS; non comedetis de omni arbore horti.

2. Quumque diceret mulier ad serpentem; de fructu *(omnis)* arboris horti comedemus;

3. Tantum de fructu arboris, quæ in medio horti est, dixit DEUS; non comedetis de eo, neque tangetis eum, ne moriamini:

4. [b] Dixit serpens ad mulierem; non moriendo moriemini.

5. Quin novit DEUS, quod, quo die comederitis de eo, aperientur oculi vestri: tumque eritis sicut DEUS, scientes bonum & malum.

6. Vidit *(consideravit)* itaque mulier, quod bona *(per se)* esset arbor in cibum, & quod appetibilis oculis, *(imprimis)* autem desiderabilis ad dandum intellectum: ideoque sumsit de fructu ejus, & comedit: deditque etiam viro suo secum, qui *(etiam)* comedit.

7. Verum aperti sunt oculi amborum; & cognoverunt [c], quod nudi *(facti cum pudore essent)* ipsi: ideò consuerunt folium ficus, & fecerunt sibi cingula.

8. Cumque *(mox)* audirent vocem Jehovæ Dei, ambulantis in horto, tempore auræ diei: occultavit se homo, & uxor ejus *(ex timore)* coram Jehovah Deo, in medio arborum horti.

9. Sed clamavit Jehovah Deus ad hominem; dixitque illi; Ubi tu es?

10. Qui dixit: vocem tuam audivi in horto: ideò timui mihi, eò quod nudus sim, *(cum pudore,)* & occultavi me.

11. Tum verò dixit *(Jehovah;)* quis indicavit tibi, quod nudus sis *(cum pudore?)* Num de arbore, de qua præcepi [d] tibi, ut de ea non comederes, comedisti?

12. Et dixit homo; *(ita est: nam)* mulier, [e] quam dedisti *(esse)* mecum; hæc *(inquam,)* dedit mihi de arbore, & comedi.

13. Tum ergo dixit Jehovah Deus mulieri; Quare hoc fecisti? at mulier dixit; serpens decepit me, & comedi.

14. Tandem itaque dixit Jehovah Deus ad serpentem; Quia fecisti hoc, maledictus esto præ omnibus bestiis, & præ omnibus feris agri: super ventre tuo ambulabis, & pulverem comedes omnibus diebus vitæ tuæ.

15. Quin inimicitiam ponam inter te & inter mulierem, & inter semen tuum, & inter semen ejus; hoc conculcabit tibi *(calcaneo)* caput; tu autem lædes illud *(tantum quoad)* calcaneum.

16. Ad mulierem *(tamen etiam)* dixit; multiplicando multiplicabo dolorem tuum, & conceptum tuum; cum dolore *(nimirum)* paries filios: præterea que sub viro tuo erit desiderium tuum, hicque dominabitur [f] tibi.

17. Homini verò dixit; quia obtemperasti voci uxoris tuæ, ut comederes de arbore, de qua præcepi tibi, dicendo; non comedes de ea: maledicta esto terra propter te; in dolore comedes ex eâ omnibus diebus vitæ tuæ.

18. Nam spinam & tribulum germinabit tibi, & *(tum demum)* comedes herbam *(fruges)* agri.

19. *(Atq;)* sic in sudore vultus tui comedes panem, donec redeas in terram; quia sumtus es de eâ: pulvis enim es, & in pulverem redibis.

20. Cæterum vocaverat homo nomen uxoris suæ, Chavah: quia futura esset mater omnis Chaj *(h. e.)* viventis *(hominis.)*

21. Fecit verò Jehovah Deus homini & uxori ejus tunicas pellis, & vestivit illos.

22. Quoniam verò dixit Jehovah Deus *(apud se;)* Ecce homo fuit sicut unus ex nobis *(personis divinis,)* sciendo bonum & malum; *(& tamen peccavit;)* nunc ergo ne emittat manum suam, & sumat etiam de arbore vitæ, & comedat, ut vivat in æternum; *(emittamus eum è horto:)*

23. Ideò emisit eum Jehovah Deus ex horto Eden, ad colendum terram, unde sumtus erat.

24. Quumque expulisset hominem; habitare fecit ab oriente horti Edenis Cherubim, & flammam gladii hinc inde vertentis se, ad custodiendam viam ligni vitæ.

CAP. IV.

I. Kajini & Habelis nativitas. v. 1. II. Sacrificia. v. 3. III. Habelis cædes. v. 8. IV. Kajini examen à DEO institutum. v. 6. V. Sententia Judicialis. v. 11 VI. Sedes & genealogia. v. 16. VII. Schethi & Enoschi nativitas. v. 25.

Postea Adam cognovit Chavam uxorem suam: quæ concepit, & peperit Kajinum; dixit enim; Kanithi *(h. e. possedi)* virum, qui Jehovah est.

2. Addidit autem parere fratrem ejus Habel: qui factus est pastor gregis; Kajinus autem factus est cultor terræ.

3. Factum verò est à fine dierum, ut adferret Kajinus de fructu terræ munus Jehovæ.

4. Et Habel etiam ipse adduxit de primogenitis gregis sui, & de adipe eorum. Cumque respiceret, [a] Jehovah ad Habelem, & ad munus ejus;

5. Ad Kajinum autem, & munus ejus non respiceret: accensa est ira Kajino valde, adeò ut conciderent facies ejus.

6. Et cùm diceret Jehovah ad Kajinum; quare ira accensa est tibi? & quare conciderunt facies tuæ?

7. Nonne si benè feceris *(munus tuum propeccato,)* erit remissio: si verò non benè feceris, ad ostium peccatum est cubans quis? cujus *(etiam jamjam)* ad te est desiderium *(ad eadem allectans;)* sed tu dominare illi, *(nec consenti ut facias:)*

8. Dixit quidem *(hoc)* Kajinus ad Habel frattem suum. Nihilominus tamen factum est, quum essent in agro, ut surgeret Kajinus contra Habelem, fratrem suum, & [b] occideret eum.

9. Quando *(posteà)* dixit Jehovah ad Kajinum; Ubi est Habel, frater tuus? dixit *(Kajinus;)* non novi: num *(enim)* custos fratris mei ego?

10. Sed dixit *(Jehovah;)* quid fecisti? *(est)* vox sanguinum fratris tui clamantium ad me de terrâ.

11. Nunc itaque maledictus tu esto, de terra *(ejectus,)* quæ aperuit os suum, ad recipiendũ sanguines fratris tui, è manu tuâ.

12. Quando *(anim)* coles *(hanc)* terram, non perget dare, quod alias potest, tibi: *(ideoq;)* vagus & agitatus eris in terrâ *(aliâ.)*

13. Tum dixit *(demum)* Kajinus ad Jehovam; *(Ergone)* majus est delictum meum, quàm ut remittatur?

14. Ecce [c] ejecisti me *(de loco)* super faciebus terræ *(hujus,)* ita ut à faciebus tuis me abscondere cogar: unde vagus & agitatus ero in terra *(reliqua,)* ut quisquis offenderit me, occidat me.

15. Dixit ergo ipsi Jehovah; propterea quisquis occiderit Kajinum, septuplicem vindictam experietur. Sed & posuit Jehovah Kajino miraculum *(in confirmationem)*, quod non cæsurus esset ipsum, quisquis offensurus ipsum.

16. Exivit itaque Kajinus à faciebus Jehovæ *(è terra patria)*, & habitavit in terra Nod ab Oriente Edenis.

17. Ibi cognovit Kajinus uxorem suam, quæ concepit, & peperit Chanochum: cumque ædificaret urbem, vocavit nomen urbis juxta nomen filii sui Chanoch.

18. Natus autem est Chanocho Irad; & Irad genuit Mehujaël; & Mehujaël genuit Methuschaël; & Methuschaël genuit Lamechum.

19. Duxit autem sibi Lamechus *(primus omnium)* duas uxores: nomen prioris erat Adah, nomen verò alterius, Zillah.

20. Peperit autem Adah Jabalem: hic fuit pater habitantium in tentoriis, & cum pecoribus.

21. Nomen verò fratris ejus erat Jubal: hic fuit pater omnium tangentium *(pulsantium)* citharam & organum.

22. Sed Zillah etiam ipsa peperit Thubal Kajinum, artificem principem omnium elaborantium æs & ferrum: Soror autem Thubal-Kajini erat Naamah.

23. Tandem verò dixit Lamechus uxoribus suis; Adah & Zillah, audite vocem meam, uxores Lamechi, auribus percipite sermonem meum: quia virum occidi in vulnus meum, & *(insuper)* puerum in plagam meam *(per bigamiam)*.

24. Sed Septuplum vindicabitur Kajinus: ideò Lamechus septuagies septuplum.

25. Cognovit porrò Adam amplius uxorem suam: quæ peperit filium, vocavitque nomen ejus Scheth, h. e. Repositum: *(dixit enim;)* quia reposuit mihi Deus semen aliud loco Habelis, quem occidit Kajinus.

26. Sed & Scheth ipsi natus est filius; cujus vocavit nomen Enosch. Tunc cœptum est, invocare nomen Jehovæ *(publicè.)*

CAP. V.

Continuatur historia mundi & Ecclesiæ per Catalogum Patriarcharum ab Adamo, usq; ad Noachum & filios ejus: in quo est I. Adamus. v. 1. II. Schethus. v. 6 III. Enosch. v. 9. IV. Kenan. v. 12. V. Mahalaleel. v. 15. VI. Jared. v. 18. VII. Chanochus. v. 21. VIII. Methuschelachus. v. 25. IX. Lamechus. v. 28. X. Noachus. v. 32.

Hic est [a] liber generationum Adami. Quo die creavit [b] Deus hominem; in similitudine Dei fecit eum.

2. Masculum & *(pòst)* fœminam creavit eos: & benedixit eis, & vocavit nomen eorum (*in masculo*) Adam (*h.e. hominem de terra sumtum;*) quo die creati sunt.

c) *Luc. 3, 38.* 3. Vixit autem [c] Adamus triginta & centum annos, cùm genuit (*filium*) in similitudine sua secundum imaginem suam: & vocavit nomen ejus Scheth.

4. Fuerunt deinde dies Adami, postquam genuit Schethum, octingenti anni: genuitque filios & filias.

5. Atque (*sic*) fuerunt omnes dies Adami, quibus vixit, nongenti anni, & triginta anni: mortuusque est.

6. Vixit verò Schethus quinque annos & centum annos; quum genuit Enoschum.

7. Deinde vixit Schethus, postquam genuit Enoschum, septem annis & octingentis annis: & genuit filios & filias.

8. Sicque fuerunt omnes dies Schethi, duodecim anni & nongenti anni: & mortuus est.

9. Porrò vixit Enosch nonaginta annos: & genuit Kenanem.

10. Vixitque Enosch, postquam genuit Kenanem, decem annos & octingentos annos: & genuit filios & filias.

11. Itaque fuerunt omnes dies Enoschi, quinque anni & nongenti anni: & mortuus est.

12. Kenan vixit Septuaginta annos: & genuit Mahalaleelem.

13. Vixitque Kenan, postquam genuit Mahalaleelem, quadraginta annos, & octingentos annos: & genuit filios & filias.

14. Itaque fuerunt omnes dies Kenanis, decem anni & nongenti anni: & mortuus est.

15. At Mahalaleel vixit quinque annos & sexaginta annos: & genuit Jaredum.

16. Dein vixit Mahalaleel, postquam genuit Jaredum, triginta annos & octingentos annos: & genuit filios & filias.

17. Fueruntque omnes dies Mahalaleelis quinque & nonaginta anni, & octingenti anni: & mortuus est.

18. Porrò vixit Jared duos & sexaginta annos, & centum annos: & genuit Chanochum.

19. Vixitque Jared, postquam genuit Chanochum, octingentos annos: & genuit filios & filias.

20. Atque (*sic*) fuerunt omnes dies, Jaredi, duo & sexaginta anni, & nongenti anni: & mortuus est.

21. Cæterùm vixit Chanochus quinque & sexaginta annos: & genuit Methuschelachum.

22. Ambulavitque Chanochus cum DEO, postquam genuit Methuschelachum, trecentos annos: & genuit filios & filias.

23. Ut fuerint omnes dies Chanochi, quinque & sexaginta anni & trecenti anni (*tantùm*).

24. Cum enim [d] ambularet Chanochus cum DEO: non (*diutius*) fuit; quia assumsit eum DEUS. d) *Sir. 44, 16. Heb. 11, 5.*

25. Methuschelachus verò vixit septem & octoginta annos & centum annos: & genuit Lamechum.

26. Vixitque Methuschelachus, postquam genuit Lamechum, duos & octoginta annos, & septingentos annos: & genuit filios & filias.

27. Sicque fuerunt omnes dies Methuschelachi, novem & sexaginta anni & nongenti anni: & mortuus est.

28. Postquam vixit Lamechus duos & octoginta annos, & centum annos, genuit filium.

29. Vocavit autem nomen ejus Noach (*h.é. quietis autor*) dicendo; Hic consolabitur nos (*quiete, in filio Messia*) ab opere nostro, & à labore manuum nostrarum ex terra (*oriundo,*) cui maledixit JEHOVAH.

30. Et vixit Lamech, postquam genuit Noachum, quinque & nonaginta annis, & quingentis annis: & genuit filios & filias.

31. Ut fuerint omnes dies Lamechi septem & septuaginta anni, & septingenti anni: & mortuus est.

32. Quum esset Noachus filius quingentorum annorum: genuit Noachus Schemum, & Chamum, & Japhethum.

CAP. VI.

Describitur I. corruptio hominum, tum malitiosa per Apostasiam, tùm originalis. à v. 1. II. Decretum DEI de perdendo toto mundo, excepto Noacho & domo ejus. à v. 5. III. cum quo DEUS agit de ad ficanda Arca. à v. 11.

FActum est autem, quum inciperet homo multiplicare se super faciebus terræ, & filiæ nascerentur ipsis:

2. Ut viderent filii DEI filias hominis, quod pulchræ essent; & ducerent sibi uxores, ex omnibus, quas eligebant.

3. Quare dixit Jehovah (*apud se*); non arguet spiritus meus (*per Verbum concionis*) hominem in perpetuum; cò quod etiam ipse caro (*est*): ideoque erunt dies ejus, centum & viginti anni. Ps. LVIII. 16.

4. Nephilim (*h. e. Apostatæ à vera fide & Ecclesia*) fuerunt in mundo in diebus istis; etiamque postquam intrarunt filii DEI ad filias hominis, & (*hæ*) pepererunt illis (*Nephilim sales.*) Hi (*sunt*) illi fortes, qui olim fuerunt, viri famæ (*malæ.*)

a) *Gen. 8, 21. Mat. 15, 19.* 5. Cum itaque videret JEHOVAH, [a] quod multiplicaretur (*per istos*) malitia hominis in mundo; insuperque omne figmentum cogitationum cordis ejus tantummodò malum (*esset*) omni die (*in pueritia:*)

6. Pœnituit JEHOVAM, quod fecisset hominem in terra: & dolor penetravit ad cor ipsius.

7. Ideoque dixit JEHOVAH, delebo hominem, quem creavi, de super faciebus terræ; ab homine usque ad bestiam, usque ad reptile, & usque ad avem cœli: quia pœnituit me, quod feci ea.

8. Tantummodò Noachus invenit gratiam in oculis Iehovæ.

b) *Sir. 44, 17.* 9. Hæ (*sunt*) generationes Noachi: [b] Noachus vir justus (*& integer*) fuit in generationibus suis: cum DEO (*enim*) ambulavit Noachus.

10. Genuit ergò Noachus tres filios Schemum, Chamum & Japhethum.

11. Sed corrupta fuit (*ut paulo antè dictum*) terra coram DEO: & impleta est terra violentia.

12. Vidit enim DEUS terram, & ecce corrupta fuit: siquidem corruperat omnis caro viam suam super terra.

13. Dixit itaque DEUS Noacho; Finis omnis carnis venit ante me; quia impleta est terra violentia à faciebus ipsorum (*h. e. per ipsos:*) ideò, ecce, ego perdam eos cum terra.

14. Fac (*ergò*) tibi arcam lignorum Gophær; distinctas mansiones facies arcam: & picabis eam intus & foris pice.

15. Ita autem facies eam: trecenti cubiti (*erunt*) longitudo arcæ: quinquaginta cubiti latitudo ejus; & triginta cubiti altitudo ejus.

16. Fenestram luminis facies arcæ, quam ad cubitum conficies supernè (*infra tectum;*) ostium autem arcæ in latere ejus pones: (*mansiones ipsas*) infimas, secundanas & tertianas facies.

17. Me autem quod attinet; Ecce, ego adducam diluvium aquarum super terram, ad perdendum omnem carnem, in qua spiritus vitarum (*est*) à sub-cœlo: omne, quod in terra (*est*), expirabit.

18. Erigam autem fœdus meum tecum; ut intres in arcam; tu, & filii tui, & uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum:

19. Et de omni vivente, de omni carne, bina de singulis introducas in arcam, ad vivificandum tecum; masculus & fœmina erunt.

20. De ave, (*inquam*) secundum speciem ejus: & de bestia secundum speciem ejus: de omni reptili terræ secundum speciem ejus: bina de singulis intrabunt ad te ad vivificandum (*ea*)

21. Tu verò sume tibi de omni cibo, qui comeditur; & collige ad te: ut sit tibi & illis in cibum.

22. Fecit itaque Noachus: (*& quidem*) juxta omne, quod præcepit ipsi DEUS, sic fecit.

CAP. VII.

Narratur I. mandatum DEI ad Noachum de introitu in Arcam. à v. 1. II. introitus Noachi in Arcam cum domo & animalibus, ipso diluvii die, à v. 5. III. Diluvii incrementa, & altitudinis ejus duratio, à v. 17.

Postèa

a) 2. Pet. 2. 5.

POstea dixit JEHOVAH Noacho; Intra tu, & omnis domus tua (a) in arcam: quia te vidi justum coram Me in generatione hac.

2. De omni bestia munda (*insuper*) sumes tibi septena, marem & fœmellam ejus: sed de bestia, quæ non est munda, bina, marem & fœminam ejus.

3. Etiam de ave cœli (*munda*) septena, masculum & fœminam: ad vivificandum semen (*eorum*) super faciebus omnis terræ.

4. Quoniam ad dies adhuc septem ego pluere faciam super terram, quadraginta dies, & quadraginta noctes: & perdam omnem substantiam, quam feci, à super faciebus terræ.

5. Et fecit Noachus secundum omne, quod præcepit ipsi JEHOVAH.

6. Erat autem Noachus filius sexcentorum annorum: quum diluvium factum est aquarum super terram.

b) Mat. 24. 38. Luc. 17. 27. 1. Petr. 3. 20.

7. Intravit (b) itaque Noachus, & filii ejus, & uxor ejus & uxores filiorum ejus; cum ipso in arcam propter aquas diluvii.

8. De bestia munda, & de bestia, quæ non munda, item de ave, & omni, quod repit super terra;

9. Bina intrarunt (*saltem*) ad Noachum in arcam, mas & fœmella: quemadmodum præcepit DEUS Noacho.

10. Tumque factum est ad dies septem, ut aquæ diluvii essent super terra.

11. Anno sexcentesimo vitæ Noachi, in mense secundo, decima septima die mensis: hoc ipso (*inquam*) die disrupti sunt omnes fontes abyssi magnæ; & fenestræ cœli apertæ sunt.

12. Fuitque pluvia super terra: quadraginta dies, & quadraginta noctes.

13. Ipso die hoc intravit Noachus, & Schemus, & Chamus, & Japhethus, filii Noachi; & uxor Noachi, & tres uxores filiorum ejus cum illis in arcam.

14. Ipsi & omnis fera secundum speciem suam: & omnis bestia secundum speciem suam & omne reptile repens super terra secundum speciem suam, omnisque avis secundum speciem suam, omnis volucris cujuscunque alati.

15. Intrarunt autem ad Noachum in arcam, bina (*saltem*) de omni carne, in qua spiritus vitarum.

16. Quæ vero intrarunt; masculus & fœmina de omni carne intrarunt, quemadmodum præcepit ipsi DEUS: clausitque JEHOVAH post ipsum.

17. Cumque esset diluvium quadraginta dies super terra: ita multiplicatæ sunt aquæ, ut attollerent arcam, & (*hæc*) elevaretur desuper terra.

18. Porrò creverunt aquæ, & auctæ sunt valdè, super terra, ut iret (*etiam*) arca super faciebus terræ.

19. Deinceps creverunt aquæ plurimum super terra: ita ut operirentur quique montes altissimi, qui sub toto cœlo.

c) Sap. 10. 4. Sir. 39. 28. Mat. 24 39. 1. Petr. 3. 20.

20. Quindecim (*nimirum*) cubitos sursum creverunt aquæ, & operti sunt montes.

21. Unde (c) expiravit omnis caro repens super terra, quoad avem, & quoad bestiam, & quoad feram, & quoad omne reptile repens super terra: & omnis (*inprimis*) homo.

22. Omne in cujus naribus flatus spiritus vitarum, de omni quod (*in*) arida (*erat*;) mortua sunt, (*inquam, omnia*)

23. Ita deleta est omnis substantia, quæ [erat] super faciebus terræ, ab homine usque ad bestiam, usque ad reptile, & usque ad avem cœli; deleta, inquam, sunt (*omnia*) de terra: ut relictus tantùm sit Noachus, & quicquid cum eo in arca.

24. Sicque auctæ steterunt aquæ super terra, quinquaginta & centum dies.

CAP. IIX.

Sunt in hoc Cap. IIX. I. diluvij decrementa successiva, a v. 1. II. Mandatum DEI ad Noachum de exitu ex Arca, Noachiq; obedientia. 4 v. 15. III. Sacrificium Noachi Eucharisticum a DEO cum promissione acceptatum, à v. 20.

TUM (*demum*) recordatus est DEUS Noachi, & omnis feræ, & omnis bestiæ, quæ cum ipso in arca: ideò transire fecit DEUS ventum super terram, ut sedarentur aquæ.

2. Simul obturati sunt fontes abyssi, & fenestræ cœli; ita ut inhiberetur pluvia de cœlo,

3 Recess-

3. Recesserunt itaque aquæ de-super terra eundo & recedendo: defecernntque aquæ à fine quinquaginta & centum dierum.

4. Arca autem quievit in mense septimo, in septima decima die mensis, super montibus Ararat.

5. Sed aquæ (*porrò*) pergebant deficere, usque ad mensem decimum: ut in decimo (*mense*) prima (*die*) mensis viderentur capita montium.

6 Factum itaque est à fine quadraginta dierum; ut aperiret Noachus fenestram arcæ, quam fecerat.

7. Emitteretque corvum; qui exivit exeundo & redeundo, usque ad exiccationem aquarum de-super terra.

8. Quare (*post septem dies*) emisit columbam à-secum: ad videndum, num paucæ factæ essent aquæ de-super faciebus terræ.

9. Sed cum non invenisset columba quietem volæ pedis sui, reversa est ad ipsum ad arcam, eò quòd aquæ (*adhuc*) essent super faciebus omnis terræ; emisit ergò manum suam, & sumsit eam, & recepit eam ad se in arcam.

10. Expectavit autem adhuc septem dies alios: additditque emittere columbam ex arca.

11. Venitque ad eum columba ad tempus vesperæ; & ecce folium oleæ, rapina, in ore ejus: unde cognovit Noachus, quod exiguæ factæ essent aquæ de-super terra.

12. Expectavit tamen adhue septem dies alios: emisitque columbam, quæ non addidit redire ad ipsum amplius.

13. Demum factum est primo & sexcentesimo anno, primo (*mense*) primo (*die*) mensis, ut exiccatentur aquæ de-super terrâ: quare removit Noachus tectum arcæ, viditque, & ecce exiccatæ erant facies terræ.

14. Donec mense secundo, septima & vigesima die mensis, arefacta est (*planè*) terra.

15. Dixit itaque DEUS ad Noachum, dicendo:

16. Exi ex arca: tu & uxor tua, & filii tui, & uxores filiorum tuorum tecum.

17. Omne animal, quod tecum, de omni carne, quoad avem, & quoad bestiam, & quoad omne reptile, repens super terra, educ tecum; ut [a] diffundant se super terrâ, & crescant multiplicenturque super terrâ.

a) Gen. 1, 22. 9, 1. 7.

18. Exivit ergò Noachus, & filii ejus, & uxor ejus, & uxores filiorum ejus cum eo.

19. Omnis (*etiam*) bestia, omne reptile, & omnis avis, quicquid repit super terra, juxta familias (*seu species*) suas exiverunt ex arca.

20. Ædificavit autem Noachus altare Jehovæ: & sumsit de omni bestia munda, & de omni ave munda (*singulæ*) obtulitque holocausta in altari.

21. Et odoratus est Jehova odorem quietis, dixitque ad cor suum; non addam maledicere amplius terræ propter hominem, eò quod [b] figmentum cordis hominis malum est à pueritia sua: neque addam [c] percutere omne vivens, sicut feci.

b) Gen. 6, 5. Matth. 15, 19.

c) Es. 54, 9. 1

22. Abhinc omnibus diebus terræ sementis, [d] & messis, & frigus, & æstas, & hyems, diesque & nox non cessabunt.

d) Gen. 1, 14.

CAP. IX.

Habet hoc Cap. IX. Benedictionem DEI Noacho & filiis ejus factam à v. 1. II. Fœdus DEI de non amplius perdenda diluvio terra cum iisdem factum, & per iridem confirmatum, à v. 9. III. Noachi agriculturam, & ebrij nuditatem à v. 18. IV. Filiorum erga eum, Chami quidem irreverentiam maledictam, Schemi verò & Japhethi reverentiam benedictam, à v. 22. V. Noachi ætatem & mortem. v. 28. 29.

DEinde benedixit DEUS Noacho & filiis ejus; dixitque ipsis; [a] crescite & multiplicamini, & implete terram:

a) Gen. 1, 28.

2. Et timor vestri & terror vestri sit super omnem bestiam terræ, & super omnem avem cœli: quicquid est, quod repit super terra, & quicquid est inter omnes pisces maris, in manum vestram data sunto.

5. Omne reptile, quod vivum est, vobis esto in cibum: sicut olus terræ dedi vobis omnia.

4. Attamen carnem cum anima ipsius, quæ est sanguis ejus, non comedetis.

5. Maxime verò sanguinem vestrum, qui animabus vestris est, quæram *(ultor ejus;)* de manu omnis bestiæ quæram illum: inprimis de manu hominis, de manu viri fratris ipsius *(etiam,)* quæram animam hominis.

b) Mat. 6. Ita ut, quisquis [b] effuderit sanguinem hominis *(sive bestia sivè homo fuerit,)* per hominem *(vindicem legitimum)* sanguis ejus effundatur: quia in imagine Dei fecit hominem *(Deus.)*

7. Vos itaque crescite & multiplicamini: diffundite vos in terra, & multiplicamini in eâ.

8. Porrò dixit Deus ad Noachum, & ad filios ejus cum ipso, dicendo;

9. Ego; Ecce, inquam, ego erigo fœdus meum vobiscum; & cum semine vestro post vos:

10. Et cum omni anima vivente, quæ vobiscum est, in ave, in bestia, & in omni fera terræ vobiscum: de omnibus egredientibus ex arca, quoad omnem bestiam terræ.

11. Erigo, inquam, fœdus meum vobiscum, [c] non excisum iri omnem carnem amplius ab aquis diluvii: nec futurum esse amplius diluvium, ad perdendum terram.

12. Dixit etiam Deus; Hoc esto signum fœderis mei, quod ego do inter me, & inter vos, & inter omnem animam viventem, quæ vobiscum est; in generationes seculi:

13. Arcum meum dabo in nube: ut sit in signum fœderis inter me, & inter terram.

14. Fietque, quando obnubilavero nubem super terram: ut appareat arcus in nube.

15. Tumque recordabor fœderis mei, quod inter me & inter vos, & inter omnem animam viventem, in omni carne, ut [d] non evadant amplius aquæ in diluvium ad perdendum omnem carnem.

16. Quando enim erit arcus in nube; respiciam eum, ut recorder fœderis æterni, inter Deum & inter omnem animam viventem, in omni carne, quæ super terra est.

17. Hoc ergò, dixit Deus ad Noachum, erit signum fœderis, quod erexi inter me, & inter omnem carnem, quæ super terra est.

18. Cæterum filii Noachi, egressi ex arca, fuerunt Schemus, Chamusque & Japhethus: Chamus autem fuit pater Canaanis.

19. Tres hi fuerunt filii Noachi: & ex his dispersa est terra.

20. Noachus autem esse cœpit vir terram colens: quumque plantasset vineam:

21. Bibit de vino, & inebriatus est; ita ut nudatus jaceret in medio tentorii.

22. Viditque Chamus pater Canaanis, nuditatem patris sui: & indicavit duobus fratribus suis foris.

23. Sed sumsit Schemus, & Japhethus vestem, quam posuerunt super humerum ambo, abieruntque retrorsum, & texerunt nuditatem patris sui: & quoniam facies eorum aversæ erant, nuditatem patris sui non viderunt.

24. Quum verò expergefactus esset Noachus è vino suo; resciviscetque, quid fecisset sibi filius suus minor:

25. Tum dixit; Maledictus esto Canaan: servus servorum erit fratribus suis.

26. Contra autem dixit; Benedictus Jehovah, Deus Schemi: sit verò Canaan servus ipsi.

27. Dilatabit Deus Japhethum, habitabitque in tentoriis Schemi: erit Canaan servus *(etiam)* ipsi.

28. Denique vixit Noachus post diluvium trecentos annos, & quinquaginta annos.

29. Ut fuerint omnes dies Noachi, nongenti anni, & quinquaginta anni. Tumque mortuus est.

CAP. X.

Hoc Cap. X. continentur generationes filiorum Noachi, per quas historia mundi & Ecclesiæ continuata est. v. 1. Et I. quidem Japhetiis. à v. 2. II. Chami. à v. 6. ex quo inprimis Nimrod. à v. 8. & Canaanæi populi. à v. 15. III. Schemi. à v. 21.

Hæ porrò sunt generationes (*& historia*) filiorum Noachi. *(Hi erant)* Schemus, Chamus & Japhethus: quibus nati sunt filii post diluvium.

1. Par. 1, 5. 2. Filii Japheti [a] sunt, Gomer, & Magog & Madaj, & Javan, & Thubal; Meschech etiam & Thiras.

3. Filii autem Gomer; Aschkenas, & Riphath, & Thogarmah.

4. Sed filii Javan; Elischah & Tharschisch; Kitthimque & Dodanim.

5. Ex his dispersæ sunt insulæ gentium, in terris suis, quisque juxta linguam suam: juxta familias in gentibus suis.

6. Porrò filii Chami; Kusch, & Mizraim, & Put & Canaan.

7. Filii verò Kusch, Seba & Chavilah, & Sabthah, & Raamah, & Sabthecha: filiique Raamæ, Scheba & Dedan.

8. Inprimis Kusch genuit Nimrodum: qui cœpit esse potens in terra.

9. Qui quoniam fuit potens venatione; †ideò dici solet *(in proverbio;)* sicut Nimrod potens venatione coram Jehovah.

10. Fuit autem initium regni ejus, Babel; & Erech, & Abbad, & Kalneh, in terra Sinear.

11. Eque terra ista egressus est in Assyriam: ubi ædificavit Nineven, & Rehoboth-ir, & Kalah:

12. Resen item, inter Niniven, & inter Kalach. Hæc est urbs illa magna.

13. Cæterum Mizrajim genuit Ludim, & Anámim, & Lehábim, & Naphthuchim.

14. Et Pathrusim, & Kasluchim: ex quibus egressi sunt, Pelischthim & Kaphthórim.

15. Jam Canaan genuit Zidonem, primogenitum suum, & Chethum:

16. Et Jebusi, & Emóri, & Girgáschi:

17. Chivvi etiam, & Arki, & Sini.

18. Item Arvádi, & Zemari, & Chamathi: & deinceps dispersæ sunt familiæ Canaanitarum:

19. Ita ut esset terminus Canaanitarum, a Zidone, pergendo versus Gerar, usque ad Assam; pergendo *(inde)* versus Sodomam, & Amóram, & Admam, & Zebojim, usque ad Lascham.

20. Hi *(ergò)* sunt filii Chami, secundum familias eorum, juxta linguas eorum: in terris eorum, in gentibus eorum.

b) 1. Par. 1, 17. 21. Sed & ipsi Schemo [b] soboles nata est: qui fuit *(inprimis)* pater omnium filiorum Eberi; frater Japheth majoris.

22. Filii *(itaque)* Schemi; Elam, & Aschur: & Arphachschad, & Lud, & Aram.

23. Filii autem Arami; Uz, & Chul, & Gether, & Masch.

24. Arphachschad porrò genuit Schelachum; Schelach autem genuit Eberum.

25. Ebero verò nati sunt duo filii: nomen prioris fuit Peleg *(h.e. divisio:)* quia in diebus ejus divisa est terra: nomen autem fratris ejus Joktan.

26. Qui Joktan genuit Almodæd & Schalaph: Chazarmavethque, & Jerach:

27. Item Hadóram, & Usal, & Diklah:

28. Nec non Obal, & Abimáel, & Scheba:

29. Ophir etiam, & Chavílah, & Jobab. Omnes hi filii erant Joktanis.

30. Quorum habitatio fuit, à Mescha pergendo versus Sephar, montem Orientis.

31. Hi sunt filii Schemi, secundum familias eorum, juxta linguas eorum; in terris eorum, juxta gentes eorum.

32. Hæ *(itaque)* sunt familiæ filiorum Noachi, juxta generationes eorum, in gentibus eorum: atque ex his dispersæ sunt gentes in terra post diluvium.

CAP. XI.

Hoc Cap. XI. habet I confusionem linguarum, ob rebellionem in Babel hominum contra mandatum DEI dispergi in terras nolentium. II. Generationes Schemi, in quibus Ecclesia DEI in mundo conservata inprimis & propagata est ad Abrahamum usq.

Cæterum fuit *(olim)* universa terra labium unum, & verba eadem. ‡

2. Sed factum est, quum proficiscerentur ex Oriente: invenerunt

 vallem

vallem planam in terra Schinear, habitaruntque ibi:

3. Et dixerunt vir ad ſocium; Age, formemus lateres, & aduramus in coctile. Fuit ergo ipſis later pro lapide; Bitumenque fuit ipſis pro cæmento.

4. Tum (*porrò*) dixerunt; Age, ædificemus nobis urbem, & turrim, cujus caput in cœlo (*uſq; ſit:*) faciamuſque nobis nomen (*formidoloſum omnibus*;) ne diſpergi cogamur ſuper facies totius terræ.

5. Verum deſcendit JEHOVAH, ad videndum urbem & turrim; quam ædificarunt filii hominis.

6. Dixitque DEUS; Ecce, populus unus, & labium unum omnibus; & hoc inceptum eſt eorum ad faciendum; ſed neque prohibebitur ab ipſis omne, quod cogitarunt facere.

7. Age (*itaq;*) deſcendamus, & confundamus ibi labia; ita ut non intelligant vir labium ſocii ſui.

8. Atque ſic diſperſit JEHOVAH eos inde ſuper facies totius terræ; ceſſaruntque ædificare urbem.

9. Propterea vocavit nomen ejus Babel (*h.e. confuſio*;) quia ibi confudit JEHOVAH labium univerſæ terræ: ac inde diſperſit eos JEHOVAH ſuper facies totius terræ.

a) 1. Par. 1,17. b) Luc. 3,36. 10. Hæ ſunt generationes [a] Schemi. Schemus filius fuit centum annorum: quum genuit [b] Arphachſchadum; duobus annis poſt diluvium.

11. Vixitque Schemus, poſtquam genuit Arphachſchadum, quingentos annos: & genuit filios & filias.

c) 1. Par. 1,24. 12. Arphachſchad autem vixit quinque & triginta annos; [c] genuitque Schelachum.

13. Vixitque Arphachſchadus, poſtquam genuit Schelachum, tres annos & quadringentos annos: & genuit filios filiaſque.

14. Schelachus verò vixit triginta annos; & genuit Eberum.

15. Vixitque Schelachus, poſtquam genuit Eberum, tres annos, & quadringentos annos: & genuit filios filiaſque.

16. At Eber vixit quatuor & triginta annos: & genuit Pelegum.

17. Vixitque Eberus, poſtquam genuit Pelegum, triginta annos & quadringentos annos: & genuit filios filiaſque.

18. Pelegus autem vixit triginta annos & genuit Reu.

19. Vixitque Pelegus, poſtquam genuit Reu, nonaginta annos & ducentos annos: & genuit filios filiaſque.

20. Vixit verò Reu duos & triginta annos, & genuit Serogum.

21. Vixitque Reu, poſtquam genuit Serogum, ſeptem annos & ducentos annos: ac genuit filios filiaſque.

22. Vixi verò Serogus triginta annos: & genuit Nachorem.

23. Vixitque Serogus, poſtquam genuit Nachorem, ducentos annos: & genuit filios filiaſque.

24. Nachorque vixit novem & viginti annos: genuitque Therachum.

25. Et vixit Nachor, poſtquam genuit Therachum, novendecim annos, & centum annos: genuitque filios & filias.

26. Therachus denique vixit ſeptuaginta annos: & genuit Abramum, Nachorem & Charanem.

27. Hæ porrò ſunt generationes Therachi (*& hiſtoria earundem deinceps:*) Therach genuit Abramum, Nachorem & Charanem. Charan verò genuit Lotum.

28. Sed mortuus eſt Charan ante Therachum, patrem ſuum: in terra nativitatis ſuæ, (*nempè*) in Ur Chaldæorum.

29. At Abramus & Nachor acceperunt ſibi uxores: nomen uxoris Abrami erat Saraj: nomenque uxoris Nachoris Milkah, filia Charanis, patris Milkæ, & patris Jiskæ.

30. Sed fuit Saraj ſterilis: nec fuit illi proles.

31. Deinde ſumſit Therachus Abramum filium ſuum, & Lotum, filium Charanis, filium filii ſui, & Saraj, nurum ſuam, uxorem Abrami filii ſui: exiveruntque (*Therachus & Abramus*) cum ipſis (*reliquis nominatis*) ex [d] Ur Chaldæorum, ad eundum in terram Canaan: ſed ubi venerunt uſque in Charan, manſerunt ibi.

32. Quumque eſſent dies Therachi, quin-

quinquè anni, & ducenti anni, mortuus eſt Therachus in Charan.

CAP. XII.

Capite XII. continetur I. mandatum DEI ad Abrahamum, & Exitus in terram Canaan. à v. 1. II. Peregrinatio Abrami cum ſua in varia terræ loca. à v. 6. III. Deſcenſus Abrami in Ægyptum, & inde à Pharaone dimiſſio. à v. 11.

a) Act. 7,3. (Heb. Iechidſchi Heb. 11,8

VErum quia dixerat JEHOVAH (*in Ur Chaldæorum*) ad Abramum; [a] Abi tibi è terra tua, & à generatione tuâ, & è domo patris tui; ad terram, quam monſtrabo tibi.

2. Ita faciam te in gentem magnam; benedicamque tibi, atque magnum faciam nomen tuum, ut ſias benedictio (*in Chriſto benedicto.*)

b) Gal. 3,8. Gen. 18, 18. 3. Etiamque benedicam benedicentibus tibi, at maledicenti tibi maledicam: quinimò [b] benedicentur in te, (*per ſemen tuum Chriſtum*) omnes familiæ terræ.

4. Ideò perrexit Abramus (*etiam ex Charane,*) quemadmodum dixerat ad eum JEHOVAH, ivitque cum ipſo Lot: erat verò Abramus filius quinque annorum, & ſeptuaginta annorum, quando exivit è Charane.

5. Sumſit itaque Abramus Sarajam uxorem ſuam, & Lotum, filium fratris ſui, & omnem ſubſtantiam ipſorum, quam acquiſiverunt, & animam, quam nacti ſunt in Charane: & exiverunt (*una*) ad abeundum in terram Canaan.

6. Tranſivit verò Abramus per terram, uſque ad locum Schechemi, (*& porrò uſque ad planitiem Moreh*: Cananæus autem tunc erat in terra.

c) Gen. 13,15. 15,18. 24,7. Deut. 34,4. 7. Ibi viſus eſt JEHOVAH Abramo, & dixit; [c] ſemini tuo dabo terram hanc: ideò extruxit ibi altare JEHOVÆ, qui viſus eſt ipſi.

8. Poſt tranſtulit inde in montem ab oriente Bethelis & tetendit, tentorium; ita ut Bethel à mari (*i.e. ab occidente,*) Ai verò ab oriente eſſet; extruxitque (*etiam*) ibi altare JEHOVÆ, & invocavit nomen JEHOVÆ.

9. Deinde profectus eſt Abramus, pergendo & proficiſcendo verſus Meridiem.

10. Quum verò exiſteret fames in terra (*Canaan,*) deſcendit Abramus in Ægyptum, ad peregrinandum ibi: quoniam gravis fuit fames in terrâ.

11. Sed contigit, quum propè veniſſet ad Ægyptum, ut diceret ad Sarajam, uxorem ſuam; Ecce, quæſo, novi, quod fœmina pulchra formam tu ſis.

12. Forte itaque fiet, quum viderint te Ægyptii, ut dicant; uxor ejus hæc eſt; occidantque me, te autem vivam relinquant.

d) Gen. 26, 7. 13. (*Quare*) dic, [d] quæſo, ſororem meam te eſſe; ut bene mihi ſit propter te; & vivat anima mea propter te.

14. Quum igitur venit Abramus in Ægyptum, viderunt Ægyptii fœminam, quod pulchra eſſet valdè.

15. Inprimis viderunt eam principes Pharaonis, laudaveruntque eam Pharaoni: unde aſſumta eſt fœmina in domum Pharaonis.

16. Abramo autem benefecit (*Pharao*) propter eam: unde obtigit ipſi grex & armentum, & aſini, & ſervi, & ancillæ, & aſinæ atque cameli.

17. Sed percuſſit JEHOVAH Pharaonem plagis magnis, domumque ejus, propter Sarajam, uxorem Abrami.

18. Ideò vocavit Pharao Abramum, dixitque; Quare hoc feciſti mihi? quare non indicaſti mihi, quod uxor tua illa (*ſit?*)

19. Quare dixiſti; Soror mea illa (*eſt?*) ut acceperim eam mihi in uxorem? Nunc itaque, Ecce, uxorem tuam, ſume, & abi.

20. Præcepit tamen de eo Pharao viris, qui dimitterent ipſum, & uxorem ipſius, & omnia, quæ ipſi erant.

CAP. XIII.

Habet Cap. XIII. I. Aſcenſum Abrami ex Ægypto Bethelem uſq; cum Loto. a v. 1. II. Separationem Abrami & Loti cum cauſis ejus. a v. 5. III. DEI ad Abramum ſuper terra Canaan mandatum & promiſſionem. a v. 14

ATque (*ſic*) aſcendit Abramus ex Ægypto; ipſe, & uxor ipſius, & omne, quod ipſi erat, & Lot cum ipſo, verſus Meridiem.

2. Erat verò Abramus gravis *(dives)* valdè, pecore, argento, auroque.

3. Abivitque juxta itinera sua, à Meridie usque ad Bethelem; usque *(nimirum)* locum, ubi fuit tentorium ipsius [a] ab initio, inter Bethel & inter Ajam.

4. Ad locum *(inquam)* altaris, quod fecit ibi prius: invocavitque ibi Abramus nomen, JEHOVAH.

5. Verum etiam Loto, qui ibat cum Abramo *(fuit)* grex, & armentum, & tentoria.

6. Ita ut [b] non ferret eos terra, ad habitandum simul: siquidem fuit substantia eorum magna *(nimis,)* ut non possent habitare una.

7. Unde orta est lis inter pastores pecoris Abrami, & inter pastores pecoris Loti: insuper Canaanæi & Perisæi tunc habitabant in terra *(ipsis timendi.)*

8. Ideò dixit Abramus ad Lotum; ne, quæso, sit contentio inter me & inter te, & inter pastores meos, & inter pastores tuos: quia viri fratres nos *(sumus.)*

9. Nonne tota terra coram te est? separa te, quæso, a me: si sinistra *(tibi placet)* dextram petam; sin dexteta, sinistrorsum ibo.

10. Sustulit itaque Lotus oculos suos, & vidit omnem planitiem Jardenis, quod tota aquis abundaret: antequam *(enim)* perdidit JEHOVAH Sodomam, & Amoram, *(erat)* sicut hortus JEHOVÆ, sicut terra Ægypti, quà venitur versus Zoar.

11. Unde elegit sibi Lotus omnem planitiem Jardenis, profectusque est Lotus ab oriente: atque sic separati sunt vir a fratre suo.

12. Abramus *(nempe)* habitavit in terra Canaan: Lotus verò habitavit in urbibus planitiei, tetenditque usque ad Sodomam.

13. Viri autem [c] Sodomæ erant mali & peccatores JEHOVÆ valdè.

14. Verumenimverò JEHOVAH dixit ad Abramum, postquam separavit se Lotus ab eo; Tolle nunc oculos tuos, & prospice a loco, ubi tu *(es,)* versus septentrionem, & versus meridiem, & versus orientem, & versus mare *(seu occidentem.)*

15. Quoniam [d] omnem terram, quam tu vides, tibi dabo; & semini tuo in perpetuum.

16. Ponamque semen tuum, sicut pulverem terræ: ut, si possit quis numerare pulverem terræ, etiam futurum sit, ut semen tuum numeretur.

17. Surge, peragra terram, juxta longitudinem ejus, & juxta latitudinem ejus: quia tibi dabo eam.

18. Tetendit itaque Abramus, venitque & habitavit in planitiebus Mamre, quæ in Hebron; extruxitque ibi altare JEHOVÆ.

CAP. XIV.

In hoc Cap. XIV. est I. Bellum Kedar-Laomeri & sociorum cum Rege Sodomæ hujusq; sociis. à v. 1. II. Sodomæ Amoræq; expliatio, & Lotis captivitas à v. 11. III. Lotî per Abrami expeditionem liberatio. à v. 13. IV. Abrami victoria tum à Malki-Zedeko facta recreatio & benedictio; tum erga Regem Sodomæ liberalitas. à v. 16.

CÆterum factum est in diebus Amraphelis, Regis Schinear; Arjochi, Regis Ellasar; Kedor-Laomeri, Regis Elam; & Thidealis, Regis Gojim *(h.e. gentium.)*

2. Ut gererent *(hi)* bellum contra Beram, Regem Sodomæ; & contra Birschaum, Regem Amoræ; Schineabum, Regem Admæ, & Schem-Eber Regem Zeboim; & Regem Bela, quæ est Zoar.

3. Omnes hi congregati sunt in vallem Siddim: [hoc autem est mare salis.]

4. Duodecim *(nempe)* annos servierant Kedor-Laomero: tertio autem decimo anno rebellarunt.

5. Quarto itaque decimo anno venit Kedor-Laomer, & Reges, qui cum ipso; percusseruntque Rephaimos in Aschtheroth Karnajim, & Suzimos in Ham, & Emim in Schave-Kirjathajim.

6. Et Choritas in monte eorum Seir: usque ad planitiem Paran, quæ est juxta desertum.

7. Deinde reversi sunt, & venerunt ad En-Mischpat, [hæc est Kadesch] & percusserunt omnem agrum Amalekitarum; etiamque Emoræum, qui habitat in Chazezon-Thamar.

8. Tum verò exivit Rex Sodomæ, & Rex Amoræ, & Rex Adamæ, & Rex Zebojim, & Rex Belæ [h.e. Zoar;] & disposuerunt cum iis prælium in valle Siddim.

9. Cum *(inquam)* Kedor-Laomero, Rege Elam; & Thideale, Rege Gojim; & Amraphele, Rege Schinear; & Arjocho, Rege Ellásar: *(hi)* quatuor Reges cum quinque.

10. Erat autem vallis Siddim *(plena)* puteorum bituminis: unde cum fugerent Rex Sodomæ, & Rex Amoræ, cecidêrunt ibi; reliqui verò in montem effugerunt.

11. Itaque *(victores)* sumserunt omnem substantiam Sodomæ, & Amoræ, omnemque cibum eorum, & abiverunt.

12. Sed & sumserunt Lotum, substantiamque ejus, filium fratris Abrami; & abierunt: nec enim habitabat in Sodoma.

13. Venit autem, qui evasit, nuntiavitque Abramo Hebræo: qui tum habitabat in planitiebus Mamre Emoræi, fratris Eschkoli, & fratris Aneri; hi verò socii fœderis Abrami erant.

14. Quum ergò audiret Abramus, quod captus esset frater suus: expedivit initiatos suos *(bello idoneos)* natos domus suæ, octo decim & trecentos, persecutusque eos est usque ad Dan.

15. Ubi divisit se *(in cohortes)* super eos noctu; ipse *(inquam)* & servi ipsius; & percussit eos: persecutusque eos est usque Chobam, quæ à sinistra Damasco est.

16. Cumque reduceret omnem substantiam; etiamque Lotum fratrem suum, substantiamque ejus reduceret; nec non mulieres, & populum:

17. Exivit Rex Sodomæ obviam ipsi, postquam reversus est a percutiendo Kedor-Laomerum, & Reges, qui cum ipso; ad vallem Schaveh, quæ est vallis Regis.

18. [a] Malki-Zedek autem, Rex Schalemi, eduxit panem & vinum. Et hic quidem Sacerdos erat DEO altissimo:

19. Ideò benedixit ei, & dixit; Benedictus Abramus *(esto)* DEO altissimo, possessori cœli & terræ.

20. Et benedictus Deus altissimus, qui tradidit hostes tuos, in manum tuam. Dedit itaque huic *(Abramus)* decimas de omnibus.

21. Tum Rex Sodomæ dixit ad Abramum; da mihi animas; substantiam verò sume tibi.

22. Verum dixit Abramus ad Regem Sodomæ; Elevavi manum meam ad JEHOVAM, DEUM altissimum, possessorem cœli & terræ:

23. Si à filo usque ad corrigiam calcei; si *(inquam, quicquam)* accepero de omnibus, quæ tua sunt: ne dicas; ego ditavi Abramum:

24. Excepto tantum, quod comederunt pueri, & parte virorum, qui iverunt mecum; Aner, Eschkol & Mamre, hi, *(inquam)* accipient partem *(quisq;)* suam.

CAP. XV.

DEUS hic I. cum Abramo loquitur in visione. v. 1. In qua II. Abramo de orbitate suâ conquerenti filium promittit, & innumeros posteros. à v. 2. Et III. super terrâ Canaanis ipsius danda cum eodem fadus pangit. à v. 7.

POST res has factum est verbum JEHOVÆ ad Abramum in visione, dicendo; nè timeas, Abrame; Ego *(enim)* clypeus tibi, *(&)* merces tua multa valdè.

2. Abramus verò dixit; Domine JEHOVI, quid dabis mihi, cum ego abeam improlis; Oeconomus autem meus sit Damascenus Elieser?

3. Porrò dixit Abramus; En! mihi non dedisti semen: ecce itaque, filius domus meæ hæres meus erit.

4. At, ecce, verbum JEHOVÆ *(factum est)* ad ipsum, dicendo; Non hæres tuus erit iste: sed qui egredietur è visceribus tuis, hic hæres tuus erit.

5. Eduxitque eum foràs, & dixit; suspice nunc versus cœlum, & numera stellas; num potes numerare has? Atqui, inquit illi, sic erit semen tuum.

6. [a] Credidit itaque *(ille)* in JEHOVAH; qui imputavit hoc ipsi justitiam.

7. Porrò *(juràns)* dixit ad eum; Ego sum JEHOVAH, qui eduxi te ex Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram hanc in hæreditatem.

Dæorum, ad dandum tibi terram hanc, ad hæreditandum eam!

8. Tum dixit (*Abramus*;) Domine Jehovi, ex quo cognoscam, quod hæreditaturus eam sim?

9. Dixit ergò ad eum; sume mihi vitulam trimam, & capram trimam, arietemque trimum: item turturem, & pullum columbarum.

10. Sumsit itaque ipsi omnia ista, divisitque ea in medio; deditque unum quodque frustum è regione alterius: aves tamen non divisit.

11. Quumque descenderent aves super cadavera: abegit eas Abramus.

12. Sed cum propè esset Sol ad occidendum; somnus gravis cecidit super Abramum: & ecce quidem, terror & tenebræ magnæ ceciderunt super eum.

13. Tum verò dixit Abramo (*Jehovah;*) sciendo scias, quod peregrinum erit semen tuum, in terra, quæ non ipsorum erit; ubi servituri subjicient eos, & affligent eos; [b] ad quadringentos (*quidem*) annos.

14. Sed gentem etiam, cui servient, judicabo ego, ut postea exituri sint cum [c] substantia magna.

15. Tu tamen venies ad patres tuos in pace: (&) sepelieris in senio bono.

16. Generatio verò quarta (*demum*) revertentur huc: quia nondum impleta est iniquitas Emoræorum huc usque.

17. Tandem cùm Sol occidisset, & tenebræ factæ essent: tum, ecce, furnus fumi, & fax ignis, quæ transivit inter frusta ista (*consumsitq; ea.*)

18. (*Nempe*) die hoc pepigit Jehovah cum Abramo [d] fœdus, dicendo; Semini tuo dabo terram hanc, à fluvio Ægypti, usque ad fluvium magnum, fluvium Euphratem.

19. Kenitam, & Keniſſitam, & Kadmonitam;

20. Et Chithitam, & Perisitam, & Rephaim:

21. Et Emoritam, & Canaanitam, & Girgaschitam, & Jebusitam.

CAP. XVI.

Saraja I. sterilis Abramo, marito suo, in matrimonium dat Hagarem, ancillam suam. à v.1. Hagar II. ex eo concipit, & heram contemnit. v. 4. III. castigata propterea, ab hera aufugit: sed ab Angelo Domini ad obedientiam cum promissione revocatur. à v.5. IV. Abramo parit filium, Iischmaëlem. v. 15. sq.

Cæterum, quum Saraja, uxor Abrami, non peperisset illi, esseteque ei ancilla Ægyptia; cujus nomen Hagar:

2. Dixit Saraja ad Abramum; Ecce quæso, conclusit me Jehovah, ut non pariam; intra, quæso, ad ancillam meam; fortè (*enim*) ædificabor ex illâ: obedivitque Abramus voci Sarajæ.

3. Sumsit itaque Saraja, uxor Abrami, Hagarem Ægyptiam, ancillam suam, à fine decem annorum, ex quo habitavit Abramus in terra Canaan: deditque eam Abramo, viro suo, ut ipsi in uxorem esset.

4. Sic intravit (*ille*) ad Hagarem, quæ concepit; at cum vidisset, quod concepisset, parvi æstimata est hera ejus in oculis ejus.

5. Tum verò dixit Saraja ad Abramum; vis (*mihi illata*) super te (*esto:*) Ego (*namq;*) dedi ancillam meam in sinum tuum; sed cum primùm vidit, quòd concepisset, parvi habita sum in oculis ejus: judicet (*stateq;*) Jehovah inter me, & inter te.

6. Dixit ergò Abramus ad Sarajam; Ecce, ancilla tua in manu tua (*est;*) fac illi, quod bonum in oculis tuis: verum cum affligeret eam Saraja, aufugit coram ipsa.

7. Invenit verò eam Angelus Jehovæ juxta fontem aquarum in deserto: juxta fontem (*nimirum*) in via versus Schur;

8. Dixitque; Hagar, ancilla Sarajæ, unde venisti? & quorsum abibis? quæ dixit; coram Saraja, hera mea, ego fugio.

9. Sed dixit ei Angelus Jehovæ; redi ad heram tuam, & submitte te sub manum ejus.

10. Porrò dixit ipsi Angelus Jehovæ; multiplicando multiplicabo semen tuum: ut non numeretur præ multitudine.

11. Dixit

11. Dixit insuper illi Angelus Jehovæ; Ecce, tu gravida es, & paries filium: vocabis ergò nomen ejus Jischmaël; quia exaudivit Jehovah miseriam tuam.

12. Ille tamen erit Onager hominis; manus ejus adversus omnes, & manus omnium adversus ipsum: quanquam coram omnibus fratribus suis habitabit.

13. Tum vocavit (*illa*) nomen Jehovæ, loquentis ad se; Tu (*es*) Deus videns me: Dixit enim; Num etiam hic vidi post videntem me?

14. Ideò vocatur fons; Fons Vivi, videntis me: ecce, est inter Kadesch, & inter Bared.

15. Post peperit Hagar Abramo filium: vocavitque Abramus nomen filii sui, quem peperit Hagar, Jischmaël.

16. Erat autem Abramus filius octoginta annorum & sex annorum, quum peperit Hagar Jischmaëlem Abramo.

CAP. XVII.

Deus I. Abramo apparens fœdus suum cum eo renovat. à v.1. In cujus II. confirmationem nomen ipsius Abram, in, Abraham, mutat. à v.5. Et III. in signum fœderis dat circumcisionem præputij. à v.9. IV. Promittit ex Sarah, mutato nomine, filium Iizchakum, promissionis heredem. à v. 15. Abramus V. se & domus sua masculos omnes circumcidit. à v.23.

Verumenimverò cum esset Abramus filius nonaginta annorum & novem annorum: apparuit Jehovah Abramo, dixitque ad eum; Ego Deus Schaddaj (*Fulminator*); ambula coram me, & esto integer.

2. Dabo enim fœdus meum inter me, & inter te; & multiplicabo te plurimum.

3. Cecidit verò Abramus super facies suas. Tùm porrò locutus est cum illo Deus, dicendo;

4. Quod ad me; ecce fœdus meum tecum (*esto*), ut sis in patrem multitudinis gentium.

5. Ideò non vocabitur amplius nomen tuum Abram: sed erit nomen tuum Abraham (*h. e. pater altus multitudinis;*) [a] quia patrem multitudinis gentium dabo te;

6. Crescere namque faciam te plurimum, & dabo te in gentes; quin Reges ex te exibunt:

7. Erigamque fœdus meum inter me, & inter te, & inter semen tuum post te, in generationes ipsorum, in fœdus æternum, ut sim tibi in Deum, & semini tuo post te.

8. Et dabo tibi atque semini tuo post te terram peregrinationum tuarum, omnem terram Canaan, in possessionem æternam; eroque ipsis (*ibi*) in Deum.

9. Porrò dixit Deus ad Abrahamum; Tu verò fœdus meum observabis; tu & semen tuum post te in generationes.

10. [b] Hoc est fœdus meum, quod observabitis inter me & inter vos, & inter semen tuum post te: circumcidi vobis omnem masculum.

11. Circumcidetis autem carnem præputii vestri: ut sit in signum fœderis inter me & inter vos.

12. Quum filius fuerit octo dierum, circumcidetur vobis omnis masculus, in generationes vestras: natus domus, & emtus argento de omni filio alienigenæ, qui non fuerit de semine tuo.

13. Circumcidendo (*inquam*) circumcidetur natus (*etiam*) domus tuæ, & emptus argento tuo. Erit itaque fœdus meum in carne vestra in fœdus æternum:

14. Ita ut masculus, qui præputiatus, qui non circumcidetur carnem præputii sui; hæc (*inquam*) anima excindatur ex populis suis; (*eò quòd*) fœdus meum irritum fecerit.

15. Amplius dixit Deus ad Abrahamum; Saraj uxorem tuam quod attinet; non vocabis nomen ejus Saraj: sed Sarah erit nomen ejus.

16. Benedicam namque ipsi, etiamque ex ipsa dabo tibi filium: ita, inquam, benedicam ipsi, ut sit in gentes, (&) Reges populorum ex ea existant.

17. Tùm cecidit Abrahamus super facies suas, [c] risitque: dixit enim in corde suo, Num (*mihi*) filio centum annorum nascetur (*filius*); Et si Sarah (*consideret,*) num filia nonaginta annorum pariet?

18. Dixit ergò Abrahamus ad Deum:

utinam Jiſchmael vivat coram te : *(hoc namq; mihi ſatis erit.)*

19. Sed dixit Deus ; Omninò Sarah uxor tua pariet tibi filium, vocabiſque nomen ejus Jizchak *(h.e. riſum faciens:)* erigamque fœdus meum cum hoc, in fœdus æternum, pro ſemine ipſius poſt ipſum.

20. Pro Jiſchmaële tamen *(etiam)* exaudivi te : Ecce, benedicam ipſi *(hæc enus,)* ut creſcere faciam eum, & multiplicem eum plurimum : [d] duodecim *(namque)* principes generabit, daboque eum in gentem magnam.

d) *Gen. 25,16.*

21. Verùntamen fœdus meum *(ut dixi)* erigam cum Jizchako : [e] quem pariet tibi Sarah, ad tempus ſtatum hoc, in anno altero.

e) *Rom. 9, 9.*

22. Sic cum abſolviſſet loqui cum eo, aſcendit Deus à cum Abrahamo.

23. Abrahamus itaque ſumſit Jiſchmaëlem, filium ſuum, & omnes natos domus ſuæ, omneſque emtos argento ſuo ; omnes *(adeò)* maſculos in viris domus Abrahami : circumciditque carnem præputii eorum, ipſo die hoc ; quemadmodum locutus eſt cum eo Deus.

24. Erat autem Abrahamus filius nonaginta & novem annorum, quum circumciſus eſt carnem præputii ſui.

25. Jiſchmaël verò, filius ejus, erat filius tredecim annorum, cùm circumcideretur carnem præputii ſui.

26. Eodem die hoc circumciſus eſt Abrahamus, & Jiſchmaël, filius ejus :

27. Etiamque omnes mares domus ejus, natus domus, & emtus argento de filiis alienigenæ, circumciſi ſunt cum eo.

CAP. XIIX.

DEUS I. denuo Abrahamo apparet in planitie Mamre. à v. 1. II. Ab hoc convivio excipitur. à v. 3. III. Natvitatem filij ex Sarah prædicit, & tempus determinat. à v. 9. IV. Saram ideò ridentem corrigit. à v. 12. V. Super eversione Sodomæ ſociarumq; urbium cum Abrahamo intercedente colloquitur, à v. 17.

POſtea apparuit ipſi Jehovah in planitiebus Mamre : Erat autem ille ſedens ad oſtium tentorii, quum incaluiſſet dies *(h.e. circa meridiem:)*

2. Cumque tolleret oculos ſuos, videretque; Ecce, tres viri ſtabant propè ipſum: quos cumprimùm vidit, cucurrit obviam ipſis, ab oſtio tentorii, incurvavitque ſe in terram :

3. Atque dixit ; Adonaj *(DEUS,)* ſi, quæſo, inveni gratiam in oculis tuis, [a] ne, quæſo, tranſeas, præter ſervum tuum.

a) *Heb. 13,2.*

4. Accipiatur, quæſo, *(à te)* parum aquæ, & lavate pedes veſtros, innitiminique ſub arbore.

5. Ego verò ſumam fruſtum panis ; ita fulcite cor veſtrum ; poſtea tranſibitis ; quandoquidem tranſiviſtis præter ſervum veſtrum. Dixerunt ergò ; Ita fac, ſicut locutus es.

6. Quare feſtinavit Abrahamus in tentorium ad Saram ; dixitque ; Feſtina *(afferre)* tria ſata farinæ ſimilaginis, pinſe, & fac placentas.

7. Ad armentum autem currens Abrahamus, ſumſit filium bovis tenerum bonumque, & dedit puero, qui feſtinavit facere eundem.

8. Tum ſumſit butyrum & lac, & filium bovis, quem fecerat, dedítque coram ipſis : ipſe autem ſtabat juxta illos. Comederunt itaque :

9. Et dixerunt ; ubi Sarah eſt, uxor tua ? at *(ille)* dixit ; Ecce in tentorio.

10. Dixit itaque *(princeps eorum h.e. Filius DEI ;)* [b] Revertendo revertar ad te juxta tempus præſens ; & ecce filius erit Saræ uxori tuæ. Sarah autem audivit ad oſtium tentorii : erat enim iſtud poſt illum.

b) *Gen. 21, 1. Rom. 9, 9*

11. (Verum Abrahamus & Sarah ſenes erant, ingreſſi in dies, ut ceſſaverit eſſe Saræ via, ſicut mulieribus.)

12. Riſit itaque Sarah intra ſeipſam, dicendo ; poſtquam conſenui, eritne mihi voluptas ? [c] inſuper Dominus meus ſenex eſt.

c) *1. Pet. 3, 6.*

13. Sed dixit Jehovah ad Abrahamum ; quare riſit Sarah, dicendo ; Etiamne verè paritura ſum ? cùm ego conſenuerim.

14. Num mirabile erit præ Jehovah verbum ? *(ut iq;)* [d] ad tempus ſtatum revertar ad te, juxta tempus præſens ; eritque Saræ filius.

d) *2. Reg. 4, 16. Rom. 9, 9*

15. Sarah autem negavit, dicendo ; non riſi ; ſiquidem timebat : at *(ille)* dixit ; non, ſed riſiſti.

16. Poſt hæc ſurrexerunt inde viri, & proſpexerunt verſus Sodomam : Abrahamus autem ibat cum ipſis, ad dimittendum ipſos.

17. Jehovah ergò dixit ; num occultaverim ego ab Abrahamo, quod ego facio ?

18. Cum tamen Abrahamus omninò futurus ſit in gentem magnam & numeroſam, & futurum, [e] ut benedicatur in ipſo omnibus gentibus terræ.

e) *Gen. 12, 3.*

19. Quia novi eum : propterea quod præcepturus eſt filiis ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, ut cuſtodiant viam Jehovæ, ad faciendum juſtitiam & judicium ; ut adducat Jehovah ſuper Abrahamum id, quod locutus eſt de eo.

20. Dixit itaque Jehovah ; [f] Clamor Sodomæ & Amoræ multiplicatus eſt, & peccatum eorum valdè grave factum.

f) *Ez. 16, 48.*

21. Quare deſcendam, & videbo, num juxta clamorem adverſus illam, qui venit ad me, fecerint conſumtionem : quòd ſi non, cogno ſcam *(etiam.)*

22. Interim reſpexerunt viri *(duo reliqui,)* & iverunt Sodomam : Abrahamus autem adhuc ſtabat coram Jehovah.

23. Acceſſitque *(ad hunc)* Abrahamus, & dixit ; Num etiam conſumes juſtum cum impio ?

24. Forte ſunt quinquaginta juſti in medio urbis : num etiam conſumes, nec parces loco, propter quinquaginta juſtos, qui in medio ejus ?

25. Abſit à te, ut facias juxta verbum hoc, ad occidendum juſtum cum impio, ut ſit, ſicut juſtus, ita impius. Abſit à te : num *(enim)* judex univerſæ terræ non fecerit judicium *(juſtum ?)*

26. Tum dixit Jehovah ; Si invenero in Sodoma quinquaginta juſtos in medio urbis, parcam toti loco propter eos.

27. Reſpondit autem Abrahamus, dixitque ; Ecce, quæſo, ſuſcepi loqui ad Dominum, cum ego tamen pulvis & cinis ſim :

28. Fortè deerunt quinquaginta juſtis quinque ; num perdes propter quinque totam urbem ? Dixit itaque ; Non perdam, ſi invenero ibi quadraginta & quinque.

29. Addidit verò amplius loqui ad ipſum, dixitque ; Fortè invenientur ibi quadraginta. Sed dixit ; Non faciam, propter quadraginta.

30. Verùm dixit ; ne, quæsò, *(ira)* accendatur Adonajo, ut loquar ; Fortè invenientur ibi triginta : dixit hic ; Non faciam, ſi invenero ibi triginta.

31. Dixit porrò ; Ecce, quæſo, ſuſcepi loqui ad Adonajum : Forte invenientur ibi viginti : dixit verò ; non perdam propter viginti.

32. Tandem dixit ; Ne, quæſo, *(ira)* accendatur Adonajo, ut loquar tantùm hâc *(adhuc)* vice ; Fortè invenientur ibi decem : dixit iterum ; non perdam, propter decem.

33. Sic abivit Jehovah, quum abſolviſſet loqui ad Abrahamum : Abrahamus autem reverſus eſt in locum ſuum.

CAP. XIX.

Duo I. Jehovæ Angeli Sodomam perveniunt, & à Loto hoſpitio convivioque excipiuntur. à v. 1. II. à viris Sodomæ ad impudicitiam expetuntur. à v. 4. A quâ III. ſe & domum Loti vindicant. à v. 10. IV. Lotum cum ſuis extra Sodomam educunt. à v. 12. V. Eidem Zoaram in refugium permittunt. à v. 17. VI. Sodomam ſociaſq; urbes evertunt, & uxor Loti in ſtatuam ſalis convertitur. à v. 23. VII Lotus ex filiabus ſuis per inceſtum filios generat. à v. 30.

INterea venerunt duo Angeli Sodomam in veſperâ, quum Lotus ſederet in porta Sodomæ. Vidit itaque *(eos)* Lotus, & ſurrexit obviam iis, incurvavitque ſe in terram :

2. Et dixit ; Ecce, quæſo, domini mei, [a] concedite, quæſo, ad domum ſervi veſtri, & pernoctate, & lavate pedes veſtros ; manè autem ſurgite, & ite viam veſtram : Verùm dixerunt : Non, ſed in platea pernoctabimus.

a) *Heb. 13, 2.*

3. At inſtitit illis valdè ; ideò demum

ad ipſum conceſſerunt, intraveruntque in domum ipſius: qui fecit illis convivium, & infermentatas placentas coxit; comedeſuntque.

4. Nondum cubitum iverant: quum viri urbis, viri Sodomæ, circumdederunt domum, à juvene uſque ad ſenem; univerſus populus ab extremitate.

5. Clamaveruntque ad Lotum, & dixerunt ei; Ubi ſunt viri, qui intrarunt ad te hac nocte? Educ eos ad nos, ut cognoſcamus eos.

6. Verùm exiit ad eos Lotus ante oſtium; januamque clauſit poſt ſe.

7. Et dixit; ne, quæſo, fratres mei, malum facite.

8. Ecce, quæſo, mihi duæ filiæ, quæ non cognoverunt virum: educam, quæſo, has ad vos, voſque facite eis, ſicut bonum in oculis veſtris; viris modò his ne faciatis quicquam; propterea enim venerunt ſub umbram trabis meæ.

9. Sed dixerunt; Accede huc. porrò dixerunt, num unus venit ad peregrinandum, & judicaverit judicando? nunc malum faciemus tibi præ illis: [b] uſqueque virum, Lotum, valdè, & acceſſerunt ad effringendum januam. b) 2. Pet. 2, 7.

10. At extenderunt viri manum, & introduxerunt Lotum ad ſe in domum: januam autem clauſerunt.

11. Viros verò, qui ad oſtium domus, percuſſerunt [c] cœcitatibus, a minimo uſque ad maximum, ut defatigarentur ad inveniendum januam. c) Sap. 18, 16.

12. Tum dixerunt viri ad Lotum; Adhuc ne aliquis tibi hîc? num gener, aut filii tui, aut filiæ tuæ, aut quicunque fuerit tibi, in urbe eſt? Educ ex loco (*hoc.*)

13. Nam perdituri ſumus nos, locum hunc; quia magnus factus eſt clamor adverſus eos coram JEHOVAH, miſitque nos JEHOVAH, ad perdendum eam (*Sodomam.*)

14. Exivit itaque Lotus, & locutus eſt ad generos ſuos, accepturos filias ſuas, dixitque; Surgite, exite ex loco hoc; quia perditurus eſt JEHOVAH urbem: ſed fuit, quaſi ludens in oculi generorum ſuorum.

15. Quum verò aurora aſcenderet, [d] feſtinare fecerunt Angeli Lotum, dicendo; Surge, ſume uxorem tuam, & duas filias tuas, quæ inveniuntur (*præſentes;*) ne conſumaris propter iniquitatem urbis. d) Sap. 10, 6. 2. Pet. 2, 7.

16. Qui quum moraretur, apprehenderunt viri manum ejus, & manum uxoris ejus, & manum duarum filiarum ejus, ob miſerationem JEHOVÆ ſuper eo: eduxeruntque eum, & reliquerunt eum foris ante urbem.

17. Quumque eduxiſſent (*ipſi*) illos foràs, dixit (*Jehovah ad eum reverſus;*) Eripe te pro anima tua; ne reſpicias poſt te, neque conſiſtas in tota planitie: in montem eripe te, ne conſumaris.

18. Sed dixit Lotus ad eos; ne, quæſo, Adonaj!

19. Ecce, quæſo, invenit (*quidem*) gratiam ſervus tuus in oculis tuis, & magnam feciſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecum, vivificando animam meam: jam verò ego non potero eripere me in montem, ne adhæreat mihi malum (*iſtud*), ut moriar.

20. Ecce, quæſo, urbs hæc propinqua eſt ad fugiendum eò; eſtque exigua; eripiam me, quæſo, eò [nonne exigua eſt?] ut vivat anima mea.

21. Dixit ergo ad ipſum; Ecce, acceptavi faciem tuam etiam quoad verbum hoc; ut non evertam urbem, de qua locutus es.

22. [e] Feſtina, (*ergò*) eripe te eò; quia non potero facere quicquam, donec veneris eò. Propterea vocavit nomen urbis, Zoar, (*h. e. Exigua.*) e) Sap. 10, 6.

23. Sol exortus erat ſuper terram; Lotuſque venerat Zoarem: f) Deut. 29, 23. Eſa. 13, 19. Ier. 50, 40.

24. Quum [f] JEHOVAH pluere fecit ſuper Sodomam, & ſuper Amoram, ſulphur & ignem, a cum JEHOVAH è cœlo, Ez. 16, 50. Oſ. 11, 8. Am. 4, 11.

25. Everſitque urbes has, & omnem planitiem; item omnes habitatores urbium, germenque terræ. Luc. 17, 29.

26. [g] Sed reſpexit uxor ejus (*Loti*) a poſt ipſum (*h. e. à ſequendo ipſum:*) ideò facta eſt ſtatua ſalis. 2. Pet. 2, 6.

27. Cæterum manè ſurrexit Abrahamus ſub matutam, (*progreſſus*) ad locum, ubi ſtabat coram JEHOVAH. g) Sap. 10, 7. Luc. 17, 32.

28. Quumque proſpiceret verſus Sodomam & Amoram, & ſuper omnes facies terræ planitiei: vidit, & ecce, aſcendit fumus terræ, ſicut fumus clibani.

29. Sic factum eſt, quum perderet DEUS urbes planitiei, ut recordaretur DEUS Abrahami; emitteretque Lotum è medio everſionis, cùm verteret urbes, in quibus habitaverat Lotus.

30. Poſteà verò aſcendit Lotus è Zoar, habitavitque in monte, duæque filiæ ejus cum ipſo; quia timebat habitare in Zoar. Habitavit itaque in ſpelunca, ipſe & duæ filiæ ejus.

31. Quarum primogenita dixit ad minorem; Pater noſter conſenuit: nec vir eſt in terra, ad intrandum ad nos (*conjugaliter,*) juxta morem (*& leges*) omnis terræ.

h) Lev. 18, 7. 32. Age, inebriemus patrem noſtrum vino, & [h] cubemus cum ipſo: vivificemuſque ex patre noſtro ſemen.

33. Inebriarunt itaque patrem ſuum vino nocte iſta: intravitque primogenita, & cubuit cum patre ſuo; nec agnovit, quum cubaret illa, vel ſurgeret.

34. Unde factum eſt poſtridie, ut diceret primogenita ad minorem; Ecce, cubui heri cum patre meo: inebriemus eum vino, etiam hac nocte; tumque ingredere, cuba cum ipſo, ut vivificemus ex patre noſtro ſemen.

35. Inebriarunt ergò etiam nocte iſtâ patrem ſuum vino: ſurrexitque minor, & cubuit cum ipſo: nec agnovit, quum cubaret illa, vel ſurgeret.

36. Conceperuntque ambæ filiæ Loti ex patre ſuo.

37. Peperit verò primogenita filium, vocavitque nomen ejus Moab: hic eſt pater Moabi, ad hunc uſque diem.

38. Sed minor etiam ipſa peperit filium, cujus vocavit nomen, Ben-Ammi: hic eſt pater filiorum Ammon, ad hunc uſque diem.

CAP. XX.

Abrahamus I. in Gerar concedit. v. 1. (cujus II. Saram uxorem Abimelechus in domum ſuam ducit. v. 2. qui verò III. propter eam à DEO conceptus deprecatur. à v. 3. cum IV. Abrahamo reſtituit. à v. 8. Et V. per preces Abrahami à DEO cum domo ſanatur. à v. 17.

Cæterum profectus eſt inde Abrahamus, in terram meridiei, habitavitque inter Kadeſch & inter Schur: & peregrinatus eſt in Gerar.

2. Dixit verò Abrahamus de Sara, uxore ſua, [a] Soror mea eſt: unde miſit Abimelech Rex Geraris, & accepit Saram. a) Gen. 12, 13.

3. Sed venit DEUS ad Abimelechum in ſomnio noctis: dixitque illi; Ecce tu morieris propter mulierem, quam accepiſti: eſt namque maritata marito.

4. Abimelech tamen (*adhuc*) non appropinquaverat ad eam: ideoque dixit; Domine, num gentem etiam juſtam occides?

5. Nonne ipſe dixit mihi; Soror mea eſt? Sed & illa ipſa dixit; Frater meus eſt? in ſimplicitate cordis mei, & puritate manuum mearum feci hoc.

6. Quare dixit ad eum DEUS in ſomnio; Etiam ego novi, quod in ſimplicitate cordis tui feceris hoc: ideò prohibui etiam ego te, à peccando mihi; ideò (*inquam*) non permiſi tibi tangere eam.

7. Jam ergò reſtitue uxorem viri; qui, quia [b] propheta eſt, orabit pro te, & vives: quod ſi non reſtitueris, ſcito, quod moriendo morituris, tu & omnis, qui tibi eſt. b) Pſ. 105, 15.

8. Unde mane ſurrexit Abimelechus ſub matutam, & vocavit omnes ſervos ſuos, locutuſque eſt omnia verba iſta in auribus eorum: timueruntque viri valdè.

9. Pòſt vocavit Abimelechus Abrahamum, dixitque ei; Quid feciſti nobis? aut quid peccavi tibi, quod adduxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum adeò grave? facta, quæ non fieri ſolent, feciſti nobiſcum.

10. Porrò dixit Abimelechus ad Abrahamum; Quid vidiſti, quod feciſti verbum hoc?

11. Tum dixit Abrahamus; Quia dixi Veruntamen [c] non eſt timor DEI in loco hoc: unde occident me propter uxorem meam. c) Gen. 12, 12.

12. Inſuper revera etiam Soror, filia patris mei, eſt, ſed non filia matris meæ; unde fuit mihi in uxorem.

13. Factum verò eſt, quum diſcedere me

me facerent Elohim (*Deus*) à domo patris mei, ut dicerem ; Hæc eſto miſericordia tua, quam facies mecum ; ad quemcunque locum venerimus, dicito de me ; Frater meus eſt.

14. Tunc ergo ſumſit Abimelechus gregem & armentum, & ſervos ancillaſque, ac (*dona*) dedit Abrahamo : ſed & reſtituit illi Saram, uxorem illius.

15. Inſuper dixit Abimelechus ; Ecce, terra mea coram te eſt, ubi bonum in oculis tuis, habita.

16. Ad Saram verò dixit ; Ecce, dedi mille (*ſiclos*) argenti fratri tuo : ecce, hoc tibi erit velamen oculorum, cum omni quod tecum eſt : omniaque (*reliqua, qua dixerat Abrahamo etiam.*) Sicque vindicata eſt.

17. Oravit autem Abrahamus ad Deum : ideò ſanavit Deus Abimelechum, & uxorem ejus, ancillaſque ejus : pepereruntque.

18. Quia claudendo clauſerat Jehovah omnem uterum domus Abimelechi, propter Saram, uxorem Abrahami.

CAP. XXI.

Iizchakus I. à Sarah naſcitur, circumciditur, & ablactatur. à v. 1. II. Iiſchmaël illuſor è domo Abrahami ejicitur, & in periculo ſitis à DEO exauditus conſervatur, inq; deſerto habitat. à v. 9. III. Abimelechus cum Abrahamo fœdus facit : ſicq; Abrahamus in terra Philiſtæorum peregrinatur. à v. 22.

DEinde Jehovah viſitavit Saram, quemadmodum dixit : fecitque Jehovah Saræ, ſicut [a] locutus eſt.

a) *Gen. 17, 19. 18, 10.*

2. Concepit enim, & [b] peperit Sarah Abrahamo filium, tempore ſenectutis illius : ſtato tempore, quod locutus erat Deus.

b) *Heb. 11, 11. Mat. 1, 2 Luc. 1, 34 Gal. 4, 22.*

3. Vocavit itaque Abrahamus nomen filii ſui, qui ſibi natus eſt, quem peperit ipſi Sarah, Jizchak.

4. Circumciditque Abrahamus Jizchakum, filium ſuum, filium octo dierum : ſicut [c] præceperat ipſi Deus.

c) *Gen. 17, 12.*

5. Abrahamus autem erat filius centum annorum, quum naſceretur ipſi Jizchakus, filius ipſius.

6. Sarah verò dixit ; Riſum fecit mihi Deus : quiſquis (*enim*) audiverit, ridebit ſuper me.

7. Dixit porrò ; Quis dixiſſet Abrahamo ; lactabit filios Sarah ? ſiquidem peperi filium, tempore ſenectutis illius.

8. Quumque creviſſet puer, & ablactaretur : fecit Abrahamus convivium magnum, (*ipſo*) die, quo ablactatus eſt Jizchakus.

9. Poſteà vidit Sarah filium Hagatis Ægyptiæ, quem pepererat Abrahamo, illudentem (*Iſaaco :*)

10. Quare dixit Abrahamo ; [d] ejice ancillam hanc, filiumque ejus : quia non ſumet hereditatem filius ancillæ hujus, cum filio meo, cum Jizchako.

d) *Gen. 21, 10.*

11. Sed malum fuit verbum valde, in oculis Abrahami ; ob cauſas filii ſui (*Iiſchmaëlis.*)

12. Donec dixit Deus ad Abrahamum ; ne malum ſit (*hoc*) in oculis tuis propter puerum, & propter ancillam tuam, quin, quicquid dixerit ad te Sarah, (*in eo*) obtempera illi : quia [e] in Jizchako vocabitur tibi ſemen.

e) *Heb. 11, 18. Rom. 9, 7.*

13. Attamen etiam [f] filium ancillæ in gentem ponam : propterea quod ſemen tuum eſt.

f) *Gen. 16, 10. 17, 20.*

14. Manè ergò ſurrexit Abrahamus ſub matutam, ſumſitque panem, & lagenam aquæ, ac dedit Hagari, ponens ſuper humerum ejus, & puerum (*dedit,*) dimiſitque eam : quæ ivit, & aberravit, in deſerto Beerſcheba.

15. Quum autem conſumta eſſet aqua ex lagena : projecit puerum ſub unum fruticum (*fruticetorum.*)

16. Abivitque, & ſedit ſibi è regione, ſecedendo longius tamen tanquam adjactum arcus ; dixit namque ; ne viderim mortem pueri : ideò ſedit è regione (*longius,*) ſuſtulitque vocem ſuam, & flevit.

17. Verum exaudivit Deus vocem pueri : ideoque Angelus Dei clamavit ad Hagarem de cœlo ; dixitque illi ; Quid (*ſtes*) tibi, Hagar ? ne timeas ; quoniam exaudivit Deus vocem pueri, in (*loco,*) in quo ille eſt.

18. Surge, tolle puerum, & apprehende manu tua eum : quoniam in gentem magnam ponam eum.

19. Simulque aperuit Deus oculos ejus, ut videret fontem aquæ, quò abivit, implevitque lagenam aquâ, potavitque puerum.

20. Poſtea fuit Deus cum puero, ut exceſceret ; habitaretque in deſerto, eſſetque jaculator ſagittarius (*egregius ſagittarius.*)

21. Habitavit itaque in deſerto Paran : accepitque ipſi mater ipſius uxorem è terra Ægypti.

22. Factum verò eſt tempore iſto, ut diceret [g] Abimelechus, & Phichol princeps exercitus ejus, ad Abrahamum, dicendo ; Deus tecum eſt, in omnibus, quæ tu facis.

g) *Gen. 26, 26.*

23. Nunc ergò jura mihi per Deum hic ; ſi fefelleris me, aut filium meum, aut nepotem meum : juxta benignitatem, quam feci tecum, facies mecum, & cum terra (*hac,*) in qua peregrinatus es.

24. Tum dixit quidem Abrahamus ; Ego jurabo.

25. Redarguit tamen Abrahamus Abimelechum, propter puteum aquarum, quem eripuerant ſervi Abimelechi.

26. Sed dixit Abimelechus ; Non ſcivi, quis feciſſet rem hanc : neque etiam tu indicaſti mihi ; unde nec ego audivi, niſi hodiè.

27. Sumſit itaque Abrahamus gregem & armentum, deditque Abimelecho : atque pepigerunt ambo fœdus.

28. Inſuper ſtatuit Abrahamus ſeptem agnas gregis ſeorſim.

29. Tum verò Abimelechus dixit ad Abrahamum ; Quid hæ (*ſibi volunt*) ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtatuiſti ſeorſim ?

30. Qui dixit ; quia ſeptem agnas accipies à manu meâ ; ut (*hoc*) ſit mihi in teſtimonium, quod foderim puteum hunc.

31. Propterea vocavit locum hunc Beer-ſcheba (*i.e. puteum ſeptem, ſc. agnorum, itemq; juramenti :*) quia ibi juraverunt ambo.

32. Poſtquam itaque pepigerunt fœdus in Beer-Scheba : ſurrexit Abimelechus, & Phichol princeps exercitus ejus : redieruntque ad terram Philiſtæorum.

33. At (*Abrahamus*) plantavit lucum in Beer-Scheba : invocavitque ibi nomen Jehovæ, Dei æternitatis.

34. Peregrinatuſque eſt Abrahamus in terra Philiſtæorum, diebus multis.

CAP. XXII.

DEUS I. Abrahamum tentat mandato de offerendo filio Iizchako. à v. 1. II. Abrahamus obediturus cum hoc in montem Morijam abit. à v. 3. III. Executurus mandatum ab Angelo Iehova inhibetur. à v. 9. IV. A quo benedictionem ſeminis denuò accipit. à v. 15. Poſt V. latum de domo Nachoræ fratris nuntium audit. à v. 20.

POſtquam factum eſt poſt res iſtas, ut Deus [a] tentaret Abrahamum, dixeritque ad eum ; Abraham ! qui dixit ; Ecce me.

a) *Iud 2, 22. Heb. 11, 17.*

2. Tum dixit ; Sume nunc filium tuum, unigenitum tuum, quem diligis, Jizchakum ; & abi tibi ad terram Morijah, offerque eum ibi in holocauſtum, ſuper unum montium, quem dixero tibi.

3. Manè ergò ſurrexit Abrahamus ſub matutam, & ſtravit aſinum ſuum, ſumſitque duos pueros ſuos ſecum, & Jizchakum, filium ſuum : fidit etiam ligna holocauſti, ſurrexitque, & abivit ad locum, quem dixerat ipſi Deus.

4. In die tertio ſuſtulit Abrahamus oculos ſuos, viditque locum è longinquo.

5. Tum dixit Abrahamus ad pueros ſuos ; ſedete vobis hic cum aſino ; ego verò & puer ibimus uſque iſtuc : quumque adoraverimus, revertemur ad vos.

6. Sumſit itaque Abrahamus ligna holocauſti, poſuitque ſuper Jizchakum, filium ſuum : in manum autem ſuam ſumſit ignem, & cultrum. Quum verò irent ambo unâ :

7. Locutus eſt Jizchakus ad Abrahamum, patrem ſuum ; & dixit ; Pater mi : qui dixit ; Ecce me, fili mi. Tum dixit ; Ecce ignem & ligna : ubi verò pecus in holocauſtum ?

8. Cui dixit Abrahamus ; Deus videbit

bit sibi pecudem in holocaustum, fili mi: atque sic iverunt ambo unà.

9. Sed quum venissent ad locum, quem dixerat illi Deus, ædificavit ibi Abrahamus altare, disposuitque ligna: Jizchakum autem, filium suum, ligavit, posuitque eum super altari supra ligna.

b) *Heb.* 10. Jamque [b] emittebat Abrahamus manum suam, accipiebatque cultrum, ad mactandum filium suum:

11. Quum clamavit ad ipsum Angelus Jehovæ de cœlo, dixitque; Abraham, Abraham! qui dixit; Ecce me.

12. Tum dixit; ne mittas manum tuam in puerum, nec facies ei quicquam: quia jamjam scio, quod timens Deum tu sis; siquidem non prohibuisti filium tuum, unicum tuum, à me.

13. Quumque tolleret Abrahamus oculos suos, videretque; Ecce arietem, retrorsum implicatum perplexo fruticeto cornibus suis: abivit (*itaq;*) Abrahamus, & sumsit arietem, obtulitque in holocaustum, loco filii sui.

14. [Idcò vocavit Abrahamus nomen loci illius, Jehovah videbit: unde dicitur hodiè; In monte, Jehovæ videbitur.]

15. Porrò clamavit Angelus Jehovæ ad Abrahamum, secundùm de cœlo.

c) *Ps. 105, 9. Sir. 44, 22. Luc. 1, 73. Heb. 6, 13.* 16. Dixitque; [c] Per me Juravi, dictum Jehovæ, quòd propterea, quòd fecisti verbum hoc, nec prohibuisti filium tuum, unicum tuum (*à me:*)

17. Quòd (*inquam,*) benedicendo benedicturus sim tibi, & multiplicando multiplicaturus sim semen tuum, sicut stellas cœli; & sicut arenam; quæ est ad litus maris: hereditabitque semen tuum portas hostium suorum:

l) *Gen. 22, 3. 18, 18. 26, 4. Act. 3, 25. Gal. 3, 8. Sir. 44, 22.* 18. Imò [d] benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ: propterea quòd obedivisti voci meæ.

19. Deinde reversus est Abrahamus ad pueros suos; surrexerunt que, & abierunt unà in Beer-Scheba: sic habitavit Abrahamus in Beer-Scheba.

20. Factum autem est post res istas, ut annuntiaretur Abrahamo, dicendo; Ecce, peperit Milka etiam ipsa filios Nachori, fratri tuo:

21. (*Nimirum;*) [e] Uz, primogenitum ejus, & Bus, fratrem hujus; & Kemuel, fratrem Arami:

e) *Ijob. 1, 1. 32, 2.*

22. Et Kesed, & Chaso, & Pildasch, & Jidlaph, & Bethuel.

23. Bethuel autem genuit Rebeccam. Octo istos peperit Milka Nachori, fratri Abrahami.

24. Sed & pellex ipsi erat, cujus nomen Reümah: quæ ipsa etiam peperit Thebach, & Gacham, & Thachasch, & Maachah.

CAP. XXIII.

Sarah I. moritur in Kirjath Arba. v. 1, 2. II. Lugetur ab Abrahamo. v. 2. III. A quo ea locus sepulchri emitur, ager Ephronis (Chitthæi, à v. 3. ubi IV. ab eodem sepelitur, v. 19, 20.

Cæterum fuit vita Saræ centum annì, & viginti anni, & septem anni: anni (*inquam*) vitæ Saræ.

2. Quum autem mortua esset Sarah in Kirjath-Arba (*quæ est Chebron*) in terra Canaan: venit Abrahamus ad lugendum Saram, & ad deplorandum eam.

3. Pòst surrexit Abrahamus à coram mortuo suo: & locutus est ad filios Cheth, dicendo:

a) *Act. 7, 5.* 4. [a] Peregrinus & advena ego sum vobiscum: date (*ergò*) mihi possessionem sepulchri (*saltem*) vobiscum; ut sepeliam mortuum meum a coram me.

5. Responderunt verò filii Cheth Abrahamo, dicendo ipsi:

6. Audi nos, Domine mi; Princeps Dei tu es in medio nostri; (*ideò*) in electo sepulchrorum nostrorum sepeli mortuum tuum: quisquam (*enim*) ex nobis sepulchrum suum non prohibebit à te, quò minùs sepelias mortuum tuum (*ibi.*)

7. Tum surrexit Abrahamus, & incurvavit se populo quidem terræ, filiis Cheth:

8. Locutus tamen est cum illis, dicendo; si est cum anima vestra, ut sepeliam mortuum meum à coram me: audite me, & intercedite pro me apud Ephronem, filium Zochar:

9. Ut

9. Ut det mihi speluncam Machpélah, quam habet, quæ est in fine agri ejus: pro argento pleno dabit eam mihi in medio vestri, in possessionem sepulchri.

10. Ephron autem sedebat in medio filiorum Cheth: ideoque respondit Ephron Chitthæus Abrahamo, in auribus filiorum Cheth, quotquot ingrediebantur per portam urbis ejus, dicendo:

11. Non, Domine mi; audi (*potius*) me: agrum dabo tibi, simulque speluncam, quæ in ipso est, dabo tibi; coram oculis filiorum populi mei dabo eam tibi, sepeli (*modò*) mortuum tuum.

12. Tum incurvavit se Abrahamus coram populo terræ:

13. Ad Ephronem verò locutus est in auribus populi terræ, dicendo: Veruntamen, si tu, si (*inquam*) audias me: dabo argentum agri, (*id*) accipe à me; tunc sepeliam mortuum meum ibi.

14. Respondit itaque Ephron Abrahamo, dicendo illi:

15. Domine mi, audi me; terra quadringentorum siclorum argenti, inter me & inter te, quid illa est? Itaque (*si dederis mihi,*) mortuum tuum sepeli.

16. Consensit statim Abrahamus Ephroni; appenditque Abrahamus Ephroni argentum, quod locutus est in auribus filiorum Chethi: (*nimirum*) quadringentos siclos argenti, transeuntis negotiatori.

b) *Act. 7, 16.* 17. Atque sic stetit [b] ager Ephronis, qui in Machpélah; quod coram Mamre, ager & spelunca, quæ in illo, & omne lignum, quod in agro, quod in limite ejus circumcirca,

18. Abrahamo in rem emtam, coram oculis filiorum Cheth, quoad omnes ingredientes per portam urbis ejus (*sc. Ephronis.*)

19. Postea sepelivit Abrahamus Saram uxorem suam, in spelunca agri Machpélah ante Mamre, quæ est Chebron; in terra Canaan.

20. Stetit itaque ager, & spelunca, quæ in eo, Abrahamo in possessionem sepulchri; a cum filiis Chethi.

CAP. XXIV.

Abrahamus I. Eliezerem Oeconomum suum adjurat, & mittit in Mesopotamiam ad adducendum inde Iizchako uxorem. à v. 1. II. Eliezeri eò profecto & precato divinitùs occurrit Rebecca, filia Bethuelis. à v. 10. A quâ III. hospitium ipsi apud patrem offertur, & conciliatur. à v. 24. Ipse verò IV. eam uxorem Iizchako petit & impetrat à v. 33. Et V. Iizchako adducit, & occurrenti tradit. à v. 44. Qui VI. eam in tentorium matris, & matrimonium recipit. v. ult.

Cum verò Abrahamus consenuisset, & Jehovah benedixisset Abrahamo in omnibus:

2. Dixit Abrahamus ad servum suum, seniorem domus suæ, administrantem omnia, quæ ipsi erant; Pone nunc manum tuam sub femur meum:

3. Ut adjurem te in Jehovah, Deo cœli, & Deo terræ: quod non acceptaturus sis uxorem filio meo de filiabus Canaanitæ, in cujus medio ego habito:

4. Sed ad terram meam, & cognationem meam eas; sumasque uxorem filio meo, Jizchako.

5. Verùm dixit ad eum servus; fortè nolet mulier sequi me ad terram hanc: num reducendo reducam filium tuum ad terram, unde egressus es?

6. Tum dixit ad eum Abrahamus; cave tibi, ne reducas filium meum eò.

7. Jehovah (*autem*) Deus cœli, qui sumsit me de domo patris mei, & de terra cognationis meæ; & qui locutus est mihi, quique juravit mihi, dicendo; [a] semini tuo dabo terram hanc: ille (*inquam*) mittet [b] Angelum suum coram te, ut accipias uxorem filio meo inde:

a) *Gen. 12, 7. 13, 15. 15, 18. 26, 4.*

8. Quòd si noluerit mulier sequi te, absolutus eris à juramento meo hoc: modò non reduxeris filium meum eò.

b) *Tob. 7, 12.*

9. Tùm posuit servus manum suam sub femur Abrahami, Domini sui, juravitque ipsi super negotio istoc.

10. Deinde sumsit servus decem camelos de camelis Domini sui, abivitque ita, ut de omni bono Domini sui, in manu ipsius esset: surrexit autem abivitque ad Syriam fluviorum (*Mesopotamiam*), ad urbem Nachoris.

11. Ibi procumbere fecit in genua camelos extra urbem, apud fontem aquæ, circa tempus veſperæ, quo tempore exibant, quæ hauriebant.

12. Dixitque; JEHOVAH, DEUS Domini mei, Abrahami, obvenire, quæſo, fac (*caſum*) mihi hodie: & fac miſericordiam cum Domino meo, Abrahamo.

13. Ecce, ego conſiſto ad fontem aquarum: at filiæ virorum urbis egredientur, ad hauriendam aquam.

14. Fiat ergò, ut puellam, ad quam dixero, declina, quæſo cadum tuum, ut bibam, illa verò dixerit, bibe; etiamque camelos tuos potabo: eam (*inquam*) argueris ſervo tuo, Jizchako; inque hoc cognoſcam, quod feceris miſericordiam cum Domino meo.

15. Cum verò (*in eo*) ipſe eſſet, ut nondum abſolviſſet loqui; ecce, Rebecca exibat, quæ nata erat [c] Bethueli, filio Milkæ, uxoris Nachoris, fratris Abrahami; caduſque ejus ſuper humero ejus;

c) *Gen. 22, 22.*

16. (Erat autem puella pulchra aſpectu valdè, virgo, quam vir non cognoverat;) quæ quum deſcendiſſet, & cadum ſuum impleviſſet, atque aſcenderet:

17. Cucurrit ſervus obviam illi, dixitque illi; guſtare me, quæſo, fac parùm aquæ ex cado tuo.

18. (*Illa*) verò dixit; bibe, Domine mi, feſtinavitque, & demiſit cadum ſuum ſuper manum ſuam, & bibere ei dedit:

19. Quumque abſolviſſet dare ipſi bibere, dixit; Etiam camelis tuis hauriam, uſque dum abſolverint bibere.

20. Feſtinavitque & explevit cadum ſuum ad canalem, & denuò cucurrit ad fontem ad hauriendum, hauſitque omnibus camelis ejus.

21. Vir itaque obſtupuit ob illam: tacuit tamen ad (*ulterius*) cognoſcendum, num ſecundaſſet JEHOVAH viam ſuam; annon?

22. Quum autem abſolviſſent cameli bibere, ſumſit vir monile auri, cujus pondus dimidius ſicli: & duas armillas ſuper manus ejus, quarum pondus decem auri (*ſicli:*)

23. Dixitque; Cujus filia tu es? indica, quæſo, mihi. Num etiam eſt in domo patris tui locus nobis ad pernoctandum?

24. Dixit ergò ad eum; Filia Bethuelis ego ſum; filii Milkæ, quem genuit Nachori.

25. Porrò dixit ad eum; tum ſtramen, tùm pabulum multum nobiſcum eſt: tum locus ad pernoctandum.

26. Tum verò incurvavit ſe vir & adoravit Jehovam:

27. Dixitque; Benedictus JEHOVAH, DEUS Domini mei, Abrahami, qui non amovit miſericordiam ſuam & veritatem ſuam à-cum Domino meo: me (*namq;*) in via duxit JEHOVAH ad domum fratrum Domini mei.

28. Interea cucurrit puella, annuntiavitque domui matris ſuæ; juxta verba iſta.

29. Erat autem Rebeccæ frater, cujus nomen, Laban. Cucurrit itaque Laban ad virum foràs ad fontem.

30. Nam, quum vidiſſet monile, & armillas ſuper manibus ſororis ſuæ, audiviſſetque verba Rebeccæ, ſororis ſuæ, dicendo; Sic locutus eſt ad me vir: venit ad virum. Ecce autem ſtabat (*adhuc*) apud camelos propè fontem.

31. Dixit itaque; Intra, benedicte JEHOVÆ: quare ſtabis foris? Ego verò verri domum; locuſque eſt camelis.

32. Quare intravit vir in domum; ille verò ſolvit camelos: deditque ſtramen & pabulum camelis; aquas verò ad lavandum pedes ejus, & pedes virorum, qui cum ipſo erant.

33. Poſteà poſitum eſt coram ipſo ad comedendum: at (*ille*) dixit; Non comedam, uſque dum locutus fuero verba mea: cui dixit (*iſte*); Loquere.

34. Tum dixit; Servus Abrahami ego ſum.

35. JEHOVAH verò benedixit Domino meo valdè, ut magnus factus ſit: dedit namque illi gregem & armentum, & argentum, & aurum, & ſervos, & ancillas, & camelos, & aſinos.

36. Peperitque [d] Sarah, uxor Domini mei, filium Domino meo, poſt ſenium ejus

d) *Gen. 21, 2.*

ejus (*Sarai:*) cui dedit (*Abrahamus*) omnia, quæ ipſi ſunt.

37. Jam adjuravit me Dominus meus, dicendo; Non accipies uxorem filio meo, de filiabus Canaanæi, in cujus terra ego habito.

38. Niſi ad domum patris mei ibis, & ad familiam meam; ut accipias uxorem filio meo (*faciat tibi DEUS ſic & ſic.*)

39. Cumque dicerem ad Dominum meum; fortè non ſequetur mulier me:

40. Dixit ad me; JEHOVAH coram quo ambulavi, mittet Angelum ſuum tecum, ſecundabitque viam tuam, ut accipias uxorem filio meo, de familia mea, & de domo patris mei.

41. Tunc (*tamen*) abſolutus eris ab adjuratione meâ; quum veneris ad familiam meam quidem; verum ſi non dederint tibi; tunc (*inquam*) abſolutus eris ab adjuratione meâ.

42. Veni itaque hodiè ad fontem, dixique; JEHOVAH, DEUS Domini mei, Abrahami; ſi nunc ſecundas viam meam, ſuper quâ ego iter facio:

43. Ecce, ego conſiſtam juxta fontem aquæ. Eſto verò, quæ virgo exiverit ad hauriendum, egoque dixero ad eam, da bibere mihi, quæſo, parum aquæ è cado tuo;

44. Atque (*illa viciſſim*) dixerit ad me; Etiam tu bibe, etiamque camelis tuis hauriam; ut hæc ſit uxor, quam arguerit JEHOVAH filio Domini mei.

45. Ego nondum abſolveram loqui apud cor meum; quum, ecce, Rebecca exiret, caduſque ejus ſuper humero ejus, deſcenderetque ad fontem, & hauriret: ad quam dixi; da mihi, quæſo, bibere.

46. Tum verò feſtinavit, & demiſit cadum ſuum à-ſuper ſe, dixitque; Bibe, etiamque camelos tuos potabo. Bibi itaque: at (*illa*) etiam camelos potavit.

47. Quumque quærerem ex illâ, diceremque; Cujus filia tu es? dixit; Filia Bethuelis, filii Nachoris, quem genuit ipſi Milkah. Tum poſui monile ſuper faciem illius, & armillas ſuper manus illius.

48. Incurvavique me, & adoravi JEHOVAM: benedixique JEHOVÆ, DEO Domini mei, Abrahami, qui duxit me in via veritatis, ad accipiendum filiam fratris Domini mei, filio hujus.

49. Nunc itaque, ſi eſtis facturi miſericordiam & veritatem cum Domino meo, indicate mihi: ſin, etiam indicate mihi, ut reſpiciam ad dextram, vel ad ſiniſtram.

50. Reſpondit ergo Laban, & Bethuel, dixeruntque; A JEHOVAH exiit verbum: (*ideò*) non poterimus loqui ad te malum aut bonum.

51. Ecce, Rebecca coram te eſt, ſume (*eam*), & abi; ut ſit uxor filio Domini tui; ſicut locutus eſt JEHOVAH.

52. Cum verò audiret ſervus Abrahami verba eorum: incurvavit ſe verſus terram JEHOVÆ:

53. Eduxitque (*mox*) ſervus vaſa argenti, & vaſa auri, & veſtes, ac dedit Rebeccæ: ſed & (*alia*) pretioſa dedit fratri ejus, matrique ejus.

54. Tumque (*demum*) comederunt biberuntque ipſe & viri, qui cum ipſo, ac pernoctarunt. Cùm verò ſurrexiſſent manè, dixit; dimittite me Domino meo.

55. Sed dixit frater ejus, & mater ejus; maneat puella nobiſcum dies (*menſis,*) aut decem (*ſaltem;*) poſt abibis.

56. Contrà dixit ad illos; ne moremini me, cum JEHOVAH ſecundaverit viam meam; dimittite (*potius*) me, ut abeam ad Dominum meum.

57. Dixerunt ergò; Vocemus puellam; & interrogemus os ejus.

58. Cumque vocaſſent Rebeccam, dixiſſentque ad eam, num ibis cum viro hoc? dixit; Ibo.

59. Quare dimiſerunt Rebeccam ſororem ſuam, & nutricem ejus; & ſervum Abrahami, & viros ejus.

60. Benedixeruntque Rebeccæ, & dixerunt illi; (*ô*) ſoror noſtra, tu eſto in millia myriadis, poſſidetoque ſemen tuum portam oſorum ſuorum.

61. Surrexit itaque Rebecca, & puellæ ejus, & equitarunt ſuper camelis, ſecutæque ſunt virum. Atque ſic ſumſit ſervus Rebeccam, & abivit.

62. Verumenimverò Jizchakus diſceſ-
d) Gen. ſerat (intereà) ex [d] (loco,) in quem con-
16,14. ceſſerat (ſc.) Beer-Lachaj-Roi: conſede-
25,11. ratque in terra meridiei:

63. Exivit autem Jizchakus ad orandum in agro, cum adveniret veſpera. Quumque tolleret oculos, videretque; ecce cameli veniebant.

64. Sed & Rebecca ſuſtulit oculos ſuos, viditque Jizchakum: ideò demiſit ſe de camelo;

65. Dixitque ad ſervum; Quis vir hic eſt, qui incedit in agro obviam nobis. Dixit itaque ſervus; Hic Dominus meus eſt. Unde ſumſit peplum, & obtexit ſe.

66. Servus autem enarravit Jizchako, omnia negotia, quæ feciſſet.

67. Introduxit itaque eam Jizchakus in tentorium Saræ matris ſuæ; ſumſitque Rebeccam, quæ facta eſt ipſi in uxorem; dilexitque eam. Atque ſic conſolationem accepit Jizchakus poſt matrem ſuam.

CAP. XXV.

Abrahamus I. poſt ductam in matrimonium Keturam, & ſuſtam de bonis inter filios diſpoſitionem moritur, & apud Saram ſepelitur. à v. 1. II. Iſchmaëlis generationes recenſentur. à v. 12. III. Jizchakus precibus fœcunditatem Rebeccæ à DEO impetrat. à v. 21. Quæ IV. concipit, vaticinium accipit, & parit geminos, Eſavum & Iacobum, diverſimode à parentibus amatos, & educatos. à v. 27. V. Eſavus autem Iacobo propoſita primogenituram ex contemtu vendit. à v. 29.

ADdidit quidem etiam Abrahamus, ut acciperet uxorem; cujus nomen Keturah.

2. Peperitque illi Simranem, & Jokſchanem, & Medanem, & Midjanem, & Iiſchbakum & Schuachum.

3. Jokſchan verò genuit Schebam; &
a) 1. Par. Dedanem: filiique [a] Dedanis fuerunt
1, 32. Aſchurim, & Letuſchim, & Leummim.

4. Filii autem Midjanis, Ephah & Epher, & Chanoch, & Abidah, & Eldaah: omnes hi fuerunt filii Keturæ.

5. Veruntamen dedit Abrahamus, omnia quæ ipſi erant, Jizchako:

6. Filiis autem pellicum, quos habebat Abrahamus, dedit Abrahamus dona; & dimiſit eos ab-apud Jizchakum, filium ſuum, quum adhuc viveret, verſus Orientem, ad terram Orientis.

7. Denique hi ſunt dies annorum vitæ Abrahami, quos vixit; Centum anni, & ſeptuaginta anni, & quinque anni.

8. Expiravitque & mortuus eſt Abrahamus in ſenectute bona, ſenex & ſatur; ac collectus eſt ad populos ſuos.

9. Sepeliverunt itaque eum Jizchakus & Iiſchmaël, filii ejus, in ſpeluncam Machpélah, in agrum Ephronis, filii Zochar, Chitthæi, qui eſt ante facies Mamre:

10. In agrum illum, quem emit [b] Ab- b) Gen.
rahamus a filiis Cheth. Ibi ſepultus eſt 23, 6.
Abrahamus & Sara uxor ejus.

11. Factum verò eſt poſt mortem Abrahami, ut benediceret DEus Jizchako, filio illius: quum (*adhuc*) habitaret Jizchakus propè [c] Beer-La-chaj-Roi. c) Gen.

12. Hæ verò ſunt [d] generationes 16,14.
Iiſchmaëlis, filii Abrahami; quem pepe- d) 1. Par.
rit Hagar Ægyptia, ancilla Saræ, Abra- 1, 29
hamo.

13. Et hæc ſunt nomina filiorum Iiſchmaëlis, quantum ad nomina eorum, juxta generationes eorum: primogenitus Iiſchmaëlis, Nebajoth, deinceps Kedar, & Arbeel, & Mibſam.

14. Et Miſchmah & Dumah, & Maſſa:

15. (*Poſteà*) Chadad, & Thema; Jetur, Naphiſch, & Kedma.

16. Hi ſunt filii Iiſchmaëlis, & hæc nomina eorum, in villis eorum, & in caſtellis eorum: duodecim principes juxta gentes eorum.

17. Et hi ſunt anni vitæ Iiſchmaëlis; centum anni & triginta anni, & ſeptem anni; cum expiravit, & mortuus eſt, collectuſque ad populos ſuos.

18. Habitaverunt autem (*Iiſchmaëlita*) à Chavilah uſque ad Schur, quod eſt juxta facies Ægypti, quà venitur in Aſchur: ante facies omnium fratrum ſuorum cecidit (*habitatio ipſi.*)

19. (*Hactenus generationes Abrahami.*) Porrò hæ ſunt generationes Jizchaki, filii Abrahami (*& hiſtoria.*) [e] Abrahamus e) 1. Par.
genuit Jizchakum. 1, 34

20. Jiz-

20. Jizchakus verò fuit filius quadraginta annorum, quando accepit Rebeccam, filiam Bethuelis Aramæi, ex Paddan-Aram, ſororem Labanis Aramæi, ſibi in uxorem.

21. Supplicavit autem Jizchakus JEHOVÆ pro uxore ſuâ, eò quod ſterilis eſſet: exoratuſque illi eſt JEHOVAH, ut conciperet Rebecca, uxor ejus.

22. Verùm cum colliderentur inter ſe filii in utero ejus, dixit; Si ſic (*porrò mihi futurum;*) cur ego ſum (*viva?*) Ideòque abivit ad quærendum JEHOVAM.

23. Cui dixit JEHOVAH; Duæ gentes ſunt in utero tuo, & duo populi ex viſceribus tuis ſeparabuntur: ſed populus
f) Mal. præ populo prævalebit; [f] majorque
1, 2. Rom. 9, ſervietminori.
10. ſeq. 24. Quum itaque impleti eſſent dies ejus ad pariendum; ecce gemini erant in utero ejus.

25. Quorum prior rubicundus exiit, totus ſicut tunica piloſa: unde vocarunt eum Eſav.

g) Oſee, 12, 3. Mat. 1, 2 26. Poſtea verò [g] exivit frater ejus, ita ut manus ejus prehenderet calcaneum Eſavi; ideò vocavit nomen ejus Jaakob (*h.e. calcaneum tenens:*) Eratque Jizchakus ſexaginta annorum filius, quum pareret eos (*Rebecca.*)

27. Cæterum quum adoleverunt pueri, factus eſt Eſavus vir peritus venationis, viragri: Jacob verò vir integer, habitans in tentoriis.

28. Amavitque Jizchakus Eſavum, quia venatio (*eſſe ſolebat*) in ore ipſius (*grata:*) Sed Rebecca amavit Jacobum.

29. (*Aliquando*) verò coxit Jacobus pultem: cum veniret Eſavus ex agro, eſſetque feſſus.

30. Dixit ergò Eſavus ad Jacobum; da mihi, quæſo, ut guſtem de rubicundo, rubicundo hoc; quoniam feſſus ſum: hinc vocavit nomen ejus, Edom (*h.e. rubicundus.*)

31. Sed dixit Jacobus; vende hodie (*hoc momento*) primogenituram tuam mihi.

32. Cui dixit Eſavus: Ecce, ego abeo ad moriendum (*antequam promiſſio Meſſiæ primogenituræ annexa implentur:*) quid ergo mihi primogenitura (*prodeſt?*)

33. Quumque Jacobus diceret; jura mihi hodie; Juravit illi: atque ſic [h] ven- h) Gen.
didit primogenituram ſuam Jacobo. 27, 36.
Heb. 12,
34. Tunc Jacobus dedit Eſavo panem 16.
& pultem lentium: qui comedit bibitque, & ſurrexit, atque abiit: ita contemſit Eſavus primogenituram ſuam.

CAP. XXVI.

Iizchakus I. ob famem in Gerar Philiſtæorum abit, monitus cum inſigni promiſſione à DEO, à v. 1. Ubi II. Rebeccam dicit ſororem ſuam. à v. 6. Ideò III. ab Abimelecho redargutus: tutus tamen præſtitus. à v. 3. Sed IV. magnus ibi factus, ex invidia dimiſſus, & à Philiſtæis moleſtiis ſuper fontibus rixis vexatus, in Beer Scheba rediit. à v. 13. Ubi V. Abimelechus fœdus cum eo pepigit. à v. 26. At VI. Eſavus per ductas uxores parentibus moleſtus fuit. v. 34. 35.

CÆterum fuit fames in terra, præter famem priorem, quæ fuit in diebus Abrahami: ideò abiit Jizchakus ad Abimelechum, Regem Philiſtæorum, Getarem.

2. Apparuerat enim ipſi JEHOVAH, dixeratque; Ne deſcendas in Ægyptum; habita (*potius*) in terra, quâ de dixero tibi;

3. Peregrinare in terra hâc; & ero tecum, benedicamque tibi: [a] quoniam a) Gen.
tibi & ſemini tuo dabo omnes terras has; 12, 7.
confirmaboque juramentum (*meum,*) 13, 15.
quod juravi Abrahamo, patri tuo: 15, 18.

4. Multiplicabo enim ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & dabo ſemini tuo omnes terras has: imò, [b] benedicetur b) Gen.
in ſemine tuo omnibus gentibus terræ: 18, 8.
26, 18.
5. Propterea quòd obedivit Abraha- 22, 18.
mus voci meæ: obſervavitque obſervanda mea, præcepta mea, ſtatuta mea, & legem meam.

6. Habitavit itaque Jizchakus in Gerar.

7. Quæſiverunt autem viri loci de uxore ejus: dixitque, (*ei*) ſoror mea eſt: nam timebat dicere; uxor mea eſt; ne fortè (*inquiebat*) occidant me viri loci propter Rebeccam; quoniam pulchra aſpectu erat.

8. Sed factum est, quum protraherentur ipsi ibi dies, ut prospiceret Abimelechus, Rex Philistæorum, per fenestram: videretque, quum ecce Jizchakus jocaretur cum Rebecca, uxore suâ.

9. Ideò vocavit Abimelechus Jizchakum, dixitque; Atqui, ecce, uxor tua est: quomodo ergò dixisti; soror mea est? Ad quem Jizchakus dixit; quia dixi; ne forte moriar propter eam:

10. Verum dixit (*ipsi*) Abimelechus; Quare hoc fecisti nobis? Parum abfuit, quin cubaret aliquis de populo cum uxore tua: quomodo adduxisses super nos reatum.

11. Præcepit tamen Abimelechus universo populo, dicendo; Quisquis tetigerit virum hunc vel uxorem ejus, interficiendo interficietur.

12. Tum sevit Jizchakus in terra ista, & invenit in anno isto centuplas mensuras: adeò benedixit ipsi JEHOVAH.

13. Itaque magnus factus est vir: quia ivit eundo, & crevit, usque dum magnus factus est valdè.

14. Fuit namque illi possessio gregis, possessio armenti, & servitium multum: adeò ut inviderint ipsi Philistæi.

15. Unde omnes puteos, quos foderunt servi patris ejus, in diebus patris ejus, Abrahami, obturarunt Philistæi, & impleverunt terrâ.

16. Sed & dixit Abimelechus ad Jizchakum; Abi à-cum nobis: quia prævales nobis valdè.

17. Abivit itaque inde Jizchakus, & tentorium fixit in valle Geraris, habitavitque ibi.

18. Iteravitque Jizchakus, & refodit puteos aquæ, quos foderant in diebus Abrahami, patris sui; obturaverant autem eosdem Philistæi, post mortem Abrahami: indiditque illis nomina, juxta nomina, quæ indiderat illis pater ipsius.

19. Quando verò foderunt servi Jizchaki in valle, ibique invenerunt puteum aquarum vivarum:

20. Rixati sunt pastores Geratis cum pastoribus Jizchaki, dicendo; Nostra est aqua hæc: unde vocavit nomen putei Esek (*h.e. contentio*;) quia contenderunt cum ipso.

21. Mox foderunt puteum alium; sed rixati sunt etiam super hoc: ideò vocavit nomen ejus Sitnah (*h.e. adversatio.*)

22. Deinde transtulit (*tentorium*) inde, foditque puteum alium; super quo non sunt rixati: unde vocavit nomen ejus Rechoboth (*h.e. latitudines;*) dixit enim; quia nunc latitudinem dedit nobis JEHOVAH, & fructum fecimus in terra.

23. Tandem inde ascendit in Beer-Scheba.

24. Apparuitque ipsi JEHOVAH nocte istâ, dixitque; Ego sum DEUS Abrahami, patris tui: ne timeas, quia tecum ego sum; & benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, propter Abrahamum, servum meum.

25. Ædificavit itaque ibi altare, invocavitque nomen JEHOVAH, quumque tetendisset ibi tentorium suum: foderunt ibi servi Jizchaki puteum.

26. [c] Abimelechus autem ivit ad ipsum è Gerar; Achusathusque amicus ejus, & Phichol princeps exercitus ejus. c) *Gen. 21,22.*

27. Ad quos dixit Jizchakus; Quare venistis ad me? cum tamen oderitis me, & ejeceritis me à-vobiscum.

28. Sed dixerunt; Videndo vidimus, quod fuerit JEHOVAH tecum: ideò diximus; sit, quæso, juramentum inter nos (*utrosq;*) inter nos & inter te. Faciemus itaque fœdus tecum.

29. Si feceris (*h.e. non facturum te*) nobiscum malum! sicut non tetigimus te, & sicut fecimus tecum tantùm bonum, dimisimusque te in pace. (*Nam*) tu nunc es benedictus JEHOVÆ.

30. Fecit itaque illis convivium, comederuntque & biberunt.

31. Mane autem surrexerunt sub matutam, & juraruntvir fratri suo: deinde dimisit eos Jizchakus, abiveruntque in pace.

32. Quumque fieret eodem die, ut venirent servi Jizchaki, indicarentque ipsi, de puteo, quem fodissent; ac dicerent ipsi; Invenimus aquam:

33. Vocavit illum [d] Schibba (*h. e. juramentum:* ideò nomen urbis est Beer-Scheba, usque ad diem hunc. d) *Gen. 21,31.*

34. Cæterùm cum Esavus esset filius quadraginta annorum, accepit uxorem Jehudith, filiam Beéri Chitthæi: & Basemath, filiam Elon, Chitthæi.

35. Quæ fuerunt exacerbatio spiritus Jizchako & Rebeccæ.

CAP. XXVII.

Iizchakus I. senex cum Esavo de benedictione primogenituræ agit, ideog, ad venandum eum emittit. à v. 1. II. Prudentia Rebeccæ præventus pro Esavo Iacobo insciius benedicit. à v 5. III. Esavum revertsum Iacobo postponit, benedictione tamen secundaria mactat. à v. 30. IV. Sed Esavus Iacobum odio & minis persequitur: quare Rebecca de dimittendo ad Labanem Iacobo cum Iizchako & ipso Iacobo deliberat. à v. 41.

FActum dein est, cùm consenuisset Jizchakus, & caligassent oculi ejus a videndo; ut vocaret Esavum, filium suum majorem, diceretque ad eum; Fili mi: qui dixit ad ipsum; Ecce me.

2. Tum dixit, Ecce nunc, consenui: nescio diem mortis meæ.

3. Jam itaque sume arma tua, quæso, pharetram tuam, arcumque tuum: & exi in agrum, venareque mihi venationem.

4. Facque mihi cupedias, sicut amavi, & adfer mihi, ut comedam: quò benedicat tibi anima mea, antequam moriar.

5. Rebecca verò audivit, quum loqueretur Jizchakus ad Esavum, filium suum. Quum itaque abiret Esavus in agrum, ad venandum venationem, ut adduceret:

6. Rebecca dixit ad Jacobum filium suum, dicendo; Ecce, audivi patrem tuum loquentem ad Esavum, fratrem tuum, dicendo;

7. Adfer mihi venationem, & fac mihi cupedias, ut comedam: quò benedicam tibi coràm JEHOVA, ante mortem meam.

8. Jam itaque, fili mi, obedi voci meæ, quoad id, quod ego præcipio tibi.

9. Abi, age, ad gregem, & sume mihi inde duos hædos caprarum bonos: ut faciam eos cupedias patri tuo, sicut amavit:

10. Adferasque patri tuo, ut comedat; quò benedicat tibi ante mortem suam.

11. Cumque diceret Jacobus ad Rebeccam, matrem suam: Ecce, Esavus, frater meus, est vir pilosus; ego verò vir lævis;

12. Fortè contrectabit me pater meus, eroque in oculis ejus tanquam seductor: quomodo adduxerim super me maledictionem, non autem benedictionem:

13. Dixit ipsi mater ipsius; super me esto maledictio tui, fili mi: obedi modò voci meæ, & abi, atque sume mihi.

14. Abiit ergò, & sumsit, & adduxit matri suæ: fecit autem mater ejus cupedias, sicut amavit pater ejus.

15. Deinde sumsit Rebecca vestes Esavi, filii sui majoris, præstantiores, quæ cum ipsa in domo erant: induitque Jacobo, filio suo minori.

16. Pelles autem hædorum caprarum induit super manus ejus, & super glabritiem colli ejus.

17. Mox dedit cupedias & panem, quæ fecerat, in manum Jacobi, filii sui.

18. Qui intravit ad patrem suum, dixitque; Pater mi: (*hic*) verò dixit; Ecce me, quis tu es, fili mi?

19. Tum dixit Jacobus ad patrem suum, Ego sum Esavus, primogenitus tuus; feci, sicut locutus es ad me: surge, quæso, sede, & comede de venatione meâ, ut benedicat mihi anima tua.

20. Quumque diceret Jizchakus ad filium suum; Quomodo festinasti invenire, fili mi? dixit, quia obvenire fecit JEHOVAH DEUS tuus, ante me.

21. Amplius dixit Jizchakus ad Jacobum; accede, age, ut contrectem te, fili mi: num tu sis filius meus Esavus; an non?

22. Cum ergo accessisset Jacobus ad Jizchakum, patrem suum, & (*hic*) contrectasset ipsum: dixit; Vox est vox Jacobi, manus autem sunt manus Esavi.

23. Sic non agnovit ipsum; quia fuerunt manus ejus, sicut manus Esavi, fratris ipsius, pilosæ: benedixitque quidem ipsi.

24. Denuò tamen dixit; Tune ergò es filius meus, Esavus? cumque diceret; Ego sum:

25. Di-

25. Dixit demùm; Adfer mihi, ut comedam de venatione filii mei; quò benedicat tibi anima mea. Ille verò attulit ei; & comedit: attulit etiam ei Vinum; & bibit.

26. Tandem tamen dixit ad eum Jizchakus, pater ipsius; accede, quæso, & osculare me, fili mi.

27. Quum itaque accederet, & oscularetur eum, odorareturque odorem vestium ejus: tum denique benedixit ipsi, dixitque; vide, odor filii mei est sicut odor agri, cui benedixit JEHOVAH.

a) *Heb.* 28. [a] Dabit ergò tibi DEUS de rore *11,20. Sir.3,10.* cœli, & pinguedinibus terræ; multitudinemque tritici & musti.

29. Servient tibi populi, & incurvabunt se tibi gentes; esto herus fratribus tuis, & incurvent se tibi filii matris tuæ: maledicentes tibi, maledictus *(quisq;)* at benedicentes tibi, benedictus *(quisque)* esto.

30. Factum verò est, cùm vix absolvisset Jizchakus benedicere Jacobo; factum, inquam, est, ut vix egrediendo egressus esset Jacobus à patre: cum Esavus, frater ejus, venit à venatione suâ.

31. Hic ergò fecit etiam cupedias, attulitque patri suo: & dixit patri suo; surgat pater meus, & comedat de venatione filii sui, quò benedicat mihi anima tua.

32. Sed dixit ipsi Jizchakus, pater ipsius; quis tu es? qui dixit; Ego sum filius tuus, primogenitus tuus, Esavus:

33. Tum verò cohorruit Jizchakus horrore magno admodum, dixitque; Quis ergò est ille, qui venatus est venationem, & attulit mihi; egoque comedi de omni, antequam venires, & benedixi illi? Etiam benedictus erit.

34. Cum audiret Esavus verba patris sui; exclamavit clamore magno & amaro

b) *Heb.* admodum: dixitque patri suo; [b] be-*12,17.* nedic mihi etiam, pater mi.

35. Sed dixit; Venit frater tuus cum fraude: abstulitque benedictionem tuam.

36. Dixit itaque; Numquid *(rectè)* vocaverit *(quis)* nomen ejus Jacob *(h. e. supplantatorem?)* *(certè.)* Nam supplan-

c) *Gen.* tavit me his duabus vicibus: [c] primo-*25,33.* genituram meam abstulit *(pridem;)* & ecce, nunc abstulit benedictionem meam. Insuper dixit; annon reservasti mihi benedictionem?

37. Sed respondit, dixitque Jizchakus Esavo; En, herum posui eum tibi, & omnes fratres ejus dedi ei in servos; tritico quoque & musto fulcivi eum: Tibi ergò quid faciam, fili mi?

38. Dixit verò Esavus ad patrem suum; Ergone benedictio una hæc tibi est, pater mi? simulque sustulit Esavus vocem suam, & flevit.

39. Quare respondit Jizchakus, pater d) *Heb.* ejus, & dixit ad eum; Ecce, [d] pingue-*10,20.* dines quidem terræ erit habitatio tua, & de rore cœli desuper *(erit tibi:)*

40. Sed tamen super gladio tuo vives, & fratri tuo servies: quanquam erit *(tempus,)* quum dominatum ita obtinebis, ut excutias jugum ejus de collo tuo.

41. Cæterum odio habuit Esavus Jacobum, propter benedictionem, quâ benedixit ipsi pater ipsius: adeò ut diceret e) *Obad.* Esavus in corde suo; [e] appropinqua-*1, 12.* bunt dies luctus patri meo: occidam namque Jacobum, fratrem meum.

42. Sed annuntiata sunt Rebeccæ verba Esavi, filii ipsius majoris: ideo misit, & vocavit Jacobum, filium suum minorem, dixitque ad eum; En, Esavus, frater tuus, comminatur tibi, occisurum te.

43. Jam ergò, fili mi, obedi voci meæ; & surge, fuge tibi ad Labanem, fratrem meum, in Charan:

44. Ut maneas cum ipso annos unum alterumve, donec recedat ira fratris tui.

45. Donec *(inquam)* recedat ira fratris tui à te, obliviscaturque ejus, quod feceris ei: tum namque mittam, & recipiam te inde. quare orbabor utroque vestrum uno die?

46. Insuper dixit Rebecca ad Jizchakum; fastidio vitam meam, propter filias Cheth: si acceperit Jacobus uxorem de filiabus Cheth, sicut istæ sunt, de filiabus terræ hujus; ut quid mihi vita?

CAP.

CAP. XXIIX.

1. Jizchakus filium Jacobum in Paddan-Aram cum benedictione mittit ad ducendam uxorem. à v.1. Unde II. Esavus motus filiam Ischmaelis ducit. à v.6. III. Jacobus è Beer-scheba profectus in Bethelpernoctat, visionem scalæ & promissionem DEI accipit. à v.10. Manè IV. monumento erecto votum facit DEO, & in orientem pergit. à v. 16.

VOcavit itaque Jizchakus Jacobum, benedixitque ipsi: & præcepit ipsi, dixitque ipsi: Non accipies uxorem de filiabus Canaan.

2. Surge, *(&)* abi in Paddan-Aram, ad domum Bethuelis, patris matris tuæ, & accipe tibi inde uxorem, de filiabus Labanis, fratris matris tuæ.

3. DEUS autem Fulminator benedicat tibi, & fructificet te, & multiplicet te; ut evadas in cœtum populorum:

4. Detque tibi benedictionem Abrahami, tibi & semini tuo tecum; ut possideas terram peregrinationum tuarum, quam dedit DEUS Abrahamo.

a) *Os.12,* 5. [a] Sic dimisit Jizchakus Jacobum: *13.* qui abivit in Paddan-Aram, ad Labanem, filium Bethuelis Aramæi, fratrem Rebeccæ, matris Jacobi & Esavi.

6. Verumenimverò cum videret Esavus, quod benedixisset Jizchakus Jacobo, & dimisisset eum in Paddan-Aram, ad accipiendam sibi inde uxorem; ita ut, quum benediceret ipsi, præceperit ipsi, dicendo; Non accipies uxorem de filiabus Canaan:

7. Obedivissetque Jacobus patri suo, & matri suæ, & abivisset in Paddan-Aram:

8. Atque adeò videret *(inde)* Esavus; quod malæ essent filiæ Canaan, in oculis patris sui:

9. Abivit Esavus ad Jischmaëlem, & accepit Machalath, filiam Jischmaëlis, filii Abrahami, sororem Nebajoth, præter uxores suas, sibi in uxorem.

10. Cæterum cum exivisset Jacobus è Beer-scheba, ut iret in Charanem:

11. Fortè venit in locum, ubi pernoctavit, eò quod occidisset sol; accepit autem de lapidibus loci *aliquem,)* posuitque pro cervicali suo: atque sic cubuit in loco isto.

b) *Gen.* 12. Somniavit verò; & ecce, [b] scala *28,12.* erecta erat super terram, caputque ejus pertingebat in cœlum usque: ecce, ibidem *Iohan.1,5.* Angeli DEI ascendebant & descendebant in ea.

13. Quin &, ecce, JEHOVAH consistebat supra illam, dicebatque; Ego sum JEHOVAH, DEUS Abrahami, patris tui, & DEUS Jizchaki: terram, super qua tu cubas, tibi dabo & semini tuo.

c) *Deut.* 14. Eritque namque [c] semen tuum, sicut *12,20. 19,14.* pulvis terræ, expandetque se versus occidentem, & versus orientem, & versus septentrionem, & versus meridiem; benedicenturque [d] in te omnes familiæ ter- d) *Gen.* ræ, & in semine tuo. *18,18. 26,4.*

15. Præterea, ecce, ego ero [e] tecum, e) *Es.* & custodiam te in omni *(loco,)* quò abi- *41,10.* veris; reducamque te ad terram hanc quia non deseram te, usque dum fecero, quod locutus sum tibi.

16. Quum ergò expergefactus esset Jacobus è somno suo, dixit; Revera est JEHOVAH in loco hoc: ego verò nesciebam.

17. Extimuit itaque, porròque dixit; quam honorabilis est locus hic: non hic est, nisi domus DEI, idemque porta cœli.

18. Mane autem surrexit Jacobus sub f) *Gen.* matutam, accepitque [f] lapidem, quem *1,18. 35,14.* posuerat pro cervicali, & posuit eum statuam: fuditque oleum super caput ejus.

19. Nomen verò loci ipsius vocavit Bethel *(h.e. domus DEI:)* fuerat namque Lus nomen urbis prius.

20. Insuper vovit Jacobus votum, dicendo; si fuerit DEUS mecum, & custoduerit me in via hâc, quâ ego abeo; dederitque mihi panem ad comedendum, & vestem ad induendum;

21. Ita ut revertar in pace ad domum patris mei: erit JEHOVAH mihi in DEUM *(semper;)*

22. Lapis autem hic, quem posui statuam, erit domus DEI: omneque, quod dederis mihi, decimando decimabo tibi *(ô Jehovah.)*

CAP. XXIX.

Iacobus I. à pastoribus Charanis res Labanis cognoscit. à v.1. II. Rachelem filiam Labanis salutat, & à Labane in domum recipitur. à v.5. Cui ut

pro Rachele annos ſeptem, & à Labane Leam ſub ornante deceptus, alteros ſeptem ſervit. à v. 14. Dein III. ex Lea quatuor filios generat, minus licet adamata. à v. 30.

MOx ſuſtulit Jacobus pedes ſuos, & abivit in terram uſque filiorum Orientis.

2. Ubi vidit, & ecce, fons in agro erat, ibidemque tres greges pecorum recubantes juxta eum: lapis autem magnus ante os fontis.

3. Eò (*namq;*) congregari ſolebant omnes greges, poſteaque devolverunt lapidem ab ore fontis, potaruntque gregem (*quiſq; ſuum*:) & tandem repoſuerunt lapidem ſuper os fontis, in locum ſuum.

4. Dixit verò illis Jacobus: fratres mei, unde vos eſtis? qui reſponderunt; de Charan nos ſumus.

5. Dixit porrò illis; noviſtiſne Labanem, filium Nachoris? qui dixerunt; Novimus.

6. Dixit ergò illis; Num pax illi eſt? Dixerunt; pax eſt: & ecce Rachelem, filiam ejus, venientem cum grege.

7. Dixit amplius; Ecce, adhuc dies multus eſt, nec tempus congregari (*domum*) pecudes: potate gregem, & abite, paſcite.

8. Sed dixerunt; non poſſumus, donec congregentur omnes greges, devolvantque lapidem à ſuper ore fontis; potemuſque gregem (*quiſq; ſuum.*)

9. Adhuc ille loquebatur cum ipſis, quum Rachel venit cum grege, qui patri ipſius erat; erat namque paſtorem agens.

10. Factum itaque eſt, quum videret Jacobus Rachelem, filiam Labanis, fratris matris ſuæ, & gregem Labanis, fratris matris ſuæ, ut accederet Jacobus, devolveretque lapidem ab ore fontis, potaretque gregem Labanis, fratris matris ſuæ.

11. Oſculatus inſuper eſt Jacobus Rachelem, ſuſtulitque vocem ſuam, & flevit.

12. Sed & indicavit Jacobus Racheli, quòd frater patris ipſius eſſet, & quod filius Rebeccæ eſſet: quæ cucurrit, & indicavit patri ſuo.

13. Factum verò eſt, quum audiret Laban nuncium Jacobi, filii ſororis ſuæ, ut curreret obviam ei, amplecteretur que eum, & oſcularetur eum, atque deduceret eum in domum ſuam: qui indicavit Labani omnes res iſtas (*prolixius.*)

14. Tum dixit ipſi Laban; utique os meum & caro mea es. Sicque manſit cum ipſo menſem dierum.

15. Poſteà dixit Laban Jacobo; Num quia frater meus es, ſervires mihi gratis? indica mihi, quæ merces tua eſſe debeat.

16. Erant autem Labani duæ filiæ: nomen majoris, Leah; nomen verò minoris, Rachel.

17. Verùm oculi Leæ erant debiles: cum Rachel eſſet pulchra forma, & pulchra aſpectu.

18. Unde dilexit Jacobus Rachelem, dixitque; ſeptem ſerviam tibi annos pro Rachele, filia tuâ minore.

19. Cui dixit Laban, melius eſt, dare me eam tibi, quàm ut dem eam viro alii: mane ergo apud me.

20. Servivit itaque Jacobus pro Rachele ſeptem annos: qui fuerunt in oculis ipſius quaſi ſinguli dies, ex amore ipſius erga illam.

21. Tum verò dixit Jacobus ad Labanem; da mihi uxorem meam; quia impleti ſunt dies mei: intraboque ad illam.

22. Congregavit ergo quidem Laban omnes viros loci, fecitque convivium.

23. Sed factum eſt in veſpera, ut acciperet Leam, filiam ſuam, & introduceret eam ad ipſum: ad quam intravit etiam.

24. Deditque Laban ei Silpam ancillam ſuam; Leæ (*nimirum*) filiæ ſuæ, ancillam.

25. Quum verò matuta fieret, ecce Lea erat: ideò dixit (*Jacobus*) ad Labanem; Quare hoc feciſti mihi? annon pro Rachele ſervivi tecum? quare ergò deceſpiſti me?

26. Sed dixit Laban; non fieri ſolet ſic in loco noſtro: ut detur minor ante primogenitam.

27. Imple ſeptimanam hujus: tum dabimus tibi etiam iſtam pro ſervitio, quod ſervies mecum adhuc ſeptem annos alios.

28. Quare fecit Jacobus ita, ut impleret ſeptimanam hujus: tumque dedit ipſi

ipſi Rachelem, filiam ſuam; ipſi in uxorem.

29. Deditque Laban Racheli Bilham, ancillam ſuam; ei in ancillam.

30. Ita ingreſſus eſt etiam ad Rachelem; amavitque etiam Rachelem magis, quam Leam: poſteà ſervivit cum eo adhuc ſeptem annos alios.

31. Cum verò videret JEHOVAH, quòd minus cara eſſet Lea, aperuit uterum ejus: Rachel autem ſterilis erat.

32. Concepit itaque Lea, & peperit filium, vocavitque nomen ejus Rëuben (*h.e. filius viſionis:*) dixit namque; quia vidit JEHOVAH miſeriam meam: nunc etenim amabit me vir meus.

33. Concepitque porrò, & peperit filium: dixitque; quia audivit JEHOVAH quod minus cara ego ſim, ideò dedit mihi etiam hunc: ideò vocavit nomen ejus Schimeon (*h.e. exauditio.*)

34. Quin concepit amplius, peperitque filium: & dixit; Hac jam vice adhærebit vir meus mihi, quia peperi ipſi tres filios: ideò vocavit ejus nomen Levi (*h.e. adhæſio.*)

35. Tandem concepit adhuc, peperitque filium: & dixit; Hac vice confitebor JEHOVÆ: ideò vocavit nomen ejus
a) *Matt.* 1, 2. [a] Jehuda (*h.e. confeſſio:*) atque ita ſubſtitit à pariendo.

CAP. XXX.

Rachel I. dat Iacobo pellicem Bilham, ancillam: ex quâ generat duos filios. à v. 1. Idem II. Lea facit cum Silpâ, ancilla ſua: ex qua etiam duo filij. à v 9. Poſtea III. Lea iterum Iacobo parit filios duos, & Dinam à v. 14. Tandem IV. Rachel parit Ioſephum. à v. 22. Poſteà V. Iacobus à Labane deten tus gregem ex novo pacto paſcit, & benedictione divinâ diteſcit. à v. 25.

CUm autem videret Rachel, quod non pareret Jacobo, æmulata eſt Rachel cum ſorore ſuâ: dixitque ad Jacobum; Da mihi filios: quod ſi non, mortua (*ero*) ego.

2. Verùm exarſit ira Jacobi adverſus Rachelem: dixitque; Num pro DEO ego ſum; qui prohibuit à te fructum ventris?

Gen. 25, 2. 3. Dixit ergò (*illa;*) Ecce ancillam meam Bilham; intra ad hanc: ut pariat ſuper genua mea, ædificerque etiam ego ex illâ.

4. Dedit itaque ipſi Bilham, ancillam ſuam in uxorem: intravitque ad eam Jacobus.

5. Concepitque Bilha, & peperit Jacobo filium.

6. Tum dixit Rachel; Judicavit me DEUS, etiamque exaudivit vocem meam, ac dedit mihi filium: ideò vocavit nomen ejus Dan (*h.e. Judicium.*)

7. Quin concepit denuò, peperitque Bilha, ancilla Rachelis, filium ſecundum Jacobo.

8. Dixit autem Rahel; luctationibus DEI luctata ſum cum ſorore mea, etiamque prævalui: ideò vocavit nomen ejus Naphthali (*Luctationem.*)

9. Sed cum videret Lea, quod ſubſtitiſſet à pariendo; accepit Silpam, ancillam ſuam, deditque eam Jacobo in uxorem.

10. Concepitque Silpa, ancilla Leæ, Jacobo filium.

11. Lea verò dixit; venit cumulus: ideò vocavit nomen ejus Gad (*h.e. cumulus.*)

12. Iterum peperit Silpa, ancilla Leæ, filium ſecundum Jacobo.

13. Itaque dixit Lea; pro beatitudine mihi eſt: nam beatam prædicabunt me filiæ: ideoque vocavit nomen ejus Aſcher (*h.e. Beatitudo*)

14. Poſtea (*aliquando*) ivit Rëuben in diebus meſſis tritici, invenitque Dudaim in agro: quæ attulit Leæ matri ſuæ. Sed dixit Rachel ad Leam; da, quæſo, mihi Dudaim filii tui

15. Hæc verò dixit illi; num parùm eſt, abſtuliſſe te virum meum, ut auferre velis etiam Dudaim filii mei? Cui dixit Rachel: cubabis ergò cum eo nocte hac pro Dudaim filii tui.

16. Cumque veniret Jacobus ex agro in veſpera: exivit Lea obviam ipſi, dixitque; Ad me intrabis: quia conducendo conduxi te pro Dudaim filii mei: itaque cubuit cum ea nocte illâ.

17. Et exaudivit DEUS Leam; ut conciperet, pareretque Jacobo filium quintum.

18. Dixit verò Lea; dedit Deus mercedem meam, quòd dedi ancillam meam, viro meo: ideò vocavit nomen ejus Jiſſachar *(h.e. eſt merces.)*

19. Iterum autem concepit Lea, & peperit filium ſextum Jacobo.

20. Dixitque; dotavit me Deus dote bona; hac vice cohabitabit mihi vir meus; quia peperi illi ſex filios: ideò vocavit nomen ejus Sebulun *(h. e. cohabitatio.)*

21. Poſteaque peperit filiam: cujus nomen vocavit Dinah.

22. Tandem recordatus eſt Deus Rachelis, exaudivitque eam Deus, ut aperiret uterum ejus.

23. Concepit itaque, & peperit filium: dixitque; Collegit Deus opprobrium meum,

24. Vocavit autem nomen ejus Joſeph *(h.e. Addet,)* dicendo; Addet mihi Jehovah filium alterum.

25. Cæterum factum eſt, quum peperiſſet Rachel Joſephum, ut diceret Jacobus ad Labanem; dimitte me, ut abeam, ad locum meum, & ad terram meam.

26. Da *(inquam)* mihi uxores meas, & liberos meos pro quibus ſervivi tibi, ut abeam: quia tu *(ipſe)* noviſti ſervitium meum *(impletum,)* quod ſervivi tibi *(pro iu.)*

27. Sed dixit ad eum Laban; ſi, quæſo, inveni gratiam in oculis tuis, *(mane mecum: nam)* intellexi, quod benedixerit mihi Jehovah propter te.

28. Inſuper dixit; deſini mercedem tuam ſuper me: nam dabo.

29. Dixit itaque ad eum; Tu noſti, quomodo ſerviverim tibi, & quantum fuerit pecus tuum mecum.

30. Nam parùm erat, quòd fuit tibi ante me; ſed auctum eſt plurimum; eò quòd benedixerit Jehovah tibi ad pedem meum: jam ergò, quando facturus ſum etiam ego pro domo mea?

31. Tum dixit; Quid ergò dare debeo tibi? Dixit autem Jacobus; non dabis mihi quicquam: ſi modo feceris mihi verbum hoc, quod dicam; *(tum)* revertar, paſcam gregem tuum, cuſtodem agam.

32. Tranſibo *(nimirum)* per omnem gregem tuum hodiè, removendo inde omne pecus punctatum & maculoſum, & omne *(inquam)* pecus nigrum inter agnos; & maculoſum ac punctatum inter capras: ut *(deinceps)* ſit merces mea *(tales nati.)*

33. Sic reſpondebit pro me juſtitia mea die craſtino; quando veneris ad mercedem meam coram te. quicquid *(enim)* non erit punctatum & maculoſum inter capras, aut fuſcum inter agnos, furto ablatum eſto apud me.

34. Dixit itaque Laban; Ecce, ſic eſto, juxta verbum tuum.

35. Quare removit die iſta hircos diverſicolores maculoſoſque, & omnes capras punctatas & maculoſas; in quocunque aliquid ſaltem albi, atque omne fuſcum inter agnos: deditque in manum filiorum ſuorum.

36. Inſuper poſuit iter trium dierum inter ſe, & inter Jacobum. Atque ſic Jacobus paſcebat greges Labanis cæteros.

37. Tum verò ſumſit Jacobus ſibi baculum populi recentem, & corylum, platanumque; decortavitque in iis decorticationes albas, denudationem albi, quæ ſuper baculis eſſet.

38. Poſuitque baculos, quos decorticavit, in canalibus, in aqualiculos aquæ; quo veniebant greges ad bibendum, è regione gregis, & concipiebant, quùm veniebant ad bibendum.

39. Sic concipiebant grex apud baculos, & pepererunt grex diverſicolores, punctatos & maculoſos *(fœtus.)*

40. Præterea agnos iſtos ſeparavit ita Jacobus, ut obverteret facies gregis ad verſicolores & omne fuſcum, in gregealborum: deinde poſuit ſibi greges ſoli, nec interpoſuit gregi Labanis.

41. Factum inſuper eſt, quandocunque concipere ſolebant greges ſe primùm ſociantes *(primùm coëuntes,)* ut poneret Jacobus baculos ante oculos gregis in canalibus, ut conciperent apud baculos.

42. Sed quando deſinere ſolebant *(à coëundo,)* non ponebat: unde obtigerunt

ex deſinentibus nati *(agni)* Labani; nati verò ex primùm-coëuntibus, Jacobo.

43. Ita crevit vir valdè admodum; ut eſſent ipſi greges multi, & ancillæ, & ſervi, & cameli, & aſini.

CAP. XXXI.

Jacobus I. invidiam Labanis filiorumq; hujus fugiens, monitu DEI, & conſenſu uxorum, in patriam cum tota domo revertitur. a v. 1. Quem II. Laban cum ſuis perſequitur, & aſſequitur. a v. 19. Sed III. malum illi facere prohibetur à DEO. v. 24. Unde IV. poſt longa rixas cum Jacobo fœdus facit, & domum revertitur à v. 25.

QUum verò audiret verba filiorum Laban, *(qui dicebant)* dicendo; Abſtulit Jacobus omne, quod patri noſtro fuit; & ex eo, quod patri noſtro eſt, fecit omnem iſtam copiam:

2. Videret etiam Jacobus facies Labanis, quòd, ecce, non eſſent cum ipſo, ſicut heri & nudius tertius:

3. Inſuper dixiſſet Jehovah ad Jacobum; revertere ad terram patrum tuorum, & ad cognationem tuam; ero namque tecum:

4. Miſit Jacobus, vocavitque Rachelem & Leam, in agrum, ad gregem ſuum;

5. Et dixit illis; Video ego facies patris veſtri, quod non ſint erga me, ſicut heri & nudius tertius. Atqui Deus patris mei fuit mecum.

6. Præterea vos ſcitis, quod ex omnibus viribus meis ſerviverim patri veſtro.

7. At pater veſter illuſit mihi, & mutavit mercedem meam decem vicibus. Verum non permiſit Deus, ut malum faceret mecum.

8. Si ſic dicebat; Punctata erunt merces tua; peperit omnis grex punctata: Sin ita dicebat; Variegata erit merces tua, pepererunt omnis grex variegata.

9. Ita eripuit Deus pecus patris veſtri, deditque mihi.

10. Quinimò factum eſt tempore, quo concipere ſolebant greges, ut tollerem oculos meos, & viderem in ſomnio; quum, ecce, hirci aſcendentes ſuper gregem *(erant)* variegati, punctati & grandinati.

11. Dixitque ad me Angelus Dei in ſomnio, Jacob: dixi autem; Ecce me.

12. Tum dixit; tolle, quæſo, oculos tuos, & vide omnes hircos aſcendentes ſuper gregem; variegati, punctati & grandinati *(ſunt;)* quoniam vidi omne, quod Laban facit tibi.

13. Ego ſum [a] Deus ille Bethelis, ubi unxiſti ſtatuam; ubi *(etiam)* voviſti mihi votum: Jam ergo ſurge, exi è terra hâc, & revertere ad terram cognationis tuæ,

14. Tùm reſpondit Rachel & Leah, dixeruntque illi; Num amplius nobis pars & hereditas in domo patris noſtri?

15. Nonne alienæ exiſtimatæ ſumus illi? Nam vendidit nos: imò conſumſit etiam conſumendo argentum noſtrum.

16. Unde omnes divitiæ, quas eripuit Deus patri noſtro, nobis debentur & liberis noſtris; Nunc igitur, quicquid dixit Deus ad te, fac.

17. Quare ſurrexit Jacobus, poſuitque liberos ſuos, & uxores ſuas ſuper camelos.

18. Adduxitque omne pecus ſuum, & omnes facultates ſuas acquiſitas, quas acquiſivit; pecus *(inquam)* poſſeſſionis ſuæ, quod acquiſivit in Paddan-Aram: ut veniret ad Jizchakum, patrem ſuum, in terram Canaan.

19. Laban interea abiverat ad tondendum gregem ſuum: Rachel autem furata eſt Theraphim, qui erant patri ipſius.

20. At Jacobus furatus eſt cor Labanis Syri: per hoc, quod non indicavit ipſi, abiturum ſe eſſe.

21. Fugit itaque ille, & omne, quod ipſi erat: quumque ſurrexiſſet, & tranſiiſſet fluvium *(Euphratem;)* poſuit facies ſuas verſus montem Gileadis.

22. Verùm nuntiatum eſt Labani die tertio, quod fugiſſet Jacobus.

23. Sumſit itaque fratres ſuos ſecum, & perſecutus eſt eum itinere ſeptem dierum; donec aſſecutus eſt eum in monte Gileadis.

24. Venit autem Deus ad Labanem Syrum in ſomnio noctis; dixitque ei; cave tibi, ne loquaris cum Jacobo à bono ad malum.

25. Quum ergo aſſecutus eſt Laban

Jacobum; Jacobus quidem fixit tentorium ſuum in monte ipſo; Laban autem fixit cum fratribus ſuis in monte Gileadis *(alio.)*

26. Tum dixit Laban Jacobo; Quid feciſti? quod furatus es cor meum, & abduxiſti filias meas, quaſi captas bello?

27. Quare occultè egiſti fugiendo, & furatus es me? dum non indicaſti mihi, ut dimitterem te cum gaudio & canticis, cum tympano & cithara:

28. Nec permiſiſti mihi, ut oſculaterer filios meos & filias meas: utique ſtultè egiſti *(iſtud)* faciendo.

29. Eſſet *(mihi)* pro DEO manus mea, ad faciendum tecum malum: ſed DEUS patris veſtri heri dixit ad me, dicendo; Cave tibi à loquendo cum Jacobo à bono uſque ad malum.

30. Quod ſi utique abeundo abiviſti, eò quod deſiderando deſideraveris domum patris tui: quare ergò furatus es deos meos?

31. Tum verò reſpondit Jacobus, & dixit Labani; *(abivi)* quia timui: dixeram enim; forte rapies filias tuas à mecum.

32. *(Sed)* cum quo inveneris deos tuos, non vivet coram fratribus noſtris: luſtra *(itaq;)* tibi, quicquid fuerit mecum; & ſume tibi: non autem noverat Jacobus, quod Rachel furata eſſet illos.

33. Venit itaque Laban in tentorium Jacobi, & in tentorium Leæ, & in tentorium duarum ancillarum, nec invenit: exivit autem ex tentorio Leæ, & venit in tentorium Rachelis.

34. Interea Rachel ſumſit Theraphim, poſuitque eos inter clitellas cameli, ſeditque ſuper eos: cumque contrectaret Laban omne *(reliquum)* tentorium, nec inveniret:

35. Dixit ad patrem ſuum; ne malum ſit in oculis Domini mei, quòd non poſſum ſurgere coram te: quia via mulierum mihi eſt. Perſcrutatus itaque quidem eſt; ſed non invenit Théraphim:

36. Unde exarſit *(ira)* Jacobo, ut contenderit cum Labane: reſpondit enim Jacobus, dixitque Labani; quæ prævaricatio mea, quod peccatum meum; quare perſecutus es me?

37. Contrectaſti namque omnia vaſa mea: quid inveniſti de omnibus vaſis domus tuæ? pone huc, coram fratribus meis, & fratribus tuis: ut arguant inter ambos nos.

38. Viginti hos annos ego fui tecum: oves tuæ & capræ tuæ non abortiverunt; & arietes gregis tui non comedi:

39. Diſcerptum non attuli tibi; ego damnum ejus præſtabam, à manu mea [b] requirebas id: furto ablatum interdiu *(à me requirebas)* & furto ablatum noctu. b) *Exod.* 22, 12.

40. Is eram, quem interdiu conſumſit æſtus, & frigus noctu: & expulſus eſt ſomnus meus ex oculis meis.

41. Sunt mihi hi viginti anni in domo tua *(tranſacti)* ita ut ſerviverim tibi quatuordecim annos pro duabus filiabus tuis, ſex verò annos pro grege tuo: ſed mutaſti mercedem meam decem vicibus.

42. Niſi DEUS patris mei, DEUS Abrahami, & timor Jizchaki fuiſſet pro me, utique jam inanem dimiſiſſes me. *(Sed)* afflictionem meam & laborem manuum mearum reſpexit DEUS, & redarguit heri.

43. Cum verò reſponderet Laban, & diceret ad Jacobum; filiæ hæ ſunt filiæ meæ, & filii hi ſunt filii mei, & grex hic eſt grex meus, & quicquid tu vides, meum eſt: Sed filiabus meis quid facere poſſim his hodie, aut filiis earum, quos peperunt?

44. Nunc ergò, age, pangamus fœdus ego & tu, ut ſit in teſtem inter me, & inter te:

45. Tum ſumſit Jacobus lapidem, & erexit in ſtatuam:

46. Præterea dixit Jacobus fratribus ſuis; colligite lapides: qui collegerunt lapides, feceruntque acervum: & comederunt ibi ſuper acervo.

47. Vocavit itaque eum Laban, Jegar Sahadutha, *(h.e. acervum teſtimonij:)* Jacobus autem vocavit eum Galeed *(h.e. acervum teſtem.)*

48. Dixit namque Laban; Acervus hic teſtis *(eſto)* inter me & inter te hodiè: ideò vocavit *(Jacobus etiam)* nomẽ ejus Galeed,

49. Item

49. Item Mizpah: eò quod dixit *(Laban;)* reſpiciat JEHOVAH inter me & inter te; quum latebimus vir ſocium ſuum:

50. Si afflixeris filias meas, aut ſi acceperis uxores ultra filias meas, cum non fuerit vir nobiſcum; *(tum enim)* vide, DEUS teſtis erit inter me & inter te.

51. Porrò dixit Laban Jacobo; Ecce acervus hic, & ecce ſtatua hæc, quam poſui inter me & inter te:

52. Teſtis erit acervus hic, & teſtis ſtatua hæc erit: quod ad me, non præteribo ad te acervum hunc: quod autem ad te; non præteribis ad me acervum hunc, & ſtatuam hanc, in malum.

53. DEUS Abrahami, & DEUS Nachoris judicent inter nos: DEUS patris eorum. Tum ergò juravit Jacobus per timorem patris ſui, Jizchaki:

54. Mactavitque Jacobus mactationem in monte, & vocavit fratres ſuos, ut comederent panem: qui comederunt, & pernoctarunt ibi.

CAP. XXXII.

Jacobus I. adventum ſuum fratri Eſavo nuntiat, & obviam euntem valdè timet, à v. 1. II. Unde ei ſe ſuum ſolicitè diſponit & flumen Jabbok tranſit à v. 7. Sed III. a Viro colluctante conſolationem & novum Iſraëlis nomen accepit. à v. 25.

MAnè autem ſurrexit Laban ſub matutam, & oſculatus eſt Laban filios ſuos & filias ſuas, benedixitque illis. Atque ſic abivit reverſuſque eſt Laban ad locum ſuum.

2. Jacobus autem abivit viâ ſuâ. a) 2. *Reg.* 6, 17. *Pſ.* 34, 8. Cumque occurrerent ipſi [a] Angeli DEI:

3. Dixit Jacobus, cumprimum vidit eos; Caſtra DEI hæc: ideò vocavit nomen loci illius, Mahanajim *(h.e. Caſtra bina.)*

4. Poſteà miſit Jacobus nuntios ante ſe ad Eſavum, fratrem ſuum, in terram Sëir, agrum Edomi.

5. Præcepit autem illis dicendo; ſic dicetis Domino meo, Eſavo; Sic dixit ſervus tuus, Jacobus; Cum Labane peregrinatus ſum, & commoratus huc uſque

6. Contigit verò mihi bos, & aſinus, grex, & ſervus, & ancilla: miſique ad indicandum Domino meo, ut inveniam gratiam in oculis tuis.

7. Reverſi itaque ſunt nuntii ad Jacobum, dicendo; Venimus ad fratrem tuum, ad Eſavum; etiamque procedit obviam tibi, & quadringenti viri cum ipſo.

8. Quare extimuit Jacobus valdè, & anguſtia fuit illi: unde diviſit populum, qui cum ipſo, & gregem, & armentum, & camelos in bina caſtra.

9. Dixit namque; ſi venerit Eſavus ad caſtra una, & percuſſerit ea: altera tamen erunt caſtra in evaſionem.

10. Præterea dixit Jacobus; DEUS patris mei, Abrahami, & DEUS patris mei, Jizchaki; JEHOVAH, [b] qui dixiſti ad me, reverrere in terram tuam, & ad cognationem tuam, & benefaciam tibi: b) *Gen.* 31,

11. Minor ſum præ omnibus miſerationibus tuis, & præ omni veritate, quam feciſti cum ſervo tuo: quia cum baculo meo tranſivi Jordanem hunc; nunc autem evaſi in bina caſtra:

12. Eripe me, quæſo, è manu fratris mei, è manu Eſavi: quia timeo ego illum; ne veniat, & percutiat me, matrem cum filiis.

13. Tu namque dixiſti; benefaciendo benefaciam tecum: & ponam ſemen tuum, ſicut arenam maris, quæ non numeratur præ multitudine.

14. Pernoctavit autem ibi in nocte iſta, poſtea accepit de veniente in manu ſua munus Eſavo, fratri ſuo:

15. Capras ducentas, & hireos decem; oves ducentas, & arietes decem.

16. Camelas lactantes, & pullos earum, triginta: juvencas quadraginta, & juvencos decem; aſinas viginti, & pullos decem.

17. Dedit autem in manum ſervorum ſuorum, ſingulos greges ſeorſim: dixitque ad ſervos ſuos; tranſite ante me, & ſpatium ponite inter gregem & inter gregem.

18. Inſuper præcepit primo, dicendo; Quando occurret tibi Eſavus, frater meus, & interrogabit te, dicendo; Cujus tu es, & quò abis? & cujus ſunt iſta ante te?

19. Tum

19. Tum dices; ſervi tui, Jacobi; munus eſt miſſum Domino meo, Eſavo: & ecce ipſe etiam poſt nos eſt.

20. Sic præcepit etiam ſecundo, etiam tertio, etiam omnibus, qui ibant poſt greges, dicendo; ſecundum verbum hoc loquemini ad Eſavum, quum offenderitis vos eum.

21. Dicetis nimirum etiam; Ecce ſervus tuus, Jacobus, poſt nos: dixit namque; placabo facies ejus munere eunte ante me; poſteà autem videbo facies ejus; forte acceptabit facies meas.

22. Tranſivit itaque munus ante facies ejus: ipſe autem pernoctavit nocte iſta in caſtris.

23. Surrexit tamen in nocte, & ipſe accepit duas uxores ſuas, & duas ancillas ſuas, & undecim filios ſuos, tranſivitque vadum Jabbok.

24. Quumque accepiſſet eos, & traduxiſſet eos trans fluvium: traduxit etiam quæ ipſi erant.

25. Relictuſque eſt Jacobus ſolus. c) *Oſ.12, 3.* Tum verò luctatus eſt cum eo [c] vir, uſque dum aſcendit aurora.

26. Qui, ubi vidit, quod non prævaleret ei, tetigit acetabulum femoris ejus, ut luxaretur acetabulum femoris Jacobi inter luctandum cum ipſo.

27. Tumque dixit; dimitte me, quia aſcendit aurora: Sed dixit; Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.

28. Dixit itaque ad eum; quodnam eſt nomen tuum: qui dixit; Jacob.

d) *Gen. 35,10.* 29. Tum dixit; Non [d] Jacob dicetur amplius nomen tuum, ſed Iſrael (*h. e. Luctator DEI:*) nam luctatus es cum DEO, & cum hominibus, & prævaluiſti.

c) *Iud. 13,17.* 30. Cum verò [e] quæreret Jacobus, & diceret; Indica, quæſo, mihi nomen tuum: dixit; quid quæris de nomine meo? benedixit verò illi ibi.

31. Vocavit ergò Jacobus nomen loci iſtius, Pniel: (*h. e. facies DEI: dixit enim;*) quia vidi DEUM, faciem ad faciem; & ſalva tamen eſt anima mea.

32. Exortus autem eſt ſol, quum tranſivit Pnuel: claudicabatque ex femore ſuo.

33. Ideò non comedunt filii Iſrael nervum luxati, qui ſuper acetabulo femoris eſt, uſque ad diem hunc: quia (*nimirum*) tetigit acetabulum femoris nervum luxati.

CAP. XXXIII.

I. Iacobus fratri Eſavo occurrit, cum uxoribus & liberis, à v. 1. II. à quo fraterne excipitur. à v. 4. qui etiam III. munus deſtinatum à Iacobo acceptat, à v. 8. Et IV. comitatum deprecantem in Seïr pracedit. à v. 12. Iacobus autem V. in Succoth, & poſtea Schalem pervenit; ubi empto agro Iehovæ altare erigit. à v. 17.

POſtea ſuſtulit Jacobus oculos ſuos, viditque; cum, ecce, Eſavus venit, & cum eo quadringenti viri: ideò diviſit liberos inter Leam, & inter Rachelem, & inter duas ancillas.

2. Collocavitque ancillas & liberos earum primò, & Leam liberoſque ejus poſteriores, Rachelem autem & Joſephum poſtremos.

3. At ipſe prævit ante ipſos; incurvavitque ſe in terram ſeptem vicibus: uſque dum appropinquavit ad fratrem ſuum.

4. Tum cucurrit Eſavus obviam ei, & amplexus eſt eum, ceciditque ſuper collum ejus, & oſculatus eſt eum: fleveruntque.

5. Mox cum tolleret oculos ſuos, & videret uxores & pueros, dixit; Qui hi ſunt tibi? dixit ergò; pueri ſunt, quos donavit DEUS ſervo tuo.

6. Interim appropinquarunt ancillæ, ipſæ & liberi earum, incurvaveruntque ſe.

7. Deinde appropinquavit etiam Lea, & liberi ejus, incurvaveruntque ſe: tandem verò appropinquavit Joſeph & Rachel, atque incurvaverunt ſe.

8. Pòſt dixit (*Eſavus;*) Quis tibi totus exercitus iſte, cui occurri? cui dixit (*Jacobus;*) ad inveniendum gratiam in oculis Domini mei.

9. Sed dixit Eſavus; Eſt mihi multus ſatis: frater mi, Eſto tibi, quod tibi eſt.

10. Dixit autem Jacobus; Ne, quæſo: ſi, quæſo, inveni gratiam in oculis tuis, accipe munus meum è manu meâ: eò quod vidi facies tuas, quaſi facies DEI, & acceptaſti me.

11. Sume, quæſo, benedictionem meam, quæ adducta eſt tibi: quia donavit mihi DEUS, & ſupereſt mihi omne (*adhuc:*) urſitque eum; qui itaque ſumſit.

12. Tum dixit (*Eſavus;*) proficiſcamur, & eamus: ibo verò ante te.

13. Sed dixit ad eum (*Jacobus;*) Dominus meus ſcit, quod liberi teneri, & grex & armentum lactantes mihi ſint: ſi nimium egero vel unum diem; morientur totus grex.

14. Tranſeat (*itaq;*) quæſo, Dominus meus ante ſervum ſuum: ego verò incedam juxta tarditatem meam, juxta quod valet pes operis (*pecoris*) quod coram me eſt, & juxta quod valet pes liberorum; donec veniam ad Dominum meum in Seïr.

15. Rurſum dixit Eſavus; Adjungam (*ſaltem*) quæſo, tibi (*aliquos*) de populo, qui mecum eſt: ſed dixit; cur hoc? Invenerim (*modò*) gratiam in oculis Domini mei.

16. Reverſus itaque eſt in die iſto Eſavus in viam ſuam verſus Seïr.

17. Jacobus autem profectus eſt in Succoth, ædificavitque ſibi domum: at pecori ſuo fecit tentoria: ideò vocavit nomen loci Succoth (*h. e. tentoria.*)

18. Poſteà venit Jacobus in Schalem, urbem Schechemi, quæ eſt in terra Canaan, poſtquam venit ex Paddan-Aram: & caſtra poſuit ante urbem.

a) *Ioſ. 24,32.* 19. Emit [a] autem partem agri; ubi tetendit tentorium ſuum, è manu filiorum Chamor, patris Schechemi, centum nummis.

20. Erexitque ibi altare; quod vocavit; (*altare*) DEI (*qui*) DEUS Iſraëlis eſt.

CAP. XXXIV.

Dinam I. Schechemus filias terræ videntem comprimit. à v. 1. Et II. cum patre Chamore adamatam à Iacobo & filiis in uxorem ſolicitè petit. à v. 4. Sed III. filij Iacobi, à patre in conſilium adhibiti, doloſè ſuper circumciſione paciſcuntur. à v. 13. Et IV. circumciſi cum urbe interficiunt, & deprædantur, inſcio Iacobo. à v. 25.

QUum deinde exiret Dinah, filia Leæ, quam pepererat Jacobo, ad videndum filias terræ;

2. Vidit eam Schechemus, filius Chamoris, Chivitæ, princeps terræ; acceptique eam, & cubuit cum eâ, compreſſitque eam.

3. Adhæſit verò anima ejus Dinæ, filiæ Jacobi; dilexitque puellam, & locutus eſt ad cor puellæ.

4. Dein locutus eſt Schechemus ad Chamorem, patrem ſuum, dicendo; Accipe mihi puellam hanc in uxorem.

5. Interim audivit quidem Jacobus, quod polluiſſet Dinam, filiam ipſius; quia tamen filii ipſius erant cum pecore in agro, tacuit Jacobus, uſque dum venerunt.

6. Poſteà exivit Chamor, pater Schechemi ad Jacobum, ad loquendum cum ipſo:

7. Cum filii Jacobi (*jam*) veniſſent ex agro, poſtquam audiverant; dolore autem affecti eſſent viri, & exarſiſſet (*ira eorum*) valdè; quod ſtultitiam feciſſet in Iſraël, cubando cum filia Jacobi; cum ita (*alias etiam*) non fieret.

8. Locutus, inquam, eſt Chamor cum illis, dicendo; Schechemum filium meum quod attinet, diſcupit anima ejus filiam veſtram; date (*itaq;*) quæſo, eam illi in uxorem.

9. Quin affinitates (*alias etiam*) inite nobiſcum: filias (*nimirum*) veſtras date nobis, & filias noſtras accipite vobis.

10. Ita nobiſcum habitabitis, & terra erit coram vobis: habitate (*ergò,*) & negotiamini in eâ, & poſſidete eam.

11. Sed & Schechemus dixit ad patrem ejus, & ad fratres ejus; Inveniam gratiam in oculis veſtris: quicquid enim dixeritis ad me, dabo.

12. Multiplicate ſuper me valdè dotem, & donum: dabo namque, quemadmodum dixeritis ad me; date modò mihi puellam in uxorem.

13. Verùm reſponderunt filii Jacobi Schechemo, & Chamori, patri ejus, cum dolo, atque locuti ſunt: eò quod polluiſſet Dinam, ſororem eorum.

14. Dixerunt nimirum ad eos; non poterimus facere verbum hoc, ut demus ſororem noſtram viro, cui præputium eſt: quia opprobrium hoc nobis eſt.

15. Attamen per hoc conſentiemus vobis; ſi facti fueritis ſicut nos, dum circumcidatur vobis omnis mas.

16. Tum namque dabimus filias noſtras vobis, & filias veſtras accipiemus nobis; habitabimuſque vobiſcum, & erimus in populum unum.

17. Quòd ſi non obediveritis nobis, ut circumcidamini: ſumemus filiam noſtram, & abibimus.

18. Quæ eorum verba bona fuerunt in oculis Chamoris, & in oculis Schechemi, filii Chamoris.

19. Nec tardavit juvenis facere rem; quia diſcupiebat filiam Jacobi. Cumque ille honoratus eſſet præ omni domo patris ſui:

20. Venit Chamor, & Schechemus filius ejus, ad portam urbis ſuæ, locutique ſunt ad viros urbis ſuæ, dicendo;

21. Viri hi pacem inire volunt nobiſcum, & habitare in terrâ, & negotiari in eâ; cum terra, ecce, lata ſpatiis ſit coram illis: filias eorum accipiemus nobis in uxores, & filias noſtras dabimus illis.

22. Per hoc tamen conſentient nobiſcum viri, ut habitent nobiſcum, ita ut fiat populus unus: ſi circumcidatur nobis omnis mas, ſicut illi circumciſi ſunt.

23. Pecus eorum, & poſſeſſio eorum, & omnis beſtia eorum nonne noſtra erunt? modo conſentiamus illis, ut habitent nobiſcum.

24. Obediverunt ergò Chamori, & Schechemo, filio ejus, omnes egredientes portam urbis ejus.

25. Sed factum eſt in die tertio, quum eſſent dolore affecti; ut ſumerent duo filii Jacobi, Schimeon & Levi, fratres Dinæ, quiſque gladium ſuum, venirentque contra urbem ſecurè, & occiderent omnem marem.

26. Ipſum etiam Chamorem, & Schechemum, filium ejus, occiderunt acie gladii: ſumſeruntque Dinam è domo Schechemi, & exiverunt.

27. (*At reliqui*) filii Jacobi venerunt ſuper conſoſſos, & deprædati ſunt urbem: eò quod polluiſſent ſororem ipſorum.

28. Gregem eorum, & armentum eorum, & aſinos eorum; quicquid quidem in urbe, & quicquid in agro, ſumſerunt.

29. Denique omnes opes eorum, & omnem infantem eorum, & omnes fœminas eorum ceperunt, & deprædati ſunt; & omne (*reliquum,*) quod in domo fuit.

30. Equidem dixit Jacobus ad Schimeonem, & ad Levi; perturbaſtis me, dum fœtere me feciſtis, apud habitatores terræ, apud Cananæos, & apud Periſæos: cùm ego tamen homines numeri (*exigui*) ſim; & (*illi fortè*) congregaturi ſe ſint, & me percuſſuri, ut perdar ego, & domus mea.

31. Sed dixerunt; num quaſi ſcortum fecerit ſororem noſtram?

CAP. XXXV.

Iacobus I. à DEO monitus, in Bethelem cum domo ſua à ſuperſtitionibus repurgata ſalvus pervenit. à v. 1. Ubi II. altare extruxit. v. 7. Et III. Deboram mortuam ſub quercu ſepelivit. v. 8. IV. à DEO denuò viſo promiſſionem repetitam accepit, locoq; nomen dedit. à v. 9. V. Inde digreſſus in itinere propè Ephrath Rachelem partu Benjaminis amittit, & ſepulta monumentum erigit, indeq; ad Eder conſidet. à v. 16. VI. Ruben Bilham inceſtu vitiat. v. 21. VII. Iizchakus moritur, & à Iacobo ac Eſavo ſepelitur. à v. 22.

VErumenimverò dixit Deus ad Jacobum; Surge, aſcende in Beth-Elem, & habita ibi: fac autem ibi altare Deo, [a] qui apparuit tibi, quum fugeres coram Eſavo, fratre tuo. a) Gen. 28, 13.

2. Dixit ergo Jacobus ad domum ſuam, & ad omnes, qui cum ipſo: removete deos alienigenæ, qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, permutateque veſtes veſtras:

3. Ut ſurgamus, & aſcendamus in Beth-Elem: ubi faciam altare Deo, qui reſpondit mihi in die anguſtiæ meæ, fuitque mecum in via, quam confeci.

4. Tum dederunt Jacobo omnes deos alienigenæ, qui in manibus eorum erant, & omnes inaures, quæ in auribus eorum: quæ defodit Jacobus ſub quercu, quæ propè Schechemum eſt.

5. Quum autem profecti ſunt; fuit terror Dei ſuper urbes, quæ circa eos erant, ut non perſequerentur filios Jacobi.

6. Ita

6. Ita venit Jacobus in Lus, quæ in terra Canaan, hoc eſt, Beth-El: ipſe & omnis populus, qui cum ipſo.

7. Ibi ædificavit altare, vocavitque locum, El Beth-El: quod ibi revelati illi eſſent Elohim, (*id eſt, perſonæ DEI,*) cum fugeret coram fratre ſuo.

8. Mortua autem eſt Deborah, nutrix Rebeccæ, & ſepulta infra Beth-Elem ſub quercu: ideò vocavit nomen ejus, Quercus luctus.

9. Apparuit itaque (*hic*) Deus Jacobo denuò, poſtquam venit ex Paddan-Aram: & benedixit illi.

10. Dixit namque illi Deus; nunc b) Gen. 32, 28. [b] nomen tuum eſt Jacob: (*ſed*) non vocabitur nomen tuum amplius Jacob; verùm Iſraël erit nomen tuum. Atque ſic vocavit nomen ejus, Iſraël.

11. Præterea dixit ipſi Deus; Ego ſum Deus Fulminator; creſce & multiplicare, gens (*enim*) & congregatio gentium fiet ex te; & Reges ex lumbis tuis exibunt.

12. Sed & terram, quam dedi Abrahamo, & Jizchako, tibi dabo: ſemini, inquam, tuo poſt te dabo terram hanc.

13. Cum verò aſcendiſſet à-cum ipſo Deus, in loco, quo locutus eſt cum ipſo:

14. Erexit Jacobus ſtatuam in loco, quo locutus cum eo erat, ſtatuam (*nimirum*) lapidis: & libavit ſuper ea libamen, fuditque ſuper eam oleum.

15. Denuoque vocavit Jacobus nomen loci, ubi locutus erat cum ipſo Deus, Beth-El.

16. Poſt profecti ſunt ex Beth-El, fuitque adhuc ſpatium terræ veniendi in Ephrath, quando peperit Rachel, & dura paſſa eſt in partu ſuo.

17. Factum verò eſt, cum dura pateretur in partu ſuo, ut diceret ei obſtetrix; ne timeas, nam etiam hic tibi erit filius.

18. Sed cum exiret anima ejus, dum moribunda fuit, vocavit nomen ejus Ben-Oni (*h. e. Filius doloris mei:*) contra pater ejus vocavit eum Binjamin (*h. e. Filius dextræ.*)

19. Ita mortua eſt Rachel: & ſepulta eſt in via Ephrath, quæ eſt Beth-Léchem.

20. Conſtituit autem Jacob ſtatuam ſuper ſepulchrum ejus: quæ eſt ſtatua ſepulchri Rachelis uſque ad hunc diem.

21. Porrò verò profectus eſt Iſraëli, tetenditque tentorium ſuum ultra turrim Eder.

22. Factum autem eſt, quum habitaret Iſraël in terrâ iſta, ut abiret [c] Reüben, & cubaret cum Bilhâ, pellice patris ſui: audivitque Iſraël (*indignabundus,*) Cæterum fuerunt filii Jacobi duodecim. c) Gen. 49. 4.

23. Filii Leæ: Primogenitus Jacobi Reüben: poſt Schimeon, & Levi, & Jehudah, & Iſſachar, & Sebulun.

24. Filii Rachelis, Joſeph, & Binjamin.

25. Filii verò Bilhæ, ancillæ Rachelis, Dan & Naphthali.

26. Filii denique Silpæ, ancillæ Leæ, Gad & Aſcher. Hi ſunt filii Jacobi, qui nati ſunt illi in Paddan-Aram.

27. Tandem venit Jacobus ad Jizchakum, patrem ſuum, in Mamre Kirjath Arba: quæ eſt Chebron; ubi peregrinatus eſt Abraham & Jizchakus.

28. Cumque fuerunt dies Jizchaki centum anni & octoginta anni:

29. Expiravit Jizchakus, & mortuus eſt, collectuſque ad populos ſuos, ſenex & ſatur dierum; ſepeliveruntque eum Eſavus & Jacobus, filii ejus.

CAP. XXXVI.

Habet hoc Caput. I. Generationes Eſavi: tum (1.) in terrâ Canaan. à v. 1. tum (2.) in monte Seir. à v. 6. cum (3.) ducibus filiorum Eſavi. à v. 15. II. Seiris Chorita (1.) filios. à v. 20. (2.) Ducet. à v. 29. III. Reges in Edom. à v. 31. IV. Ducum in Edom familias & habitationes. à v. 40.

HÆ ſunt generationes (*& hiſtoria*) Eſavi, qui eſt Edom.

2. Eſavus accepit uxores ſuas de filiabus Canaan; (*nimirum*) Adah, filiam Elon, Chirthæi, & Oholibamah, filiam Anah, filiam Zibeon Chivæi.

3. Baſematham tandem, filiam Iſchmaëlis, ſororem Nebajoth.

4. Peperit autem Adah Eſavo, Eliphaſum: ſed Baſemath peperit Reüelem.

5. Oholibamah item peperit Jëuſch, & Jaëlam, & Korach. Hi ſunt filii Eſavi, qui nati ſunt ipſi in terra Canaan.

6. Poſteà accepit Eſavus uxores ſuas, & filios ſuos, & filias ſuas, & omnes animas domus ſuæ, & pecus ſuum, & omnem beſtiam ſuam, & omnem poſſeſſionem ſuam (*reliquam,*) quam acquiſiverat in terra Canaan: abivitque in terram (*ulteriorem*) propter Jacobum fratrem ſuum.

a) Gen. 13, 6. 7. Quoniam fuit [a] ſubſtantia eorum major, quàm ut habitarent unà: neque potuit terra peregrinationum eorum ferre eos propter pecora eorum,

b) Ioſ. 24, 4. 8. Habitavit itaque [b] Eſavus in monte Sëir: eſt (*autem*) Eſavus Edom.

c) 1. Par. 35. 9. Hæ ergò ſunt [c] generationes Eſavi, patris Edomitarum; in monte Sëir (*qui ſunt.*)

10. Hæc ſunt (*primò*) nomina filiorum Eſavi; Eliphas, filius Adæ, uxoris Eſavi: Rëuel, filius Baſemath, uxoris Eſavi.

11. Porrò fuerunt filii Eliphaſi; Theman, Omar, Zepho, & Gaëtham, & Kenaſus.

12. Thimna autem fuit pellex Eliphaſi, filii Eſavi; peperitque Eliphaſo Amalekum. Hi ſunt filii Adæ, uxoris Eſavi.

13. Hi verò ſunt filii Rëuelis; Nachath, & Serach, Schammah & Miſſa: hi fuerunt filii Baſemath, uxoris Eſavi.

14. Hi denique fuerunt filii Oholibamæ, filiæ Anæ, filiæ Zibeonis, uxoris Eſavi: peperit nimirum Eſavo, Jëuſch, & Jaëlam, & Korach.

15. Hi ſunt duces filiorum Eſavi: filii Eliphaſi, primogeniti Eſavi; Dux Theman, Dux Omar, Dux Zepho, Dux Kenas:

16. Dux Korach, Dux Gaëtham, Dux Amalek. Hi ſunt Duces Eliphaſi in terra Edom. Hi ſunt filii Adæ.

17. Hi porrò ſunt filii Rëuel, filii Eſavi: dux Nachath, dux Serach, dux Schammah, dux Miſſa. Hi ſunt duces Rëuelis in terra Edom. Hi ſunt filii Baſemath uxoris Eſavi.

18. Hi denique ſunt filii Oholibamæ, uxoris Eſavi; dux Jëuſch, dux Jaëlam, dux Kotach: hi ſunt duces Oholibamæ, filiæ Anæ, uxoris Eſavi.

19. Hi ſunt filii Eſavi; & hi ſunt duces eorum: ipſe eſt Edom.

d) 1. Par. 1, 38. 20. Hi ſunt filii [d] Sëir, Choritæ, habitatores terræ illius: Lotan, & Schobal, & Zibeon & Anah.

21. Et Diſchon, & Ezer, & Diſchan: hi ſunt duces Choritarum, filiorum Sëir, in terra Edom.

22. Fuerunt autem filii Lotanis, Chori, & Hemam. Soror verò Lotanis erat Thimna.

23. Hi porrò ſunt filii Schobalis, Alvan & Manachath, & Ebal; Schepho & Onam.

24. At hi ſunt filii Zibeonis; tum Ajah, tum Anah. Hic eſt (*ille*) Anah, qui invenit mulos in deſerto, cum paſceret aſinos Zibeoni patri ſuo.

25. Et hi ſunt filii Anæ, Diſchon: Oholibamah autem erat filia Anæ.

26. Hi verò ſunt filii Diſchan; Chemdan, & Eſchban, & Jithran, & Cheran.

27. Hi ſunt filii Ezer: Bilhan, & Saavan, & Akan.

28. Hi (*etiam*) ſunt filii Diſchan; Uz & Aran.

29. Hi ſunt duces Choritarum: dux Lotan, dux Schobal, dux Zibeon, dux Anah:

30. Dux Diſchon, dux Ezer, dux Diſchan. Hi ſunt duces Choritarum, juxta duces ſuos in terra Sëir.

e) 1. Par. 1, 44. 31. Cæterum hi ſunt [e] Reges, qui regnarunt in terra Edom: antequam regnaret (*aliquis*) Rex filiis Iſraëlis.

32. Regnavit (*nempe*) in Edom, Bela, filius Beor: nomenque urbis ejus, Dinhabah.

33. Poſtquam mortuus eſt Bela, regnavit loco ejus Jobab, filius Serach, è Bozrah.

34. Poſtquam mortuus eſt Jobab, regnavit poſt eum Chuſcham, è terra Themanitarum.

35. Poſtquam mortuus eſt Chuſcham, regnavit loco ejus Hadad, filius Bedod, qui percuſſit Midjanitas in agro Moabi: nomen autem urbis ejus erat Avith.

36. Poſtquam mortuus eſt Hadad, regnavit loco ejus Samlah, ex Maſrekah.

37. Poſtquam mortuus eſt Samlah, regnavit loco ejus Schäul, ex Rechoboth fluvii (*Euphratis.*)

38. Poſtquam mortuus eſt Schäul, regnavit loco ejus Baal-Chanan, filius Achbor.

39. Poſtquam mortuus eſt Baal-Chanan, filius Achbor, regnavit loco ejus Hadad; nomenque Urbis ejus erat Pau: nomen autem uxoris ejus, Mehetabel, filia Matred, filiæ Me-ſahab.

40 Hæc tandem ſunt nomina ducum Eſavi, juxta familias eorum, juxta loca eorum in nominibus eorum: dux Thimna, dux Alvah, dux Jetheth:

41. Dux Oholibamah: dux Elah: dux Pinon:

42. Dux Kenas: dux Theman: dux Mibzar:

43. Dux Magdiel: dux Iram. Hi ſunt duces Edomi, juxta habitationes eorum, in terra poſſeſſionis eorum. Hic eſt Eſavus, pater Edomitarum.

CAP. XXXVII.

Ioſephus I. à patre Iacobo adamatus, à fratribus odiò habitus eſt. à v. 1. II. Duplex ſomnium ſomniat, patriq́, & fratribus narrat. à v. 5. III. A patre ad fratres paſcentes in agro mittitur. à v. 11. IV. A fratribus in Dothan in foveam conjicitur. à v. 18. V. Inde extractus Iſmaëlitis venditur. à v. 25. VI. Patri, quaſi à fera diſcerptus, perſuadetur. à v. 31. VII. Tandem in Ægyptum deductus à Putiphare emittur. v. ult.

CÆterum habitavit Jacobus in terra peregrinationum patris ſui, in terra (*ſcil.*) Canaan.

2. Hæ ſunt generationes (*& hiſtoria ulterior poſt mortem Patris*) Jacobi; Joſeph filius ſeptendecim annorum fuit paſcens cum fratribus ſuis gregem: eratque ille adoleſcens, cum filiis Bilhæ, & cum filiis Silpæ, uxorum patris ſui: attulitque Joſephus malam eorum famam ad patrem eorum.

3. Porrò Iſraël (*quidem*) dilexit Joſephum, præ omnibus filiis ſuis; eò quod filius ſenectutis erat illi: unde fecit ipſi tunicam variorum colorum.

4. Sed fratres ejus viderunt, quod ipſum amaret pater ſuus, præ omnibus fratribus ipſius, [a] ideoque oderunt eum: neque potuerunt loqui cum eo pacificè (*ad ſalutandum.*)

a) 7, 9

5. Præteréà ſomniavit ſomnium Joſephus, narravitque fratribus ſuis: propterea addiderunt magis odiſſe eum.

6. Dixit namque ad illos; Audite, quæſo, ſomnium hoc, quod ſomniavi.

7. Ecce (*ſcilicet*) nos eramus colligantes manipulos in medio agri: cùm, ecce, manipulus meus erexit ſe, etiamque conſtitit; at, ecce manipuli veſtri circumdederunt, & incurvarunt ſe manipulo meo.

8. Quare illi dixerunt fratres ejus; num regnando regnabis ſuper nos? num dominando dominaberis nobis? ideò addiderunt magis odiſſe eum, propter ſomnia ejus, & propter verba ejus.

9. Quin amplius ſomniavit ſomnium aliud, idque enarravit fratribus ſuis: dixit namque; Ecce ſomniavi ſomnium amplius; Ecce nempe Sol & Luna, & undecim ſtellæ incurvaverunt ſe mihi.

10. Quod cum narraret Patri ſuo & fratribus ſuis, reprehendit (*quidem*) eum pater ejus, dixitque ei; Quale ſomnium hoc eſt, quod ſomniaſti? num veniendo veniemus, ego & mater tua, & fratres tui, ad incurvandum nos tibi in terram?

11. Nihilominus æmulati ſunt contra illum fratres illius: pater tamen illius retinuit (*apud ſe*) verbum hoc.

12. Poſteà abiverunt fratres illius, ad paſcendum gregem patris ſui in Schechem.

13. Iſraël autem dixit ad Joſephum; nonne fratres tui ſunt paſcentes in Schechem? Age, mittam te ad eos: qui dixit; Ecce me.

14. Dixit itaque; Abi ergò, vide pacem fratrum tuorum, & pacem gregis, & refer mihi verbum. Sic miſit eum è valle Chebronis, & (*is*) venit in Schechem.

15. Ubi offendit eum vir (*aliquis,*) cùm, ecce, obiret, (*quærens eos*) in agro: interrogavitque eum hic vir, dicendo; Quid quæris?

16. Qui dixit; Fratres meos ego quæro: indica, quæſo, mihi; ubinam illi ſunt paſcentes?

17. Dixit ergo vir; profecti ſunt hinc:

tam audivi dicentes; abeamus in Dothan. Hinc ſecutus eſt Joſephus fratres ſuos, inveniritque eos in Dothan.

18. Sed quum viderunt eum è longinquo, & antequam prope ad eos venit: inſidias ſtruxerunt illi, ad occidendum illum.

19. Dixerunt enim vir ad fratrem ſuum; Ecce, ſomniator ille venit.

20. Jam itaque, agite, & occidamus eum, dein projiciamus eum in unam fovearum, & dicamus, fera mala voravit eum, videamuſque, cujuſmodi futura ſint ſomnia ejus.

b) *Gen. 42,22.* 21. Rëuben tamen cum audiret, [b] liberavit eum è manibus eorum: dixit enim; ne percutiamus eum animâ.

22. Porrò dixit ad eos Rëuben; Ne fundatis ſanguinem; projicite (*potius*) eum in foveam illam, quæ in deſerto eſt, manum autem ne injiciatis in eum: ut (*nimirum*) liberaret eum è manu eorum, ad reducendum eum ad patrem ejus.

23. Unde factum eſt, cum veniſſet Joſephus ad fratres ſuos, ut exuerent Joſepho tunicam ejus, tunicam (*ſcil.*) variarum particularum, quæ ſuper illo erat:

24. Moxque eum ſumerent & projicerent eum in foveam (*aliquam:*) erat autem fovea hæc vacua, nec in ea aqua.

25. Deinde conſederunt ad comedendum panem. Cum vero tollerent oculos ſuos, viderunt, & ecce, commeatus Iſmaëlitarum veniebat è Gilead; quorum cameli ferebant ceram, & opobalſamum, & ſtacte, pergentes, ut deportarent in Ægyptum.

26. Dixit ergò Jehudah ad fratres ſuos; quid lucri? ſi occiderimus fratrem noſtrum, & operuerimus ſanguinem ejus.

27. Agite, vendamus eum Iſmaëlitis, manus autem noſtra ne ſit adverſus eum; quia frater noſter, caro noſtra ille eſt. cui obediverunt fratres ejus.

28. Cumque præterirent viri Midianitæ negotiatores, extraxerunt, & aſcende-

c) *Act. 7,9. Sap. 10, 13. Pſ. 105, 17.* re fecerunt Joſephum è fovea, [c] vendiderunt que Joſephum Iſmaëlitis, viginti (*nummis*) argenti, qui duxerunt Joſephum in Ægyptum.

29. Intereà reverſus eſt Rëuben ad foveam: ecce verò, non erat Joſeph in fovea: ideò diſcidit veſtes ſuas:

30. Reverſuſque eſt ad fratres ſuos, dixitque; Puer non adeſt; ego verò quorſum abivero?

31. Qui ſumſerunt tunicam Joſephi, mactaruntque hircum caprarum, & intinxerunt tunicam in ſanguinem.

32. Dein miſerunt tunicam variarum ſpecierum, adduxeruntque ad patrem ſuum, & dixerunt; Hanc invenimus: recognoſce, quæſo; num tunica filii tui illa ſit; nec ne?

33. Qui agnovit eam, dixitque; Tunica filii mei eſt, [d] fera mala devoravit eum: diſcerpendo diſcerptus eſt Joſephus. d) *Gen. 44,28*

34. Ideoque diſcidit Jacobus veſtes ſuas, poſuitque ſaccum in lumbis ſuis; & luxit ſuper Joſepho multis diebus.

35. Et quanquam ſurrexerunt omnes filii ejus ad conſolandum eum: renuit tamen conſolationem admittere, ſed dixit; quia deſcendam ad filium meum lugens in Scheol (*h. e. locum mortuorum.*) Atque ſic flevit eum pater ejus.

36. Midjanitæ autem [e] vendiderunt eum in Ægyptum, Potiphari, Eunuchó Pharaonis, principi ſatellitum. e) *Pſ. 105,17*

CAP. XXXIIX.

Iehudah I. ad Adullamitam Chiram digreſſus uxorem duxit Schuam: ex qua tres ſuſcepit filios. à v. 1. II. Filiis dat uxorem Thamarem. à v. 6. cum quâ III. mortua uxore inſcius ſcortatur inceſtuoſe. à v. 12. Et IV. duos ex eâ filios ſuſcipit. à v. 27.

Cæterum factum eſt in tempore iſto; deſcenderat Jehudah à-cum fratribus ſuis, & tentorium fixerat uſque apud virum Adullamitam, cujus nomen Chirah.

2. Ubi vidit Jehudah filiam viri Canaanæi, cujus nomen Schua: accepitque eam, & intravit adeam.

3. Quæ concepit, [a] peperitque filium: cujus nomen (*ipſe*) vocavit Er. a) *1. Par. 2,3*

4. Deinde concepit iterum, peperitque filium: cujus (*illa*) vocavit nomen, Onan.

5. Denique addidit amplius, peperitque filium; vocavitque nomen ejus, Schela. fuit autem (*ille*) in Keſib, quum pareret illa iſtum,

6. Poſte-

6. Poſteà accepit Jehudah uxorem Ero, primogenito ſuo: cujus nomen Thamar.

7. Fuit autem Er, primogenitus Jehudæ, malus in oculis JEHOVAH: [b] ideò occidit eum JEHOVAH. b) *Num. 16,19. Deut. 25,5. Matth. 22,24.*

8. Tum dixit Jehudah Onani; ingredere ad uxorem fratris tui, & Leviratum præſta illi; ut excites ſemen fratri tuo.

9. Verum cum intelligeret Onan, quod non ſuum futurum eſſet ſemen: tum verò, quando intravit ad uxorem fratris ſui, perdidit in terram; ut non daret ſemen fratri ſuo.

10. Sed malum fuit in oculis JEHOVÆ, quod fecit; ideò occidit etiam hunc.

11. Jehudah verò dixit Thamari, nurui ſuæ; mane vidua in domo patris tui, donec adoleſcat Schela, filius meus: quoniam dixit; ne forte moriatur etiam hic, ſicut fratres ipſius: ſic abiit Thamar, & manſit in domo patris ſui.

12. Cum autem multi fierent dies, mortua eſt Schuæ filia, uxor Jehudæ: & poſtquam conſolationem accepit Jehudah (*luctumq; finiit,*) aſcendit ad tonſores pecoris ſui, ipſe & Chirah, amicus ejus Adullamita, in Thimnam.

13. Nuntiatum autem Thamari eſt, dicendo; Ecce, ſocer tuus aſcendit in Thimnam, ad tondendum gregem ſuum.

14. Removit itaque veſtes viduitatis ſuæ, à-ſuper ſe, obtexitque ſe peplo, ut ne agnoſceretur: ſic conſedit ad oſtium fontium, qui ſunt in via verſus Thimnam: vidit namque, quòd adoleviſſet Schela, nec ipſa daretur illi in uxorem.

15. Cum verò videret eam Jehudah, habuit eam pro ſcorto: eò quod obtexiſſet facies ſuas.

16. Seceſſit itaque ad eam, juxta viam, dixitque; age, quæſo, intrabo ad te; non

c) *Lev. 18,15.* enim [c] noverat, quod nurus ſua eſſet: at (*illa*) dixit; Quid dabis mihi, quando intrabis ad me?

17. Qui dixit; Ego mittam hœdum caprarum de grege: dixit ergo (*illa;*) ſi dederis mihi pignus, donec mittas eum.

18. Cumque (*ille*) diceret; Quid pignoris eſt, quod dare debeo tibi? dixit (*illa:*) ſigillum tuum, & ſudarium tuum, & baculus tuus. Tum dedit illi, intravitque ad illam: (*illa*) autem concepit ex eo.

19. Statimque ſurrexit, & abivit, & removit peplum ſuum, induitque veſtes viduitatis ſuæ.

20. Jehudah autem miſit hædum caprarum per manum amici ſui Adullamitæ, ad recipiendum pignus è manu mulieris: cumque hic non inveniret illam:

21. Interrogavit viros loci illius, dicendo; Ubi eſt meretrix illa, quæ ad fontes juxta viam (*ſedere ſolet.*) Sed dixerunt illi; non fuit hic (*unquam*) meretrix.

22. Reverſus itaque eſt ad Jehudam, dixitque; non inveni eam: quin etiam viri loci dixerunt; Non fuit hic (*unquam*) meretrix.

23. Tum dixit Jehudah; accipiat ſibi; ne forte ſimus in contemtum: ecce, miſi hœdum hunc; tu autem non inveniſti illam.

24. Poſteà fuerunt quaſi tres menſes, cum nuntiatum eſt Jehudæ, dicendo; ſcortata eſt Thamar, nurus tua; &, ecce, concepit etiam per ſcortationem: quare dixit Jehudah; educite eam, ut comburatur.

25. (*Sed*) cum educeretur, miſit illa ad ſocerum ſuum, dicendo; Cujus viri hæc ſunt, (*ex eo*) ego concepi. porrò dixit; recognoſce, quæſo, cujuſnam ſit ſigillum, & ſudarium, & baculus, illa.

26. Agnovit autem Jehudah, dixitque; Juſta eſt præ me: quoniam non dedi illi Schelam, filium meum: non tamen addidit cognoſcere eam.

27. Contigit poſtea in tempore, quo illa peperit, ut, ecce, eſſent [d] gemini in utero ejus. d) *1. Par. 2,4. Matth. 1,3.*

28. Inter pariendum verò dedit (*infans*) manum: cujus ſuper manu obſtetrix accipiens ligavit dibaphum, dicendo; hic exiit prior.

29. Quum vero retraheret manum ſuam, &, ecce, exiret frater ejus, dixit; cur rupiſti pro te rupturam? ideò vocavit (*Jehudah*) nomen ejus Perez (*h. e. ruptura.*)

30. Poſteà verò exivit frater ejus, ſuper ſuius

cujus manu dibaphum: ideò vocavit nomen ejus, Seraoh (*h.e. exortus.*)

CAP XXXIX.

Iosephs Potiphari venum. Iehovah adfuit, ut toti domui cum ejus benedictione præfectus sit. à v. 1. Sed II. ab impudica hera falsò accusatus in carcerem ab eodem conjectus est. à v. 7. Rursus III. à Iehovah adjutus etiam carceri præfectus est. à v. 21.

a) Gen. 37,36. Psl. 105, 17. Act. 7,9

1. INterea Josephus deductus [a] est in Ægyptum: emitque eum Potiphar, Eunuchus Pharaonis, princeps satellitum, (*ut supra dictum,*) vir Ægyptius, è manu Ismaëlitarum, qui deduxerant eum eò.

2. Sed fuit JEHOVAH cum Josepho, ut esset vir prosperè agens: fuit autem in domo domini sui, Ægyptii.

3. Cumque videret Dominus ejus, quod JEHOVAH cum ipso esset, & quicquid ille ageret, JEHOVAH prosperaret per manum ejus:

4. Invenit Josephus gratiam in oculis ejus, ut ministraret ipsi: quin præfecit eum domui suæ, & quicquid ipsi erat, dedit in manum ejus.

5. Factumque est, ex quo præfectum eum fecit in domo sua, & super omne, quod erat ipsi, ut benediceret JEHOVAH domui Ægyptii propter Josephum, & benedictio JEHOVÆ esset in omni, quod ipsi erat, in domo & in agro.

6. Unde reliquit omne, quod ipsi erat, in manu Josephi, nec scivit cum eo quicquam, nisi panem, quem ipse comedebat. Cæterum fuit Josephus pulcher forma, & pulcher aspectu.

7. Hinc factum est post res istas, ut tolleret uxor domini ejus oculos suos super Josephum; diceretque, cuba mecum.

8. At renuit, dixitque ad uxorem domini sui; Ecce, Dominus meus non novit mecum, quid in domo; & omne quod est ipsi, dedit in manum meam:

9. Ipse non est major me in domo hâc, neque prohibuit à me quicquam; nisi te, eò quod tu uxor ipsius sis: quomodo ergò facerem malum tantum hoc, peccatumque Deo?

10. Sed factum est, cum loqueretur ad Josephum singulis diebus, nec tamen obediret ei, ut cubaret apud illam, ita ut esset cum illa:

11. Factum, inquam, est die certo, cum intraret in domum ad faciendum opus suum, nec esset vir de viris domus ibi, in domo:

12. Ut prehenderet eum veste illius, dicendo; cuba mecum; relinqueret autem (*ille*) vestem suam in manu ejus, & fugeret atque exiret foràs.

13. Quare, cum videret illa, quod relinqueret vestem suam in manu ipsius, fugeretque foràs:

14. Tum verò (*illa*) vocavit viros domus suæ, dixitque eis, dicendo; videte, adduxit nobis virum Hebræum, ut illuderet nobis: intravit (*enim*) ad me, ad cubandum mecum; sed clamavi voce magnâ.

15. Unde cum audiret ille, quod tollerem vocem meam, & clamarem, reliquit vestem suam apud me, fugitque ac exivit foràs.

16. Insuper (*eadem*) deposuit vestem ejus apud se, donec veniret dominus ejus in domum suam:

17. Et locuta est ad hunc juxta verba hæc, dicendo; Venit ad me servus Hebræus, quem adduxisti nobis, ad illudendum mihi.

18. Verùm cum tollerem vocem meam, & clamarem: reliquit vestem suam apud me, & fugit foràs.

19. Quare, cum audiret dominus ejus verba uxoris suæ, quæ locuta est ad ipsum, dicendo; juxta verba hæc fecit mihi servus tuus: accensa est ira ejus;

20. Adeò ut sumeret dominus Josephi b) Psl. [b] eum, traderetque in domum carceris, 105, 18. locum, ubi vincti Regis vincti erant: fuitque ibi in domo carceris. Sap. 10, 13.

21. Sed fuit JEHOVAH cum Josepho, & inclinavit ad eum misericordiam, deditque gratiam ipsi in oculis principis domus carceris.

22. Unde dedit princeps carceris in manum Josephi omnes, qui in domo carceris erant,

erant, ut omne, quod faciebant ibi, ipse faceret:

23. Nec princeps domus carceris videret quicquam rei, quæ in manu ipsius: eò quòd JEHOVAH cum eo esset, & quicquid ille faciebat, JEHOVAH prosperaret.

CAP. XL.

Pincerna I. & Pistor Pharaonis ob delicta in carcerem conjiciuntur. à v. 1. In quo II. uterq; somnium suum somniat. v. 5. quod III. viriq; Iosephus interpretatur. à v. 6. Et IV. juxta interpretationem ejus impletum est. à v. 20.

CÆterum post verba ista (*res istas*) factum est, ut peccarent pincerna Regis Ægypti, & Pistor, Domino suo, Regi Ægypti.

2. Quapropter efferveſcebat Pharao adversus duos (*istos*) Eunuchos suos; adversus principem (*scil.*) pincernarum, & adversus principem Pistorum.

3. Tradiditque eos in custodiam, domum Principis satellitum, in domum carceris.

4. Constituit autem princeps satellitum Josephum, (*ut esset*) cum ipsis, ut ministraret illis. Cum verò essent per annum in custodia:

5. Somniarunt somnium ambo; quilibet somnium suum in nocte unâ, quilibet juxta interpretationem somnii sui; pincerna & pistor, qui erant Regi Ægypti, (*&*) qui vincti in domo carceris.

6. Venit autem ad eos Josephus sub matutam, viditque eos; cum, ecce, essent tristes.

7. Interrogavit itaque Eunuchos Pharaonis, qui cum ipso erant in custodia domus domini ipsius, dicendo; quare facies vestræ malæ hodiè sunt?

8. Qui dixerunt ad eum; somnium somniavimus, nec, qui illud interpretetur, est. Tum dixit ad eos Josephus; annon Deo sunt interpretationes? narrate, quæso, mihi.

9. Narravit igitur princeps pincernarum somnium suum Josepho: dixitque ei; In somnio meo erat, quasi viderem vitem ante me:

10. Et in vite erant tres palmites. Ipsa verò tanquam pullulans prorrudebat florem suum; (*ac*) botri ejus cocti sunt in uvas.

11. Porrò scyphus Pharaonis erat in manu meâ; accepique uvas, & expressi eas in scyphum Pharaonis: dedique scyphum super manum Pharaonis.

12. Tum dixit Josephus illi; hæc est interpretatio ejus: tres palmites tres dies sunt.

13. Intra tres dies extollet Pharao caput tuum, & restituet te super stationem tuam; ut des scyphum Pharaonis in manum ipsius, juxta morem priorem, quo fuisti pincerna ipsius.

14. Veruntamen memento mei apud te, quando benè tibi erit, & fac, quæso, mecum misericordiam; ut mentionem (*bonam*) mei facias erga Pharaonem, & educas me è domo hâc.

15. Nam furtim furto abductus sum è terra Hebræorum: neque etiam hic feci quicquam, quare posuerint me in foveam.

16. Cum videret princeps pistorum, quod bonum interpretatus esset: dixit ad Josephum; Quoad me, etiam in somnio meo fuit, quasi viderem tres corbes similagineorum (*panum*) super capite meo.

17. Et in corbe quidem suprema erant de omni cibo Pharaonis, opere pistoris: sed avis comedebat ea è corbe super capite meo.

18. Cui respondit Josephus, dixitque; hæc est interpretatio ejus: tres corbes sunt tres dies.

19. Intra tres dies tollet Pharao caput tuum de-super te, & suspendet te de ligno; ut comedat avis carnem tuam de-super te.

20. Cum ergo die tertio dies nativitatis esset Pharaonis, fecit convivium omnibus servis suis; unde extulit caput principis pincernarum, & caput principis pistorum, in medio servorum suorum.

21. Ut restituerit principem pincernarum super pincernas suos; dederitque scyphum super manum Pharaonis:

22. Principem autem pistorum suspenderit; sicut interpretatus ipsis erat Josephus.

23. Sed non meminit princeps pincernarum Joſephi, quò minus obliviſceretur ejus.

CAP. XLI.

Pharao I. ſomniat ſomnium vaccarum & ſpicarum ſeptenarum magii Ægypti inexplicabile. à v. 1. Quare II. Joſepho à Pincernâ commendato id exponit. à v. 9. Qui III. id ipſi interpretatur accurate. à v. 25. prudenti addito conſilio. à v. 33. Unde IV. à Pharaone toti Ægypto præficitur, novo nomine, uxore & duobus filiis mactatus. à v. 38. Fames V in terris omnibus incipit. à v. 53.

DOnec factum eſt à fine biennii dierum, ut Pharao ſomniaret, quaſi ſtaret juxta fluvium (*Nilum:*)

2. Cùm, ecce, aſcenderent è fluvio ſeptem vaccæ, pulchræ aſpectu, & pingues carne, paſcerentque in ulvâ.

3. Sed, ecce, ſeptem vaccæ aliæ aſcendentes poſt iſtas ex fluvio, malæ aſpectu & tenues carne; ſteteruntque juxta vaccas (*priores*) quæ ad ripam fluvii.

4. Donec comederunt vaccæ malæ aſpectu & tenues carne, ſeptem vaccas pulchras aſpectu & pingues. Tum expergefactus eſt Pharao.

5. Obdormivit tamen, & ſomniavit iterum: cum, ecce, ſeptem ariſtæ aſſurgebant in calamo uno, pingues & bonæ.

6. Contrà, ecce, ſeptem ariſtæ tenues, & aduſtæ Euro, germinabant poſt illas.

7. Sed abſorpſerunt ariſtæ tenues, ſeptem ariſtas pingues & plenas. Cumque evigilaſſet Pharao, ecce ſomnium erat.

8. Unde factum eſt manè, ut perturbaretur ſpiritus ejus: ideò miſit, vocavitque omnes magos Ægypti, & omnes ſapientes hujus: quibus cum narraret Pharao ſomnium ſuum; non erat, qui interpretaretur ea (*ſomnia*) Pharaoni.

9. Tum demum locutus eſt princeps pincernarum cum Pharaone, dicendo; peccatorum meorum ego recordor hodiè.

10. Pharao (*nimirum*) ſuccenſuerat ſervis ſuis: tradideratque me in cuſtodiam, in domum principis ſatellitum; me, & principem piſtorum.

11. Ubi ſomniavimus ſomnium in nocte una, ego & iſte: quilibet juxta interpretationem ſomnii ſui ſomniavimus.

12. Ibi verò nobiſcum erat juvenis [a] Hebræus, ſervus principis ſatellitum: cui narravimus, & interpretatus eſt nobis ſomnia noſtra; cuilibet juxta ſomnium ſuum interpretatus eſt. a) *Gen. 40, 13.*

13. Nam (*poſteà*) factum eſt; quemadmodum interpretatus eſt nobis, ita factum eſt: me (*namq;*) reſtituit (*Pharao*) ſuper ſtationem meam; iſtum autem ſuſpendit.

14. Miſit ergò Pharao, & vocavit Joſephum: quem celeriter [b] adduxerunt è fovea; & poſtquam totondit ſe, mutavitque veſtes ſuas, intravit ad Pharaonem. b) *Tſ. 105, 20.*

15. Tum dixit Pharao ad Joſephum; ſomnium ſomniavi, nec eſt, qui interpretetur illud: ego autem audivi de te, dicendo; audies ſomnium, ut interpreteris illud.

16. Reſpondit verò Joſephus Pharaoni; Non meum eſt (*hoc: ſed*) Deus (*tamen*) reſpondebit pacem Pharaonis.

17. Locutus eſt itaque Pharao ad Joſephum; in ſomnio meo (*hoc*) erat; Ecce ego ſtabam juxta litus fluvii (*Nili:*)

18. Cum, ecce, è fluvio aſcendebant ſeptem vaccæ pingues carne, & pulchræ forma; paſcebantque in ulva.

19. Sed, ecce, ſeptem vaccæ aliæ aſcendebant poſt eas, tenues, & malæ forma valdè, & macilentæ carne: non vidi, ſicut has, in omni terra Ægypti, quoad malitiam.

20. Comederuntque vaccæ macilentæ & malæ, ſeptem vaccas priores pingues.

21. Et intrarunt quidem in viſcera earum, ſed non agnoſcebatur, quod intraſſent in viſcera earum; malus enim erat aſpectus earum, ſicut ab initio. Tum expergefactus ſum.

22. Porrò vidi in ſomnio: &, ecce, ſeptem ſpicæ aſcendebant in calamo uno, plenæ & bonæ.

23. Sed, ecce, ſeptem ſpicæ graciles, tenues & aduſtæ Euro, germinabant poſt eas.

24. Abſorpſeruntque ſpicæ tenues, ſeptem ſpicas bonas. Dixi quidem ad magos: ſed non eſt, qui indicet mihi.

25. Tunc dixit Joſephus ad Pharaonem; ſomnium Pharaonis unum eſt: (*quo*) quod Deus facturus eſt, indicavit Pharaoni.

26. Septem vaccæ bonæ, ſeptem anni ſunt; & ſeptem ſpicæ bonæ ſeptem anni ſunt: ſomnium unum eſt.

27. Sic ſeptem vaccæ macilentæ & malæ, aſcendentes poſt iſtas, ſeptem anni ſunt; & ſeptem ſpicæ tenues, aduſtæ Euro. Erunt nimirum ſeptem anni famis.

28. Hæc res eſt, quam dixi ad Pharaonem; quod Deus facturus eſt, monſtravit Pharaoni.

29. (*Nimirum*) Ecce, ſeptem anni veniunt, (*quibus*) ſaturitas magna erit in tota terra Ægypti.

30. Sed ſurgent ſeptem anni famis poſt iſtos, ut oblivioni detur omnis ſaturitas in terra Ægypti; conſumatque fames terram.

31. Adeò ut non agnoſcatur ſaturitas, (*qua prius erat*) in terra, propter famem hanc, (*quæ erit*) poſthâc: quia gravis erit valdè.

32. Quòd autem iteratum eſt ſomnium Pharaoni altera vice, (*docet;*) quod firmiter decreta ſit res (*ventura*) à-cum Deo; & feſtinaturus Deus ad faciendum eam.

33. Quare circumſpiciet Pharao virum prudentem & ſapientem, quem ponat ſuper terram Ægypti.

34. Faciet (*etiam hoc*) Pharao, ut præficiat præfectos ſuper terram; & quintas ſumat terræ in ſeptem annis ſaturitatis.

35. Congregentque omnem cibum annorum bonorum venturorum iſtorum: & coacervent frumentum ſub manum Pharaonis (*in*) cibum in civitatibus, ac cuſtodiant.

36. Sitque cibus in depoſitum terræ, pro ſeptem annis famis, qui erunt in terra Ægypti, ne excindatur terra per famem.

37. Bona ergò fuit res in oculis Pharaonis, & in oculis omnium ſervorum ejus.

38. Dixit autem Pharao ad ſervos ſuos; num inveniemus, ſicut hunc, virum, in quo Spiritus Dei ſit?

c) *Tſ. 105, 21. 1. Mac. 2, 51. Act. 7, 10.*

39. Quare dixit Pharao ad Joſephum; poſteaquam notum fecit Deus tibi omne hoc: non erit prudens & ſapiens, ſicut tu.

40. Tu (*itaq;*) [c] eris ſuper domo meâ, & ſuper os tuum oſculabitur omnis populus meus: tantùm throno major ero.

41. Præterea dixit Pharao ad Joſephum; ecce, dedi te ſuper totam terram Ægypti.

42. Removitque Pharao annulum ſuum de-ſuper manu ſuâ, deditque eum ſuper manum Joſephi: induit inſuper eum veſtibus byſſi, poſuitque torquem auri ſuper collum ejus.

43. Poſt vehi eum fecit in curru ſecundani, qui ipſi erat, proclamaruntque ante eum, *Abrech* (*i.e. flecte genua:*) ſic conſtituit eum ſuper totam terram Ægypti.

44. Denique dixit Pharao ad Joſephum; Ego Pharao, ideò ſine te non tollet quis manum ſuam, aut pedem ſuum in tota terrâ Ægypti.

45. Vocavit verò Pharao nomen Joſephi, Zaphenat-Paënéach: deditque illi Aſenath, filiam Potiphéra Pro-Regis On, in uxorem. Atque ſic exivit Joſephus ſuper terram Ægypti.

46. [Erat autem Joſephus filius trigintà annorum, quum ſtaret coram Pharaone.] Exivit ergò Joſephus à-coram Pharaone (*ut dixi,*) & tranſivit per totam terram Ægypti.

47. Fecit autem terra in ſeptem annis ſaturitatis; juxta manipulationem (*quintarum.*)

48. Ita collegit omnem cibum ſeptem annorum, qui fuerunt in terra Ægypti; & dedit cibum in urbibus: cibum (*ſcil.*) agri urbis, qui circa eam, dedit in medio ejus.

49. Quomodo coacervavit Joſephus frumentum, ſicut arenam maris, multiplicatum valdè: eò uſque, ut ceſſaverit numerare; cum non eſſet (*ejus*) numerus.

50. Cæterum Joſepho nati ſunt duo filii, antequam veniret annus (*primus*) famis: quos genuit illi Aſenath, filia Potiphéra, Pro-Regis On.

51. Vocavitque Joſephus nomen primogeniti, Menaſcheh, (*h.e. obliviſci faciens:*) quia (*inquiebat*) oblivisci me fecit Deus omnem laborem meum, & omnem domum patris mei.

52. Nomen autem ſecundi vocavit Ephraim (*i.e. fructificationes binæ:*) quia (*dixe-*

bat) fructificare me fecit Deus in terra afflictionis meæ.

53. Porrò cum consummati essent septem anni saturitatis, quæ erat in terra Ægypti;

54. Ceperunt septem anni famis venire, quemadmodum dixerat Josephus; fuitque fames in omnibus terris; sed in tota terra Ægypti erat panis.

55. Cùm tamen mox famem pateretur tota (*etiam*) terra Ægypti clamaretque populus ad Pharaonem pro pane: dixit Pharao omni Ægypto; Abite ad Josephum, (*&*) quod dixerit vobis, facite.

56. Quia itaque fames erat super omnes facies terræ: aperuit Josephus omnia, in quibus (*cibus*) fuit, & vendidit Ægypto: sed invalescebat (*subinde*) fames in terra Ægypti.

57. Quin omnes terræ veniebant in Ægyptum, ad emendum apud Josephum: quia (*etiam*) invaluit fames in omni terra.

CAP. XLII.

Fratres I. Iosephi decem à patre missi ad frumentum emendum in Ægyptum veniunt. à v. 1. A Iosepho II. incognito cognitis verè examinantur & carceri includuntur. à v. 6. E quo tandem III. retento solo Schimeone, ad patrem cum frumento sub conditione adducendi Benjaminu dimittuntur. à v. 18. Qui ad patrem reversi post narrata alia omnia Benjaminu dimissionem ab eo diu non impetrant. à v. 26.

CUm ergò vidit Jacobus, quod esset frumentum (*venale*) in Ægypto; dixit Jacobus filiis suis; ut quid circumspicitis?

2. Porrò dixit; Ecce, audivi, quod a) *Act.* 7, 12. sit frumentum (*venale*) in [a] Ægypto: descendite eò, & emite nobis inde, ut vivamus, nec moriamur.

3. Unde descenderunt fratres Josephi decem; ad emendum frumentum ex Ægypto.

4. Nam Benjaminem, fratrem Josephi, non misit Jacobus cum fratribus ipsius: quia dixit; ne forte obveniat ipsi damnum.

5. Ita venerunt filii Israëlis ad emendum, in medio venientium; eò quod fames esset in terra Canaan.

6. Quia autem Josephus dominus erat super terram, idemque vendebat omni populo terræ: ideò venerunt fratres Josephi, & incurvarunt se ipsi in faciem versus terram.

7. Cumprimum autem vidit Josephus fratres suos, agnovit eos: sed alienum se gessit erga eos, locutusque est cùm ipsis dura, & dixit ad eos; unde venistis? qui dixerunt; è terra Canaan, ad emendum cibum.

8. Quanquam verò agnovit Josephus fratres suos: hi tamen non agnoverunt illum.

9. Recordatus etiam est Josephus [b] somniorum, quæ somniaverat (*olim*) de iis: nihilominus dixit ad eos; Exploratores estis vos; ad spectandum nuditatem terræ venistis. b) *Gen.* 37, 5.

10. Qui dixerunt ad illum; Non, domine mi: sed servi tui venerunt ad emendum cibum.

11. Omnes nos filii viri unius sumus: integri nos sumus: nunquam fuerunt servi tui exploratores.

12. Verùm dixit ad eos; Non: sed nuditatem terræ venistis videre.

13. Dixerunt itaque; duodecim servi tui fratres sumus, filii viri unius in terra Canaan: & ecce, minimus cum patre nostro est hodie; unus autem non superest.

14. Tum dixit ad eos Josephus; Hoc est, quod dixi ad vos, dicendo; Exploratores estis.

15. Per hoc (*tamen*) probabimini; Per vitam Pharaonis, si [c] exibitis hinc, nisi c) *Gen.* 43, 5. venerit frater vester minimus huc.

16. Mittite ex vobis unum, qui accipiat fratrem vestrum, vos interim captivi eritis; ita probabuntur verba vestra; num veritas vobiscum sit: sin, per vitam Pharaonis, quia exploratores vos estis.

17. Mox una conclusit eos in custodia tres dies.

18. Dixit tamen ad eos Josephus in die tertio; hoc facite, ut vivatis: Deum (*namq;*) timeo.

19. Si integri estis; frater vester unus vinciatur in custodia vestra: vos autem abite,

abite, adducite frumentum emtum (*remedium*) famis domuum vestrarum:

20. Fratrem verò vestrum minimum adducite ad me, ut verificentur verba vestra, nec moriamini. Fecerunt itaque ita.

21. Postquam (*nimirum*) dixissent vir ad fratrem suum; Profectò rei peragimur nos, super fratre nostro, cujus vidimus angustiam animæ, quùm deprecaretur nos, nec audiremus: unde venit super nos angustia hæc:

22. Respondisseque Rëuben ipsis, dicendo; nonne [d] dicebam ad vos, dicendo; ne peccetis contra puerum; sed non audiebatis? quare etiam sanguis ejus, ecce, quæritur: d) *Gen.* 37, 21.

23. Neque ipsi scivissent, quod audiret Josephus; nam interpres erat inter ipsos:

24. Convertisset verò se (*Josephus*) à cum illis, ploravitque; sed rediisset ad eos, locutusque ad eos, accepisset à cum ipsis Schimeonem, ac vinxisset eum coram oculis eorum;

25. Deinde verò præcepisset Josephus, ut implerent saccos eorum frumento, reponerentque argentum eorum cujuslibet in saccum ejus, darentque panem viatici in iter; fecisseque ipsis sic.

26. Tum (*inquam*) sustulerunt frumentum suum emtum super asinos suos, & abiverunt inde.

27. Cum verò aperiret unus saccum suum, ad dandum pabulum asino suo in diversorio, vidit argentum suum: cum, ecce, esset in ore sacci ipsius.

28. Qui dixit ad fratres suos; redditum est argentum meum; etiamque ecce, est in sacco meo. Tum verò exivit cor eorum; & quivis tremebundus se ad fratrem suum convertit, dicendo; Cur hoc fecit Deus nobis.

29. Quando autem venerunt ad Jacobum, patrem suum, in terram Canaan: narrarunt illi omnia, quæ obvenerant ipsis, dicendo;

30. Locutus est vir, Dominus terræ, nobiscum dura: deditque nos, quasi explorantes terram.

31. Cumque diceremus illi; Integri nos sumus; nunquam fuimus exploratores;

32. Duodecim nos fratres sumus, filii patris nostri: unus (*quidem*) non superest; minimus verò hodie cum patre nostro est in terra Canaan:

33. Dixit ad nos vir, Dominus terræ; per hoc cognoscam, quod integri sitis vos; fratrum vestrorum unum relinquite mecum; at (*remedium*) famis domuum vestrarum sumite, & abite:

34. Adducite tamen fratrem vestrum minimum ad me; ut cognoscam, quod non exploratores sitis vos, sed integri vos: (*tum*) fratrem vestrum reddam vobis, inque terra negotiabimini.

35. Cum autem evacuarent illi saccos suos; & ecce uniuscujusque fasciculus argenti in sacco ipsius; viderentque fasciculos argenti sui, ipsi & pater eorum: extimuerunt.

36. Dixitque ad eos Jacobus, pater eorum; me orbum fecistis: Josephus non superat, & Schimeon non superat; Binjaminem autem auferre vultis: super me fuerunt omnia.

37. Sed dixit Rëuben, ad patrem suum, dicendo; duos filios meos occides, si non reduxero eum ad te: da eum sub manum meam; ego namque reducam eum ad te.

38. Verum dixit; non descendet filius meus vobiscum: quia frater ejus mortuus est, & hic solus relictus est: quod si obveniret ei damnum in via, in qua abitis: descendere faceretis canos meos cum mœstitia in locum mortuorum.

CAP. XLIII.

Invalescente I. fame Iacobus Benjaminem cum fratribus, spondente Iehudah, in Ægyptum ægrè dimittit & instruit cum voto & munere. à v. 1. Qui II. à Iosepho humaniter excipiuntur, & mensæ adhibentur admirabundi. & largiter tractati. à v. 16.

INterea fames invalescebat in terra.

2. Cum itaque absolvissent comedere frumentum emtum, quod adduxerant ex Ægypto: dixit ad eos pater eorum; revertimini, emite nobis aliquid cibi.

3. Sed dixit ad eum Jehudah, dicendo: testando restatus est nobis vir, dicendo; non videbitis facies meas, nisi frater vester vobiscum fuerit.

4. Ideò si fueris mittens fratrem noſtrum nobiſcum, deſcendemus, & ememus tibi cibum.

5. Si verò non miſeris, non deſcendemus, quia vir ille [a] dixit ad nos; non videbitis facies meas, niſi frater veſter vobiſcum fuerit.

a) Gen. 42,20.

6. Tum dixit Iſraël, cur tam male egiſtis mihi, ut indicaretis viro, num adhuc vobis frater eſſet?

7. Sed dixerunt; Interrogando interrogavit vir de nobis, & de cognatione noſtra, dicendo; Num adhuc pater veſter vivit? num eſt vobis frater? Indicavimus itaque illi juxta tenorem verborum iſtorum. num ſciendo ſcivimus, quod dicturus eſſet; adducite fratrem veſtrum?

8. Inprimis dixit Jehudah ad Iſraëlem, patrem ſuum; Mitte puerum mecum, ut ſurgamus & abeamus: atq; ſic vivamus, nec moriamur, & nos & tu, & infans noſter.

9. Ego ſpondebo pro ipſo; à manu meâ requires eum: niſi (*enim*) adduxero eum ad te, & ſtatuero coram te, reus ero tibi omnibus diebus.

10. Quin niſi moras feciſſemus, jamjam reverſi eſſemus duabus vicibus.

11. Tum dixit ad eos Iſraël, pater eorum; ſi ſic ergò: hoc facite; ſumite de laudibus hujus terræ in vaſa veſtra, ut deducatis viro munus; (*nimirum*) Aliquid Opobalſami, & aliquid mellis, ceram & ſtacte, nuces terebinthinas & amygdalas.

12. Argenti autem alterum tantum accipite in manus veſtras: argentumque repoſitum in ore ſaccorum veſtrorum reducite in manu veſtra: forte (*enim*) error eſt, (*commiſſus.*)

13. Fratrem etiam veſtrum ſumite, ſic ſurgite, revertimini ad virum.

14. Deus verò Fulminator det vobis miſericordias coram viro; ut dimittat vobis fratrem veſtrum alterum, & Binjaminem: Ego interim, quaſi orbatus (*jam*) eſſem, in orbitate victurus ſum.

15. Acceperunt itaque viri munus iſtud, alterumque tantum argenti acceperunt in manum ſuam, & Binjaminem: atque ſurrexerunt, deſcenderuntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Joſepho.

16. Cùm vidit Joſephus cum ipſis Binjaminem: dixit ad eum, qui ſuper domo ipſius erat, deduc viros domum (*meam;*) & macta mactanda, præparaque: quia mecum comedent viri in meridie.

17. Fecit itaque vir, ſicut dixit Joſephus: deduxit enim viri viros in domum Joſephi.

18. Veruntamen extimuerunt viri, quod deducerentur in domum Joſephi, dixeruntque (*invicem;*) propter argentum reverſum in ſaccos noſtros primâ vice, nos (*eò*) deducimur; ad devolvendum ſuper nos, & conjiciendum ſuper nos (*culpam*) ſumendumque nos in ſervos, & aſinos noſtros.

19. Quare acceſſerunt ad virum, qui ſuper domo Joſephi erat, locutique ſunt ad eum ante oſtium domus.

20. Et dixerunt; Per me, Domine mi, deſcendendo deſcendimus primâ vice, ad emendum cibum.

21. Factumque eſt, quum venimus in diverſorium, & aperuimus ſaccos noſtros, ut, ecce, [b] argentum cujuslibet in ore ſacci ipſius eſſet; argentum, (*inquam,*) noſtrum juxta pondus ſuum: retulimus itaque id in manu noſtra.

b) Gen. 42,35.

22. Argentum autem aliud detulimus in manu noſtra, ad emendum cibum. Neſcimus, quis poſuerit argentum noſtrum in ſaccis noſtris.

23. Qui dixit, Pax vobis (*ſit,*) nec timeatis: Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſaurum occultum in ſaccos veſtros: argentum (*enim*) veſtrum venit ad me. Mox adduxit ad eos Schimeonem:

24. Tumque introduxit vir viros in domum Joſephi: & dedit aquas, ut lavarent pedes ſuos, deditque pabulum aſinis eorum.

25. Intereà paraturunt munus, donec veniret Joſeph in meridie: quia audiverunt, quod ibi comeſturi eſſent panem.

26. Cumque veniret Joſeph domum, attulerunt ipſi munus, quod in manu ipſorum, domum, & incurvatunt ſe illi verſus terram.

27. Tum interrogavit eos de pace, dixitque;

xitque; Num pax patri veſtro, ſeni, de quo dixiſtis mihi: num adhuc vivit?

28. Qui dixerunt; pax eſt ſervo tuo, patri noſtro, adhuc vivit: incurvaruntque ſe, & adoraruntque.

29. Mox ſuſtulit oculos, viditque Binjaminem, fratrem ſuum, filium matris ſuæ, dixitque; Num hic frater veſter minimus eſt, de quo dixiſtis ad me? dixit ergò; Deus propitius eſto tibi, fili mi.

30. Feſtinavit verò Joſeph; quia commota ſunt viſcera ejus erga fratrem ſuum; quæſivitque flere: ideoque intravit in conclave, & flevit ibi.

31. Poſtea lavit faciem ſuam, & exivit, continuitque ſe, ac dixit; ponite panem.

32. Poſuerunt ergo ipſi ſoli, illiſque ſolis: etiamque Ægyptiis, comedentibus cum ipſo, ſolis; quoniam non poſſunt Ægyptii comedere cum Hebræis, ſiquidem abominatio hoc eſt Ægyptiis.

33. Sederunt autem coram ipſo, primogenitus juxta primogenituram ſuam, & minimus juxta ætatem minimi ſuam: quod admirati ſunt viri, vir erga ſocium ſuum.

34. Cumque porrigeret portiones à coram faciebus ſuis erga ipſos, multiplicavit portionem Binjaminis præ portionibus omnium quintuplum. Ita biberunt, & ad ſatietatem biberunt cum ipſo.

CAP. XLIV.

Fratres I. Joſephi cum frumento, ſed non ſine ſtratagemate, ad patrem dimittuntur. à v. 1. Exitiere II. furti accuſati retrahuntur. à v. 4. De quo verò III. ſe Benjaminem q., per Iehudam maſculè excuſant. à v. 14..

Præcepit deinde ei, qui ſuper domo ipſius erat, dicendo; Imple ſaccos virorum cibo, quantum poterunt portare: & pone argentum uniuſcujuſque in ore ſacci ejus.

2. Sed ſcyphum meum, ſcyphum argenti, pone in ore ſacci minimi natu, & argentum frumenti ejus emti. Qui fecit juxta verbum Joſephi, quod locutus eſt.

3. Manè illuxit: cùm viri dimiſſi ſunt, ipſi & aſini eorum.

4. Illi exiverant urbe, (*&*) non procul aberant, cùm Joſeph dixit ei, qui ſuper domo ipſius erat: ſurge, perſequere viros; cumque aſſecutus fueris eos, dic ad eos; quare retribuiſtis malum pro bono?

5. Nonne id eſt, ex quo bibit Dominus meus, & ipſe certò divinat de hoc? malè ergo feciſtis (*in hoc,*) quod feciſtis.

6. Cum itaque aſſecutus eſt eos; locutus eſt ad eos juxta verba illa.

7. Dixerunt verò ad eum; Quare loquitur Dominus meus juxta verba iſta? abſit à ſervis tuis facere juxta verba iſta.

8. Ecce argentum, quod invenimus in ore ſaccorum noſtrorum, retulimus ad te è terra Canaan: quomodo ergo furabimur è domo Domini tui argentum aut aurum?

9. Cum quo invenietur de ſervis tuis, (*is*) morietur: etiamque nos erimus Domino meo ſervi.

10. Qui dixit; Etiam ergò, juxta verba veſtra, ſic eſto: cum quo invenietur, erit mihi ſervus: vos tamen (*reliqui*) eritis innocentes.

11. Feſtinarunt itaque, & demiſerunt quilibet ſaccum ſuum in terram: aperuerruntque quilibet ſaccum ſuum.

12. Scrutatus autem eſt: à maximo natu incêpit, & in minimo deſiit: inventuſque eſt ſcyphus in ſacco Binjaminis.

13. Tum verò diruperunt veſtes ſuas; oneraruntque quilibet aſinum ſuum, & reverſi ſunt in urbem.

14. Et intravit Jehudah & fratres ejus in domum Joſephi, [adhuc enim ibi erat,] cecideruntque coram eo in terram.

15. Sed dixit illis Joſephus; quale facinus hoc eſt, quod feciſtis? Annon ſciviſtis, quod certò divinet vir, qui ſicut ego?

16. Dixit ergò Jehudah; Quid dicemus Domino meo, quid loquemur? & quid juſtificabimus nos? Deus invenit iniquitatem ſervorum tuorum: ecce, nos ſervi Domino meo, tàm nos, quàm is, in cujus manu inventus eſt ſcyphus.

17. Verùm dixit; Abſit à me, ut faciam iſtud: Vir, in cujus manu inventus eſt ſcyphus, is erit mihi ſervus; vos autem aſcendite cum pace ad patrem veſtrum.

18. Tum acceſſit ad eum Jehudah, dixitque; Per me (*rogo*) Domine mi; loquatur, quæſo, ſervus tuus verbum in auribus

ribus Domini mei, nec excandeſcat ira tua contra ſervum tuum; quia (*quis*) ſicut tu, (*eſt*) ſicut Pharao.

19. Dominus meus interrogavit ſervos ſuos; Eſtne vobis pater, aut frater?

20. Diximus autem ad Dominum
a) *Gen. 42,13.* meum; [a] Eſt nobis pater ſenex, & filius ſenectutis, minimus natu: cujus frater mortuus eſt, ut relictus ille ſit ſolus matri ſuæ; unde pater ejus diligit eum.

21. Tum dixiſti ad ſervos tuos; deducite eum ad me: ponam namque oculum meum ſuper eum.

22. Sed diximus ad Dominum meum; Non poterit puer relinquere patrem ſuum: quod ſi reliquat patrem ſuum, morietur (*hic.*)

b) *Gen. 42,15.* 23. Nihilominus [b] dixiſti ad ſervos tuos; ſi non deſcenderit frater veſter minimus vobis cum: non addetis facies meas videre.

24. Cum itaque aſcendimus ad ſervum tuum, patrem meum: indicavimus ei verba Domini mei.

25. Cumque diceret pater noſter; revertimini, emite nobis aliquid cibi:

26. Diximus; non poterimus deſcendere: ſin fuerit frater noſter minimus nobiſcum, deſcendemus: quia non poterimus videre facies Viri, ſi frater noſter minimus non fuerit nobiſcum.

27. Sed dixit ſervus tuus, pater meus, ad nos; **Vos** ſcitis, quòd duos pepererit mihi uxor mea;

c) *Gen. 37,33.* 28. Unus verò egreſſus ſit à me; [c] dixerimque, certè diſcerpendo diſcerptus eſt: neque enim vidi eum hucuſque.

29. Quod ſi ſumeretis etiam hunc à-eum facietbus meis, acciderետque ipſi exitium: demitteretis ſenium meum in malo ad manes.

30. Jam itaque, ſi venirem ad ſervum tuum, patrem meum, nec puer eſſet nobiſcum; cum anima ejus devincta ſit cum anima hujus:

31. Futurum eſſet, quum videret, quod non adeſſet puer, ut moreretur; quomodo demitterent ſervi tui ſenium ſervi tui, patris noſtri, cum mœrore ad manes.

Gen. 44,32. 32. Prætereà ſervus tuus [d] ſpopondit pro puero à-cum patre meo, dicendo; ſi non reduxero eum ad te; reus ero patri meo omnibus diebus.

33. Jam ergò maneat, quæſo, ſervus tuus pro puero, ſervus Domino meo: puer autem aſcendat cum fratribus ſuis.

34. Quia quomodo deſcenderim ad patrem meum, ſi puer non ſit mecum? ne videam malum, quod inveniet patrem meum.

CAP. XLV.

Joſephus I. fratribus ſeſe manifeſtat, obſtupeſcentes erigit. à. v.1. Eoſdem II. cum mandato veniendi & habitandi in Ægypto, muneribuſq; & curribus approbante Pharaone ad patrem dimittit. à v.9. qui III. ita dimiſſi ad patrem redeunt, bonumq; illi nuntium adferunt, & perſuadent. à v.24.

TUm non potuit Joſephus [a] ſe a) *Act. 7,13.* continere coram omnibus ſtantibus apud ipſum: ideò exclamavit; ejicite omnem virum ab-apud me. ita non ſteterit vir cum ipſo, quum notum ſe fecit Joſephus fratribus ſuis.

2. Edidit itaque vocem ſuam cum fletu; ita ut audiverint Ægyptii, audiveritque domus Pharaonis.

3. Cæterum dixit Joſephus ad fratres ſuos; Ego ſum Joſephus; num adhuc pater meus vivit? ſed non potuerunt fratres ipſius reſpondere ipſi; quia conſternati erant coram ipſo.

4. Dixit itaque Joſephus ad fratres ſuos; accedite, quæſo, ad me: tum acceſſerunt: dixitque; Ego ſum Joſephus, frater veſter, quem vendidiſtis in Ægyptum.

5. Jam verò ne dolore afficiamini, neque malum ſit in oculis veſtris, quod vendidiſtis me huc: quia propter victum (*vitæ veſtræ conſervationem*) miſit me Deus ante vos.

6. Hic namque alter annus eſt famis in medio terræ; ſed quinque adhuc anni ſunt, quibus non erit aratio, aut meſſis.

7. Miſit itaque me Deus ante vos, ut ponat vobis reliquias in terra; & ad vivificandum vobis in evaſionem magnam (*reliquias iſtas.*)

8. Unde non vos miſiſtis me huc; ſed Deus

Deus: poſuitque me in patrem Pharaoni, & in Dominum toti domui ejus, & dominatorem in omnem terram Ægypti.

9. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, atque dicite ad eum; ſic dixit Filius tuus Joſephus; poſuit me Deus in Dominum toti Ægypto: deſcende ad me, ne ſubſiſtas.

10. Habitabis enim in terra Goſen, & eris propinquus mihi; tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, & grex tuus, & armentum tuum, & omne, quod eſt tibi.

11. Et ſuſtentabo te ibi; quia adhuc quinque annis fames erit; ne extirperis tu, & domus tua, & omne quod tibi eſt.

12. Ecce autem oculi veſtri vident, & oculi fratris mei Binjaminis, quod os meum loquatur ad vos.

13. Narrabitis ergò patri meo omnem majeſtatem meam in Ægypto, & omne, quod vidiſtis: feſtinabitiſque, ut deducatis patrem meum huc.

14. Tandem cecidit ſuper colla Binjaminis, fratris ſui, & flevit; Binjamin verò flevit ſuper collis ejus.

15. Oſculatus etiam eſt omnes ſtatres ſuos, & flevit ſuper illis. Et poſteà locuti ſunt fratres ejus cum ipſo.

16. Verum vox audita eſt in domo Pharaonis, dicendo; Venerunt fratres Joſephi: bonumque viſum eſt in oculis Pharaonis, & in oculis ſervorum ejus.

17. Ideoque dixit Pharao ad Joſephum; dic ad fratres tuos, hoc facite, onerate beſtiam veſtram, & abite, venite in terram Canaan:

18. Et ſumite patrem veſtrum, & domos veſtras, & venite ad me: dabo namque vobis optimum terræ Ægypti; ut comedatis adipem terræ.

19. Inſuper eſto tibi (*à me*) mandatum; Hoc facite, ſumite vobis è terra Ægypti vehicula pro infante veſtro, & pro uxoribus veſtris, ac portate patrem veſtrum, ut veniatis.

20. Neque oculus veſter pareat ſupellectilibus veſtris: quia optimum totius terræ Ægypti vobis erit.

21. Fecerunt itaque ſic filii Jiſraëlis: quibus dedit Joſephus vehicula juxta os Pharaonis etiamque dedit illis viaticum in viam.

22. (*Prætereà*) univerſis dedit, viro mutatorias veſtes: Binjamini verò dedit trecentos (*nummos*) argenti, & quinque mutatorias veſtes.

23. Patri porrò ſuo miſit ſimiliter decem aſinos portantes de optimo Ægypti: & decem aſinas portantes frumentum, & panem, & cibum pro patre ſuo in viam.

24. Sic dimiſit fratres ſuos, & abiverunt: dixitque ad eos; ne rixemini in via.

25. Aſcenderunt itaque ex Ægypto, veneruntque in terram Canaan ad Jacobum, patrem ſuum.

26. Et indicarunt ipſi, dicendo; Adhuc Joſephus vivus eſt: & eſt ille quidem dominator in tota terra Ægypti: ſed titubabat cor ejus; non enim credidit illis.

27. Cum tamen dicerent ad eum omnia verba Joſephi, quæ locutus erat ad illos, videretque vehicula, quæ miſerat Joſephus ad portandum ipſum, revixit Spiritus Jacobi, patris illorum.

28. Dixit itaque Jiſraël; multum eſt, quod adhuc Joſephus, filius meus, vivus eſt: abibo, & videbo eum, antequam moriar.

CAP. XLVI.

Iacobus in Ægyptum proficiſcens, facto in Beer-Scheba ſacrificio à DEO in viſione noctis confortatur, & cum univerſa familia eò pervenit feliciter. à v.1. II. Familia eius tota recenſetur, iuxtæ omnes eius animæ à v.8. III. Joſephus patri advenienti obviam proficiſcitur, & fit conſalutatio à v.29. IV. Fratres idem de acceſſu ad Pharaonem inſtruit. à v.31.

CUm autem [a] profectus eſſet Jiſ- a) *Exod. 1,1.2a Pſ. 105, 23. Eſ. 52,4. Act. 7, 15.* raël, & omne quod ipſi erat, veniſſetque in Beer-Scheba, ac ſacrificaſſet ſacrificia Deo patris ſui, Jizchaki:

2. Dixit Deus Jiſraëli in viſionibus noctis; dixit, inquam; Jacob, Jacob: qui dixit; Ecce me.

3. Tum dixit; Ego ſum Deus, Deus patris tui: ne timeas à deſcendendo in Ægyptum; quia in gentem magnam ponam te ibi.

4. Ego deſcendam tecum in Ægyptum, & ego aſcendere faciam te aſcendendo: Joſephus autem ponet manum ſuam ſuper oculos tuos.

5. Surrexit itaque Jacobus ex Beer-Scheba: deportaruntque filii Iſraëlis Jacobum, patrem ſuum, & infantem ſuum, & uxores ſuas in vehiculis, quæ miſerat Pharao, ad deportandum illum.

6. Acceperunt quoque pecus ſuum, & ſubſtantiam ſuam, quam acquiſierant in terra Canaan, veneruntque in Ægyptum: Jacobus, & omne ſemen ejus cum ipſo.

7. Filios ſuos, & filios filiorum ſuorum ſecum; & filias ſuas, & filias filiorum ſuorum, omne, inquam, ſemen ſuum, adduxit ſecum in Ægyptum.

8. Cæterum hæc ſunt nomina filiorum Iſraëlis, venientium in Ægyptum; Jacobi & filiorum ejus. [b] Primogenitus Jacobi (*erat*) Rëuben.

9. Filii autem Rëubenis, Chanoch, & Phallu, & Chezron, & Karmi.

10. Filii porrò [e] Schimeonis, Jemuel, & Jamin, & Ochad, & Jachin, & Zochar: nec non Schäul, filius Cananitidis.

11. At filii [d] Levi, Gerſchon, & Kohath, & Merari.

12. Filii autem [e] Jehudæ, Er, & Onan, & Schelah, & Perez, & Serach: Sed mortuus eſt Er & Onan in terra Canaan: fuerunt autem filii [f] Perez, Chezron & Chamul.

13. Dein filii [g] Jiſſachar, Thola, & Purah, & Job, & Schimeon.

14. Et filii Sebulun, Sered, & Elon, & Jachleel.

15. Hi ſunt filii Leæ; quos peperit Jacobo in Paddan-Aram, Dinamque filiam ipſius. Omnis anima filiorum ipſius, & filiarum ipſius, triginta & tres.

16. Porrò filii Gad, Ziphjon, & Chaggi, Schuni, & Ezbon, Eri & Arodi, & Aréli.

17. Filii verò [g] Aſcher, Jimna, & Jiſchva, & Jiſchvi, & Beriá; & Serech, ſoror eorum erat: pòſt filii Beriá, Chéber, & Malkiel.

18. Hi ſunt filii Silpæ, quam dedit Laban Leæ, filiæ ſuæ; peperitque iſtos Jacobo, ſedecim animas.

19. Filii Rachelis, uxoris Jacobi, Joſephus & Binjamin.

20. Gignere autem [i] datum eſt Joſepho, in terra Ægypti, quos peperit ipſi Aſenath, filia Potiphera, Pro-Regis On, Menaſſen & Ephtajimum.

21. Verùm filii [k] Binjaminis, Bela, & Becher, & Aſchbel, Gera, & Naaman, Echi & Roſch: Muppim & Chuppim & Ardus.

22. Hi ſunt filii Rachelis, qui nati ſunt Jacobo: omnis anima, quatuordecim.

23. Filii porrò Danis, Chuſchim.

24. Filii autem Naphthali, Jachzeel, & Guni, & Jezer, & Schillem.

25. Hi ſunt filii Bilhæ, quam dedit Laban Racheli, filiæ ſuæ; peperitque iſtos Jacobo, omnis anima, ſeptem.

26. Omnis anima, veniens cum Jacobo in Ægyptum, egreſſi femur ejus, præter uxores filiorum Jacobi: omnis (*inquam*) anima ſunt ſexaginta & ſex.

27. Filii autem Joſephi, qui nati ſunt ipſi in Ægypto, animæ duæ: (*unde*) omnis [l] anima domus Jacobi, quæ venit in Ægyptum, ſeptuaginta.

28. Cæterum Jehudam miſit ante ſe ad Joſephum, ad monſtrandum ante ſe (*viam*) verſus Goſchen: atque ſic venerunt in terram Goſchen.

29. Tum alligavit Joſephus currum ſuum, & aſcendit obviam Iſraëli, patri ſuo, in Goſchen: cumque viſus eſſet ipſi, cecidit ſuper colla ipſius, & flevit ſuper collis illius diu.

30. Dixit verò Iſraël ad Joſephum; moriar hac vicè, poſtquam vidi facies tuas, quod adhuc tu vivus.

31. Poſtea dixit Joſephus ad fratres ſuos, & ad domum patris ſui; aſcendam, & referam Pharaoni: dicamque ad illum; Fratres mei, & domus patris mei, qui in terra Canaan erant, venerunt ad me.

32. Sunt autem viri paſtores gregis; quia viri pecoris fuerunt: & gregem ſuum armentumque ſuum, & quicquid ipſis, adduxerunt.

33. Quum itaque fiet, ut vocet vos Pharao

a) Exod. 6,14. Num. 26,5. 1. Par. 2, 3.
b) 1. Par. 5,24.
d) 1. Par. 7,7.
e) Gen. 38,3. 1. Par. 4,20.
f) Gen. 38,30.
g) 1. Par. 2, 2.
h) 1. Par. 7,30.
i) Gen 41,50
k) 1. Par. 8, 6.
l) Deut. 10,22.

Pharao, dicatque; quæ negotia veſtra ſunt?

34. Dicetis; Viri pecoris fuerunt ſervi tui à pueritia noſtra hucuſque; tàm nos, quam patres noſtri: ut habitetis in terra Goſchen; quia abominatio Ægyptiorum eſt omnis paſtor gregis.

CAP. XLVII.

Joſephus I. fratres ad Pharaonem introducit, illiſque terram Goſchen obtinet. à v. 1. II. Introducit etiam ad Regem Iacobum patrem, v. 9. 10. III. Patri fratribuſq; terram Goſchen dat, ibiq; eos ſuſtentat. v. 11. 12. IV. Ægyptij fame preſſi Joſepho (1.) omnia pro frumento argentum dant. v. 13. 14. (2.) omnia pecora vendunt. v. 16. 17. (3.) ſeipſos & terram ſuam. à v. 18. V. Iacobus mortis vicinus de ſepultura ſua cum Joſepho agit. à v. 27.

a) Act. 7, 14. 15.

VEnit ergo [a] Joſephus, retulitque Pharaoni, & dixit; Pater meus, & fratres mei, & grex eorum, & armentum eorum, & quicquid ipſis, venerunt è terra Canaan: & ecce, illi ſunt in terra Goſchen.

2. At de parte fratrum ſuorum ſumſerat quinque viros; ſtatueratque coram Pharaone.

3. Cumque diceret Pharao ad fratres ejus: quæ negotia veſtra? dixerunt ad Pharaonem; Paſtor (*quiſquis*) gregis (*ſunt*) ſervi tui; (*& quidem*) tam nos quàm patres noſtri.

4. Præterea dixerunt ad Pharaonem; Ad peregrinandum in terra venimus; quia non eſt paſcuum gregi, qui eſt ſervis tuis: eò quod gravis fames in terra Canaan. Jam ergò, habitent, quæſumus, ſervi tui in terra Goſchen.

5. Dixit itaque Pharao ad Joſephum, dicendo; Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te.

6. Terra Ægypti ante te eſt, in optimo loco terræ habitare fac patrem tuum, & fratres tuos: habitent in terra Goſchen: & ſi noviſti, ſuntque inter eos viri promtitudinis, ponas principes pecoris ſuper eos, qui mihi ſunt.

7. Sed & introduxit Joſephus, Jacobum patrem ſuum, & ſtatuit eum ante Pharaonem: benedixitque Jacobus Pharaoni.

8. Pharao autem dixit ad Jacobum; quot ſunt dies annorum vitæ tuæ?

9. Tum dixit Jacobus ad Pharaonem; dies annorum peregrinationum mearum ſunt triginta & centum anni: parum, & mali ſunt dies annorum vitæ meæ, nec attigerunt dies annorum vitæ patrum meorum, in diebus peregrinationum eorum.

10. Pòſt benedixit Jacobus Pharaoni, & exivit à coram Pharaone.

11. Habitare itaque fecit Joſephus patrem ſuum, & fratres ſuos, ita ut daret iis poſſeſſionem in terra Ægypti, in optimo loco terræ, in terra (*nimirum*) Rämeſes: ſicut præceperat Pharao.

12. Suſtentavitque Joſephus patrem ſuum, & fratres ſuos, & totam domum patris ſui, pane, juxta os infantis.

13. Veruntamen panis quum non eſſet in tota terra, eò quod gravis fames eſſet valdè, laboraretque terra Ægypti & terra Canaan propter famem:

14. Collegit Joſephus omne argentum, inventum in terra Ægypti, & in terra Canaan, pro frumento emto, quod illi emebant: introduxitque Joſephus argentum in domum Pharaonis.

15. Sed cum conſumtum eſſet argentum è terra Ægypti, & è terra Canaan; venerunt omnes Ægyptii ad Joſephum, dicendo; Da nobis panem: cur enim moriemur coram te? eò quod defiit argentum.

16. Quibus dixit Joſephus; date pecora veſtra, ut dem vobis pro pecoribus veſtris: ſi defiit argentum.

17. Adduxerunt itaque pecora ſua ad Joſephum: dedirque illis Joſephus panem, pro equis, & pro pecore gregis, & pro pecore armenti, & pro aſinis. Sic providit iis de pane pro pecore eorum in anno iſtoc.

18. Cum verò conſumtus eſſet annus iſte, venerunt ad eum in anno ſecundo, & dixerunt ei; non celabimus à Domino meo, quod, ſiquidem conſumtum eſt argentum, & pecus beſtiæ apud Dominum meum eſt, non relictum (*quicquam*) ſit coram Domino meo, præter corpus noſtrum, & terram noſtram.

19. Quare moriemur coram oculis tuis

tam nos, quam terra nostra? eme (*itaq;*) nos & terram nostram pro pane, tum vivemus & terra nostra servi Pharaoni, & da semen, ut vivamus, & non moriamur, nec terra nostra desolata fiat.

20. Emit itaque Josephus omnem terram Ægypti Pharaoni: dum vendiderunt Ægyptii, quilibet agrum suum, eò quod invaluisset super eos fames. Sic facta est terra Pharaonis. *Levit. XXV. 23. 24.*

21. Populum autem quod attinet, transtulit eum in civitates, à fine (*uno*) termini Ægypti, usque ad finem (*alterum*.)

22. Tantummodo terram Sacerdotum non emit: quia demensum (*salarium*) Sacerdotibus erat à Pharaone, ut comederent demensum suum, quod dabat ipsis Pharao: ideò non vendiderunt terram suam.

23. Posteà dixit Josephus ad populum; Ecce, emi vos hodie, & terram vestram Pharaoni: en vobis semen, ut conseratis terram vestram.

24. Esto verò, quantum ad frumenta, ut detis quintam (*partem*) Pharaoni: quatuor autem partes vobis sint, in semen agri, & in cibum vestrum, & (*omnibus*) qui in domibus vestris, & ad comedendum, liberis vestris.

25. Qui dixerunt; vivificasti nos: inveniamus gratiam in oculis Domini mei, ut simus servi Pharaoni.

26. Posuitque hoc Josephus in statutum usque ad diem hunc super terram Ægypti Pharaoni, in quintam (*partem*:) tantum terra Sacerdotum solorum non facta est Pharaonis.

27. Cæterum habitavit Israël in terra Ægypti, in terra Goschen, & possessionem acquisiverunt in eâ, & fructificarunt, & multiplicati sunt valdè.

28. Vixit autem Jacobus in terra Ægypti septendecim annos: ut essent dies Jacobi, anni vitæ ejus, septem anni, & quadraginta atque centum anni.

29. Cumque appropinquarent dies Israëlis ad moriendum, vocavit filium suum Josephum, & dixit illi; Si, quæso, inveni gratiam in oculis tuis, pone, quæso, manum tuam sub femur meum, ut facias mecum benignitatem & veritatem (*sepeliendo me in terra Canaan:*) ne, quæso, sepeli me in Ægypto.

30. Ut cubem [b] cum patribus meis ideò portabis me ex Ægypto, & sepelies me in sepulchro eorum. Qui dixit; Ego faciam juxta verbum tuum. b) *Gen. 23,19.*

31. Dixit porrò; Jura mihi: & juravit ipsi: Tum incurvavit se [c] Israël super Caput lecti (DEO.) c) *Hebr.*

CAP. XLIIX.

Iosephus I. patrem ægrotantem visitat. à v.1. Qui II. filios ejus, Menassen & Ephrajimum adoptat. à v.3. III. Isdemq; benedicit. à v.9. Sed IV. Ephramjium fratri præfert. à v.17. Tandemq; V. Josepho agrum Sichemiticum donat. à v.21.

FActum enim erat post res istas, ut diceret (*aliquis*) Josepho; Ecce pater tuus ægrotat: qui sumsit secum duos filios suos, Menasseh & Ephrajim.

2. Cumque (*idem nuntius*) renunciaret Jacobo, & diceret; Ecce, filius tuus Josephus venit ad te: confirmavit se Israël, & sedit super lecto.

3. Et dixit Jacobus ad Josephum; [a] DEus Fulminator apparuit mihi in Lus, in terra Canaan, benedixitque mihi. a) *Gen. 28,13.*

4. Dum dixit ad me; Ecce ego [b] fructificans (*ero*) te, & multiplicabo te, & dabo te in congregationem populorum: & dabo terram hanc semini tuo post te (*in*) possessionem æternitatis. b) *Gen. 41,50. 46,20.*

5. Jam itaque (*quantum ad hanc terræ possessionem*) [c] duo filii tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti, antequam ego venirem ad te in Ægyptum, mei erunt: Ephrajim & Menasseh, sicut Rëuben & Schimeon, erunt mei. c) *Ios. 13, 7.*

6. Generatio autem tua, quam generaturus es post eos, tui erunt: sub nomine fratrum eorum vocabuntur in hæreditate eorum.

7. Ego namque quum venirem è Paddan, mortua est super me [d] Rachel in terra Canaan in via, quum esset spatium terræ usque dum venitur in Ephrath: & sepelivi eam in via Ephrath; hæc est Bethlehem. d) *Gen. 35,19.*

8. Cum autem videret Israel filios Josephi, dixit; qui sunt hi?

9. Dixitque Josephus ad patrem suum; filii mei sunt illi, quos dedit mihi DEus hic. Tum dixit; assume, quæso, ad me, ut benedicam illis.

10. Verum oculi Israëlis graves fuerunt senio, non poterat videre. cum ergo appropinquasset eos ad ipsum, osculatus est eos, & amplexus est eos.

11. Dixitque Israël ad Josephum; visurum facies tuas non judicavi: & ecce, videre fecit me DEus etiam semen tuum.

12. Abduxit autem eos Josephus à femoribus ejus, & incurvavit se in facies suas versus terram.

13. Deinde sumsit Josephus utrumque, Ephrajimum in dextram suam à sinistra Israëlis; at Menassen in sinistram suam a dextra Israëlis, atque sic appropinquavit ad ipsum.

14. Sed misit Israël dextram suam, posuitque super caput Ephrajimi, licet minor esset: & sinistram suam super caput Menasses: prudens misit manus suas; nam Menasseh erat primogenitus.

15. Mox benedixit Josepho, dixitque; DEus, coram quo ambularunt [f] patres mei, Abrahamus & Jizchakus; DEus, qui pavit me, ex quo sum usque ad diem hunc: c) *Heb. 11,21.* d) *Gen. 32,9.*

16. [g] Angelus, qui redemit me ex omni malo, benedicat pueris, ut vocetur in iis nomen meum, & nomen patrum meorum, Abrahami & Jizchaki, crescantque in multitudinem in medio terræ.

17. Sed cum vidit Josephus, quod poneret pater suus manum dextram ipsius super caput Ephrajimi, displicuit in oculis ejus: ideò sustulit manum patris sui, ad removendum eam à super capite Ephrajimi, super caput Menasses.

18. Dixitque Josephus ad patrem suum; Non ita, Patermi: quia hic est primogenitus; pone manum dextram tuam super caput hujus.

19. Verum rennit pater ipsius, dixitque; Novi, fili mi, novi: etiam hic erit in populum, etiamque hic magnus erit: veruntamen frater ejus minor, magnus erit præ illo, & semen ipsius erit plenitudo gentium.

20. Benedixit itaque eis in die isto, dicendo; In te benedicet Israël, dicendo; ponat te DEus, sicut Ephrajimum, & sicut Menassen: & (*sic*) posuit Ephrajimum ante Menassen.

21. ¶ Tandem dixit Israël ad Josephum; ecce ego eo moriens: sed erit DEus vobiscum, & reducet vos ad terram patrum vestrorum;

22. Ego verò dedi tibi partem [h] unam supra fratres tuos, quam accepi è manu Emoræi, (*quasi*) gladio meo & arcu meo. h) *Gen. 34,27. Joh. 4,5.*

CAP. XLIX.

Iacobus I. ante mortem singulis suu filiis benedicit. à v.1. II. De sepultura sua mandatum dat. à v.29. Et III. moritur v. ult.

POstea vocavit Jacobus filios suos, dixitque; Congregamini, & indicabo vobis, quæ obtingent vobis in extremitate dierum.

2. Colligimini, & audite, filii Jacobi: audite, inquam, Israëlem, patrem vestrum.

3. Rëuben, primogenitus (*quidem*) meus tu es, robur meum, & initium virtutis meæ: superior honoris gradu, & superior potentia.

4. (*Sed quia*) leviter latus es, sicut aquæ; (*ideo*) ne sis superior; siquidem [a] ascendisti cubilia patris tui: tunc indignum fecisti te, (*cum fuisti, qui*) stratum meum ascendit. a) *Gen. 35,22.*

5. Schimeon & Levi, fratres; instrumenta violentiæ machæræ eorum fuerunt.

6. In arcanum eorum ne veniat anima mea; cum congregatione eorum ne uniatur gloria mea: quia [b] in ira sua occiderunt virum, & in proposito suo enervarunt bovem. b) *Gen. 34,25.*

7. Maledicta ira eorum, quia vehemens; & furor eorum, quia gravis est: (*ideò*) dividam [c] eos inter Jacobum, & dispergam eos inter Israëlem. c) *Jos. 19,1.*

8. Jehudah, te, te (*inquam*) laudabunt fratres tui: manus tua erit in cervice hostium tuorum: incurvabunt se tibi filii patris tui.

9. Catulus Leonis Jehudah; à præda

ascendisti, fili mi: curvavit se, cubuit sicut leo, & sicut leo vetulus; quis excitabit eum?

10. Non [d] recedet sceptrum de Jehudah, nec Legislator (*natus*) ab inter pedes ejus: usque dum veniat Schiloh, & huic sit adhæsio populorum;

11. Qui ligabit ad vitem asininum pullum suum, & ad vitem nobilem filium asinæ suæ: postquam laverit in vino indumentum suum, & in sanguine uvarum vestimen suum.

12. Ruber oculis præ vino: & albus dentes præ lacte.

13. Sebulun ad litus maris habitabit, idemque ad portum navium; & latus ejus juxta Zidonem.

14. Jissachar est asinus ossis: cubans inter sarcinas.

15. Cum enim videbit quietem, quod bona sit, & terram, quod amœna: inclinabit tamen humerum suum ad portandum, & erit in tributum servire facientis.

16. Dan [e] judicabit populum suum: sicut una tribuum Jisraëlis.

17. Erit Dan serpens super viâ, aspis super semita: mordebit calcaneos equi, & cadet eques ejus retrorsum.

18. Salutem tuam expecto, JEHOVAH!

19. Gadem [f] hunc (*inquam*) deprædabitur turma (*prædonum*) & ille deprædabitur calcaneum.

20. Ab Aschere, pinguis erit panis ejus: idemque dabit delicias Regis.

21. Naphthali est [g] cerva dimissa: dans sermones elegantiæ.

22. Filius fœcundæ Josephus est, filius fœcundæ juxta fontem: filiæ (*unaquæque*) incedit super muro.

23. Exacerbabunt quidem eum, & jaculabuntur; odio habebunt eum sagittarii.

24. Sedebit tamen in firmo arcus ejus, & roborabuntur brachia manuum ejus; a manibus fortis Jacobi, [h] inde pastor, lapis Jisraëlis.

25. A DEO patris tui, & juvabit te; & cum Fulminatore, & benedicet tibi, benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi, cubantis infra; benedictionibus uberum & uteri.

26. Benedictiones patris tui prævalent super benedictiones parentum meorum, usque ad desiderium collium mundi: fiant super caput Josephi, & super verticem lecti fratrum ipsius.

27. Binjamin [i] erit lupus, qui rapiet; mane comedet spolium: & ad vesperam dividet prædam.

28. Omnes hæ tribus Jisraëlis sunt duodecim: & hoc est, quod locutus est illis pater eorum, cum benedixit iis; unicuique juxta benedictionem ejus, benedixit illis.

29. Posteà præcepit illis, dixitque ad illos; Ego colligor ad populum meum; sepelite me apud patres meos; ad speluncam, quæ est in agro Ephronis Chitthæi,

30. In spelunca, quæ est in agro Machpélah, qui est ante facies Mamre, in terra Canaan: quem agrum [k] emit Abrahamus ab Ephrone Chitthæo in possessionem sepulchri.

31. Eò sepeliverunt Abrahamum & Saram uxorem ejus: eò sepeliverunt Jizchakum & Rebeccam uxorem ejus: & (eò) sepelivi Leam.

32. Possessio agri & spelunca, quæ est in eo, à cum filiis Chethi est.

33. Quum autem absolvisset Jacobus præcipere filiis suis, collegit pedes suos super lecto: & expiravit, & collectus est ad populos suos.

CAP. L.

Iosephus I. patrem mortuum deflet, osculatur, & condiri facit. à v. 1. II. Dimissionem à Pharaone ad sepeliendum patrem petit, & obtinet. à v. 4. III. Patrem magnifice in terra Canaan sepelit. à v. 7. IV. Reversus in Ægyptum fratres consolatur, & per vitam suam sustentat. à v. 15. V. Ipse vita feliciter transacta à sepulturam suis fratribus juratis commendat, & moritur ipse satur, & urna imponitur, à v. 22.

ECidit verò Josephus super faciem patris sui: & flevit super eo, & osculatus est eum.

2. Postea præcepit Josephus servis suis, Medicis, ad condiendum patrem suum: condierunt ergò Medici Jisraëlem.

3. Cumque impleti essent ipsi quadraginta dies [sic enim implentur dies condi-torum] luxerunt eum Ægyptii septuaginta dies.

4. Postquam autem præterierunt dies luctus ejus, locutus est Josephus ad domum Pharaonis, dicendo; si, quæso, inveni gratiam in oculis vestris, loquimini, quæso, in auribus Pharaonis, dicendo;

a) Gen. 47,29. 5. [a] Pater meus adjuravit me, dicendo; Ecce, ego morior; in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Canaan, ibi (*inquam*) sepelies me. Jam ergo ascendam, quæso, & sepeliam patrem meum, & revertar.

6. Tum dixit Pharao; Ascende, & sepeli patrem tuum, sicut adjuravit te.

7. Ascendit itaque Josephus ad sepeliendum patrem suum: ascenderuntque cum eo omnes servi Pharaonis, seniores domus ejus, & omnes seniores terræ Ægypti.

8. Et omnis domus Josephi, & fratres ejus, & domus patris ejus, tantùm liberos suos, & gregem suum, & armentum suum, reliquerunt in terra Goschen.

9. Ascenditque cum eo tàm currus, quàm equites: ut esset exercitus magnus valdè.

10. Quumque venerunt ad aream Atad, quæ in transitu Jardenis, planxerunt ibi planctum magnum & gravem valdè: fecitque patri suo luctum septem dies.

11. Et vidit habitator terræ Canaanæus luctum in area Atad, dixeruntque; Luctus hic est gravis Ægyptiis: ideo vocatum nomen ejus Abel Mizrajim (h.e. *Lugens Ægyptius,*) quæ est in transitu Jardenis.

12. Fecerunt itaque ipsi filii ejus ita, sicut præcepit illis.

13. Deportarunt enim eum filii ejus in terram Canaan, & sepeliverunt eum in b) Gen. 23,16. Act. 7, 16. spelunca agri Machpélah, [b] quam emit Abrahamus, agrum in sepulchrum ab Ephrone Chitthæo ante facies Mamre.

14. Reversus posteà est Josephus in Ægyptum, ipse, & fratres ipsius, & omnes ascendentes cum ipso, ad sepeliendum Patrem ipsius; postquam sepelivit ille patrem suum.

15. Cæterum cum viderunt fratres Josephi, quod mortuus esset Pater suus, dixerunt; fortè odio habebit nos Josephus: & rependendo rependet nobis omne malum, quod retribuimus ei.

16. Idcò præceperunt (*deputatis*) ad Josephum, dicendo; Pater tuus præcepit ante mortem suam, dicendo;

17. Sic dicetis Josepho; quæso, remitte prævaricationem fratrum tuorum, & peccatum eorum, quòd malum retribuerunt tibi; Jam, inquam, remitte prævaricationem servorum DEI patris tui. Flevit autem Josephus, quum loquerentur ad eum.

18. Quin iverunt etiam fratres ipsius, & prociderunt ante ipsum, dixeruntque; Ecce nos tibi in servos.

19. Sed dixit ad illos Josephus; ne timeatis: num enim pro DEO ego sum?

20. Vos quidem cogitastis super me malum: DEUS (*autem*) cogitavit illud in bonum, ut faceret juxta diem hunc, ad vivificandum populum magnum.

21. Jam itaque ne timeatis: ego sustentabo vos, & liberos vestros. consolatusque est eos, & locutus est super cor eorum.

22. Deinde habitavit Josephus in Ægypto, ipse & domus patris ipsius: vixitque Josephus centum & decem annos.

23. Et vidit Josephus Ephrajimo filios tertianorum: sed & filii [c] Machir, filii Menasses, nati sunt super genibus Josephi. c) Num. 32,39.

24. Posteà dixit Josephus ad fratres suos; Ego morior: sed [d] DEUS visitando visitabit vos, & ascendere faciet vos è terra hâc, ad terram, quam juravit Abrahamo, Jizchako & Jacobo. d) Hebr. 11,22.

25. Adjuravit itaque Josephus filios Jisraël, dicendo; visitando visitabit DEUS vos, tunc [e] ascendere facietis ossa mea hinc. e) Exod. 13,19.

26. Deinde mortuus est Josephus, filius centum & decem annorum: condiverunt autem eum, posueruntque in urnam in Ægypto. Ios. 24, 32.

EXODUS.

EXODUS.

CAPUT I.

Cum I. post mortem Ioſephi multiplicarentur filij Iſraëlis in Ægypto. à v.1. Rex novus II. dolo prohibere conatus eſt. à v.8. Ideò (1.) fruſtrà oneribus & laboribus eos oppreſſit. à v.11. (2.) Obſtetricibus præcepit in partu filiolos enecare. à v.15. A quibus (3.) eluſus mandavit hos in Nilum projci. v.ult.

a) Gen. 46,8. Cæterùm hæc ſunt [a] nomina filiorum Iſraëlis, qui venerunt in Ægyptum: cum Jacobo vir & domus ejus venerunt.

2. Rëuben, Schimeon, Levi, & Jehudah:

3. Iſſachar, Sebulun, & Binjamin:

4. Dan & Napthali, Gad & Aſcher.

5. Fuerunt que omnes animæ, egreſſæ femur Jacobi, ſeptuaginta animæ. At Joſephus fuit in Ægypto.

b) Gen. 50,26. 6. Mortuus, inquam, eſt Joſephus, & omnes fratres ejus, & omnis generatio iſta:

c) Pſ. 105,24. Act. 7, 17. 7. Filiique Iſraëlis [c] fructificarunt, & fœtificarunt & multiplicarunt ſe ac numeroſi facti ſunt valdè admodum; ut impleta ſit terra illis.

8. Surrexit verò Rex novus ſuper Ægyptios, qui non novit Joſephum.

9. Ideò dixit ad populum ſuum; Ecce, populus filiorum Iſraël multus & numeroſus eſt præ nobis.

10. Age, aſtu utamur erga illum: ne multiplicetur (*amplius,*) fiatque, quando obvenient bella, ut adjungat ſe etiam ille oſoribus noſtris, pugnetque contra nos, & aſcendat è terra,

11. Poſuerunt itaque ſuper eum principes tributorum, ut affligerent eum oneribus ſuis: ita ædificavit urbes theſaurorum Pharaoni, Pithom, & Raamſes.

12. Sed quantum afflixerunt eum, tantum multiplicavit ſe, & auctus eſt: ita ut faſtidio afficerentur propter filios Iſraël.

13. Unde ſervitute preſſerunt Ægyptii filios Iſraëlis cum tyrannide.

14. Et amaram reddiderunt vitam eorum per ſervitutem gravem, in luto & in lateribus, & in omni ſervitio in agro: cum omni ſervitio (*reliquo*) eorum, quod ſervire fecerunt eos cum crudelitate.

15. Inſuper dixit Rex Ægypti obſtetricibus Hebræis: quarum primæ nomen fuit Schiphra, & nomen ſecundæ Puah:

16. Dixit, inquam, [d] quum obſtetricabimini Hebræis (*fœminis,*) & videbitis ſuper ſella: ſi filius fuerit, occidite eum; ſin filia fuerit, vivat. d) Sap. 18,5.

17. Sed timuerunt obſtetrices Deum, nec fecerunt, ſicut locutus eſt ad eas Rex Ægypti: vivificaverunt enim pueros.

18. Quumque vocaret Rex Ægypti obſtetrices, diceretque iis; quare feciſtis verbum hoc, ut vivificaveritis pueros?

19. Dixerunt obſtetrices ad Pharaonem; Quia non ſicut mulieres Ægyptiæ ſunt Hebrææ: nam vivaces ſunt: antequam veniat ad eas obſtetrix, jam peperérunt.

20. Ideò benefecit Deus obſtetricibus: populus autem multiplicatus & auctus eſt valdè.

21. Factum nimirum eſt, quoniam timuerunt obſtetrices Deum, ut faceret ipſis (*Iſraëlitis*) domos.

22. Contrà præcepit Pharao omni populo, dicendo; omnem filiolum, qui naſcetur, in flumen (*Nilum*) projicite: omnem autem filiolam vivificate.

CAP. II.

Moſes I. naſcitur, & tribus menſibus abſconditur. à v.1. II. In capſa Jumi exponitur. à v.3. III. A filia Pharaonis ſuſcipitur, & matri lactandus datur. à v.5. IV. à qua illi redditus in filium adoptatur. v.10. V. Ipſe adultus fratres viſitat diverſo eventu. à v.11. Unde VI. in Midjan fugit ad Rëuelem. à v.15. Cujus VII. ex filia Zipporâ duos filios gignit. à v.21.

Cæterùm

a) Exod. 6,20. Nu. 26, 59. 1. Par. 23,13. Cæterùm ivit vir de domo Levi, & [a] duxit filiam Levi.

2. Concepitque mulier, & peperit filium: cumque videret eum, quod [b] pulcher eſſet, abſcondit eum tribus menſibus.

b) Act. 7,20. Hebr. 11, 23 3. Poſtquam verò non potuit amplius abſcondere eum: ſumſit ſibi capſam junci, quam oblevit bitumine & pice; deindè poſuit in eam puerum, poſuitque in ulva juxta litus fluminis (*Nili.*)

4. Soror autem ejus ſtabat è longinquo, ad cognoſcendum, quid obventurum eſſet illi.

5. Sed deſcendit filia Pharaonis ad lavandum juxta flumen (*Nilum,*) & puellæ ejus ibant ad litus fluminis: viditque capſam in medio ulvæ; ideò miſit ancillam ſuam, & accepit eam.

6. Cumque aperiret, vidit eum, puerum (*ſcilicet.*) Ecce autem, puer flebat: miſerta itaque eſt ejus, dixitque; De pueris Hebræorum hic eſt.

7. Tum dixit ſoror ejus ad filiam Pharaonis; num abire debeo, & vocare tibi mulierem lactantem de Hebræis, ut lactet tibi puerum?

8. Cui dixit filia Pharaonis; abi. Abivit ergo virgo, & vocavit matrem pueri.

9. Dixit autem ei filia Pharaonis; Porta tecum puerum hunc, & lacta eum mihi; ego enim dapo mercedem tuam. Itaque accepit mulier puerum, & lactavit eum.

10. Cumque creviſſet puer, attulit eum c) Act. 7,21 filiæ Pharaonis, [c] cui fuit in filium: vocavit autem nomen ejus Moſcheh (*Moſes h. e. Extractum*;) dixit enim; quia ex aquis extraxi eum.

d) Act. 7,23,24. 11. Factum [d] deinde eſt in diebus illis, ut, cum adoleviſſet Moſes, exiret ad fratres ſuos, videretque onera eorum: videret autem virum Ægyptium, qui percutiebat virum Hebræum de fratribus ipſius.

12. Cumque circumſpiceret huc & illuc, videretque, quod non (*adeſſet*) vir (*quiſquam:*) occidit Ægyptium, abſconditque eum in arena.

e) Hebr. 11,25. 13. [e] Sed exiit die ſecundo, & ecce duo viri Hebræi altercabantur. Cumque diceret iniquo; quare percutis ſocium tuum?

14. Dixit (*hic;*) quis poſuit te virum principem & judicem ſuper nos? num ad occidendum me tu (*hoc*) loqueris? quemadmodum occidiſti Ægyptium. Tum verò timuit ſibi Moſes, dixitque; Revera notum factum eſt verbum.

15. Mox audivit Pharao verbum hoc: ideò quæſivit occidere eum. [f] Sed fugit Moſes coram Pharaone, & habitavit in terra Midjan; ubi ſedit juxta puteum. f) Act. 7,29.

16. Sacerdoti (*hoc eſt; Principi Vicario*) autem Midjanis ſeptem erant filiæ: venerunt que, & hauſerunt, ac impleverunt aqualiculos, ad potandum gregem patris ſui.

17. Sed venerunt paſtores, & depulerunt eas. Surrexit itaque Moſes, & adjuvit eas, & potavit gregem earum.

18. Quæ cum venerunt ad Rëuelem patrem ſuum; dixit; quare feſtinaſtis venire hodiè?

19. Tum verò dixerunt; Vir Ægyptius liberavit nos à manu paſtorum; etiamque hauriendo hauſit nobis, & potavit gregem.

20. At dixit ad filias ſuas; ubi ergo ille? quare verò dimiſiſtis virum? vocate eum, ut comedat panem.

21. Placuit poſteà Moſi habitare cum viro: qui [g] dedit Zipporam filiam g) Exod. 18, 2. ſuam Moſi.

22. Quæ cum pareret filium, vocavit nomen ejus, Gerſchom, (h.e. *peregrinus ibi,*) dixit namque; peregrinus factus ſum in terra aliena.

23. Interim factum eſt poſt dies (*iſtos*) multos, ut moreretur Rex Ægypti: ſuſpirarent autem filii Iſraël præ ſervitio, & clamarent; aſcenderetque clamor eorum ad Deum præ ſervitio.

24. Audivit itaque Deus clamorem eorum, & recordatus eſt fœderis ſui cum Abrahamo, cum Jizchako, & cum Jacobo.

25. Reſpexitque Deus filios Iſraël, & cognovit Deus.

CAP. III.

Mosi I. in deserto pascenti Angelus Iehovæ in rubo ignito apparet. à v.1. Qui II. accedentem allocutus mox in Ægyptum mittit. à v.10. III. Se excusantem promissione firmat. à v. 11. IV. Excipientem de Israëlitis instruit verbis tum ad hos, tum ad Pharaonem ferendis. à v. 13. Denique, V. Eventum apud utrosq; prædicit. à v.19.

POst Moses fuit pascens gregem Jithronis, soceri sui, sacerdotis (*vel potius, principis vicarij.*) Midjanis: duxit autem gregem post desertum, venitque ad montem Dei, ad Chorebum.

2. Ubi apparuit Angelus Jehovæ illi, a) *Act. 7,30.* [a] in flamma ignis è medio rubi. vidit autem, cum; ecce, rubus arderet igne, nec rubus tamen consumeretur.

3. Dixit itaque Moses; secedam ergò, & videbo visionem magnam hanc, cur non comburatur rubus.

4. Vidit verò Jehovah, quod secederet ad videndum; ideò clamavit ad eum Deus è medio rubi, dixitque; Mose, Mose: qui dixit; ecce me.

5. Tum dixit; ne appropinqua huc: exue calceos tuos à-super pedibus tuis: quoniam locus, super quo tu stas, terra sanctitatis est.

b) *Mat. 22,32. Marc. 12,26. Luc. 20, 37. Hebr. 11, 27.* 6. Porrò dixit; [b] Ego sum Deus patris tui, Deus Abrahami, Deus Jizchaki, & Deus Jacobi. Ideò obvelavit Moses facies suas; quia sibi timebat ab aspiciendo Deum.

7. Sed dixit Jehovah; videndo vidi affliction em populi mei, qui est in Ægypto, & clamorem eorum audivi propter exactores ejus; quia agnovi dolores ejus.

8. Ideò descendi ad liberandum eum è manu Ægyptiorum, & ad faciendum eum ascendere è terra hac ad terram bonam & latam, ad terram fluentem lacte & melle: ad locum Canaanæi & Chitthæi, & Emoræi, & Perisæi, & Chivvæi, & Jebusæi.

9. Jam, inquam, ecce clamor filiorum Israël venit ad me; etiamque vidi oppressionem, quâ Ægytii opprimunt eos.

c) *Act. 7,34.* 10. [c] Jam itaque ito, ut mittam te ad Pharaonem; & educ populum meum, filios Israëlis, ex Ægypto.

11. Tum quidem dixit Moses ad Deum; Quis ego sum, quòd abire debeo ad Pharaonem; & quod educere debeo filios Israëlis ex Ægypto?

12. Sed dixit (*DEUS,*) quia ero tecum: & hoc erit tibi signum, quod ego miserim te: quum eduxeris populum ex Ægypto, coletis Deum ad montem hunc.

13. At dixit Moses ad Deum; ecce, ego ubi venero ad filios Israël, & dixero illis; Deus patrum vestrorum misit me ad vos illi verò dixerint mihi; quodnam nomen ejus? quid dicam ad eos?

14. Dixit ergò Deus ad Mosen; Sum, qui sum. Porrò dixit; Sic dices filiis Israël; ò sum, misit me ad vos.

15. Quin dixit amplius Deus ad Mosen sic dices ad filios Israël; Jehovah (*h.e. Qui est*) Deus patrum vestrorum, Deus Abrahami, Deus Jizchaki, & Deus Jacobi, misit me ad vos: hoc nomen meum in æternum, & hoc memoriale meum in generationem (&) generationem (*est.*)

16. Abi (*ergò,*) & congrega Seniores Israëlis, & dic ad eos; Jehovah Deus patrum vestrorum visus est mihi, Deus Abrahami, Jizchaki & Jacobi, dicendo; visitando visitavi vos, & quod factum est vobis in Ægypto.

17. Ideò dixi; Ascendere faciam vos ex afflictione Ægypti ad terram Canaanæi, & Chitthæi, & Emoræi, & Perisæi, & Chivvæi, & Jebusæi: ad terram fluentem lacte & melle.

18. Quando audiverint vocem tuam: intrabis tu mox & Seniores Israëlis ad Regem Ægypti, dicetisque ad eum; Jehovah Deus Hebræorum, obviam venit nobis: jam ergò eamus, quæso, iter trium dierum in desertum, ut sacrificemus Jehovæ, Deo nostro.

19. Ego interim scio, quod non permissurus sit vobis Rex Ægypti abire; nequidem per manum fortem.

20. Ideò mittam manum meam, & percutiam Ægyptum omnibus mirabilibus meis, quæ faciam in medio ejus: tum demum dimittet vos.

21. Contrà [d] dabo gratiam populi hujus d) *Exod. 11, 3. 12,36.*

hujus in oculis Ægyptiorum: unde fiet, ut, quando ibunt, non eant vacui.

22. Petet namque mulier à vicina sua, & ab habitatrice domus suæ, vasa argenti, & vasa auri, & vestes: & ponetis super filios vestros, & super filias vestras, & spoliabitis Ægyptios.

CAP. IV.

Mosi I. de incredulitate eorum, ad quos mittebatur, replicanti Iehovah dat signa tria. à v.1. II. Causanti linguæ difficultatem, suum reponit auxilium. à v.10. III. Interpretem tandem petenti irascitur, dat tamen Aharonem. à v. 13. IV. Moses tandem in Ægyptum abit cum periculo primogeniti. à v.18. V. Ei Aharon occurrit, & ad populum loquitur. à v.27.

NIhilominus respondit Moses, & dixit; Ecce verò, non credent mihi, nec audient vocem meam: dicent namque (*potius;*) non apparuit tibi Jehovah.

2. Ideò dixit ad eum Jehovah; quid istud, in manu tuâ? cumque diceret; baculus:

3. Dixit; projice eum in terram. Tum projecit eum in terram, & factus est serpens: fugitque Moses coram eo.

4. Sed dixit Jehovah ad Mosen; mitte manum tuam, & tene caudam ejus: cumque mitteret manum suam, & apprehenderet eum, factus est in baculum in manu ipsius.

5. Ut (*perrexit Jehovah*) credant, quod apparuerit tibi Jehovah, Deus patrum eorum; Deus Jizchaki, & Deus Jacobi.

6. Mox dixit ei Jehovah amplius; immitte nunc manum tuam in sinum tuum: immisit itaque manum suam in sinum suum: sed cum extraheret eam, ecce manus ejus leprosa erat, sicut nix (*alba.*)

7. Dixit porrò; iterum mitte manum tuam in sinum tuum; immisit itaque iterum manum suam in sinum suum: sed cum extraheret eam è sinu suo, ecce reversa erat, sicut caro ipsius.

8. Erit ergò (*perrexit Jehovah*) si non crediderint tibi, nec audiverint vocem signi prioris: credent tamen voci signi posterioris.

9. Quòd si verò non crediderint etiam duobus signis his, nec audiverint vocem tuam: sumes de aquis fluvii (*Nili,*) & fundes super aridam: fient namque aquæ, quas sumes è fluvio (*Nilo;*) fient, inquam, sanguis in arida.

10. Veruntamen dixit Moses ad Jehovam; Per me, Domine, (*rogo:*) non vir verborum ego sum, tum heri, tum nudius tertius, tum ex quo loqueris ad servum tuum: gravis enim ore, & gravis lingua ego sum.

11. Sed dixit Jehovah ad eum; Quis posuit os homini, aut quis posuit mutum, aut surdum, aut videntem, aut cœcum? nonne ego Jehovah?

12. Jam itaque abi: [a] ego enim ero a) *Matt. 10,19.* cum ore tuo, & docebo te, quid loqui debeas.

13. Nihilominus dixit; Per me (*rogo*) Domine; mitte ergo, sed cum ministro mitte.

14. Tum verò accensa est ira Jehovah erga Mosen, dixitque; Nonne [b] Aharon frater tuus (*est tibi*) Levita? b) *Sir. 45,5.* Novi, quod eloquendo eloquaturus sit: quin etiam, ecce, ille exibit obviam tibi, videbitque te; & lætabitur in corde suo.

15. Itaque loquere ad eum, & pone verba in os ejus: ego verò ero cum ore tuo, & cum ore ejus, & docebo vos, quid facere debeatis.

16. [c] Ita ut loquatur ille tibi ad po- c) *Exod. 7,2.* pulum: fiatque, ut ille sit tibi pro ore, & tu sis illi pro Deo.

17. Baculum autem hunc sumes in manum tuam; per quem facies signa.

18. Ivit ergò Moses, & reversus est ad Jetherum, socerum suum, dixitque ad eum; ibo, quæso, & revertar ad fratres meos, qui in Ægypto sunt, & videbo, num adhuc vivi sint. Dixit ergo Jithro Mosi; abi cum pace.

19. Quin etiam dixerat Deus ad Mosen in Midjan; abi, reverte in Ægyptum, quia mortui sunt omnes viri, qui quæsiverunt animam tuam:

20. Ideò sumsit Moses (*injussu DEI*) uxorem suam, & filios suos; & equitare fecit eos super asino, reversusque est in ter-

tam Ægypti. Cum autem sumsisset Moses baculum Jehovæ in manum suam:

21. Dixit Jehovah; cum iveris ad revertendum in Ægyptum; vide omnia signa, quæ posui in manu tuâ, ut facias ea coram Pharaone: ego vero quando obfirmabo cor ejus, ut non dimittat populum;

22. Dices denique ad Pharaonem; sic dixit Jehovah; filius meus, primogenitus meus est Israël (*& catera.*)

23. Atqui (*hoc ipso*) dixi ad te; dimitte filium meum, (*circumcidendo eum,*) ut serviat mihi; tu verò renuisti dimittere eum. (*ideò*) ecce ego occidam filium tuum primogenitum.

24. Factum itaque est in viâ, in diverſorio, ut occurreret Jehovah illi, quæreretque occidere eum.

25. Sed cum sumeret Zippora cultrum lapideum, abscinderetque præputium filii sui, & tangere faceret pedes ejus (*Jehovæ,*) ac diceret; quia Sponsus sanguinum tu mihi es:

26 Cessavit ab eo. Tunc dixit; Sponsus sanguinis (*tu mihi es,*) ob circumcisiones.

27. Cæterum dixit Jehovah ad Aharonem; abi obviam Mosi in desertum: quivit, & occurrit illi ad montem Dei, osculatusque est eum.

28. Tum annuntiavit Moses Aharoni omnia verba Jehovah, ob quæ misit eum, & omnia signa, quæ præcepit ei.

29. Ivit itaque Moses & Aharon, & congregarunt omnes Seniores Israëlis.

30. Locutusque est Aharon omnia verba, quæ locutus est Deus ad Mosen: & fecit signa in oculis eorum.

31. Credidit itaque populus; & audiverunt (*læti,*) quod visitasset Jehovah filios Israëlis, & quod vidisset afflictionem eorum; ideò incurvarunt se, & adorarunt.

CAP. V.

Moses & Aharon ad Pharaonem. I. intrant, & populi Israëlitici dimissionem petunt. à v. 1. A quo II. duriùs verbis exspiuntur à v. 4. Et III. populus Israëliticus gravius affligitur: nec IV. depreçantem exauditur. à v. 15. Unde V. præfecti eius apud Mosen & Aharonem conqueruntur, à v. 19. Moses autem VI. eorum querelam ad Iehovam defert. à v. 22.

Postea autem intrarunt Moses & Aharon, & dixerunt ad Pharaonem; Sic dixit Jehovah, Deus Israëlis; dimitte populum meum, ut festum mihi celebrent in deserto.

2. Sed dixit Pharao; Quis est Jehovah, cujus vocem audire debeo, ad dimittendum Israëlem? non novi Jehovam, etiamque Israëlem non dimittam.

3. Tum dixerunt; Deus Hebræorum occurrit nobis: eamus, quæso, iter trium dierum in desertum, ut sacrificemus Jehovæ Deo nostro; ne irruat in nos per pestem aut per gladium.

4. Sed dixit ad eos Rex Ægypti; Quare, Mose & Aharon, abstrahitis populum ab operibus ejus? abite ad onera vestra.

5. Præterea dixit Pharao; ecce, multi jam sunt populus terræ: & cessare fecistis eos ab oneribus eorum.

6. Quin præcepit Pharao in die isto exactoribus in populo, & præfectis ejus, dicendo;

7. Non pergetis dare paleam populo ad faciendum lateres, sicut heri & nudius tertius: ipsi eunto, & colligunto sibi paleas:

8. Nihilominus tamen numerum laterum, quem fecerunt heri & nudius tertius, ponetis super eos, non diminuetis de illo: quia remissi illi sunt, ideò illi clamant, dicendo; eamus, sacrificemus Deo nostro.

9. Aggravetur itaque servitium super homines, ut occupentur in eo: nec respiciant ad verba mendacii.

10. Tum exiverunt exactores populi, & præfecti ejus, dixeruntque ad populum, dicendo; sic dixit Pharao; non dabo vobis paleam.

11. Abite, sumite vobis paleam, ex quo inveneritis (*loco:*) quia non diminuetur de servitio vestro verbum (*quicquam.*)

12. Dispersus ergò est populus per omnem terram Ægypti ad colligendum stipulam in paleam.

13. Exactores autem urserunt, dicendo; absolvite opera vestra, verbum diei in die suo, sicut quum esset vobis palea.

14. Percussique sunt præfecti filiorum Israëlis, quos posuerunt super eos exactores Pharaonis, dicendo; cur non absolvistis dimensum vestrum, faciendo lateres, sicut heri & nudius tertius, tàm heri quàm hodiè?

15. Venerunt itaque præfecti filiorum Israëlis, & clamarunt ad Pharaonem, dicendo; cur facis sic servis tuis?

16. Palea non datur servis tuis, & lateres, dicunt nobis, facite: imò, ecce, servi tui percutiuntur, & peccavit populus tuus.

17. Verùm dixit; remissi vos estis, remissi: propterea vos dicitis; Eamus, sacrificemus Jehovæ.

18. Jam itaque abite, servite, nec palea dabitur vobis; nihilominus summam laterum dabitis.

19. Unde viderunt præfecti filiorum Israëlis seipsos (*constitutos*) in malo; dicendo (*illis;*) non diminuetis de lateribus vestris, verbum diei in die suo.

20. Cumque occurrerent Mosi & Aharoni, stantibus obviam ipsis, quum exirent à Pharaone:

21. Dixerunt ad eos; videat Jehovah super vos, & judicet; eò quòd putere fecistis odorem nostrum in oculis Pharaonis, & in oculis servorum ejus, ut daretis gladium in manum eorum, ad occidendum nos.

22. Reversus itaque est Moses ad Jehovam, dixitque; Domine, quare malum fecisti populo huic? quare misisti me?

23. Ex quo enim veni ad Pharaonem, ad loquendum in nomine tuo, malum fecit populo huic, nec liberando liberasti populum tuum.

CAP. VI.

Iehovah I. Mosen quæstum erigit, tum prædictione eventus; tùm promissionibus antiquis. à v. 1. Mandat II. populum erigere promissione futurorum beneficiorum. à v. 6. III. Mittit Mosen cum Aharone ad Pharaonem. à v. 10. IV. Qui Moses & Aharen genealogica deductione exponitur. à v. 14. V. Occasio vocationis utrinsq; subiungitur. à v. 29.

Sed dixit Jehovah ad Mosen; Nunc videbis, quæ facturus sum Pharaoni: quoniam propter manum (*meam*) validam dimittet eos; [a] imò propter manum (*meam*) validam expellet eos è terrâ suâ. a) Exod. 12, 31.

2. Præterea locutus est Deus ad Mosen, & dixit ad eum; Ego sum Jehovah.

3. Appatui autem Abrahamo, Jizchako & Jacobo, tanquam Deus Schaddai, (*h. e. Fulminator:*) quodque ad nomen meum Jehovah (*h. e. Qui est, & dat esse:*) nonne notus factus sum illis (*dando illis promissiones meas?*)

4. Sed & erexi fœdus meum cum ipsis, ad dandum illis terram Canaan: terram peregrinationum eorum, in qua peregrinati sunt.

5. Insuper ego audivi clamorem filiorum Israël, quos servire faciunt Ægyptii: & recordatus sum fœderis mei. (*quæ omnia vobis argumenta esse debent liberationis vestræ.*)

6. Propterea dic filiis Israël; Ego sum Jehovah, & educam vos à sub oneribus Ægyptiorum, & liberabo vos à servitio eorum, & redimam vos brachio extenso, & judiciis magnis.

7. Et accipiam vos mihi in populum, eroque vobis in Deum: ut agnoscatis, quòd ego Jehovah, Deus vester, sim educens vos à sub oneribus Ægypti.

8. Deducam autem vos ad terram, super qua sustuli manum meam, ut dem eam Abrahamo, Jizchako & Jacobo: eam, inquam, dabo vobis hæreditatem; (*quam verè*) Ego sum Jehovah.

9. Locutus itaque est Moses ita ad filios Israëlis: sed non audiverunt Mosen, præ angustia spiritus, & præ servitio duro.

10. Quare locutus est Jehovah ad Mosen, dicendo;

11. Intra, loquere ad (*ipsum*) Pharaonem Regem Ægypti, ut dimittat filios Israëlis è terrâ suâ.

12. Verum locutus est Moses coram Jehovah, dicendo; Ecce, filii Israëlis non audiverunt me; quomodo ergò Pharao audiet me, [b] præsertim cum sim præputiatus labiis? b) Exod. 4, 10.

13. Ideò locutus est JEHOVAH ad Mosen, & ad Aharonem, & præcepta eis dedit (*ut mox dicetur*) ad filios Jisraëlis, & ad Pharaonem, Regem Ægypti; ad educendum filios Jisraël è terra Ægypti.

14. Hæc sunt capita domus patrum eorum; [c] Filii Rëuben, primogeniti Jisraëlis, Chanoch, & Pallu, Chezron & Carmi: hæ sunt familiæ Rëubenis.

15. At filii [d] Schimeon, Jemuel, & Jamin, & Ohad, & Jachin, & Zohar, & Schaul filius Canaanitidis: hæ sunt familiæ Schimeonis.

16. Hæc verò sunt nomina filiorum [e] Levi juxta generationes eorum: Gerschon, & Kehath, & Merari. Fueruntque anni vitæ Levi septem & triginta & centum anni.

17. Filii [f] Gerschon; Libni & Schimei, juxta familias eorum.

18. Filii autem [g] Kehath; Amram & Jizhar, & Chebron, & Ussiel. Fueruntque anni vitæ Kehath tres & triginta & centum anni.

19. Filii porrò [h] Merari; Machli & Muschi. Hæ sunt familiæ Levitarum juxta generationes eorum.

20. Duxit autem Amram Jochebed, consobrinam suam sibi in uxorem: quæ peperit illi Aharonem & Mosen. Fueruntque anni vitæ Amram, septem & triginta & centum anni.

21. Filii verò Jizharis; Korach, & Næphæg, & Sichri.

22. At filii Ussiel; Mischäel, & Elzaphan, & Sithri.

23. Duxit porrò Aharon Elischebam, filiam Abinadabi, sororem Nachaschonis, sibi in uxorem: quæ peperit illi Nadabum, & Abihu, & Eleasarem, & Ithamarem.

24. At filii Korachi, Assir & Elkanah, & Abiasaph. Hæ sunt familiæ Korachitarum.

25. Eleasar tandem, filius Aharonis, duxit sibi de filiabus Putielis; sibi, inquam, in uxorem: quæ peperit illi Pinechasum; Hæc sunt capita Patrum Levitarum juxta familias eorum (*Et cætera.*)

26. Iste est Aharon & Moses, quibus dixit JEHOVAH; Educite filios Jisraël è terra Ægypti juxta exercitus eorum.

27. Hi locuti sunt ad Pharaonem, Regem Ægypti, ad educendum filios Jisraëlis ex Ægypto; hic Moses & Aharon.

28. Nam (*ut supra dici ceptum*) factum est, quo die [i] locutus est JEHOVAH ad Mosen in terra Ægypti;

29. Ut loqueretur JEHOVAH ad Mosen, dicendo; Ego JEHOVAH: loquere ad Pharaonem, Regem Ægypti, omne, quod Ego loquar ad te:

30. Diceret autem Moses coram JEHOVAH; Ecce, ego sum præputiatus labiis; quomodo ergò audiet me Pharao?

CAP. VII.

Ipsa I. Mosis & Aharonis vocatio à DEO facta repetitur, & officia distinguuntur, à v.1. II. Vocationi Iehovæ Moses & Aharon parent. v.6.7. III. Tertius Iehovah coram Pharaone facit prodigium primum baculi in serpentem versi. à v.8. IV & IV, secundum aquarum in sanguinem versarum. à v.13. Nec non V. Tertium ranarum productarum Pharaoni commina'ur. à v.26.

IDeo dixit JEHOVAH ad Mosen; Vide, dedi te DEUM Pharaoni, & Aharon frater tuus erit propheta tuus. *Exod.4, 15.*

2. Tu loqueris omne, quod præcepero tibi. Aharon autem frater tuus loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Jisraëlis è terra sua.

3. At Ego obdurabo cor Pharaonis, ut multiplicem signa mea & prodigia mea in terra Ægypti.

4. Quod si nondum audiverit vos Pharao, dabo (*tandem*) meam manum contra Ægyptios (*primogenitos,*) & educam exercitus meos, populum meum, filios Jisraëlis, è terra Ægypti per judicia magna.

5. Ut cognoscant Ægyptii, quod Ego sim JEHOVAH, quum extendero manum meam contra Ægyptios, & eduxero filios Jisraëlis è medio eorum.

6. Tum fecit Moses & Aharon: sicut præcepit JEHOVAH eis, sic fecerunt.

7. Erat autem Moses filius octoginta annorum: at Aharon filius trium & octoginta annorum, quando locuti sunt ad Pharaonem.

c) *Gen. 46,9. Nu.26,5. 1.Par.5, 3.*

d) *Gen. 46,10. 1.Par.4, 24.*

e) *Gen. 46,11. Nu 3,18 1.Par.7, 1.*

f) *1.Par. 7,18.*

g) *1.Par. 7,18.*

h) *Num. 26,57. 1.Par.7, 29.*

i) *Act. 7,38.*

8. Dixit ergo (*ut ad specialia veniam*) JEHOVAH ad Mosen & ad Aharonem, dicendo;

9. Quando loquetur ad vos Pharao, dicendo; Date vobis prodigium; diceseque ad Aharonem; Sume baculum tuum, & projice ante Pharaonem: fiet in serpentem.

10. Intravit itaque Moses & Aharon ad Pharaonem, & fecerunt ita, sicut præcepit JEHOVAH: projecit nimirum Aharon baculum suum, ante Pharaonem, & ante servos ejus; factusque est in serpentem.

11. Sed vocavit etiam Pharao sapientes & præstigiatores: feceruntque etiam isti, [a] incantatores Ægypti, per incantationes suas sic.

12. Quum tamen projicerent Vir baculum suum, & fierent in serpentes: deglutivit baculus Aharonis baculos eorum.

13. Nihilominus obduratum est cor Pharaonis, & non audivit eos: sicut locutus est JEHOVAH.

14. Dixit ergò JEHOVAH ad Mosen, aggravatum est cor Pharaonis: renuit dimittere populum.

15. Abi ad Pharaonem manè: ecce, egredietur ad aquas: consiste itaque adversus eum juxta litus fluminis (*Nili*;) baculumque, qui versus est in serpentem, sume in manum tuam:

16. Et dic ad eum; JEHOVAH, DEUS Hebræorum, misit me ad te, dicendo; dimitte populum meum, ut serviant mihi in deserto; ecce verò, non audivisti hucusque.

17. (*Ideò*) sic dixit JEHOVAH; per hoc cognosces; quod Ego sim JEHOVAH: ecce, Ego percutio baculo, qui in manu meâ est, super aquas, quæ in flumine sunt: & verterentur in sanguinem:

18. Ita ut piscis, qui in flumine est, moriatur, & fœteat flumen, & defatigentur Ægyptii bibendo aquas è flumine.

19. Cumque [b] diceret JEHOVAH ad Mosen, dic ad Aharonem; sume baculum tuum, & extende manum tuam super aquas Ægypti, super fluvios eorum, super flumina eorum, & super stagna eorum, & super omnem congregationem aquarum eorum, ut fiant sanguis: erit namque sanguis in omni terra Ægypti, & in lignis, & in lapidibus:

20. Tum fecerunt sic Mose & Aharon, quemadmodum præcepit JEHOVAH: [c] sustulit enim baculum, & percussit aquas, quæ in flumine (*Nilo,*) in oculis Pharaonis, & in oculis servorum ejus: conversæque sunt [d] omnes aquæ, quæ in flumine, in sanguinem;

21. Ita ut pisces, qui in flumine, moreretur, & fœteret flumen, nec possent Ægyptii bibere aquam è flumine; esseretque sanguis in omni terra Ægypti.

22. Sed fecerunt sic [e] incantatores Ægypti incantationibus suis; unde obfirmatum est cor Pharaonis, ut non audiret eos; sicut locutus erat JEHOVAH.

23. Quin avertit se Pharao, venitque in domum suam; nec posuit cor suum etiam ad hoc.

24. Foderunt autem omnes Ægyptii circa flumen ad bibendum quia non potuerunt bibere de aquis fluminis.

25. Ita impleti sunt septem dies, postquam percussit JEHOVAH flumen.

26. Posteà dixit JEHOVAH ad Mosen, Intra ad Pharaonem, & dic ad eum; sic dixit JEHOVAH, dimitte populum meum ut serviant mihi:

27. Quòd si renueris tu dimittere; ecce, ego percutiam omnem terminum tuum ranis:

28. Prorepere enim faciet flumen (*Nilus*) ranas, ascendentque, & venient in domum tuam, & in conclave cubilis tui, & super lectum tuum; & in domum servorum tuorum, & in populum tuum, & in clibanos tuos, & in mactras tuas: quin in te, & in populum tuum, & in omnes servos tuos ascendent ranæ.

a) *2. Tim.3,8*

b) *Pſ. 78,44.*

c) *Exod. 17,5.*

d) *Pſ. 78,45.*

e) *Sap. 17,7.*

CAP. VIII.

Plaga I. prodigii Ranarum, quam DEUS comminatus fuit, immittitur. à v.1. Quam II. Pharao per Mosen & Aharonem deprecatur. à v.4. Et III. per intercessionem remotionem obtinet. à v.8. Sed aggravanti iterum cor IV. immittitur pediculorum prodigiosa plaga. à v.11. Et mox V. plaga muscarum volatilium. à v.16. salvis Israëlitis. Quâ VI. suppeditatione Mesis ablata, denuò cor Pharao obfirmat. à v.25.

Cum-

CUmque (*veniente Pharaone*) diceret JEHOVAH ad Moſen; dic ad Aharonem; Extende manum tuam cum baculo tuo ſuper fluvios, ſuper flumina, & ſuper ſtagna; & aſcendere fac ranas ſuper terram Ægypti:

2. Extendit Aharon manum ſuam ſuper aquas Ægypti; [a] aſcenditque rana, & operuit terram Ægypti.

) Tſ. 78,45 105,30.

3. Equidem fecerunt ſic [b] incantatores Ægypti incantationibus ſuis, fecerunt-que aſcendere ranas ſuper terram Ægypti:

b) Sap. 17,7.

4. Sed tamen vocavit Pharao Moſen & Aharonem, & dixit; Supplicate JEHOVÆ, ut removeat ranas à me, & à populo meo; poſtea dimittam populum, ut ſacrificent JEHOVÆ.

5. Tum dixit Moſes Pharaoni; honorem tibi habe ſuper me: quouſque ſupplicare debeo pro te, & pro ſervis tuis, & pro populo tuo, ad excindendum ranas, à te, & è domibus tuis: ut tantùm in flumine ſuperſint?

6. Qui dixit; in craſtinum. Dixit ergò; juxta verbum tuum (*fiet;*) ut cognoſcas, quod non ſit (*quisquam*) ſicut JEHOVAH, DEUS noſter.

7. Removebuntur enim ranæ à te, & è domibus tuis, & à ſervis tuis, & à populo tuo: tantùm in flumine ſupererunt.

8. Ita exivit Moſes & Aharon à-cum Pharaone: clamavitque Moſes ad JEHOVAM ſuper verbo ranarum, quas impoſuerat Pharaoni.

9. Et fecit JEHOVAH juxta verbum Moſis: mortuæ namque ſunt ranæ è domibus, ex atriis, & ex agris.

10. Quas congregarunt Ægyptii in acervos; & fætuit terra.

11. Sed cum videret Pharao, quod facta eſſet reſpiratio: aggravavit cor ſuum, nec audivit eos, ſicut locutus erat JEHOVAH.

12. Quare dixit JEHOVAH ad Moſen; dic ad Aharonem; Extende baculum tuum, & percute pulverem terræ: fietque in pediculos in omni terra Ægypti.

13. Qui fecerunt ſic: extendit enim Aharon manum ſuam cum baculo ſuo, & percuſſit ourverem terræ: unde facta eſt multitudo pediculorum in homine, & in beſtia; omnis pulvis terræ factus eſt pediculi in omni terra Ægypti.

14. Fecerunt quidem ſic incantatores incantationibus ſuis, ut educerent pediculos; ſed [c] non potuerunt. Licet verò eſſet multitudo pediculorum in homine & in beſtia:

c) Sap. 17,7.

15. Dicerentque incantatores ad Pharaonem, [d] digitus DEI hic eſt: obſtirmatum tamen eſt cor Pharaonis, ut non auditet eos; ſicut locutus erat JEHOVAH.

d) Luc. 11,20.

16. Quare dixit JEHOVAH ad Moſen; ſurge manè ſub auroram, & conſiſte coram Pharaone [ecce egredietur ad aquas,] & dic ad eum; Sic dixit JEHOVAH; dimitte populum meum, ut ſerviant mihi.

17. Quia ſi non dimiſeris populum meum: ecce, ego immittam in te, & in ſervos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas, colluviem volatilium noxiorum: implebunturque domus Ægypti colluvie volatilium noxiorum, etiamque terra, ſuper qua illi (*Ægypty*) ſunt.

18. Mirabilem autem reddam in die iſto terram Goſchen, ſuper qua populus meus ſtat, ut non ſit illic colluvies volatilium noxiorum: quò cognoſcas, quod ego ſim JEHOVAH in medio terræ,

19. Ponam namque redemtionem inter populum meum, & inter populum tuum. Cras fiet ſignum hoc.

20. Fecit itaque ſic JEHOVAH: venitque [e] colluvies volatilium noxiorum ingens, in domum Pharaonis, & in domum ſervorum ejus; & in omni terra Ægypti perdita eſt terra à faciebus colluviei.

e) Sap. 16,9.

21. Ideò vocavit Pharao Moſen & Aharonem, dixitque; abite, ſacrificate in terrâ.

22. Verùm dixit Moſes; Non conſultum eſt facere ſic: quia abominationem Ægyptiorum ſacrificabimus JEHOVÆ, DEO noſtro: ecce, ſi ſacrificemus abominationem Ægyptiorum in oculis eorum; nonne lapidabunt nos?

23. Iter ergo trium dietum ibimus in deſertum; & ſacrificabimus JEHOVÆ, DEO noſtro; [f] prout dicet nobis.

f) Exod. 3,18.

24. Dixit itaque Pharao; Ego dimittam vos, ut ſacrificetis JEHOVÆ, DEO veſtro, in deſerto; modò non longiùs pergatis eundo: ſupplicate ergò pro me.

25. Tum dixit Moſes; Ecce, ego exibo à-cum te, & ſupplicabo ad JEHOVAM, ut recedat colluvies volatilium noxiorum à Phataone, à ſervis ejus, & à populo ejus cras: modò non addat Pharao illudere, ut non dimittat populum ad ſacrificandum JEHOVÆ.

26. Ita exivit Moſes à-cum Pharaone, & ſupplicavit ad JEHOVAM.

27. Fecitque JEHOVAH juxta verbum Moſis, & recedere fecit colluviem à Pharaone, à ſervis ejus, & à populo ejus: non relictum unum quid.

28. Sed aggravavit Pharao cor ſuum etiam vice hâc; nec dimiſit populum.

CAP. IX.

Pharaoni I. & Ægyptiis, ſalvis iterum Iſraëlitis, plaga pecorum peſtilens indicitur, & immittitur. à v. 1. Item, II. plaga ulcerum in hominibus & beſtiis. à v. 8. Et III. plaga grandinis. à v. 23. exceptis terra Iſraëlitarum.

QUare dixit JEHOVAH ad Moſen; intra ad Pharaonem, & loquere ad eum; ſic dixit JEHOVAH, DEUS Hebræorum: dimitte populum meum, ut ſerviant mihi:

2. Quod ſi renueris tu dimittere, & adhuc tu retinueris eos;

3. Ecce, manus JEHOVÆ erit contra pecus tuum, quod in agro erit, contra equos, contra aſinos, contra camelos, contra armentum, & contra gregem; peſtis (*nim.*) gravis valdè:

4. Sed mirabiliter diſcernet JEHOVAH inter pecus Iſraëlis, & inter pecus Ægyptiorum, ut non moriatur de omni (*quod eſt*) filiis Iſraëlis, quicquam.

5. Poſuitque JEHOVAH tempus certum, dicendo; cras faciet JEHOVAH rem hanc in terra.

6. Fecit itaque JEHOVAH rem hanc poſtridiè; mortuumque eſt omne pecus Ægyptiorum: at de pecore filiorum Iſraëlis non mortuum eſt ullum.

7. Miſit namque Pharao; & ecce, non mortuum erat de pecore Iſraëlis vel unum. Nihilominus aggravatum eſt cor Pharaonis; nec dimiſit populum.

8. Quare dixit JEHOVAH ad Moſen & Aharonem; ſumite vobis plenitudinem pugnorum veſtrorum favillæ fornacis; ſpargatque illam Moſes verſus cœlum in oculis Pharaonis.

9. Fiet namque in pulverem ſuper univerſa terra Ægypti; ita ut fiat ſuper homine, & ſuper beſtia in ulcus efflorescens puſtulis in univerſa terra Ægypti.

10. Sumſerunt ergò favillam fornacis, & conſtiterunt coram Pharaone, diſperſitque eam Moſes verſus cœlum: unde factum eſt ulcus puſtularum, efflorescens in homine & in beſtia.

11. Ita ut etiam [a] non potuerint incantatores conſiſtere coram Moſe, propter ulcus: quia fuit ulcus incantatoribus & omnibus Ægyptiis.

a) Sap. 17,7.

12. Veruntamen obſirmavit JEHOVAH cor Pharaonis, ut non audiverit eos: ſicut locutus erat JEHOVAH ad Moſen.

13. Quare dixit JEHOVAH ad Moſen; ſurge manè ſub auroram, & conſiſte coram Pharaone, & dic ad eum; ſic dixit JEHOVAH, DEUS Hebræorum; dimitte populum meum, ut ſerviant mihi.

14. Quoniam vice hac (*unâ quidem*) ego mittere potuiſſem omnes plagas meas in cor tuum, & in ſervos tuos, & in populum tuum; ut cognoſceres, quod non ſit, ſicut Ego, in omni terra:

15. Jam enim miſiſſem manum meam, & percuſſiſſem te & populum tuum peſte, ut excinderetis è terra.

16. Veruntamen [b] propter hoc ſtare feci te, ut oſtendam tibi virtutem meam; & ut annuntietur nomen meum in omni terra.

b) Rom. 9,17

17. Adhucne (*verò*) tu te extollis contra populum meum, ut non dimittas illos?

18. Eccè (*ergò*) ego pluere faciam tempore craſtino grandinem gravem valdè: qualis non facta eſt in Ægypto, ex quo fundata eſt, & huc uſque.

19. Attamen, mitte, collige pecus tuum, & omne, quod tibi in agro eſt: quiſquis erit (*enim*) homo & beſtia, qui invenietur in agro, nec colligetur domum,

descendet super eos grando, morienturque.

20. Qui (*ergò*) timebat verbum JEHOVÆ, de servis Pharaonis, fugere fecit servos suos, & pecus suum ad domos.

21. Qui verò non posuit cor suum ad verbum JEHOVÆ: reliquit servos suos, & pecus suum in agro.

22. Post dixit JEHOVAH ad Mosen; extende manum tuam versus cœlum: fiatque grando in omni terra Ægypti: super hominem, & super bestiam, & super omnem herbam agri in terra Ægypti.

23. Extendit itaque Moses baculum suum versus cœlum; & JEHOVAH dedit voces & grandinem, ita ut descenderet ignis in terram, & pluere faceret JEHOVAH grandinem super terram Ægypti.

24. Atque adeò facta est grando, & ignis immiscens se in medium grandinis, gravis admodum; qualis non facta est in omni terra Ægypti; ex quo facta est in gentem.

25. Percussit autem grando, in omni terra Ægypti, omne quod in agro erat, ab homine usque ad bestiam; omnemque herbam agri percussit grando, & omne lignum agri fregit.

26. Tantum in terra Goschen, ubi filii Jisraëlis erant, non facta est grando.

27. Ideò misit Pharao, & vocavit Mosen & Aharonem, dixitque ad eos; peccavi vice hâc: JEHOVAH justus est, ego autem & populus meus impii.

28. Supplicate ad JEHOVAM, ut satis sit, feciſſe voces JEHOVÆ, & grandinem: dimittam enim vos, nec addetis perstare.

29. Dixit autem ad eum Moses; quum exivero extra urbem, expandam (*quidem*) manus meas ad JEHOVAM; voces cessabunt, & grando non erit amplius, ut cognoscas, quod JEHOVÆ sit terra:

30. Veruntamen, tu & servi tui, scio, quod nondum timeatis vobis à faciebus JEHOVÆ Dei.

31 [Cæterum linum & hordeum percussum est; quia hordeum erat spica mutica, & linum culmus:

32. At triticum & Zea non percussa sunt: quia latentia (*sine spicis*) erant.]

33. Egressus itaque est Moses à-cum Pharaone extra urbem, & expandit manus suas ad JEHOVAM: cessaruntque voces & grando, & pluvia non defluxit in terram (*amplius.*)

34. At cum videret Pharao, quod cessasset pluvia, & grando, & voces; addidit peccare: aggravavit enim cor suum, ipse & servi ipsius.

35. Obstirmavit, inquam, se cor Pharaonis, ut non dimitteret filios Jisraëlis: quemadmodum locutus erat JEHOVAH per Mosen.

CAP. X.

Plaga I. locustarum Pharaoni indicitur, & nec servis suis nec Mosi parenti immittitur. à v. 1. Quâ II. ob deprecationem remissâ, aggravanti tamen cor plagâ densissimarum tenebrarum immissa est. à v. 21. Super qua III. cum Mose contendit, eumq; à se exire jubet. à v. 24.

QUare dixit JEHOVAH ad Mosen; Intra ad Pharaonem: ego enim aggravavi cor ejus, & cor servorum ejus, ut ponam signa mea hæc in medio ejus.

2. Et ut annuncies in auribus filii tui, & filii filii tui, quæ fecerim in Ægypto & signa mea, quæ posuerim in iis; & cognoscatis, quod Ego sim JEHOVAH.

3. Intravit itaque Moses & Aharon ad Pharaonem, & dixerunt ad eum; sic dixit JEHOVAH Deus Hebræorum; quousque renuis humiliari coram me? dimitte populum meum, ut serviant mihi.

4. Quòd si renueris tu dimittere populum meum: ecce, ego adducam cras locustam in terminum tuum:

5. Ita ut contegat superficiem terræ, nec possit (*quis*) videre terram; comedatque residuum ereptionis, relictæ vobis à grandine; & comedat omne lignum, crescens vobis ex agro;

6. Impleanturque domus tuæ, & domus omnium servorum tuorum, & domus omnium Ægyptiorum: qualem non viderunt patres tui, & patres patrum tuorum, ex quo die fuerunt super terra usque ad diem hunc. Cum autem convertit (*Moses*) se, & exivit à-cum Pharaone:

7. Dixerunt servi Pharaonis ad eum; usque quò erit hoc nobis in laqueum? dimitte homines, ut serviant JEHOVÆ Deo suo: an nondum cognoscis, quod perituta sit Ægyptus?

8. Reductus ergo est Moses & Aharon ad Pharaonem, dixitque (*hic*) ad eos; abite, servite JEHOVÆ, Deo vestro: quis (*verò*) & quis ibunt?

9. Tum dixit Moses; cum juvenibus nostris, & cum senibus nostris ibimus; cum filiis nostris, & cum filiabus nostris; cùm grege nostro, & cum armento nostro ibimus; quia festum JEHOVÆ nobis est.

10. Dixit verò illis; Etiam sic JEHOVAH vobiscum; quando dimittam vos & liberos vestros? videte, quod malum coram oculis vestris sit.

11. Non ita: ite verò viri, & servite JEHOVÆ, quia hoc vos quæritis. Sic expulit eos à-cum faciebus Pharaonis.

12. Ideò dixit JEHOVAH ad Mosen; Extende manum tuam super terram Ægypti propter locustam, ut ascendat super terram Ægypti, comedatque omnem herbam terræ, & omne quod reliquit grando.

13. Extendit itaque Moses baculum suum super terram Ægypti: JEHOVAH autem adduxit ventum orientalem in terram, totâ die istâ, & tota nocte: (*cum primum*) manè factum est, spiritus orientalis

a) *Sap. 16, 9.* attulit [a] locustam.

14. Ascenditque locusta super omnem terram Ægypti, & conquievit in omni termino Ægypti; gravis valdè, (*ut*) ante illam non facta sit talis locusta, nec post eam futura sit talis.

15. Et obtexit superficiem omnis terræ, ut obtenebraretur terra: comeditque omnem herbam terræ, & omnem fructum ligni, quem residuum fecit grando; ita ut non reliduum fuerit ullum viride in ligno, & in herba agri in omni terra Ægypti.

16. Unde festinavit Pharao vocare Mosen & Aharonem, dixitque; peccavi JEHOVÆ, Deo vestro, & vobis.

17. Jam ergò remitte, quæso, peccatum meum tantùm hac vice, & supplicate JEHOVÆ, Deo vestro: ut auferat à-super me tantum mortem hanc.

18. Exivit itaque à-cum Pharaone, & supplicavit ad JEHOVAM.

19. Convertit autem JEHOVAH ventum maris (*occidentalem*) validum valdè; qui sustulit locustam, injecitque in mare Suph: non relicta est locusta una in omni termino Ægypti.

20. Veruntamen obstirmavit JEHOVAH cor Pharaonis, ut non dimitteret filios Jisraëlis.

21. Quare dixit JEHOVAH ad Mosen; extende manum tuam versus cœlum: ut fiat caligo super terra Ægypti, & palpet quis in caligine.

22. Extendit itaque Moses manum suam versus cœlum: factaque est [b] caligo tenebrarum in omni terra Ægypti tres dies.

b) *Sap. 17, 2. 18, 1.*

23. Non vidit vir fratrem suum, nec surrexit vir à-sub se tres dies: at omnibus filiis Jisraëlis fuit lux in habitationibus eorum.

24. Unde vocavit Pharao Mosen, dixitque; ite, servite JEHOVÆ: tantùm grex vester & armentum vestrum subsistat; etiam infans vester ibit vobiscum.

25. Verum dixit Moses; etiam tu dabis in manum nostram sacrificia & holocausta, quæ faciamus JEHOVÆ, Deo nostro.

26. Ideò etiam pecus nostrum ibit nobiscum: non relinquetur ungula; quia de eo accipiemus ad serviendum JEHOVÆ, Deo nostro: neque enim nos scimus, quo servite debeamus illi, usque dum venerimus eò.

27. Veruntamen obstirmavit JEHOVAH cor Pharaonis, ut non voluerit dimittere eos.

28. Unde dixit ei Pharao; abi ab-apud me: cave tibi, ne addas videre facies meas: quia in die, quo videris facies meas, moreris.

29. Dixit verò Moses; Rectè locutus es; non addam amplius (*non vocatus*) videre facies tuas.

CAP. XI.

Mosen I. prius jam à Jehovah de ultimâ plagâ cædis primogenitorum informatus. à v. 1. Eâm II. Pharaoni cum excandescentiâ indicit. à v. 4. Et sic

III. non reverſus ut ab exercitu. v.8. Fruſtra quidem IV. ſed ex prædictione Iehovæ, tot miracula cum Aharone coram illo operatus. à v.9

DIxerat autem *(paulò antè)* Jehovah ad Moſen; adhuc plagam unam adducam ſuper Pharaonem, & ſuper Ægyptum: poſtea dimittet vos hinc: quum dimittet, univerſos urgebit, expellendo expellet vos hinc.

2. Dic, age, in auribus populi, ut mutuo petat *(quiſque)* vir a ſocio ſuo, & *(quævis)* mulier à ſocia ſua vaſa argenti, & vaſa auri, *(quaſi uſuri ſitis illis in feſto veſtro:)*

3. Dederatque Jehovah gratiam populi in oculis Ægyptiorum: etiam vir Moſes magnus valde fuit in oculis ſervorum Pharaonis, & in oculis populi.

4. Dixit itaque Moſes *(de plaga ultima dicto modo pridem informatus, jam ad Pharaonem exire jubentem;)* ſic dixit Jehovah; quum medium noctis erit, ego exibo per medium Ægypti.

5. Et morietur *(per me)* omnis primogenitus in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, ſeſſuro ſuper throno ejus, uſque ad primogenitum ancillæ, qui poſt piſtrinum eſt *(molens;)* imò omne primogenitum beſtiæ.

6. Ut ſit clamor magnus in univerſa terra Ægypti; cui ſimilis non fuit, & cui ſimilis non addet eſſe.

7. Sed omnibus filiis Iſraël non movebit canis linguam ſuam *(ad clamandum ſuper dolore;)* à viro uſque ad beſtiam: ut cognoſcatis, quod diſcrimen faciat Jehovah inter Ægyptios, & inter Iſraëlem.

8. Tum deſcendent omnes ſervi hi ad me, & incurvabunt ſe mihi, dicendo; Exi tu & omnis populus, qui ſub pedibus tuis *(ductu tuo)* eſt; & poſtea exibo. Ita exivit à-cum Pharaone cum excandeſcentia iræ.

9. Prædixerat verò Jehovah Moſi *(ab initio;)* non audiet vos Pharao, ut multiplicentur miracula mea in terra Ægypti.

10. Ideò Moſes & Aharon fecerunt quidem omnia miracula hæc coram Pharaone; ſed obfirmavit Jehovah cor Pharaonis, ut non dimitteret filios Iſraël ex Ægypto.

CAP. XII.

Moſes I. à Iehovah inſtitutionem Paſchæ ſeu Paſchatis, ejúſq; tempus, & Azyma accipit. à v. 1. Quæ II. filiis Iſraëlis Moſes idem tradit à v. 21. Paſchate III. à filiis Iſraelis accepto & celebrato, cædes primogenitorum Ægypti à Iehovah facta eſt. à v. 28. Quâ IV. Pharao & Ægyptij territi filios Iſraëlis è terra exire urgent. à v. 30. Qui Ægyptiorum veſtis & veſtibus Ægyptiorum, & magnâ hominum mixturâ, in Succoth exiverant nocte cuſtodiarum. à v. 34. Denig. VI. Iehovah leges Paſchatis pro peregrino, inquilino, & mercenario addit. à v. 43.

CÆterùm *(quod ipſum exitum jam attinet)* dixerat *(etiam ante aliquot dies)* Jehovah ad Moſen, & ad Aharonem in terrâ Ægypti, dicendo;

2. Menſis hic vobis eſto caput menſium: *(hoc eſt,)* primus hic erit reſpectu menſium anni.

3. Loquimini ad omnem cœtum Iſraëlis, dicendo; in decimo *(die)* menſis hujus, ſumetis vobis quilibet pecudem pro domo patrum, pecudem pro domo.

4. Quòd ſi minor fuerit domus, quàm ut ſit ſuprà pecudem: accipiet ille & vicinus illius, proximus domui illius, pro numero implendo animarum: quilibet juxtà comedete ſuum numerabitis ſuper pecudem.

5. Pecus integra, maſcula, filia anni erit vobis: de agnis vel de hœdis ſumetis, *(die iſto decimo.)*

6. Erit autem vobis cuſtodienda, uſque in decimum quartum diem menſis hujus: tum mactabunt eam omnis cœtus Iſraëlis inter veſperas.

7. Sumentque de ſanguine, & dabunt ſuper duos poſtes, & ſuper ſuperliminare; ſuper domibus, in quibus comedent eam.

8. Carnem autem comedent nocte hâc aſſam igne, & azyma ſuper amaroribus, comedent eam.

9. Ne comedatis de eâ crudum, aut coctile coctum in aquis: ſed aſſum igne, caput ejus cum cruribus ejus, & cum inteſtinis ejus,

10. Ne-

10. Neque relinquetis *(quicquam)* de eâ uſque manè: ſin reſiduum quid erit de eâ uſque manè, igne comburetis.

11. Sic porrò comedetis eam: Lumbi veſtri ſunto accincti; calcei veſtri in pedibus veſtris; & baculus veſter in manu veſtra; comedetiſque eam cum feſtinatione: *(ita)* Pæſach *(h.e. ſacrificium Prætereficum,)* hoc erit Jehovæ.

a) Pſ. 136,10. Hebr.11, 28. 12. Tranſibo enim per terram Ægypti nocte hac, & percutiam [a] omne primogenitum in terra Ægypti, ab homine uſque ad beſtiam: & in omnibus diis Ægyptiis faciam judicia: Ego Jehovah.

13. Sed erit ſanguis vobis in ſignum ſuper domibus, ubi vos eritis; quumque videro ſanguinem, præteribo præter vos; nec erit in vobis plaga perditori, quum percuſſero terram Ægypti.

14. Eſto deinceps dies hic vobis in memoriale, & feriabimini eum, feſtum Jehovæ, in generationibus veſtris, ſtatuto æterno feriabimini eum.

b) Exod. 23,15. 34,18. 15. [b] Septem dies azyma comedetis: ſtatim die primo ceſſare facietis fermentum è domibus veſtris: quia quiſquis comederit fermentatum, excindetur anima hæc ex Iſraële, à die primo uſque ad diem ſeptimum.

16. Porrò in die primo convocatio ſancta, & in die *(etiam)* ſeptimo convocatio ſancta erit vobis: ullum opus non fiet in iis: tantùm quod comedetur omni animæ, hoc ſolum fiet vobis.

17. Obſervabitis autem azyma; quia in ipſo die hoc eduxi exercitus veſtros è terra Ægypti: ideò *(inquam)* obſervabitis diem hunc in generationes veſtras ſtatuto æterno.

c) Lev. 23:5. Num. 28, 16. 18. In primo *(die)* in quarto decimo menſis in veſpera comedetis azyma, uſque ad primum & vigeſimũ menſis in veſpera.

19. Septem dies fermentum non invenietur in domibus veſtris: quia quiſquis comederit fermentatum, excindetur anima hæc è cœtu Iſraëlis, in peregrino & incola terræ.

20. Ullum fermentatum non comedetis: in omnibus habitationibus veſtris comedetis azyma.

21. Vocavit itaque Moſes omnes Seniores Iſraëlis, dixitque ad eos: Trahite, & ſumite vobis pecudem gregis, juxta familias veſtras, ut mactetis Pæſach.

22. Poſt ſumetis faſciculum hyſſopi, & intingetis in ſanguinem; qui in pelvi, atque attingere facietis ſuperliminare, & duos poſtes de ſanguine, qui in pelvi: vos autem non exibitis quiſquam extra oſtium domus ſuæ uſque manè.

23. Tranſibit enim Jehovah ad percutiendum Ægyptum, cumque viderit ſanguinem ſuper ſuperliminari, & ſuper duobus poſtibus, præteribit Jehovah præter oſtium, & non permittet percuſſori venire ad domos veſtras ad percutiendum.

24. Deinceps obſervabitis verbum hoc, pro ſtatuto tibi & filiis tuis uſque in ſeculum.

25. Erit, inquam, quum veneritis in terram, quam dabit Jehovah vobis, ſicut locutus eſt; obſervabitis cultum hunc *(divinum.)*

26. Cumque fiet, ut dicant ad vos filii veſtri; Quid *(ſibi vult)* cultus hic vobis?

27. Dicetis; Pæſach *(h.e. ſacrificium prætereficum)* hoc eſt Jehovæ, qui præterivit præ domibus filiorum Iſraëlis in Ægypto: cum enim percuteret Ægyptum, noſtras domos eripuit. Tum incurvavit ſe populus, & adoraverunt.

28. Abiveruntque, & fecerunt filii Iſraël; quemadmodum præcepit Jehovah Moſi & Aharoni, ſic fecerunt.

d) Pſ. 78,51. 105,36. 136,10. Sap. 18, 11.12. 29. Factum itaque eſt in media nocte, ut Jehovah percuſſerit [d] omnem primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, ſeſſuro ſuper throno ejus, uſque ad primogenitum captivitatis *(ancillæ,)* qui in domo foveæ *(carceris:)* & omne primogenitum beſtiæ.

30. Quare ſurrexit Pharao noctu, ipſe & omnes ſervi ejus, & omnes Ægyptii: factuſque eſt clamor magnus in Ægypto; quia non erat domus, ubi non erat mortuus.

31. Et vocavit Moſen & Aharonem noctu, ac dixit; ſurgite, exite è medio populi mei; tàm vos, quàm filii Iſraël,

ut eatis, & ſerviatis JEHOVÆ, ſicut locuti eſtis,

32. Etiam gregem veſtrum & armentum veſtrum ſumite, ſicut locuti eſtis, & abite: benedicite autem etiam mihi.

33. Quin urſit Ægyptus populum, ad feſtinandum, ut dimitterent eos è terra: quia dixerunt; omnes aliàs morimur.

34. Unde portavit populus maſſam ſuam, antequam fermentaretur: (&) mactræ eorum ligatæ erant in veſtibus eorum ſuper humeris eorum.

c) *Exod. 11, 2.* 35. Inſuper fecerant filii Iſraël juxta [c] verbum Moſis, & mutuo petierant ab Ægyptiis vaſa argenti, & vaſa auri, & veſtes.

36. JEHOVAH autem dederat gratiam populi in oculis Ægyptiorum, ut darent ipſis mutuo: atque ita eripuerunt Ægypto.

37. Profecti itaque ſunt filii Iſraël è Rameſes in Succoth, ſexcenta millia peditum, virorum, præter minorennes.

38. Sed & mixtura (*hominum*) magna aſcendit cum ipſis: grex autem & armentum magnum valdè.

39. Coxerunt verò maſſam, quam exportarunt ex Ægypto, placentas azymas, quia non fermentata erat: quandoquidem expulſi ſunt ex Ægypto, ut non potuerint commorari, adeò ut viaticum etiam non fecerint ſibi.

40. Habitatio autem filiorum Iſraël, f) *Gen. 15, 13. Act. 7, 6* qua habitarunt in Ægypto, fuerunt [f] triginta anni & quadringenti anni:

41. Factumque eſt à fine triginta annorum & quadringentorum annorum; factum, inquam, eſt in ipſo die hoc, ut exirent omnes exercitus JEHOVÆ è terra Ægypti.

42. (*Hinc*) nox cuſtodiarum hæc eſt JEHOVÆ, propterea quod (*eâ*) eduxit eos è terra Ægypti: nox (*inquam*) cuſtodiarum eſt nox hæc JEHOVÆ omnibus filiis Iſraël, in generationes eorum.

43. Denique dixit JEHOVAH ad Moſen & Aharonem; Hoc eſt ſtatutum Pæſach (*Paſchatis*;) omnis filius alienigenæ non comedet de eo.

44. Quantum autem ad omnem ſervum viri, emtionem argenti; ſi circumciderit eum, tùm comedet de eo.

45. Inquilinus & mercenarius non comedet de eo.

46. In domo unâ comedetur; non efferes è domo de carne foràs: [g] neque os frangetis in eo. g) *Num. 9, 12.*

47. Omnis cœtus Iſraëlis facient illud. *Ioh. 19, 36.*

48. Quòd ſi peregrinabitur tecum peregrinus, & voluerit facere Paſach JEHOVÆ, circumcidetur ei omnis maſculus; & tunc accedet ad faciendum illud, eritque ſicut incola terræ: ſed ullus præputiatus non comedet de eo.

49. Lex una erit incolæ, & peregrino, qui peregrinatur in medio veſtrûm.

50. Fecerunt autem omnes filii Iſraëlis; quemadmodum præcepit JEHOVAH Moſi & Aharoni, ita fecerunt.

51. Factum itaque eſt; in ipſo die hoc eduxit JEHOVAH filios Iſraël è terra Ægypti juxta exercitus eorum.

CAP. XIII.

Iehovah I. Omne primogenitum Iſraëlitarum ſibi ſanctificari præcipit. v. 1. 2. Moſes ergò II. cum præcepto Paſchatis in futuras generationes, à v. 3. præceptum etiam de ſanctificando primogenitu tradit populo. à v. 11. Iehovah III. populum circumduxit in deſertum. à v. 17. Qui IV. acceptis Toſephi oſſibus, è Succoth in Etham; præeunte noctu columna ignis, interdiu nubis, profecti ſunt. à v. 19.

POſteà locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Sanctifica mihi omne [a] primogenitum, aperturam omnis uteri, inter filios Iſraël, in homine & in beſtia: mea ſunto. a) *Exod. 22, 29. 34, 19. Lev. 27, 26.*

3. Dixit itaque Moſes ad populum; Memento diei hujus, quo exiviſtis ex Ægypto, è domo ſervorum; quod fortitudine manus eduxerit JEHOVAH vos hinc: ut non comedatur fermentatum. *Num. 8, 17. Luc. 2, 23.*

4. Hodiè vos exitis, in menſe Abib (*primæ ſpicæ.*)

5. Cùm ergò introduxerit te JEHOVAH in terram Canaanæi, & Chitthæi, & Emoræi, & Chivvæi, & Jebuſæi, quam juravit patribus tuis, ad dandum tibi, terram

ram fluentem lacte & melle: celebrabis (*uti ſuprà dixi*) cultum hunc in menſe hoc.

b) *Exod. 12, 15. 34, 18. 1. Cor. 5, 8.* 6. (*Nimirum*). [ſeptem dies comedes azyma: & in die ſeptimo feſtum erit JEHOVÆ.

7. Azyma comedentur ſeptem dies: neque videbitur tibi fermentatum, neque videbitur tibi fermentum in omni termino tuo.

8. Annuntiabiſque filio tuo in die iſto, dicendo: Propter hoc, quod fecit JEHOVAH mihi, quum exivi ex Ægypto (*facio hoc.*)

9. Quin erit tibi in ſignum ſuper manu tua, & in memoriale inter oculos tuos, ut ſit Lex JEHOVÆ in ore tuo: quia manu forti eduxit te JEHOVAH ex Ægypto.

10. Obſervabis itaque ſtatutum hoc in tempore ſuo, de anno in annum.

11. Inſuper verò quum deduxerit te JEHOVAH ad terram Canaanæi, ſicut juravit tibi & patribus tuis; dederitque eam tibi:

12. Tranſire facies (*ſeparando*) omnem aperturam uteri, JEHOVÆ: itemque omnis apertura fœtus beſtiæ, quotquot erunt tibi maſculi, JEHOVÆ erunt.

13. Omnem autem aperturam aſini redimes per pecudem: quòd ſi non redemeris, decõllabis eam. Sed omnem primogenitum hominis inter filios tuos redimes (*certò.*)

14. Quòd ſi fiat, ut interroget te filius tuus cras, dicendo; Quid hoc (*ſibi vult?*) dices ad eum: Per fortitudinem manus eduxit nos JEHOVAH ex Ægypto, è domo ſervorum.

15. Quumque induraſſet Pharao (*animum,*) quo minus dimitteret nos: occidit JEHOVAH omnem primogenitum in terra Ægypti, à primogenito hominis, uſque ad primogenitum beſtiæ: propterea ego ſacrifico JEHOVÆ omnem aperturam uteri, maſculos; & omnem primogenitum filiorum meorum redimo.

16. Erit ergò in ſignum ſuper manu tuâ, & in frontalia inter oculos tuos: quia in fortitudine manus, eduxit nos JEHOVAH ex Ægypto.

17. Cæterum factum eſt, quum dimitteret Pharao populum, ut non duxerit eos DEUS viâ terræ Philiſtææ, quia brevis iſta erat. ſed dixit DEUS; ne pœniteat populum, quum viderint bellum, & revertantur in Ægyptum.

18. Ideò circumduxit eos DEUS viâ deſerti, ad mare Suph: accincti autem aſcenderunt filii Iſraël è terra Ægypti.

19. Acceperat verò Moſes [c] oſſa Joſephi ſecum: quia adjurando adjuraverat filios Iſraël, dicendo; viſitando viſitabit DEUS vos: ideò aſcendere facietis oſſa mea hinc vobiſcum: c) *Gen. 50, 25. Joſ. 24, 32.*

20. Poſtea profecti ſunt ex Succoth, & caſtra metati ſunt in Etham in fine deſerti.

21. JEHOVAH autem [d] ibat coram iis interdiu in columna nubis ad ducendum illos in via; at noctu in columna ignis ad lucendum illis; ut irent diu noctuque. d) *Num. 14, 14. 33, 3. 1. Cor. 10, 1. Neh. 9, 12. Pſ 78, 14. 105, 39.*

22. Non recedebat columna nubis interdiu, nec columna ignis noctu, coram populo.

CAP. XIV.

Iehovah I. per Moſen manda: populo caſtrametationem ante Baal-Zephon. à v. 1. Populum II. eo perſequitur Pharao cum exercitu. à v. 5. Populus III. territus à Moſe confirmatur. à v. 10. Moſes IV. proficiſcentibus juſſu DEI, & protectione Angeli DEI mirè dividit, ut ſalvi per illud tranſeant. à v. 15. Ægyptij verò V. inſequentes in mari ſuffocantur. à v. 23.

POſteà locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo;

2. Loquere ad filios Iſraël, ut revertantur, & caſtra metentur ante fauces Chiroth, inter Migdal, & inter mare: ante Baal-Zephon, è regione ejus caſtra metabimini juxta mare.

3. Dicet enim Pharao de filiis Iſraël; perplexi illi ſunt in terra; concluſit ſuper illis deſertum.

4. Induraboque cor Pharaonis, ut perſequatur eos; & glorioſus reddar in Pharaone, & in omni exercitu ejus. ut cognoſcant Ægyptii, quod ego ſim JEHOVAH. Fecerunt itaque ſic.

5. Cumque annuntiatum eſt Regi Ægypti,

Ægypti, quod fugiſſet populus: converſum eſt cor Pharaonis, & ſervorum ejus contra populum, ut dicerent; Cur hoc fecimus, quod dimiſimus Iſraëlem, quo minus ſerviat nobis?

6. Quare alligavit currum ſuum, & populum ſuum ſumſit ſecum.

7. Sumſit inſuper ſexcentos currus electos, & omnes currus Ægypti: erantque Tertiani duces ſuper omnes.

8. Obduravit verò JEHOVAH cor Pharaonis, Regis Ægypti, ut perſequeretur filios Iſraël: ſed filii Iſraël exibant manu excelsâ.

a) 1. Macc. 4,9. 9. Itaque [a] perſecuti ſunt Ægyptii eos, & aſſecuti ſunt eos, caſtrametantes propè mare, omnes equi curruum Pharaonis, & equites ejus; & exercitus ejus; juxta fauces Chiroth ante Baal-Zephon.

10. Quumque Pharao appropinquaret; ſuſtulerunt filii Iſraël oculos ſuos, quando, ecce, Ægyptii proficiſcebantur poſt eos: unde timuerunt ſibi valdè, clamaveruntque filii Iſraël ad JEHOVAM.

b) Pſ. 106,7. 11. [b] Ad Moſen autem dixerunt; num ideò, quod non eſſent ſepulchra in Ægypto, aſſumſiſti nos, ut moriamur in deſerto? Cur hoc feciſti nobis, ut educeres nos ex Ægypto?

12. Nonne hoc verbum eſt, quod locuti ſumus ad te in Ægypto, dicendo; ceſſa à nobis, ut ſerviamus Ægyptiis? quia bonum nobis ſervire Ægyptiis, præ mori nos in deſerto.

13. Sed Moſes dixit ad populum; ne timete vobis: conſiſtite, & videte ſalutem JEHOVÆ, quam faciet vobis hodiè: quoniam, quos vidiſtis hodiè Ægyptios, eos non addetis videre amplius uſque in ſeculum.

14. JEHOVAH pugnabit pro vobis: vos modò tacete.

15. Tum dixit JEHOVAH ad Moſen; quid clamas ad me? loquere ad filios Iſraël, ut proficiſcantur.

16. Tu verò tolle baculum tuum, & extende manum tuam ſuper mare, & divide illud: ut ingrediantur filii Iſraël [c] in c) Sap. 4,3. medium maris in arido.

17. Ego autem, ecce, obdurabo cor Ægyptiorum, ut ingrediantur poſt eos: & glorioſus reddar in Pharaone, & in univerſo exercitu ejus: in curribus ejus, & in equitibus ejus.

18. Ut cognoſcant Ægyptii, quod ego ſim JEHOVAH, quum glorioſus redditus fuero in Pharaone, & in curribus ejus, & in equitibus ejus.

19. Portò profectus eſt Angelus DEI, incedens ante caſtra Iſraëlis, & ivit [d] poſt eos, profectaque eſt columna nubis, quæ ante eos, & ſtetit pone illos: d) Pſ. 77, 15. 105,39.

20. Venitque inter caſtra Ægyptiorum, & inter caſtra Iſraëlis: ita ut eſſet (iſtis) nubes & tenebræ, & (his) illuſtraret noctem, nec appropinquarent iſti ad hos tota nocte.

21. Mox extendit Moſes manum ſuam ſuper mare: & abduxit JEHOVAH mare per ventum orientalem vehementem totâ nocte, poſuitque mare in ſiccum: ita ut dividerentur aquæ.

22. Intrarunt itaque filii Iſraël in medium maris [e] in arido: aquæ autem e) Joſ. 4, 23. erant ipſis murus à dextra eorum, & à ſiniſtra eorum. Pſ. 74, 14 106, 9.

23. Sed perſequuti ſunt Ægyptii, veneruntque poſt illos, omnes equi Pharaonis, currus ejus, & equites ejus, in mediũ maris. 1. Cor. 10, 1. Hebr. 11, 29.

24. Verùm factum eſt in cuſtodia matutinâ, ut proſpiceret JEHOVAH ad caſtra Ægyptiorum in columna ignis & nubis, & perturbaret caſtra Ægyptii:

25. Dimoveretque rotam curruum ejus, ut duceret eam cum difficultate. Tum quidem dixit Ægyptius; fugiam coram Iſraële; quia JEHOVAH pugnat pro iis contra Ægyptios:

26. Sed dixit JEHOVAH ad Moſen; Extende manum tuam ſuper mare; ut revertantur aquæ ſuper Ægyptium, ſuper currus ejus, & ſuper equites ejus.

27. Cumque extenderet Moſes manum ſuam ſuper mare, reverſum eſt mare, cum rediret aurora, ad litus ſuum: ita ut Ægyptii fugerent erga illud, excuteretque JEHOVAH Ægyptios in medium maris.

28. Reverſæ itaque ſunt aquæ, & operuerunt currus, & equites, cum univerſo exercitu Pharaonis, venientes poſt eos (Iſraë-

(Iſraëlitas) in mare: non relictus eſt de illis uſque ad unum.

29. Sed filii Iſraëlis iverunt in arido in medio maris: ita ut aquæ eſſent illis murus à dextrâ eorum, & à ſiniſtrâ eorum.

f) Sap. 10, 15. 30. Atque ſic [f] ſervavit JEHOVAH in die iſto Iſraëlem è manu Ægyptiorum: viditque Iſraël Ægyptios mortuos juxta litus maris.

31. Cum autem vidit Iſraël manum magnam, quam fecit JEHOVAH in Ægyptiis; timuerunt populus JEHOVAM: & crediderunt in Dominum, & in ſervum ejus Moſen.

CAP. XV.

Habet caput hoc I. Canticum Moſis & filiorum Iſraëlis, ſuper tranſitu per mare Suph, à v. 1. Canticum II. etiam Mirjam & mulierum ſuper eadem, à v. 20. III. Iter populi à mari Suph in Schur, & hinc in Marah. à v. 22. Ubi IV. DEUS populo murmuranti aquas amaras fecit dulces. v. 24. Inde V. ventum eſt in Elim. v. 27.

TUnc cecinit Moſes, & filii Iſraël, canticum hoc JEHOVÆ, & dixerunt dicendo; cantabo JEHOVÆ, quia exaltando exaltavit ſe: equum & equitem ejus projecit in mare.

a) Pſ. 118, 14. Eſ. 12, 2. Sap. 18, 9 2. [a] Fortitudo mea & canticum JAH, & factus eſt mihi in ſalutem: hic DEUS meus ideò celebrabo eum; DEUS patris mei, ideò exaltabo eum.

3. JEHOVAH eſt vir belli: JEHOVAH eſt (meritò) nomen ejus.

4. Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare; & electi ternariorum ejus ſubmerſi ſunt in mari Suph.

5. Abyſſi contexerunt eos: deſcenderunt in profunditates, ſicut lapis.

6. Dextera tua, JEHOVAH, magnifica eſt robore: dextra tua, JEHOVAH, confringit hoſtem.

7. Et magnitudine excellentiæ tuæ deſtruis conſurgentes contra te: emittis excandeſcentiam tuam, (quæ) comedit eos, ſicut ſtipulam.

8. Et flatu narium tuarum coacervatæ ſunt aquæ; ſteterunt ſicut cumulus fluenta: congelatæ ſunt abyſſi in corde maris.

9. Dixit inimicus; perſequar, aſſequar, dividam ſpolium: implebitur eis anima mea: denudabo gladium meum: expellet eos manus mea.

10. (Sed) ſpiraſti vento tuo, (tum) contexit eos mare: ſubmerſi ſunt, ſicut plumbum in aquis validis.

11. Quis ſicut tu, in Diis, JEHOVAH? quis, ſicut tu, magnificus ſanctitate: venerandus laudibus faciens miraculum?

12. Extendiſti dextram tuam; abſorpſit eos terra.

13. Duxiſti in miſericordia tua populum eum, quem redemiſti: deduxiſti in fortitudine tua ad habitaculum ſanctitatis tuæ.

14. Audiverunt populi [b] contremuerunt: dolor parturientium apprehendit habitatores Philiſtææ. b) Iſa. 14, 31.

15. Tunc conſternati ſunt duces Edom: potentes Moab apprehendit tremor: colliquefacti ſunt omnes habitatores Canaan.

16. Cadet ſuper eos formido & pavor: per magnitudinem brachii tui extindentur ſicut lapis: uſque dum tranſeat populus tuus, JEHOVAH, uſque dum tranſeat hic, quem poſſediſti.

17. Introduces eos, & plantabis eos in monte hæreditatis tuæ: habitaculum, ubi tu ſedeas, feciſti, JEHOVAH: ſanctuarium, Domine, præparatunt manus tuæ.

18. JEHOVAH regnabit in ſeculum & æternitatem.

19. Quia ingreſſus eſt (quidem) equus Pharaonis, tum currus ejus, tum equites ejus, in mare; ſed redire fecit JEHOVAH ſuper eos aquas maris: filii autem Iſraëlis iverunt in arido, in medio maris.

20. Sumſit etiam Mirjam prophetiſſa, ſoror Aharonis, tympanum in manum ſuam, exiveruntque omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choreis.

21. Et reſpondit illis Mirjam: Cantate JEHOVÆ, quia exaltando exaltavit ſe: equum & equitem ejus projecit in mare (&c)

22. Poſteà profeciſci fecit Moſes Iſraëlem [c] à mari Suph, exiveruntque ad deſertum Schur. Inde iverunt tres dies in deſerto, nec invenerunt aquas. c) Num 33, 8

23. Tandem venerunt in Marah, ſed non potuerunt bibere aquas præ amaritudine: quia amaræ illæ erant, propterea vocavit nomen ejus Marah (*h. e. amara.*)

24. Murmuravit itaque populus contra Moſen, dicendo; quid bibemus?

25. Qui cum clamaret ad JEHOVAM, monſtravit ipſi JEHOVAH lignum, quod d) *Indit. 5, 15. Sir. 38, 5.* projecit in aquas, & [d] dulces factæ ſunt aquæ. Ibi poſuit illi ſtatutum & judicium, dum ibi tentavit illum.

26. Dixit enim; ſi audiendo audies vocem JEHOVÆ DEI tui, & bonum in oculis ejus facies, & aures dabis præceptis ejus, & cuſtodies omnia ſtatuta ejus: omnem morbum, quem poſui ſuper Ægyptios, non ponam ſuper te; quia ego JEHOVAH ſum medicus tuus: (*ſicut aquarum harum.*)

c) *Num. 33, 9.* 27. Inde venerunt in [e] Elim: ubi duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ: caſtra metati itaque ſunt ibi juxta aquas.

CAP. XVI.

Filij Iſraëlis I. ex Elim veniunt in deſertum Sin. v. 1. Ubi II. contra Moſen & Aharonem murmurant ob defectum cibi. v. 2. 3. Murmurantibus III. poſt redargutionem eum à Moſe & Aharone, ipſoque DEO in gloria apparente, ſuillam, DEUS promittit & dat carnem coturnicem in diem, præcipuè verò panem de cœlo in omne tempus peregrinationu in deſerto. à v. 4. De cujus IV. panis natura, collectione, menſura, uſu, aſſervatione M ſer eos inſormat. a v. 5.

POſteà profecti ſunt ex Elim, veneruntque omnis cœtus filiorum Iſraëlis ad [a] deſertum Sin, quod eſt inter Elim, & inter Sinaj; in quinto decimo die menſis ſecundi, ex quo exierunt è terra Ægypti,

a) *Sap. 11, 2.*

2. Murmurarunt autem omnis cœtus filiorum Iſraël contra Moſen & contra Aharonem, in deſerto.

3. Dixeruntque ad eos filii Iſraël; Quis dabit mortuos eſſe nos per manum JEHOVÆ in terra Ægypti, quum ſederemus juxta ollam carnis; quum comederemus panem ad ſatietatem uſque! quia eduxiſtis nos ad deſertum hoc, ut occidatis omnem cœtum hunc fame.

4. Dixit itaque JEHOVAH ad Moſen; Ecce ego (*ero imprimis*) pluere faciens vobis panem de cœlo: exibitque populus, & colligent rem diei in die ſuo; ut tentem eum, num iturus ſit (*deinceps*) in Lege mea, necne?

5. Fiet tamen in die ſexto, ut præparent (*Sabbatho, de eo,*) quod attulerint; erit enim duplum ſuper id, quod colligent ſingulis (*reliquis*) diebus.

6. Tum dixit Moſes & Aharon ad omnes filios Iſraëlis; Veſperi, cognoſcetis, quod JEHOVAH eduxerit vos è terra Ægypti.

7. Et manè, videbitis gloriam JEHOVÆ: eò quòd audivit murmurationes veſtras contra JEHOVAM; nos enim quid, quod murmuratis contra nos?

8. Amplius dixit Moſes; Per hoc (*nimirum, cognoſcetis*) quum dederit JEHOVAH vobis in veſpera carnem, ad comedendum, & [b] panem in matuta, ut ſaturemini: eò quod audivit JEHOVAH murmurationes veſtras, quibus vos murmuratis contra JEHOVAM: nos enim quid? non contra nos ſunt murmurationes veſtræ; ſed contra JEHOVAM. b) *Num. 11, 8.*

9. Porrò dixit Moſes ad Aharonem; dic ad omnem cœtum filiorum Iſraëlis; appropinquate ante JEHOVAM: quia audivit murmurationes veſtras.

10. Factum autem eſt, cum loqueretur Aharon ad omnem cœtum filiorum Iſraëlis; reſpicerentque ad deſertum: ecce [c] gloria JEHOVÆ apparuit in nube. c) *Sir. 45, 3.*

11. Locutuſque eſt JEHOVAH ad Moſen dicendo:

12. Audivi murmurationes filiorum Iſraëlis: loquere ad eos, dicendo; inter veſperas comedetis carnem, & in matuta ſaturabimini pane; cognoſcentſque, quod Ego JEHOVAH ſim DEUS veſter.

13. Factum itaque eſt in veſpera, ut aſcenderet [d] coturnix, & obtegeret caſtra: in matuta autem fuit poſitio rotis circa caſtra. d) *Num. 11, 31.* e) *Num. 11, 7.*

14. Cumque deſiit rotis poſitio: ecce, erat [e] ſuper facies deſerti contuſum quid, rotundum, contuſum ſicut pruina ſuper terra. *Neh. 9. 15. Pſ. 78, 24. Sap. 16, 20.*

15. Quod

15. Quod cum viderent filii Iſraëlis; dixerunt vir ad fratrem ſuum; Man (*donum ſingulare*) hoc: quia neſciverunt, quid eſſet: Moſes autem (*exponens*) dixit ad f) *Ioh. 6, 31.* eos; Hic eſt [f] panis, quem dedit JEHOVAH vobis in cibum.

16. Hoc eſt verbum, quod præcepit JEHOVAH; colligite de eo vir juxta cibum ſuum: Omerem in caput (*juxta*) numerum animarum veſtrarum; vir pro iis, qui in tentorio ejus, accipietis.

17. Fecerunt itaque ſic filii Iſraëlis: collegeruntque, qui numeroſam habebat familiam, & qui exiguam.

18. Menſi autem ſunt per Ometem: g) *2. Cor. 8, 15.* ita [g] ut non ſuperfluum acciperet, qui numeroſam habebat familiam, nec ei, qui exiguam, deeſſet: vir (*nimir.*) juxta cibum ſuum collegerunt.

19. Tum dixit Moſes ad eos; vir ne relinquat de eo uſque manè.

20. Sed non obediverunt Moſi; reliquum namque fecerunt homines (*quidam*) de eo uſque manè; quod verò produxit vermes, & computruit: quare ſuccenſuit illis Moſes.

21. Cæterum collegerunt illud quovis manè; vir juxta cibum ſuum: cum autem incaluit Sol, liquefactum eſt.

22. Factum verò eſt in die ſexto, ut colligerent cibum duplum, duos Omeres in ſingulos: veneruntque omnes principes, & annuntiarunt Moſi.

23. Qui dixit ad eos; Hoc eſt, quod locutus eſt JEHOVAH; Sabbathum, Sabbathum Sanctum erit cras: quod coquere volueritis, coquite, & quod elixare volueritis, elixate (*hodie;*) omne autem quod abundaverit (*ſupra demenſum hodierni diei,*) reponite vobis ad aſſervandum uſque manè.

24. Cumque reponerent illud uſque manè, ſicut præcepit Moſes, non computruit, neque vermis fuit in illo.

25. Dixit itaque Moſes; comedite illud hodiè, quia Sabbathum hodiè eſt JEHOVÆ; hodiè non invenietis in agro.

26. Sex dies colligetis illud: ſed in die ſeptimo Sabbathum eſt, non erit (*illud*) in eo.

27. Factum tamen eſt in die ſeptimo; exiverunt de populo ad colligendum: verum non invenerunt.

28. Quare dixit JEHOVAH ad Moſen; quouſque renuitis ſervare præcepta mea, & Legem meam?

29. Videte; quia JEHOVAH dedit vobis Sabbathum, ideò idem dat vobis in die ſexto panem duorum dierum. Sedete (*quilibet*) vir ſub ſe; ne egrediatur vir (*quiſquam*) è loco ſuo in die ſeptimo.

30. Tum quieverunt populus in die ſeptimo

31. Vocarunt autem domus Iſraëlis nomen ejus Man (*q. d. donum ſingulare, vel ſingulariter paratum:*) eratque ſicut ſemen coriandri album; guſtus verò ejus ſicut placentæ melle ſubactæ.

32. Præterea dixit Moſes; Hoc eſt verbum, quod præcepit JEHOVAH; Plenitudo Omeris eſto vobis ad aſſervandum in generationes veſtras; ut videant panem, quo cibavi vos in deſerto, quum educerem vos è terra Ægypti.

33. Dixit etiam Moſes ad Aharonem; ſume urnam unam, & repone ibi plenitudinem Omeris Man: & depone illud coram JEHOVAH, ad aſſervandum in generationes veſtras.

34. Quemadmodum ergò præcepit JEHOVAH Moſi: depoſuit illud Aharon coram Teſtimonio ad aſſervandum.

35. Cæterum filii Iſraëlis comederunt Man quadraginta annos, uſque [h] dum b) *Ioſ. 5, 12.* venerunt ad terram habitatam: Man (*inquam*) comederunt, uſque dum venerunt ad terminum terræ Canaan.

36. Omer porrò eſt decima pars Ephæ.

CAP. XVII.

Iſraël I. in Rephidim profectus, quod aquæ ibi non eſſent, contra Moſen contendit, & clamore eum egit ad Iehovam. à v. 1. Qui II. ex monſtrata Moſi petra & baculo percuſſa, aquas educit. à v. 4. Amalek III. ibi contra Iſraëlem pugnat: ſed à Joſua per preces Moſis debellatur. à v. 8. Propter quod IV. DEO altare erigitur: Amaleki autem exciſio præcipitur, & traditur. à v. 14.

POſteà profecti ſunt omnis cœtus filiorum Iſraëlis, è deſerto Sin, juxta itinera ſua, ad os JEHOVÆ, & caſtra metati

rati sunt in Rephidim: ubi non erat aqua, ut biberet populus.

a) Num. 20, 2. 2. Ideò [a] contendit populus cum Mose, dixerunque; Date nobis aquam, ut bibamus: quibus dixit Moses; Quid contenditis mecum? quid tentatis JEHOVAM?

3. Sed (*nihilominus*) sitim causatus est ibi populus erga aquas, murmuravitque populus contra Mosen: & dixit; Quare ascendere fecisti nos ex Ægypto, ad occidendum me, & filios meos, & pecora mea siti?

4. Clamavit itaque Moses ad JEHOVAM, dicendo; Quid facere debeo populo huic? adhuc parum (*abest,*) ut lapident me.

b) Exod. 14, 21. 5. Dixit verò JEHOVAH ad Mosen; Transi ante populum, & sume tecum de senioribus Israëlis: baculumque, quo [b] percussisti flumen (*Nilum,*) sume in manum tuam, & perge.

c) Num. 20, 11. Ps. 78, 16. 1. Cor. 10, 4. 6. Ecce, Ego stabo ante te ibi super petra in Chorebo: quumque [c] percusseris petram, exibunt ex eâ aquæ, ut bibat populus: fecitque sic Moses in oculis seniorum Israëlis.

d) Ps. 95, 8. 7. Vocavit autem nomen loci [d] Massah (*h. e. tentatio*) & Meribah (*h. e. contentio:*) propterea quod contenderunt filii Israëlis, & propterea quod tentarunt JEHOVAM, dicendo; num est JEHOVAH in medio nostri: nocne?

e) Num. 24, 20. Deut. 25, 17. 1. Sam. 15, 2. 8. Tunc venit [e] Amalek, & pugnavit cum Israële in Rephidim.

f) Sap. 11, 3. 9. Dixit ergò Moses ad Josuam; elige nobis viros, & exi, pugna [f] cum Amalek: cras ego consistam super capite collis; eritque baculus DEI in manu mea.

10. Fecit verò Josua, sicut dixit ipsi Moses, ad pugnandum cum Amalek: at Moses, Aharon & Chur ascenderunt in caput collis.

11. Factumque (*ab initio*) est: quando sustulit Moses manum suam, prævaluit Israël: sed quando demisit manum suam, prævaluit Amalek.

12. Cum ergò manus Mosis (*facta essent*) graves, sumserunt lapidem, posuerunque sub ipsum, & sedit super eo: Aharon autem & Chur sustentarunt manus ejus, hinc unus, alter ist hinc; quomodo factæ sunt manus ejus firmæ, usque dum occidit Sol.

g) Judic. 4 12, 13. 13. Atque sic debilitavit Josua [g] Amalekum & populum ejus ore gladii.

14. Denique dixit JEHOVAH ad Mosen; Scribe hoc, memoriale (*ut sit,*) in librum, & pone in aures Josuæ; quod delendo delecturus sim memoriam [h] Amaleki de-sub cœlo.

h) Num. 24, 20. Sam. 15, 3. 15. Ædificavit verò etiam Moses altare, vocavitque nomen ejus, JEHOVAH nissi (*h. e. Jehovah est vexillum meum.*)

16. Prætereaque dixit; quia manus super thronо JAH (*jurantis;*) bellum erit JEHOVÆ contra Amalekum, à generatione in generationem.

CAP. XIIX.

Jithro I. socer Mosis, uxorem huic filiosq; adducit; à quo obviam exeunte in tentorium deducitur. à v. 1. II. Enarrante Mose, quæ DEUS cum ipso fecisset, Jithro gavisus est, & Jehovæ benedicto sacrificia offert. à v. 8. Idem III. Mosi ad judicandum sedenti ordinandorum judiciorum consilium dat prudentissimum. à v. 13. Cui IV. Mose paret, & sic socerum in terram ipsius dimittit: à v. 24.

Cæterum audivit Jithro, Sacerdos (*Princeps Vicarius*) Midianis; socer Mosis, omne, quod fecit DEUS Mosi & Israëli cum ipso: quod (*nimir.*) eduxisset JEHOVAH Israëlem ex Ægypto.

a) Exod. 2, 22. 2. Sumsit itaque Jithro, socer Mosis, [a] Zipporam, uxorem Mosis, post dimissiones ejus.

3. Et duos filios ejus, quorum unius nomen Gerschom, quia dixit Ger (*h. e. peregrinus*) factus sum in terra aliena:

4. At nomen alterius Elieser; quia (*inquit*) DEUS patris mei fuit in auxilium mihi, & liberavit me à gladio Pharaonis.

5. Cumque venisset Jithro, socer Mosis, & filii hujus, & uxor hujus (*propè*) ad Mosen, ad desertum, ubi hic castra habebat, ad montem DEI:

6. Dixit ad Mosen (*per nuntium;*) Ego socer tuus Jithro venio ad te, & uxor tua, & filii ejus cum ea.

7. Tum exivit Moses in occursum soceri

soceri sui, & incurvavit se, & osculatus est eum, & interrogarunt vir socium suum de pace. Postea ingressi sunt tentorium:

8. Ubi enarravit Moses socero suo omne, quod fecit JEHOVAH Pharaoni & Ægyptiis propter causam Israëlis: omnem molestiam, quæ obvenit eis in via, & (*quod*) eripuit eos JEHOVAH.

9. Gavisus autem est Jithro super omni bono, quod fecit JEHOVAH Israëli, quem eripuit è manu Ægyptiorum.

10. Dixitque Jithro; Benedictus JEHOVAH, qui eripuit vos è manu Ægyptiorum, & è manu Pharaonis: qui (*inquam*) eripuit populum è-sub manu Ægyptiorum.

11. Jam novi, quod magnus sit JEHOVAH præ omnibus diis: quia (*judicavit*) in causa, qua superbè egerunt contra eos.

12. Insuper sumsit Jithro, socer Mosis, holocaustum & sacrificia DEO: venerunque Aharon & omnes Seniores Israëlis ad comedendum panem cum socero Mosis coram DEO.

13. Factum deinde est die postero, ut sederet Moses ad judicandum populum; stetitque populus juxta Mosen à manè usque ad vesperam.

14. Vidit autem socer Mosis, omne, quod faciebat populo: dixitque; Quæ res hæc est, quam tu facis populo? quare tu sedes solus, & omnis populus stat juxta te à mane usque ad vesperam.

15. Dixit verò Moses socero suo; quia venit ad me populus ad interrogandum DEUM.

16. Quando est illis causa, venit ad me, & judico inter virum & socium ejus; & nota facio statuta DEI, & leges ejus.

17. Tum dixit socer Mosis ad ipsum; Non bona est res, quam tu facis.

18. Emarcescendo emarcesces tàm tu, quàm populus hic, qui tecum est: quia gravior viribus tuis res est, non poteris facere eam solus.

19. Quare audi vocem meam, consulam (*enim*) tibi; erit autem DEus tecum: Esto tu populo à causis ad DEUM pertinentibus, ut adferas tu res ad DEUM.

20. Et commonefacias eos de statutis, & legibus; & notam facias eis viam, in qua ire debent, & opus, quod facere debent.

b) Num. 11, 16. Deut. 1, 13. 21. De cætero, tu circumspicies ex omni populo viros [b] cordatos, timentes DEI, viros veracitatis, odientes lucri: ponesque super eos (*in*) principes millium, principes centenorum, principes quinquagenorum, & principes decadum.

22. Ut judicent populum omni tempore: ità quidem, ut omnem rem gravem adferant ad te; omnem autem rem minorem judicent ipsi: devolve ergò (*onus*) à super te, ut portent tecum.

23. Si rem hanc feceris: & approbabit DEUS; & pote is consistere: quin etiam omnis populus hic super locum suum veniet cum pace.

24. Audivit itaque Moses vocem soceri sui; fecitque omne, quod dixit.

25. Elegit enim Moses viros cordatos ex omni Israële; & dedit eos capita super populum; principes millenorum, principes centenorum, principes quinquagenorum, & principes decadum.

26. Ut judicarent populum omni tempore: (*ita quidem, ut*) rem gravem adferrent ad Mosen; omnem autem rem exiguam judicarent ipsi.

27. Posteà dimisit Moses socerum suum: qui ivit sibi ad terram suam.

CAP. XIX.

Filij Israël I. è Rephidim ad Sinaj venit. v. 1. 2. Ubi I. Jehovah vocato ad se in montem Mose, in peculium eos adoptat. à v. 2. Iisdem III. adventum suum super montem ind cit. v. 9. IV. sanctificari eos & parari ad audiendum jubet. à v. 10. V. Cum tonitruis & fulgetris tremendo in montem descendit. à v. 16. VI. Sacerdotes denuò & populum de hortatur à propripiendo ad montem à v. 20.

IN mense tertio ab exitu filiorum Israël è terra Ægypti: in (*ipso*) die hoc venerunt in [a] desertum Sinaj:

a) Num. 33, 15. 2. Nimirum, profecti sunt è Rephidim, & venerunt in desertum Sinaj, & castra metati sunt in deserto. Cumque castra metatus est Israël ibi è regione Montis:

3. Ascendit Moses ad DEUM: clamavitque

vitque ad [b] eum JEHOVAH de monte dicendo; sic dices domui Jacob, & annuntiabis filiis Jisraël; b) Act. 7,38

4. Vos [c] vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, & (*quòd*) tulerim vos super alis aquilarum, & adduxerim vos ad me. c) Deut. 29, 1.

5. Jam verò si audiendo audiveritis vocem meam, & custodiveritis [d] fœdus meum: eritis mihi in peculium ex omnibus populis. Mea namque est [e] omnis terra quidem: d) Deut. 5, 2. e) Ps. 24, 1. 50, 12.

6. Sed vos tamen eritis mihi [f] regnum sacerdotum, & populus sanctus. Hæc sunt verba, quæ loqueris ad filios Jisraël.] f) 1 Petr. 2, 9.

7. Venit itaque Moses, & convocavit Seniores populi, & proposuit illis omnia verba ista, quæ præcepit ipsi JEHOVAH.

8. Responderunt verò omnis populus simul, & dixerunt; omne, quod locutus est JEHOVAH, faciemus: retulitque Moses verba populi ad JEHOVAM.

9. Tum dixit JEHOVAH ad Mosen; Ecce, EGO veniam ad te in nebula nubis; ut audiat populus; quando locutus fuero ad te, etiamque in te credant in æternum: retulitque Moses verba populi (*etiam ad istud responsa*) ad JEHOVAM.

10. Quare dixit JEHOVAH ad Mosen; abi ad populum, & sanctifica eos hodie & cras; ut lavent vestes suas.

11. Et sint parati in diem tertium: quia in die tertio descendet JEHOVAH in oculis omnis populi super montem Sinaj.

12. Circumsepies autem populum circumcirca, dicendo (*simul;*) cavete vobis ab ascendendo in montem, & tangendo eum (*vel*) in extremitate ejus: omnis (*enim,*) qui tetigerit montem, moriendo morietur.

13. Non (*inquam*) tanget eum [g] manus: quia lapidando lapidabitur aut jaculis conficiendo conficietur; sive bestia, sive vir fuerit, non vivet: quum trahetur Jobel (*buccinans,*) ascendent illi (*demum*) in montem. g) Hebr. 12, 18.

14. Descendit itaque Moses è monte ad populum; & sanctificavit populum, ut lavarent vestes suas:

15. Dixitque ad populum; Estote parati post dies tres: ne accedite ad mulierem.

16. Factum verò est in die tertio, quum factum esset manè, ut essent voces, & fulgura, & nubes gravis super monte; itemque vox buccinæ valde vehemens: ut trepidaret populus qui in castris erat. Rom. 4, 15.

17. Tum verò [h] eduxit Moses populum in occursum DEI è castris: constiteruntque in ima montis parte. h) Deut. 4, 11.

18. Mons autem Sinaj totus fumabat, propterea quod descendit super eum JEHOVAH in igne: adeò ut ascenderet fumus ejus, sicut fumus fornacis, contremisceretque totus mons valdè.

19. Fuit etiam vox buccinæ pergens & invalescens valdè: Moses loquebatur, & DEUS respondebat ei voce.

20. Cæterum quum descendisset JEHOVAH super montem Sinaj, super caput montis, vocavit JEHOVAH Mosen ad caput montis: ascenditque Moses.

21. Tum dixit JEHOVAH ad Mosen; descende, obtestare populum; ne forte proripiant se ad JEHOVAM, ad videndum, cadantque de eo multi

22. Quin etiam Sacerdotes, appropinquantes ad JEHOVAM, sanctificabunt se, ne rupturam in iis faciat JEHOVAH.

23. Dixit quidem Moses ad JEHOVAM; non poterit populus ascendere ad montem Sinaj, quia tu testatus es contra nos, dicendo; circumsepi montem, & sanctifica eum.

24. Sed dixit ad eum JEHOVAH; I, descende (*denuò:*) postèa ascende tu, & Aharon tecum, sacerdotes autem & populus ne proripiant se ad ascendendum ad JEHOVAM, ne rupturam faciam in iis.

25. Descendit ergò Moses ad populum, & dixit ad eos (*ista.*)

CAP. XX.

DEUS I. verba Decalogi de monte Sinaj ad populum Iisraëliticum utitur. à v.1. II. Populus vocibus, facibus, sono buccinæ, & fumo montis territus Mosen mediatorem petit, & impetrat. à v.15. Per quem III. DEUS tum cultum falsorum deorum prohibet; tum structuram altaris sibi temporarij præscribit. à v.19

DEinde [a] locutus est DEUS omnia verba hæc, dicendo; a) Deut. 5, 6.

2. Ego sum JEHOVAH DEUS tuus; Ps. 81, 11. Levit. 25, 55.

tuus; qui eduxi te è terra Ægypti, è domo servorum:

3. Non erit tibi [b] DEUS alius ante faciem meam: b) Ios. 24, 17.

4. Non facies tibi [c] sculptile, aut ullam figuram, quæ in cœlis desuper, & quæ in terra infrà, & quæ in aquis sub terra: c) Deut. 4, 15. 16. Ps. 97, 7.

5. Non incurvabis te illis, & non coles ea; quia ego JEHOVAH DEUS tuus sum DEUS Zelotes, visitans iniquitatem patrum (*etiam*) super filios, super tertiam & quartam generationem; quantum ad osores meos;

6. Et faciens misericordiam in mille generationes, quantum ad amantes me, & observantes præcepta mea. d) Lev. 19, 12. Deut. 5, 11. Matth. 5, 33.

7. Non sumes [d] nomen JEHOVÆ DEI tui in vanum: quia non innocentem habebit JEHOVAH eum, qui sumserit nomen ipsius in vanum.

8. Memento diei [f] Sabbathi, ad sanctificandum eum: e) Lev. 24, 16. f) Exod. 23, 12. 31, 14. 35, 2.

9. Sex dies laborabis, & facies omne opus tuum: Deut. 5, 13.

10. At dies septimus Sabbathum esto JEHOVÆ DEO tuo; non facies ullum opus, tu & filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, & bestia tua, & peregrinus tuus, qui in portis tuis: Ier. 17, 21 Exod. 20, 11.

11. Quia [g] sex diebus fecit JEHOVAH cœlum, & terram, mare, & omne, quod in iis est, quievitque in die septimo; ideò benedixit JEHOVAH diei Sabbathi, & sanctificavit eum. g) Gen. 2, 1, 2, 3.

12. Honora [h] patrem tuum, & matrem tuam: ut prolongentur dies tui super terra, quam JEHOVAH DEUS tuus dat tibi. h) Deut. 5, 16. Matth. 15, 4. Eph. 6, 2.

13. Non [i] occides: non [k] mœchaberis: non furaberis: non respondebis contra proximum tuum (*ita ut sis*) testis falsus. i) Matt. 5, 21. k) Matt. 5, 27. 19, 9.

14. Non concupisces domum proximi tui: non [l] concupisces uxorem proximi tui, & servum ejus, & ancillam ejus, & bovem ejus, & asinum ejus, & omne quod est proximo tuo. l) Rom. 7, 7. 13, 9.

15. Cum autem omnis populus videret voces, & faces, & vocem buccinæ, & montem fumantem: cum videret (*inquam*) populus, commoti sunt, steteruntque è longinquo,

16. Dixeruntque ad [m] Mosen; Loquere tu nobiscum, (*nam te*) audiemus: non autem loquatur nobiscum DEUS, ne forte moriamur. m) Rom. 3, 20. 4, 14. 5, 13. 7, 7. Hebr. 12, 18.

17. Sed dixit Moses ad populum; ne timeatis; quia propterea, (*tantum*) ut tentaret vos, venit DEUS, (*hoc modo terribili*) & ut sit timor ipsius ante facies vestras, ne peccetis.

18. Stetit tamen populus e longinquo: Moses autem accessit ad caliginem, ubi DEUS erat.

19. Tum dixit JEHOVAH ad Mosen, Sic dices ad filios Jisraël; Vos vidistis, quod è cœlo locutus sim vobiscum:

20. Non ergo facietis mecum (*quicquam:*) DEOS argenti, aut DEOS auri (*inprimis*) non facietis vobis.

21. [n] Altare terræ facies mihi, ut sacrifices super illo holocausta tua, & pacifica tua; greges tuos, & armenta tua: in quovis (*donec*) loco, ubi memoriam statuero nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi. n) Exod. 27, 8. 38, 7.

22. Quod si (*tamen*) altare [o] lapidum facies mihi, non ædificabis illos cæsos: quia si cælum moveris super eos, profanabis eos. o) Deut. 27, 5. Ios. 8, 31.

23. Sed nec ascendes in gradibus (*altis*) super altare meum; ne reveletur nuditas tua super illo.

CAP. XXI.

Leges ferunses DEUS sancit I. de servo Hebræo, à v.1. II. De filia in ancillam venditâ. à v.7. III. De homicidio & parricidio. à v.12. IV. De plagio. v.16. V. De maledicente patri vel matri. v.17. VI. De percussione viri lapide aut pugno, servi, vel ancillæ, mulieris gravidæ. à v.18. VII. De bove cornupeta, aut in foveam incidente, aut furto ablato. à v.28.

PORRÒ, hæc sunt judicia (*politica,*) quæ pones ante eos.

2. Quum emeris [a] servum Hebræum, sex annis serviet: sed in septimo exibit tanquam liber gratis. a) Lev. 25, 39. Deut. 15, 12. Ier. 34, 14.

3. Si cum corpore suo (*solo*) venit, cum corpore suo (*solo*) exibit: sin maritus mulieris (*venit.*) exibit uxor ejus cum ipso.

4. Sin Dominus ejus dederit ei uxorem, pepere-

pepererit̃que ei filios aut filias: uxor & liberi hujus erunt Domini ſui: ille autem exibit cum corpore ſuo (*ſolo.*)

5. Quod ſi dicendo dixerit ſervus; diligo Dominum meum, & uxorem meam, & liberos meos; non exibo liber:

6. Adducet eum Dominus ejus ad Deum, & adducet eum ad januam, aut ad poſtem (*aliquem;*) perforabitque Dominus ejus aurem ejus ſubula, ut ſerviat ipſi in perpetuum.

7. Quando porrò vendiderit vir filiam ſuam in ancillam: non exibit, ſicut exeunt ſervi.

8. Si mala fuerit in oculis Domini ejus, ut̃non deſponſet eam, redimi eam patiatur: populo (*enim*) alienigenæ non habebit poteſtatem vendendi eam, perfidè agendo cum eâ.

9. Quòd ſi filio ſuo deſponſaverit eam; juxta morem filiarum faciet illi.

10. Si aliam (*mox*) acceperit ſibi, alimentum ejus, tegumentum ejus, & debitum conjugale non diminuet.

11. Quòd ſi tria iſta non fecerit illi: exibit gratis, ſine pecunia.

b) *Gen. 9,6. Lev.24, 17. Num.35, 16.* 12. Qui percuſſerit [b] virum, ut moriatur, moriendo morietur.

13. Equidem ſi non inſidiatus (*illi*) fuerit, ſed Deus objecerit manui ejus: conſtituam tibi [c] locum, quò confugiat.

c) *Num. 35,12. Deut.19, 11. Joſ.20,2.* 14. At ſi propoſitum habuerit adverſus ſocium ſuum occidendi hunc cum dolo: à-cum altari meo abſtrahes eum, ut moriatur.

d) *Lev. 20,9.* 15. Qui percuſſerit [d] patrem ſuum vel matrem ſuam, moriendo morietur.

e) *Deut. 24,17.* 16. Qui [e] furatus fuerit virum, eumque vendiderit, ſed inventus fuerit in manu ejus, moriendo morietur.

f) *Deut. 21,18. 27,16. Prov.20, 20. 30,17. Matth. 15,4. Marc.7, 10.* 17. Si quis [f] maledixerit patri ſuo vel matri ſuæ, moriendo morietur.

18. Quod ſi rixati fuerint viri, percuſſeritque vir ſocium ſuum lapide aut pugno, ut non moriatur quidem, ſed decumbat tamen in lecto:

19. Si ſurrexerit & ambulaverit foris ſuper ſcipione ſuo, inſons erit percuſſor: attamen ceſſationem ejus reddet, & curando curabit.

20. Quando verò percuſſerit vir ſervum ſuum vel ancillam ſuam baculo, ut moriatur ſub manu ipſius: vindicando vindicabitur.

21. Veruntamen ſi per diem aut biduum ſupervixerit, non vindicabitur: quia argentum ipſius eſt.

22. Si quando rixati fuerint viri, percuſſerintque mulierem gravidam, ut exeant partus ejus, non tamen contingat (*ipſi*) damnum: mulctando mulctabitur, prout impoſuerit ei maritus mulieris, dabitque coram judicibus.

23. Quod ſi damnum contigerit: dabis [g] animam pro anima:

g) *Lev. 24,20. Deut.19, 21. Matth. 5,38.* 24. Oculum pro oculo: dentem pro dente: manum pro manu: pedem pro pede:

25. Uſtionem pro uſtione, vulnus pro vulnere: plagam pro plaga.

26. Si quando percuſſerit vir oculum ſervi ſui, aut oculum ancillæ ſuæ, eumque corruperit: liberum dimittet ipſum pro oculo ipſius.

27. Ita ſi dentem ſervi ſui excuſſerit: liberum dimittet ipſum pro dente ipſius.

28. Si quando cornu ferierit bos virum aut mulierem, ut moriatur: lapidando lapidabitur bos, nec comedetur caro ejus; dominus tamen bovis innocens erit.

29. Quod ſi bos cornupeta ab heri & nudius tertius fuit, teſtatumque hoc factum domino ejus, nec cuſtodivit eum, atque ſic occidit virum aut fœminam: bos lapidabitur, etiamque dominus ejus occidetur.

30. Si tamen redemtio impoſita fuerit ei: dabit redemtionem animæ ſuæ, juxta omne, quod impoſitum fuerit ipſi.

31. Aut (*ſi*) filium ferierit, aut filiam (*ſi*) ferierit: juxta jus idem fiet ei.

32. Si (*verò*) ſervum ferierit bos aut ancillam: argentum triginta ſiclorum dabit domino ejus; at bos lapidabitur.

33. Si quando aperuerit vir foveam; aut quando foderit vir foveam, nec operuerit eam: ceciderit autem eò bos aut aſinus: dominus foveæ reſtituet, argentum reddet domino ejus; at cadaver ipſius erit.

34. Si

35. Si quando percuſſerit bos viri bovem ſocii ejus, ut moriatur: vendent bovem vivum, & dividunt argentum ejus; ntiamque cadaver dividunt.

36. Si autem notum fuit, quod bos cornupeta fuiſſet ab heri & hudius tertius; nec cuſtodivit eum Dominus ejus: reſtituendo reſtituet bovem; cadaver autem ipſius erit.

37. Quando furatus fuerit vir bovem aut pecudem, & mactaverit illud, aut vendiderit illud: quinque boves reſtituet pro

h) *2.Sa. 12, 6. Prov.6, 31.* bove; & [h] quatuor pecudes pro pecude.

CAP. XXII.

Leges ſerenſes continuantur IIX. de ſure in perfoſſione deprehenſo. à v.1. IX. De reſtitutione furti. à v.2.3. X. De depaſtione & incendio agri vel vineæ. v.4.5. De depoſito XI. argenti aut vaſis, aut beſtiæ. à v.6. XII. De commodato. vs 13. 14. XIII. De virgine ad ſtuprum perſuaſa. v.15.16. XIV. De præſtigiatrice, beſtiario, idololatra, à v.17. XV. De Peregrino, vidua & orphano. à v. 20. XVI. De mutuo & pignore pauperis. à v. 24. XVII. De non maledicendo DEO aut principi, v.27. XIX. De primitiis & primogenitu. v. 28. 29. XIX. De diſcerpta in agro. v.30.

SI in perfoſſione deprehenſus fuerit fur, percuſſuſque, ut moriatur: non (*imputabuntur*) illi (*percuſſori*) ſanguines.

2. Sin exortus fuit Sol ſuper eo, ſanguines ipſi (*imputabuntur.*) Reſtituendo autem reſtituet (*aliàs, ut dixi;*) ſin non tantum ſit ei, vendetur pro furto ſuo.

3. Sin inveniendo invenietur in manu ejus furtum, à bove uſque ad aſinum, (&) uſque ad pecudem, viventes: duplum reſtituet (*tantùm.*)

4. Si depaverit vir agrum aut vineam, dum immiſerit beſtiam ſuam, ut paſcat in agro alterius: optimum agri ſui & optimum vineæ ſuæ reſtituet.

5. Quando exit ignis, & apprehendit ſpinas, ita ut comedatur acervus (*frumenti*) aut ſeges (*ſtans*) aut ager: reſtituendo reſtituet is, qui autor fuit incendii.

6. Si quando dabit vir ſocio ſuo argentum aut vaſa ad cuſtodiendum; ſed furto (*res*) auferetur è domo viri: ſi inventus fuerit fur, duplum reſtituet.

7. Si non invenietur fur, adducetur Dominus domûs ad Deum: an non miſerit manum ſuam in opus (*rem*) ſocii ſui?

8. Super quocunque verbo prævaricationis (*negantis*) ſuper bove, ſuper aſino, ſuper pecude, ſuper veſte, ſuper omni re perditâ, de qua dixerit, (*quis*) quod (*ſuum*) hoc vel illud ſit, uſque ad Deum veniet verbum utriuſque: quem condemnabit Deus: reſtituet duplum ſocio ſuo. *Joh. 10, 36.*

9. Si quando dederit vir ad ſocium ſuum aſinum, aut bovem, aut pecudem, vel quamcunque beſtiam ad cuſtodiendum: mortuumque fuerit (*iſtud,*) aut fractum, aut captivum abductum, nec viderit quiſquam:

10. Juramentum Jehovæ erit inter ambos; annon miſerit manum ſuam in opus ſocii ſui? tum ſumet reliquum dominus ejus, nec (*alter*) reſtituet.

11. Si furto ablatum fuerit à-cum ipſo, [a] rependet Domino ejus. a) *Gen. 31,39.*

12. Si diſcerpendo diſcerptum fuerit, adducet de eo teſtem: (*tum*) diſcerptum non reſtituet.

13. Si quando commodato acceperit vir à-cum ſocio (*quid,*) fractum verò vel mortuum fuerit: (*ſi*) Dominus ejus non ſit cum eo, reſtituendo reſtituet.

14. Sin dominus ejus cum ipſo ſit, non reſtituet. Si mercede conductum ſit: veniet pro mercede ſua.

15. Si perſuaſerit vir [b] virgini, quæ b) *Deut. 22,28.* non deſponſata, ut cubet cum ea: dote dotabit eam ſibi in uxorem.

16. Si renuendo renuet pater ejus dare eam illi: argentum pendet, quantum eſt dos virginum.

17. [c] Præſtigiatricem non vivificabis. c) *Lev. 20,27.*

18. Quiſquis cum [d] beſtia coiverit, moriendo morietur. d) *Deut. 27,21. Lev.20, 15.*

19. Sacrificans diis, devovebitur; niſi Jehovæ ſoli.

20. [e] Peregrinum autem non premes, neque eum oppiimes: quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti. e) *Lev. 19,33. Deut 10, 18,19. 24,17. Zach.7, 10.*

21. Ullam viduam aut orphanum non affligetis.

22. Sin affligendo afflixeris eum: tum, ſi cla-

si clamando clamaverit ad me, audiendo audiam clamorem ejus:

23. Exardescetque ira mea, & occidam vos gladio; ut fiant uxores vestræ viduæ, & filii vestri orphani.

f) *Lev. 25,36. Deut 23, 19.* 24. Si [f] argentum mutuò dederis populo meo, pauperi apud te, non eris ei sicut fœnerator: non ponetis super eum fœnus.

g) *Deut, 24,12.13* 25. Si oppignerando [g] oppignerave-ris vestem socii tui: antequam occidat Sol, restitues eam illi.

26. Quia hæc operimentum ejus sola, vestis hæc ejus pro cute ejus: super quo (*ergò*) cubabit? erit itaque, quando clamabit ad me, ut audiam; quoniam miserans ego sum.

h) *Act. 23,5.* 27. [h] Deo non maledices, & principem in populo tuo non execraberis.

28. Primitias frugum tuarum, & primitias vini tui non differes: [i] primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.

i) *Exod. 13,12. Ez. 44, 30.* 29. Sic facies bovi tuo, & pecori tuo: septem [k] diebus erit cum matre sua; octavo die dabis illud mihi.

k) *Lev. 22,27.28* 30. Porrò viri sanctitatis eritis mihi: l) *Lev. 22,8. Ez.44, 31.* ideò carnem [l] in agro discerptam non comedetis, canibus projicietis eam.

CAP. XXIII.

Alia Leges forenses. XX. De vitando in Judicio vana fama, & communione cum impiis. à v. 1. XXI. De bove inimici errante, & asino succumbente, v. 4.5. XXII. De non flectendo Judicio, vitando mendacio, non occidendo justo, non accipiendo munera. à v. 6 XXIII. De peregrino. v 9. XXIV. Anno septimo intermissionis, & Sabbatho v. 10.11. XXV. De diis falsis non nominandis. v. 13. XXVI. De tribus annis festis. à v. 14. XXVII. De sacrificiis & primitiis. v. 19. Additæ promissiones. I. De Angelo Domini ducturo. à v. 20. II. Protolentibus, non deos falsos, sed Jehovam. à v. 24. III. De Expulsione Canaanæorum. à v. 27.

a) *Levi 19,15.* NOn accipies [a] famam vanitatis: non pones manum tuam cum impio, ut sis testis violentiæ.

2. Non eris post multos ad mala: neque respondebis super lite, ad declinandum post multos, ad inflectendum judicium.

3. Neque pauperem honorabis in lite ipsius.

4. Si occurreris bovi [b] inimici tui, aut asino erranti, reducendo reduces eum illi. b) *Deut. 22,1.*

5. Si quando videris asinum inimici tui opprimendum sub onere suo, si quidem (*solus impar*) cessaveris à removendo ab eo: removendo (*tamen*) removebis cum illo.

6. Non inflectes judicium pauperis tui in lite ipsius.

7. A verbo mendacii procul aberis: & [c] innocentem ac justum non occides; quia non justificabo impium. c) *Sus. 3.*

8. Munus quoque [d] non accipies: quia munus excœcat videntes, & pervertit verba justorum. d) *Deut. 16,19. Sir.20,31*

9. Neque [e] peregrinum opprimes: sed vos potius agnoscetis animam peregrini; quia [f] peregrini fuistis in terra Ægypti. e) *Exod. 22,21. Lev. 19, 33.* f) *Gen. 46,5.*

10. Porrò sex annis conseres terram tuam, & colliges (*inde*) proventum ejus.

11. Septimo autem intermittes eam, & relinques eam; ut comedant pauperes populi tui, & residuum istorum comedat fera agri: sic facies vineæ tuæ, & oliveto tuo.

12. Sex [g] diebus facies opera tua: die autem septimo cessabis: ut quiescat bos tuus, & asinus tuus, respirerque filius ancillæ tuæ, & peregrinus. g) *Exod. 20, 8. 34,21. 35, 2. Deut. 5, 12.*

13. Quin in omnibus, quæ dixi ad vos, cavebitis vobis: nomen inprimis deorum aliorum non memineritis, non audiatur ex ore tuo.

14. [h] Tribus vicibus feriaberis mihi in anno. h) *Lev. 23. 2. Deut. 6, 1.*

15. Festum (*nimir.*) [i] azymorum observabis: septem diebus comedes azyma, quemadmodum præcepi tibi, statu tempore mensis Abib; quia in eo existi ex Ægypto: non verò videbuntur facies meæ vacuè. i) *Exod. 13,3. 34,18. Lev. 23, 6.*

16. Deinde festum messis, primitiarum operum tuorum, quæ seminaveris in agro: & (*tandem*) collectionis (*ultimæ*) in exitu anni, quum colliges (*ultimùm*) opera tua ex agro.

17. Tri-

k) *Exod. 34,23. Deut. 16, 16.* 17. [k] Tribus (*istis*) vicibus in anno, comparebit omnis masculus tuus ante faciem Domini Jehovæ.

18. Non sacrificabis super fermentato sanguinem sacrificii mei: neque pernoctabit adeps festi mei usque manè.

19. Primitias primitiarum terræ tuæ adferes in domum Jehovæ Dei tui: non l) *Exod. 34,26. Deut. 14,21.* [l] elixabis hœdum in lacte matris ipsius.

20. Ecce, Ego mitto [m] Angelum coram te, ad custodiendum te in via, & ad deducendum te ad locum, quem præparavi. m) *Exod.23,20,34 33,2. Ios. 24, 12.*

21. Caveto tibi à faciebus Ejus, & audi vocem Ejus; nec exacerba Eum: quia non sustinebit prævaricationem vestram; quoniam nomen meum in medio Illius est.

22. Quod si audiendo audieris vocem Ejus, & feceris omne, quod loquetur: inimicum agam erga inimicos tuos, & angam eos, qui angunt te.

23. Quum iverit Angelus meus coram te, & deduxerit te ad Emoræum, & Chitthæum, & Perisæum, & Canaanæum, Chivvæum & Jebusæum & excidero eum (*omnem.*)

24. Non incurvabis te diis illorum, neque coles eos, neque facies juxta opera illorum: sed destruendo destrues eos, & confringendo confringes statuas eorum.

25. Coletis autem Jehovam Deum vestrum, ut benedicat panibus tuo, & aquis tuis; amoveamque morbum è medio tui.

n) *Deut. 7,14.* 26. (*Sic*) non [n] erit abortiens aut sterilis in terra tua: numerum dierum tuorum implebis.

27. Terrorem mei mittam ante facies tuas, & turbabo omnem populum, adversus quos veneris: daboque omnes inimicos tuos tibi ita, in cervicem (*fugam.*)

o) *Deut. 7, 20.* 28. Imo mittam [o] crabronem coram te, qui expellat Chivvæum, Canaanæum, & Chitthæum à coram te.

29. Non (*tamen*) expellam eum (*omnem*) à faciebus tuis in anno uno: ne forte fiat terra solitudo, & multiplicetur contra te fera agri.

30. Paulatim, paulatim expellam eum à faciebus tuis: donec auctus fueris, ut hæreditare possis terram.

31. Ponam verò terminum tuum à mari Suph usque ad mare Philistæorum, & à deserto usque ad fluvium (*Euphratem.*) dabo enim in manum tuam habitatores terræ, & expellam eos à faciebus tuis.

32. Non panges [p] cum iis aut diis eorum fœdus. p) *Exod. 34,12. Deut.7, 2.*

33. Non habitabunt in terra tua; ne forte peccare faciant te mihi: quia, quando coles deos eorum, utique (*hoc*) erit tibi in laqueum.

CAP. XXIV.

Moses I. accepto de ascensu Aharonis filiorumq;, & Seniorum, in montem mandato, ad populum redit; cui verba Jehovæ refert. à v. 1. II. Super quibus scripsit, & sperso super illorum, & populum sacrificiorum sanguine fœdus erigit. à v. 4. III. Cum Aharone & Senioribus in Sinai ascendit: ubi gloriam DEI vident. à v 9. IV. Postea cum Iosua solo ascendit ad accipienda præcepta & Leges DEI, à v. 12.

CÆterum ad Mosen (*jam ascensurum*) dixit (*Jehovah;*) ascende (*posteà*) ad Jehovam, tu, & Aharon, Nadab, & Abihu, & septuaginta de Senioribus Israëlis: incurvabitis autem vos è longinquo.

2. Moses quidem appropinquabit solus ad Jehovam (*proximè,*) at illi non appropinquabunt: populus verò non ascendet cum eo.

3. Rediit ergò Moses, & renuntiavit populo omnia verba Jehovæ, & omnia judicia: respondit que omnis populus voce unâ, & dixerunt; omnia verba, quæ locutus est Jehovah, faciemus.

4. Scripsit deinde Moses omnia verba Jehovæ, & surrexit manè sub auroram, ædificavitque altare infra montem: & duodecim statuas pro duodecim tribubus Israëlis.

5. Misitque juvenes filiorum Israëlis; qui obtulerunt holocausta, & sacrificarunt sacrificia pacifica Jehovæ, juvencos.

6. Postea sumsit Moses dimidium sanguinis, posuitque in crateribus: dimidium autem sanguinis sparsit super altare.

7. Mox sumsit librum fœderis, legitque in auribus populi; qui dixerunt, omne

quod locutus eſt JEHOVAH, faciemus & audiemus.

a) Hebr. 9, 22. 8. Tum ſumſit Moſes [a] ſanguinem, & ſparſit ſuper populum: dixitque; Ecce, ſanguis fœderis, quod pepigit JEHOVAH vobiſcum, ſuper omnibus verbis his.

9. Deinde aſcendit Moſes & Aharon, Nadab, & Abihu, & ſeptuaginta Seniores Iſraëlis.

10. Viderunt que DEUM Iſraëlis: ſub cujus pedibus erat quaſi opus lapidis Sapphiri, & quaſi ſubſtantia cœli, quoad munditiem:

11. Attamen contra electos Iſraëlis non emiſit manum ſuam. Cumque vidiſſent DEUM, comederunt & biberunt.

12. Poſt dixit JEHOVAH ad Moſen; aſcende ad me in montem, & eſto ibi: dabo enim tibi tabulas lapidis, & legem, & præceptum, quæ ſcribam ad docendum eos.

13. Surrexit itaque Moſes, & Joſua miniſter ejus. Cumque aſcendere vellet Moſes in montem DEI:

14. Ad Seniores dixit; ſedete nobis in hoc loco, uſque dum revertemur ad vos: & ecce Aharon & Chur vobiſcum ſunt: quiſquis habuerit verba (*negotia,*) accedat ad eos.

15. At cum aſcendiſſet Moſes in montem, obtexit nubes montem:

16. Habitavitque gloria JEHOVÆ ſuper monte Sinaj, & obtexit eum ſex dies: vocavit autem ad Moſen in die ſeptimo è medio nubis.

17. Sed ſpecies gloriæ JEHOVÆ erat ſicut ignis comedens in capite montis, ante oculos filiorum Iſraëlis.

18. Ingreſſus itaque eſt Moſes in medium nubis, & aſcendit in montem (*ſummum:*) fuitque Moſes in monte [b] quadraginta dies & quadraginta noctes.

b) Exod. 34, 28. Deut. 9, 11.

CAP. XXV.

Moſi in monte à DEO accipit mandatum I. Generale, de Therumah à populo colligenda, & extruend habitaculo. à v. 1. II. Specialia: primum; de ſtructura Arcæ fœderis, & ad eam pertinentibus. à v. 10. Secundum; de menſâ panum propoſitionis. à v. 23. Tertium; de candelabro. à v. 31.

IBi locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Loquere ad filios Iſraël, ut accipiant mihi Thrumam (*collectam:*) à cum omni viro, quem [a] ſponte impulerit cor ipſius, accipient collectam meam. a) Exod. 35, 5.

3. Hæc autem erit collecta, quam accipient à cum illis; aurum, & argentum, & æs:

4. Et hyacinthinum, & purpura, & dibaphum coccineum, & linum Xylinum, & lana caprarum:

5. Et pelles arietum ruforum, & pelles melium, & ligna Schittim (*cedrorum nobiliſſimarum ſic dictarum:*)

6. Oleum pro candelabro; odoramenta pro oleo unctionis; & pro ſuffimento aromata.

7. Lapides Sardonychum, & lapides implectionum, pro Ephodo & pro pectorali.

8. Ut faciant mihi [b] ſanctuarium: & habitem in medio eorum. b) Lieb. 9, 2.

9. Juxta omne, quod ego monſtro tibi, formam (*ſcil.*) [c] habitaculi & formam omnium vaſorum ejus; ſic, inquam, facietis. c) Exod. 26, 30.

10. Inprimis facient [d] arcam lignorum Schittim (*cedrorum:*) duo cubiti & dimidius erit longitudo ejus; & cubitus ac dimidius, latitudo ejus; & cubitus ac dimidius altitudo ejus. d) Exod. 37, 1.

11. Obduces autem eam auro puro; intus & foris obduces eam: faciesque ſupra eam limbum auri circumcirca.

12. Fundes inſuper pro eâ quatuor annulos auri, & abiſque ſuper quatuor angulos ejus: ita ut duo annuli ſint ſuper latere ejus uno, & duo annuli ſuper latere ejus altero.

13. Poſt facies vectes lignorum (*cedrorum*) Schittim: & obduces eos auro.

14. Immitteſque vectes in annulos (*qui erunt*) ſuper lateribus arcæ: ad portandum arcam per illos.

15. In annulis arcæ erunt vectes: ita ut non recedant ab ea.

16. [e] Dabis autem in arcam Teſtimonium, quod daturus ſum tibi. e) Exod. 40, 20.

17. Facies porro [f] propitiatorium (*ex*) auro puro; duo cubiti & dimidius f) Exod. 37, 6.

erit

erit longitudo ejus; & cubitus ac dimidius, latitudo ejus.

18. Facieſque duos Cherubos, (*qui ſint*) aurum: opus ſolidum facies eos, à duabus extremitatibus propitiatorii.

19. Fac, inquam, Cherub unum ab extremitate hinc, & Cherub alterum ab extremitate illinc: ex propitiatorio facietis Cherubos ſuper duabus extremitatibus ejus:

20. Ita ut ſint Cherubi expandentes [g] alas ſuas ſurſum, obtegentes alis ſuis propitiatorium; facieſque eorum (*ſint*) viri verſus ſocium ſuum: verſus propitiatorium erunt facies eorum. g) Exod. 37, 9.

21. Denique dabis propitiatorium ſuper arcam ſuperius: in arcam autem dabis Teſtimonium, quod daturus ſum tibi.

22. Tum conveniam Te ibi, & loquar tecum de ſuper propitiatorio, ab inter duos Cherubos, qui (*erunt*) ſuper arca Teſtimonii, omne quod præcepturus ſum tibi ad filios Iſraël.

h) Exod. 37, 10. Heb. 9, 3. 23. Præterea facies [h] menſam lignorum (*cedrorum*) Schittim: duo cubiti (*erunt*) longitudo ejus; & cubitus, latitudo ejus; & cubitus & dimidius, altitudo ejus.

24. Obduces autem eam auro puro: facieſque ei limbum (*ſertum*) auri, circumcirca.

25. Facies etiam illi tæniam palmi circumcirca; facieſque limbum (*ſertum*) auri tæniæ ejus circumcirca.

26. Facies quoque ei quatuor annulos auri: dabiſque annulos ſuper quatuor angulos, qui erunt quatuor pedibus ejus.

27. Propè ſertum erunt annuli, ut intrent vectes, ad portandum menſam.

28. Vectes verò hos facies ex lignis (*cedrorum*) Schittim; obduceſque eos auro: ut portetur iis menſa.

29. Denique facies ſcutulas ejus, & acetras ejus, & ſcutellas ejus, & ſcopulas ejus, quibus integatur: aurum purum (*eſſe*) facies eas.

i) Sam. 21, 6. 30. Poſteà dabis ſuper menſam [i] panem facierum coram faciebus meis jugiter.

k) Exod. 37, 17. 31. Porrò facies [k] candelabrum auri puri: ſolidum fiet candelabrum, ita ut ſcapus ejus, & calamus ejus, ſcyphi ejus, mala oblonga ejus, & flores ejus ex ipſo ſint.

32. Sex autem calami exibunt ex lateribus ejus: tres calami candelabri ex latere ejus uno; & tres calami candelabri ex latere ejus altero.

33. Tres ſcyphi amygdalati (*erunt*) in calamo uno, malum (*item*) oblongum & flores, & tres ſcyphi amygdalati in calamo altero, malum oblongum & flores: ſic (*erunt omnibus*) ſex calamis egredientibus è candelabro.

34. In (*ipſo*) autem candelabro (*erunt*) quatuor ſcyphi; amygdalati, mala oblonga ejus, & flores.

35. Malum nimirum oblongum erit ſub duobus calamis ex eo, & malum granatum ſub duobus calamis ex eo; & malum oblongum ſub duobus calamis ex eo: ita (*erunt omnibus*) ſex calamis egredientibus è candelabro.

36. Mala oblonga eorum, & calami eorum ex ipſo erunt: totum (*erit*) ſolidum unum quid ex auro puro.

37. Poſt facies lucernas ejus ſeptem: ut (*ſacerdos*) aſcendere faciat lucernas jus, & illuminet è regione facierum ejus.

38. Denique forcipes ejus, & trullas ejus ex auro puro.

39. Talentum auri (*ut ſit,*) facies illud, cum omnibus vaſis iſtis.

40. Vide autem, & fac in (*iſta*) [l] forma eorum, quam videre factus tu es in monte. l) Hebr. 1, 5. Act. 7 44.

CAP. XXVI.

Mandatum quartum ſpeciale Moſes accipit de ipſo Habitaculo. Eiuſq; I. Aulæo & Appertinentibus. à v. 1 II. Aſſeribus, & ad eos requiſitis. à v. 15. III. Velo ante Arcam Fœderis, eiuſq; loco & poſitu. à v. 31. IV. Tegumento Oſtij tentorij. v. 36 37.

CÆterum [a] Habitaculum facies (*eſſe*) decem aulæa: Xylinum intertextum, & hyacinthinum, & purpuram, & coccineum dibaphum, Cherubim, opus artificis *eſſe*) facies ea. a) Exod. 36, 1

2. Longitudo aulæi unius (*erunt*) octo & viginti in cubito; latitudo autem quatuor in cubito, (*erit hoc*) aulæum unum Menſura (*verò*) una erit omnibus aulæis

3. Quinque aulæa erunt conſociata, unum ad alterum: & (*rurſus*) quinque aulæa conſociata unum ad alterum.

b) *Exod. 36,14.* 4. Pòſt facies [b] loramenta hyacinthini ſuper orâ aulæi unius ab extremitate in junctura: ſicque facies in orâ aulæi extremi in junctura altera.

5. Quinquaginta loramenta facies in aulæo uno: & quinquaginta loramenta facies in extremitate aulæi, quod in junctura altera: obverſa erunt loramenta, unum erga alterum.

6. Denique facies quinquaginta anſulas auri; jungeſque aulæa, unum ad alterum per anſulas, ut ſit habitaculum unum.

7. Poſteà facies aulæa lanæ caprarum in tentorium ſuper habitaculum: undecim aulæa facies ea.

8. Longitudo aulæi unius (*erunt*) triginta in cubito; & latitudo, quatuor in cubito: aulæum unum (*hoc erit*). Menſura (*verò*) una (*erit*) undecim aulæis.

9. Tum conſociabis quinque aulæa ſeorſim; & ſex aulæa ſeorſim: duplicabiſque aulæum ſextum è regione facierum tentorii.

10. Facies autem quinquaginta loramenta ſuper orâ aulæi unius extremi in junctura: & quinquaginta loramenta ſuper orâ aulæi junctura alterius:

11. Quibus facies anſulas æris quinquaginta: ut intrare facias anſulas in loramenta, & conſocies tentorium, quò unum ſit.

12. Quod autem abundat ſuperfluum de aulæis tentorii, dimidium ſcilicet aulæi ſuperfluit, abundare facies ſuper poſteriori parte habitaculi,

13. Quantum verò ad cubitum hinc, & cubitum illinc de ſuperfluo in longitudine aulæorum tentorii: erit abundans ſuper lateribus habitaculi hinc & illinc, ad contegendum illud.

14. Denique facies tegumentum tentorio (*quod ſit*) pelles arietum ruforum: item tegumentum pellium melium ſuperius.

c) *Exod. 36,20.* 15 Porrò facies [c] aſſeres pro habitaculo: ligna (*cedrorum*) Schittim (*erunt illi*) ſtantes (*erecti.*)

16 Decem cubiti erunt longitudo aſſeris (*uniuſcujuſq;*) & cubitus ac dimidius cubitus erunt latitudo aſſeris uniuſcujuſque.

17. Duæ manus erunt aſſeri unicuique, combinatæ una ad alteram: ſic facies omnibus aſſeribus habitaculi.

18. Facies, inquam, aſſeres pro habitaculo: viginti aſſeres pro angulo meridiei verſus Auſtrum.

19. Quadraginta autem baſes argenti facies ſub viginti aſſeres: duas baſes ſub aſſerem unum juxta manus ejus; & duas baſes ſub aſſerem alterum juxta duas manus ejus.

20. Lateri item habitaculi ſecundo verſus angulum ſeptentrionis, viginti erunt aſſeres.

21. Quadraginta que baſes eorum ex auro: duæ baſes ſub aſſere uno, & duæ baſes ſub aſſere altero.

22. Cruribus autem duobus habitaculi verſus mare (*occidentem,*) facies ſex aſſeres.

23. Duos inſuper facies aſſeres pro angulis habitaculi, in cruribus duobus:

24. Ita ut ſint geminati (*ſeu invicem inſerti*) deorſum, ſimulque ſint geminati ſuper capite ſuo (*quiſq;*) ad angulum unum: ſic fiet ambobus; (*atq;*) in duos angulos erunt.

25. Ita erunt octo aſſeres; & baſes eorum ex argento, ſedecim (*ſcil.*) baſes: duæ baſes ſub aſſere uno, & duæ baſes ſub aſſere altero.

26. Poſteà facies vectes (*longos*) ex lignis (*cedrorum*) Schittim: quinque pro aſſeribus lateris habitaculi unius:

27. Et quinque vectes pro aſſeribus lateris habitaculi alterius; & quinque vectes pro aſſeribus lateris habitaculi, ad crura mare (*occidentem*) verſus:

28. Ita ut vectis medius in medio aſſerum penetret ab extremitate ad extremitatem.

29. Aſſeres verò (*ipſos*) obduces auro: & annulos eorum facies ex auro, receptacula vectibus; etiamque obduces vectes auro.

30. Tum erige habitaculum; juxta modum ejus, quem [d] videre factus es in monte

d) *Exod. 25, 9.*

31. Porrò facies Velum ex hyacinthino & purpura, & coccineo dibapho, & xylino intertexto; opere artificis: (*artifex*) faciet illud cum Cherubis.

32. Dabiſque (*velum illud*) ſuper quatuor columnas (*cedrorum*) Schittim, obductas auro: unci earum ex auro (*erunt,*) ſuper quatuor baſibus argenti.

33. Dabiſque velum ſub anſulas. Tum inſeres eò, intra velum, arcam Teſtimonii: ita ut velum diſcrimen faciat vobis inter ſanctum, & inter ſanctum ſanctorum.

e) *Hebr. 9, 5.* 34. Dabis ergò velum ante [e] arcam teſtimonii in ſancto ſanctorum.

35. Pòſt pones menſam extra velum; & candelabrum e regione menſæ ad latus habitaculi verſus Auſtrum: menſam enim dabis ad latus ſeptentrionis.

36. Tandem facies Tegumentum pro oſtio tentorii, ex hyacinthino, & purpura, & coccineo dibapho, & xylino intertexto: opus Acupictoris (*erit.*)

37. Facieſque pro Tegumento (*hoc*) quinque columnas (*cedrorum*) Schittim, & obduces eas auro: unci earum (*erunt*) ex auro: & fundes pro iis quinque baſes æris.

CAP. XXVII.

Mandatum quintum Speciale datur Moſi, de ſtructura Altaris holocauſti. à v. 1. Sextum, de ſtructura Atrij, & pertinentium ad illud. a v. 9. Septimum, de conficiendo oleo pro candelabro. v. 20. 21.

a) *Exod. 38, 1.* PRæterea facies [a] altare ex lignis (*cedrorum*) Schittim: quinque cubiti erunt longitudo, & quinque cubiti latitudo: quadratum (*enim*) erit altare: tres autem cubiti (*erunt*) altitudo ejus.

2. Facieſque cornua ejus ſuper quatuor angulis ejus: ex ipſo erunt cornua. Obduceſque illud ære.

3. Et facies lebetes ejus ad decinerandum illud, & ſcopas ejus, & pelves ejus, & fuſcinulas ejus, & forcipes ejus; omnibus vaſis ejus facies (*eſſe*) æs.

4. Facies inſuper ei cribrum, opus retis æris: facieſque ſuper reti quatuor annulos ſuper quatuor extremitatibus ejus.

5. Dabiſque illud ſub ambitum altaris deorſum; ut ſit rete uſque ad dimidium altaris.

6. Tum facies vectes pro altari, vectes lignorum (*cedrorum*) Schittim: obduceſque eos auro.

7. Immittenturque vectes ejus in annulos; ita ut ſint vectes ſuper duobus lateribus altaris, quum portabunt illud.

b) *Exod. 25, 40.* 8. Cavum [b] tabularum facies illud ſicut videre fecit te (*Dominus*) in monte; ſic facient.

c) *Exod. 38, 8.* 9. Præterea facies [c] atrium habitaculi: ad angulum meridiei verſus Auſtrum; tapetes erunt pro atrio ex xylino intertexto, centum in cubito longitudo erit pro angulo uno.

10. Et columnæ ejus (*erunt*) viginti, & baſes earum viginti ex ære: unci columnarum & faſciæ earum ex argento (*erunt.*)

11. Sic etiam ad angulum Septentrionis in longitudine; tapetes centum (*cubitorum*) erunt longitudo: & columnæ ejus viginti, & baſes earum viginti ex ære: unci columnarum, & faſciæ earum ex argento.

12. Latitudo autem atrii ad angulum maris (*occidentis,*) tapetes erunt quinquaginta cubiti: columnæ eorum decem, & baſes harum decem.

13. Latitudo verò atrii ad angulum orientis, verſus ortum, quinquaginta cubiti erunt.

14. Quindecim nimirum cubiti (*erunt*) tapetes ad (*extremitatem ſeu*) alam (*unam:*) columnæ eorum tres, & baſes harum tres:

15. Et ad alam alteram, quindecim cubiti (*erunt*) tapetes: columnæ eorum tres, & baſes harum tres.

16. Ac pro porta atrii erit tegumentum (*tapetum*) viginti cubiti: ex hyacinthino, & purpura, & coccineo dibapho, & xylino intertexto, opus acupictoris: columnæ eorum quatuor, & baſes harum quatuor.

17. Omnes columnæ atrii circumcinctæ ornatæ erunt faſciis argenti; unci earum ex argento: ſed baſes earum ex ære.

18. Longitudo atrii erit centum in cubito, & latitudo quinquaginta in quinquagin-

quaginta: altitudo autem quinque cubiti ex xylino internexo: baſesque eorum ex ære.

19. Omnia vaſa habitaculi in omni cultu ejus, & omnes paxilli ejus, & omnes paxilli atrii (*erunt*) ex ære.

20. Præterea tu præcipies filiis Iſraël; ut ſumant (*portentq;*) ad te oleum olivæ purum tuſum pro Luminari: ut aſcendere faciant lucernam jugiter.

21. In tentorio conventus extra velum, quod eſt ante Teſtimonium, diſponet illud Aharon & filii ejus à veſpera uſque manè coram JEHOVAH: ſtatutum ſeculi in generationes eorum à-cum filiis Iſraël (*erit hoc.*)

CAP. XXIIX.

Sequitur octavum mandatum ſpeciale; de Veſtibus Sacerdotalibus Aharonis & filiorum eius. v.1. Et quidem I. Aharonis. à v.2. quæ ſunt (1.) Ephodum cum requiſitis. à v.6. (2.) Pectorale judicij, & quæ illud ad pertinent. à v.15. (3.) Pallium Ephodi, cum fimbriis & tintinnabulis. à v.31. (4.) Bracteæ ſanctitatis cum cidari. à v.36. (5.) Tunica teſſellata cum baltheo. v.39. II. Filiorum Aharonis: quæ ſunt, Tunicæ, baltlei & tiaræ. v.40. III. Pro utriſq; Femoralia. v.42.43.

CÆterum appropinquare tu facies ad te Aharonem, fratrem tuum, & filios ejus cum eo è medio filiorum Iſraël, ut ſacerdotio fungatur mihi: Aharon (*inquam, fungatur eo*) Nadab & Abihu, Eleaſar & Ithamar, filii Aharonis.

2. Facies autem veſtes ſanctitatis Aharoni fratri tuo, in honorem & in decus.

3. Tu ita loqueris ad omnes ſapientes corde, quemcunque implevi ſpiritu ſapientiæ: ut faciant veſtes Aharonis ad ſanctificandum eum, ut ſacerdotio fungatur mihi.

a) *Exod. 39, 2.* 4. Hæ verò ſunt [a] veſtes, quas facient, pectorale, & Ephod, & pallium, & tunica teſſellata, cidaris, & baltheus: facient, inquam, veſtes ſanctitatis Aharoni fratri tuo, & filiis ejus, ut fungatur ſacerdotio mihi.

5. Illi itaque ſument aurum, & hyacinthinum, & purpuram, & coccineum dibaphum, & xylinum.

6. Facient autem [b] Ephodum ex auro, hyacinthino, & purpura, coccineo dibapho, & xylino internexo, opus artificis. b) *Exod. 39, 2.*

7. Duo humeri conjuncti erunt illi ad duas extremitates ejus, ut conjungatur.

8. Et baltheus amictus ejus, qui ſuper eo, juxta opus ipſius, ex ipſo erit: (*nim.*) ex auro hyacinthino, & purpura, & coccineo dibapho, & xylino internexo.

9. Deinde ſumes duos lapides Sardonychis, & ſculpes ſuper eos nomina filiorum Iſraël.

10. Sex de nominibus eorum (*erunt*) ſuper lapide uno: & nomina ſex reliqua ſuper lapide altero, juxta generationes eorum.

11. Opere artificis gemmarum, ſculpturis ſigilli ſculpes duos lapides, juxta nomen filiorum Iſraël: circumdatos fundis auri facies eos.

12. Ponesque duos lapides ſuper humeros Ephodi; (*ut ſint*) lapides monumenti filiis Iſraël: & portabit Aharon nomina eorum coram JEHOVAH ſuper duobus humeris ſuis in monumentum.

13. Facies verò fundas auri.

14. Et duas catenulas auri puri; in terminis poſitos facies eos opere funiculi: dabilque catenas funiculorum ſuper fundas.

15. Poſteà facies [c] pectorale Judicii, opus artificis; ſicut opus Ephodi illud: ex auro, hyacinthino, & purpura, & coccineo dibapho, & xylino internexo facies illud. c) *Exod. 39, 8.*

16. Quadratum erit duplicatum: Spithama latitudo ejus.

17. Et opplebis in eo oppleturas lapidis (*pretioſi;*) quatuor ordines lapis (*erunt:*) ordo, (*in quo*) Pyropus, Topazius & Smaragdus, primus ordo (*erit.*)

18. Ordo autem ſecundus, Chryſopraſus, Sapphirus & Adamas.

19. Ordo verò tertius, Cyanus, Achates, & Amethyſtus.

20. Denique ordo quartus, Thalaſſius, & Sardius, & Jaſpis: fundæ ex auro ſint in oppleturis eorum.

21. Lapides verò (*hi*) erunt juxta nomina filiorum Iſraël: duodecim juxta nomina eorum; ſculpturæ ſigilli ſinguli juxta nomen ſuum erunt pro duodecim tribubus.

22. Inſuper facies ſuper pectorale catenulas termini (*extremi,*) opus funiculi, ex auro puro.

23. Facieſque ſuper (*idem*) pectorale duos annulos auri: & dabis duos (*hos*) annulos ſuper duas extremitates pectoralis.

24. Dabis porrò duos funiculos auri ſuper duos annulos ad extremitates pectoralis.

25. Duas autem extremitates duorum funiculorum dabis ſuper fundas: dabiſque ſuper humeros Ephodi è regione facierum ejus (*anterioris partis ejus.*)

26. Poſtea facies duos annulos auri, & pones eos ſuper duas extremitates pectoralis; ſuper labrum ejus, quod citra Ephodum introrſum.

27. Inſuper facies duos annulos auri, & dabis eos ſuper duos humeros Ephodi: inferius è regione facierum ejus, propè junctura ejus, ſupra cingulum Ephodi.

28. Tum annectent pectorale ex annulis ipſius ad annulos Ephodi per filum hyacinthini, ut ſit ſuper cingulo Ephodi: nec recedet pectorale a-ſuper Ephodo.

29. Ita portabit Aharon nomina filiorum Iſraëlis in pectorali judicii ſuper corde ſuo, quum ingredietur in ſanctum, in monumentum coram JEHOVAH jugiter.

d) *Num. 27, 21. Deut. 33, 8.* 30. Dabis tandem ſuper [d] pectorale judicii Urim & Thummim, ſintque ſuper corde Aharonis, quum ingredietur ante JEHOVAM: ut portet Aharon judicium filiorum Iſraëlis ſuper corde ſuo coram JEHOVAH jugiter.

e) *Exod. 39, 22.* 31. Præterea facies [e] pallium Ephodi, totum ex hyacinthino.

32. Eritque os capitis ejus (*foramen, per quod caput tranſeat*) in medio ejus: labrum erit ori ejus circumcirca, opus textoris; ſicut os loricæ erit illi, ne rumpatur.

33. Deinde facies ſuper fimbrias ejus malogranata hyacinthini & purpuræ, & coccinei dibaphi; ſuper fimbrias (*inquam*) ejus circumcirca: ſintque tintinnabula auri in medio eorum circumcirca.

34. (*Ita ut ſit*) tintinnabulum auri & malogranatum; tintinnabulum auri (*rurſus*) & malogranatum: ſuper fimbriis pallii circumcirca.

35. Erit autem [f] ſuper Aharone ad miniſtrandum: ut audiatur ſonus ejus, quum ingredietur in ſanctum ante JEHOVAM, & quum egredietur; ne moriatur. f) *Sir. 45, 10. 11.*

36. Præterea facies [g] bracteam, aurum purum: & ſculpes ſuper eam ſculpturas ſigilli; ſanctitas JEHOVÆ (*Domino.*) g) *Exod. 39, 30.*

37. Pones autem eam ſuper filum hyacinthini, ut ſit ſuper cidari; è regione facierum (*anterioris partis*) cidaris erit.

38. Ut ſit ſuper fronte Aharonis, porterque Aharon iniquitatem ſanctorum, quæ ſanctificabunt filii Iſraëlis, quoad omnia dona ſanctorum eorum: ſitque ſuper fronte ejus jugiter, in beneplacitum ipſis coram JEHOVAH.

39. Denique teſſellabis [h] tunicam xylini, facieſque cidarim xylini: atque baltheum facies, opus acupictoris. h) *Exod 39, 27*

40. Filiis verò Aharonis facies tunicas, facieſque ipſis baltheos: itemque tiaras facies ipſis, in honorem & in decus.

41. Sic induces eos; Aharonem, fratrem tuum, & filios ejus cum eo: [i] ungeſque eos, & implebis manum eorum, & ſanctificabis eos, ut ſacerdotio fungantur mihi. i) *Levit. 8, 12.*

42. Fac verò eis femoralia lini ad tegendum carnem nuditatis: à lumbis uſque ad femora erunt (*pertingent.*)

43. Et erunt ſuper Aharone, & ſuper filiis ejus, quum intrabunt in tentorium conventus, aut quum accedent ad altare, ad miniſtrandum in ſancto: ne portent iniquitatem, morianturque. Staturum ſeculi (*erit*) ipſi & ſemini ipſius poſt ipſum.

CAP. XXIX.

Mandatum ſpeciale nonum Moſi datum; de ſanctificatione Aharonis filiorumq; eius. Ubi I. ſacrificia, juvenci & duorum arietum. à v.1. II. Appropinquatio Aharonis filiorumq; adoſtium tentorij. v.4. III Indutio veſtium: tum Aharonis. à v.5. tum filiorum eius. v.8.9. IV. Sanctificationis ceremoniæ. à v.10. Decimum; de Expiatione Altaris magni, holocauſto quotidiano ſeu jugi. à v.36.

a) *Lev. 8, 2.* HOc autem eſt verbum, [a] quod facies, ad ſanctificandum eos, ut miniſterio fungantur mihi. Sume juvencum unum, filium armenti, & arietes duos integros:

2. Et panem azymorum, & placentas azymorum, mixtas oleo; & laganа azymorum, uncta oleo: ſimilam triticorum facies ea.

3. Pones autem ea ſuper corbem unam, appropinquabiſque ea in corbe; ut & juvencum & duos arietes (*appropinquabis.*)

4. Mox Aharonem & filios ejus appropinquare facies ad oſtium tentorii Conventus: lavabiſque eos aquis.

5. Poſt ſumes veſtes, & indues Aharoni tunicam, & pallium Ephodi, & Ephodum, & pectorale: & amicies eum cingulo Ephodi.

6. Poneſque cidarim ſuper caput ejus: & dabis coronamentum ſanctitatis ſuper cidarim.

7. Deinde ſumes oleum unctionis, & effundes ſuper caput ejus, atque unges eum.

8. Poſtea filios ejus appropinquabis, & indues eos tunicis:

9. Accingeſque eos baltheo, Aharonem & filios ejus, & alligabis eis tiaras: ut ſit illis ſacerdotium in ſtatutum ſeculi. Atque ſic implebis manum Aharonis, & manum filiorum ejus.

b) *Lev. 1, 5.* 10. Dein appropinquabis juvencum [b] ante tentorium Conventus: imponentque Aharon & filii ejus ſuas manus ſuper caput juvenci.

11. Tum mactabis juvencum coram Jehovah, ad oſtium tentorii Conventus.

12. Sumeſque de ſanguine juvenci, & dabis ſuper cornua altaris digito tuo: omnem autem (*reliquum*) ſanguinem effundes ad fundamentum altaris.

c) *Lev. 3, 3.* 13. Mox ſumes omnem [c] adipem, tegentem inteſtina, & reticulum ſuper jecore, & duos renes, adipemque, qui ſuper iis: atque adolebis in altari.

14. Carnem autem juvenci, & pellem ejus, & ſimum ejus combures igne extrà caſtra. (*Ita*) peccatum (*ſacrificium pro peccato*) erit.

d) *Lev. 8, 22.* 15. Porrò [d] arietem unum ſumes; & quum impoſuerint Aharon & filii ejus manus ſuas ſuper caput arietis:

16. Mactabis arietem; accipieſque ſanguinem ejus, & ſparges ſuper altare circumcirca.

17. Dein ſecabis arietem in ſegmenta ſua; lavabiſque inteſtina ejus, & crura ejus, ac dabis ſuper ſegmenta, & ſuper caput ejus.

18. Denique adolebis totum arietem ſuper altari. Holocauſtum hic (*erit*) Jehovæ: odor quietis, ignitum Jehovæ hic.

19. Poſt ſumes arietem ſecundum: & quum impoſuerint Aharon & filii ejus manus ſuas ſuper caput arietis:

20. Mactabis arietem, & ſumes de ſanguine ejus, dabiſque ſuper auriculam auris Aharonis, & ſuper auriculam auris filiorum ejus, dextram; & ſuper pollicem manus eorum dextræ, & ſuper pollicem pedis eorum dextri: at ſparges (*reliquum*) ſanguinem ſuper altare circumcirca.

21. Mox ſumes de ſanguine, qui ſuper altari, & de oleo unctionis, & ſparges ſuper Aharonem, & ſuper veſtes ejus, ac ſuper filios ejus, & veſtes filiorum ejus cum eo: tum ſanctus erit ipſe, & veſtes ejus, & filii ejus, & veſtes filiorum ejus cum eo.

22. Denique ſumes de ariete adipem, & caudam, & adipem tegentem inteſtina, & reticulum jecoris, & duos renes, adipemque, qui ſuper iis, & armum dextrum: quia aries impletionum eſt.

23. Item tractam panis unam, & placentam panis olei unam, & laganum unum, è corbe azymorum, quæ coram Jehovah:

24. Poneſque omnia ſuper volas Aharonis, & ſuper volas filiorum ejus; ac agitabis ea agitationem coram Jehovah.

25. Mox ſumes ea de manibus eorum, & adolebis in altari ſuper holocauſto: in odorem quietis coram Jehovah; ignitum hoc Jehovæ.

26. Poſteà ſumes pectus de ariete impletionum, qui Aharoni, & agitabis illud agitationem coram Jehovah; ut ſit tibi in portionem.

27. At pectus agitationis, & armum ſublationis [quorum illud agitatum eſt, & hic ſublatus eſt, de ariete impletionum, de eo, qui Aharoni, & de eo, qui filiis ejus] ſanctificabis.

28. Ut ſit Aharoni & filiis ejus in ſtatutum ſeculi, à-cum filiis Iſraëlis: quia Therumah (*ſublatio*) hoc. Therumah, inquam, erit à-cum filiis Iſraël de ſacrificiis pacificorum eorum; Therumah eorum Jehovæ.

29. Veſtes autem ſanctitatis, quæ Aharoni, erunt filiis ejus poſt ipſum; ut ungant in iis, & impleant in iis manum eorum.

30. Septem dies induet eas Sacerdos ſuccedens ei de filiis ejus; qui ingreſſurus in tentorium Conventus ad miniſtrandum in ſancto.

31. Poſtremò arietem impletionum ſumes, & coques carnem ejus in loco ſancto.

e) *Lev. 24, 9.* 32. Comedetque [e] Aharon & filii ejus carnem arietis, & panem in corbe, ad oſtium tentorii conventus.

33. Comedent enim ea, quibus expiatio facta, ad implendum manum eorum ad ſanctificandum eos: alienus autem non comedet; quia ſanctum illa.

34. Quod ſi reliquetur (*quid*) de carne impletionum, & de pane, uſque in craſtinum: combures reſiduum igne: non comedetur; quia ſanctum hoc.

35. Itaque facies Aharoni & filiis ejus ſic; juxta omne, quod præcepi tibi: ſeptem dies implebis manum eorum.

36. Porrò juvencum peccati facies in diem ſuper expiationibus, ut expies altare, cum expiabis ſuper eo: ungeſque illud, ad ſanctificandum illud.

37. Septem dies expiabis ſuper altari, & ſanctificabis illud: ut ſit altare ſanctitas ſanctitatum; (&) omnis, qui tetigerit altare, ſe ſanctificet.

f) *Num. 28, 3.* 38. Cæterum hoc eſt, quod facies (*deinceps*) ſuper altari: [f] agnos duos, filios anni, in diem, juge.

39. Agnum unum facies manè: at agnum ſecundum facies inter veſperas.

40. Et decima (*Epha*) ſimilæ, mixta oleo, tuſo, quadrante Hinis; ac libamen quadrantis Hinis vini, (*erit*) agno primo.

41. Agnum autem ſecundum facies inter veſperas ſicut minchaм matutinam, & juxta libamen ejus facies illi; in odorem quietis, ignitum Jehovæ.

42. Holocauſtum (*ſ*) jugis erit in generation veſtras, ad oſtium tentorii Conventus coram Jehovah: ubi conveniam vos, ad loquendum tecum ibi.

g) *Exod. 20, 24. Lev. 26, 11. 2. Cor. 6, 16.* 43. Conveniam, inquam, [g] ibi filios Iſraëlis, & ſanctificabor per gloriam meam.

44. Sanctificabo itaque tentorium, & altare; & Aharonem & filios ejus ſanctificabo, ut ſacerdotio fungantur mihi.

45. Habitaboque in medio filiorum Iſraëlis; ac ero ipſis in Deum.

46. Ut cognoſcant, quod ego (*ſum*) Jehovah, Deus eorum, qui eduxi eos è terrâ Ægypti, ut habitem in medio eorum: ego Jehovah Deus eorum.

CAP. XXX.

Mandatum ſpeciale undecimum eſt; de Altari ſuffitionis; & quidem I. Structura. à v. 1. II. Loco. v. 6. III. Tempore ſuffitionis. v. 7. 8. IV. Suffimento. v. 9. V. Expiatione. v. 10. Duodecimum; de Therumah dimidij ſicli. à v. 11. Decimum tertium; de faciendo labro, & lotione ex eo. à v. 17. Quartum decimum, de oleo unctionis, eiuſq; uſu. à v. 22. Quintum decimum; de compoſitione ſuffimenti. à v. 34.

PRæterea facies altare, ſuffitionis ſuffimenti: ex lignis (*cedrorum*) Schittim facies illud.

2. Cubitus erit longitudo ejus, & cubitus latitudo ejus; quadratum erit: duo autem cubiti altitudo ejus: ex ipſo erunt cornua ejus.

3. Obduces verò illud auro puro tectum ejus & parietes ejus circumcirca, & cornua ejus: facieſque coronamentum auri circumcirca.

4. Duos etiam annulos auri facies ei infra coronamentum ejus; ſuper duobus lateribus ejus; facies (*inquam*) ſuper duobus lateribus ejus; ut ſint in receptacula vectibus, ad portandum illud illis.

5. At vectes facies ex lignis (*cedrorum*) Schittim : obducesque eos auro.

6. Dabis autem illud ante velum, quod super arca testimonii : ante propitiatorium, quod super Testimonio, ubi conveniam te.

a) *Apoc. 5, 8.* 7. Ut adoleat super eo Aharon [a] suffimentum aromatum, in manè & in manè (*singulis matutis,*) quum adornaverit lucernas, adolebit illud.

8. Item quando ascendere faciet Aharon lucernas inter vesperas, adolebit illud : suffimentum (*erit*) juge coram JEHOVAH in generationes vestras.

b) *Lev. 10, 1.* 9. Non ascendere facietis super illud [b] suffimentum alienum, aut holocaustum aut Mincham (*oblationem:*) nec libamen libabitis super eo.

10. Expiabit autem Aharon super cornibus ejus semel in anno, de sanguine (*sacrificij*) peccati expiationum : [c] semel in anno expiabit super eo in generationes vestras : sanctum sanctorum illud JEHOVÆ.

c) *Hebr. 9, 7. 10, 19.*

11. Porrò locutus est JEHOVAH ad Mosen ;

d) *Num. 1, 3. 2, 3.* 12. Quum sumseris [d] summam filiorum Israëlis, quoad numeratos eorum : dabunt vir expiationem animæ suæ JEHOVÆ, dum numerabunt eos : ut non sit in iis plaga, cum numeraverint eos.

13. Hoc dabunt omnis præteriens inter numeratos ; dimidium (*scil.*) sicli in siclo

e) *Lev. 27, 25. Num. 3, 47. Ez. 45, 12.* sanctitatis : [e] viginti obolî siclus ; (*ac quo*) dimidium sicli erit Therumah (*sublatio*) JEHOVÆ.

14. Omnis præteriens inter numeratos, à filio viginti annorum, & suprà, dabit Therumam JEHOVÆ.

15. Dives non plus dabit, nec pauper minus, quam dimidium sicli : ad dandum Therumam JEHOVÆ, ad expiandum super animabus vestris.

16. Sumes deinde argentum expiationum à cum filiis Israël, dabisque illud in opus tentorii Conventus : eritque filiis Israël in monumentum coram JEHOVAH, ad expiandum suprà animabus vestris.

17. Amplius locutus est JEHOVAH ad

f) *Exod. 38, 8. 40, 30.* Mosen, dicendo ;

18. Facies etiam [f] labrum æris (*æneum,*) & basin ejus, ad lavandum, quod daturus es inter tentorium Conventus, & inter altare ; ut des eò aquam.

19. Lavabunt enim Aharon & filii ejus ex eo manus suas & pedes suos.

20. Quum intrabunt in tentorium Conventus lavabunt se aquâ, ut non moriantur : aut quum accedent ad altare ad ministrandum, ad suffiendum (*scil.*) ignitum JEHOVÆ.

21. Lavabunt, inquam, manus suas & pedes suos, ut non moriantur : eritque illis statutum seculi ; ipsi & semini ipsius in generationes eorum.

22. Insuper locutus est JEHOVAH ad Moseu, dicendo ;

23. Tu porrò sume tibi aromata ex præcipuis ; myrrham nobilem, quingentos (*siclos,*) & cinnamomum aromaticum, dimidium istius, (*scil.*) quinquaginta & ducentos ; & calamum odoratum, quinquaginta & ducentos.

24. Et casiam, quingentos in siclo sanctitatis : oleum autem olivæ, Hinem ;

25. Pòst facies illud oleum unctionis sanctitatis, unguentum unguenti (*præstantissimum,*) opus unguentarii : oleum (*inquam*) unctionis sanctitatis erit.

26. Quo unges tentorium conventus, & arcam Testimonii :

27. Et mensam, & omnia vasa ejus ; & candelabrum, ac omnia vasa ejus ; & altare suffimenti :

28. Et altare holocausti, & omnia vasa ejus ; & labrum ac basin ejus.

29. Ita sanctificabis ea, ut sint sanctum sanctorum : omnis, qui tetigerit ea, sanctificabit se.

30. Aharonem etiam, & filios ejus unges : sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi.

31. Ad filios autem Israëlis loqueris dicendo ; Oleum unctionis sanctitatis erit hoc mihi in generationes vestras.

32. Super carnem hominis non fundet (*quisquam:*) & in qualitate ejus non facietis sicut illud : sanctum est ; sanctum erit vobis.

33. Vir, qui præparabit sicut illud, aut qui dabit de illo super alienum (*profanum,*) excidetur è populis suis.

34. Præterea dixit JEHOVAH ad Mosen : sume tibi aromata, Staclen, & Onychen, & galbanum ; aromata (*ista*) & thus purum : solum (*quodque*) cum solo erit.

35. Tum facies illa suffimentum, pigmentum, opus pigmentarii : salitum, purum, sanctum.

36. Tundesque de eo minutim, & dabis de eo ante Testimonium in tentorio Conventus, ubi conveniam te : sanctum sanctorum erit vobis.

37. Ita ut suffimentum, quod facies in qualitate ejus, non faciatis vobis ; sanctum erit tibi pro JEHOVAH.

38. Vir, qui fecerit sicut illud, ad faciendum odorem eo, excidetur è populis suis.

CAP. XXXI.

DEUS I. ad opus Sanctuarij perficiendum vocat (1.) Bezaleelem, artificem in auro, argento & sculptura lapidum. à v. 1. (2.) Oholiabum, Artificem in reliquis variis operibus. v. 6. II. Filiis Israëlis inculcat Sabbatha sua, in omnei generationei servanda. à v. 12. III. Dat Mosi duas Legis tabulas, digito DEI sculptas. v. ult.

AMplius locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo ;

2. Vide, vocavi nominatim,

a) *Exod. 36, 1.* [a] Bezaleelem, filium Uri, filii Chur, de tribu Judæ :

3. Et implevi eum spiritu DEI ; quoad sapientiam, & quoad intelligentiam, &

b) *Exod. 39, 33.* quoad scientiam, & quoad [b] omne opus,

4. Ad inveniendum inventiones, ad faciendum (*operandum*) in auro, & in argento, & in ære :

5. Et in sculptura lapidis, ad implendum ; & in sculptura ligni ; ad faciendum (*talia*) in omni opere.

6. Ego etiam, ecce, dedi cum eo Oholiabum, filium Achisamachi, de tribu Danis ; sed & in cor omnis sapientis corde dedi sapientiam ; ut faciant omne, quod præcepi tibi.

7. (*Nimirum*) Tentorium Conventus, & arcam Testimonii, & propitiatorium, quod super eo (*erit*) & omnia vasa Tentorii.

8. Et mensam ac vasa ejus ; & candelabrum purum, ac omnia vasa ejus ; & altare suffimenti :

9. Et altare holocausti, & omnia vasa ejus ; & labrum ac basin ejus :

10. Et vestes ministerii, & vestes sanctitatis pro Aharone Sacerdote ; & vestes filiorum ejus ad fungendum sacerdotio :

11. Et oleum unctionis, & suffimentum pro sancto : juxta omne, quod præcepi tibi, facient.

12. Denique locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo ;

13. Tu porrò loqueris ad filios Israëlis, dicendo ; Omninò, [c] Sabbatha mea

c) *Gen. 2, 2. Exod. 20, 8. Ez. 20, 12.* servabitis : hoc namque signum est inter me & inter vos in generationes vestras : ad sciendum, quod ego sim JEHOVAH sanctificans vos.

14. Servabitis itaque Sabbathum ; quia sanctum illud vobis ; qui profanant illud, moriendo morietur (*quisque:*) quia omnis, qui faciet opus in eo, excidetur anima hæc e medio populi sui.

15. Sex diebus fiet opus ; sed in die septimo Sabbathum Sabbathi erit, sanctum JEHOVÆ : omnis, qui fecerit opus in die Sabbathi, moriendo morietur.

16. Servabunt itaque filii Israëlis Sabbathum, ut celebrent Sabbathum in generationes suas ; fœdus seculi.

17. Inter me & inter filios Israëlis signum est hoc in seculum : quia [d] sex die-

d) *Gen. 1, 31. 2, 1. Exod. 20, 11.* bus fecit JEHOVAH cœlos & terram : sed in die septimo quievit, & respiravit.

18. Dedit verò Mosi, cum absolvisset loqui cum eo in monte Sinaj, [e] duas ta-

e) *Deut. 9, 10.* bulas testimonii ; tabulas lapidis, scriptas digito DEI.

CAP. XXXII.

Petenti I. populo Israëlitico Aharon fundit fusile vituli : quod in DEUM erigit, cui festum idololatricum celebratur. à v. 1. Propterea II. DEUS Mosen de monte descendere jubet, & populum delere vult ; ad deprecationem tamen Mosis eum parcit. à v. 7. Moses III. de monte descendens (1.) præ indignatione tabulas Legis frangit. à v. 15. (2.) Vitulum

zulum commoluit. v. 10. (3.) Aharonem redarguit. v. 21. (4.) Idololatras per Levitas cædit. à v. 25. (5.) Regressus in montem denuò apud DEUM pro populo intercedit. à v. 30.

CÆterum cum videret populus, quòd tardaret Moſes deſcendere de monte: congregatus eſt populus ad Aharonem, dixeruntque ad eum;

a) *Act. 7, 40.* Surge, [a] fac nobis Deos, qui eant ante nos: quia hic Moſes, vir, qui aſcendere fecit nos è terra Ægypti; neſcimus *(inquimus,)* quid factum ipſi ſit.

2. Dixit ergo ad eos Aharon; avellite inaures auri, quæ in auribus uxorum veſtrarum, filiorum veſtrorum, & filiarum veſtrarum: & adferte ad me.

3. Avulſerunt itaque *(à ſe)* omnis populus inaures auri, quæ in auribus eorum, & attulerunt ad Aharonem.

4. Tum ſumſit è manu eorum, & formavit illud cælo, fecitque illud [b] vitulum fuſilis. Dixerunt itaque; Hi ſunt dii tui, Iſraël, qui aſcendere fecerunt te è terra Ægypti.

b) *Pſ. 106, 20.*

5. Quòd cum videret Aharon, extruxit altare coram eo: proclamavitque Aharon, & dixit; Feſtum *(πᾶσι)* JEHOVÆ cras *(erit.)*

6. Quare ſurrexerunt manè, poſtridiè, & obtulerunt holocauſta, & adduxerunt

c) *1. Cor. 10, 7.* pacifica: cumque [c] ſediſſet populus ad edendum & bibendum, ſurrexerunt ad ludendum.

7. Unde **locutus** eſt JEHOVAH ad Mo-

d) *Deut. 9, 12.* ſen; I, deſcende; quia corrupit ſe [d] populus tuus, quem aſcendere feciſti è terra Ægypti.

8. Receſſerunt ſubitò à via, quam præcepi eis: fecerunt ſibi vitulum fuſilis: adoraveruntque illum, & ſacrificarunt illi,

e) *1. Reg. 12, 28.* ac dixerunt; Hi ſunt [e] dii tui, Iſraël, qui aſcendere fecerunt te è terra Ægypti.

9. Quinimò dixit JEHOVAH ad Mo-

f) *Exod. 33, 3. 34, 9.* ſen; [f] Vidi populum hunc; &, ecce, populus durus cervicis ille *(eſt:)*

10. Jam ergo, permitte mihi, ut exardeſcat ira mea in eos, & conſumam eos:

g) *Num 14, 15. Pſ. 106, 23.* faciam enim te in gentem magnam.

11. Sed [g] deprecatus eſt Moſes facies JEHOVÆ, Dei ſui, dixitque; quare, JEHOVAH, exardeſcet ira tua in populum tuum, quem eduxiſti è terra Ægypti virtute magna & manu forti?

12. Quare dicent Ægyptii, dicendo; In malum eduxit eos, ut occideret eos in montibus, & ut conſumeret eos à ſuperficiebus terræ? Revertere ab excandeſcentia iræ tuæ, & pœnitentia movere ſuper malo pro populo tuo.

13. Memento Abrahami, Jizchaki, & Iſraëlis, ſervorum tuorum, [h] quibus juraſti per te, & locutus es ad eos; Multiplicabo ſemen veſtrum, ſicut ſtellas cœlorum: & omnem terram hanc, quam dixi, dabo ſemini veſtro, ut hæreditent in ſeculum.

h) *Gen. 12, 7. 15, 5. 22, 16. 46, 16.*

14. Quare pœnitentia motus eſt JEHOVAH, ſuper malo, quod locutus erat facere populo ſuo.

15. Convertit itaque ſe, & deſcendit Moſes è monte, & duæ tabulæ Teſtimonii in manu ejus: tabulæ ſcriptæ ex duobus lateribus ſuis; hinc & illinc illæ ſcriptæ.

16. Erant autem tabulæ opus DEI: itemque ſcriptura erat ſcriptura DEI, exciſa ſuper tabulis.

17. Quum verò audiret Jehoſchua vocem populi in vociferatione ejus: dixit ad Moſen; Vox belli in caſtris *(eſt.)*

18. Sed dixit Moſes; Non vox *(eſt,)* clamoris, victoria; neque vox *(eſt,)* clamoris, res perdita: vocem cantus ego audio.

19. Cumque appropinquaret ad caſtra; & videret vitulum & choreas: factum eſt, ut excandeſceret ira Moſis, & projiceret è manu ſua tabulas, frangeretque eas infra montem.

20. Mox ſumſit vitulum, quem fecerant, & combuſſit *(eum)* igne, & commoluit, uſque dum fieret minutiſſimus: tum ſparſit ſuper facies aquarum, & bibere fecit filios Iſraël.

21. Poſteà dixit Moſes Aharoni; quid fecit tibi populus hic, quod adduxiſti ſuper eum peccatum *(hoc)* magnum?

22. Cui dixit Aharon; ne exardeſcat ira Domini mei! tu noſti populum, quod in malo ille *(ſit.)*

23. Di-

23. Dixit ergò mihi; fac nobis Deos, qui eant coram nobis; quia quantum ad Moſen, Virum, qui aſcendere fecit nos è terra Ægypti, non ſcimus, quid factum ſit illi.

24. Tum dixi illis; Cui aurum? avellite à vobis: dederuntque mihi. Projeci ergò in ignem, & exivit vitulus hic.

25. Cum verò videret Moſes populum, quod diſſolutus ille *(eſſet, idololatriam adhuc exercendo)* eò quod diſſolutum eum feciſſet Aharon in infamiam inter hoſtes eorum:

26. Stetit Moſes in porta caſtrorum, & dixit; Quis JEHOVÆ? ad me *(veniat.)* congregarunt ergo ſe ad eum omnes filii Levi.

27. Tum dixit illis; ſic dixit JEHOVAH, Deus Iſraëlis; Ponite virgladium ſuum ſuper femur ſuum: tranſite & revertimini à porta ad portam in caſtris, & occidite vir fratrem ſuum, & vir ſocium ſuum, & vir propinquum ſuum.

28. Fecerunt itaque filii Levi juxta verbum Moſis: ceciderunt que de populo in die hoc tanquam tria millia virorum.

29. Dixerat enim Moſes; Implete manum veſtram hodiè JEHOVÆ; dum vir *(erit)* contra filium ſuum, & contra fratrem ſuum: nam *(erit hoc)* ad dandum ſuper vos hodiè benedictionem.

30. Factum autem eſt poſtridiè, ut diceret Moſes ad populum; vos peccaviſtis peccatum magnum: Jam ergò aſcendam ad JEHOVAM; fortè expiaturus ſum peccatum veſtrum.

31. Reverſus itaque eſt Moſes ad JEHOVAM, dixitque; Quæſo, peccavit quidem populus hic peccatum magnum: fecerunt enim ſibi Deos auri.

32. Attamen *(quæſo)* ſi remittas peccatum eorum! Sin non: dele me, quæſo, è libro tuo, quem ſcripſiſti.

33. Sed dixit JEHOVAH ad Moſen; Eum, qui peccaverit mihi, delebo è libro meo.

34. Veruntamen, I, duc populum hunc

i) *Exod. 14, 19. 23, 20, 23.* in *(terram,)* quam locutus ſum tibi: ecce [i] Angelus meus ibit coram te: at in die viſitationis meæ viſitabo ſuper iis peccatum eorum.

35. Percuſſit itaque JEHOVAH populum, propterea quod fecerunt vitulum, quem fecit Aharon *(ſcil. per Moſen & Levitas.)*

CAP. XXXIII.

DEUS I. Moſen jubet populum ducere in terram Canaan cum Angelo comitante. à v. 1. Populo tamen II. Lugenti reconciliatur. à v. 5. Moſes tentorium III. extra caſtra tendit. à v. 7. Exoras IV. DEUM, ut faciei ipſius eam cum illo. à v. 12. Capit V. videre gloriam DEI, & ad videndam informatur. à v. 18.

POſteà locutus eſt JEHOVAH ad Moſen; I, [a] aſcende hinc; tu & populus, quem aſcendere feciſti è terra Ægypti, in terram, quam juravi Abrahamo, Jizchako & Jacobo, dicendo; ſemini tuo dabo eam.

a) *Gen. 12, 1.*

1. Mittam enim *(dic populo)* ante te [b] Angelum, & expellam Canaanæum, Emoræum, & Chittheum, & Periſæum, & Chivvæum, & Jebuſæum:

b) *Exod. 23, 20. 23. Deut. 7, 21. Joſ. 24, 11.*

3. In terram *(inquam)* fluentem lacte & melle: quoniam non aſcendam in medio tui; eò quod populus durus cervicis es tu; ne conſumam te in via.

4. Cum verò audiret populus verbum malum hoc: luxerunt, & non poſuerunt vir ornatum ſuum ſuper ſe *(veſtitum, ex pœnitentia.)*

5. Dixerat enim JEHOVAH *(ſimul)* ad Moſen; dic ad filios Iſraëlis; Vos populus *(eſtis quidem)* durus cervicis: momento uno, ſi aſcenderem in medio tui, conſumerem te: attamen deſcendere fac ornatum tuum à ſuper te; ut ſciam, quid facturus ſim tibi.

6. Abripuerunt itaque filii Iſraëlis à ſe ornatum ſuum, à monte Choreb *(digreſſi in caſtra.)*

7. Moſes autem ſumſit Tentorium, & tetendit illud ſibi extra caſtra, procul removendo à caſtris: vocavitque illud, Tentorium Conventus, quod extra Caſtra. Unde factum, *(ut)* omnis interrogans JEHOVAM, exiret ad tentorium Conventus, quod extra caſtra *(erat.)*

8. Cumque exivit Moſes ad Tentorium: factum eſt, ut ſtarent omnis populus,

lus, & consisterent vir ante tentorium suum, & spectarent post Mosen, usque dum intraret in tentorium.

9. Cum verò intravit Moses in tentorium: factum est ut descenderet columna nubis, & staret ad ostium tentorii; loquereturque cum Mose.

10. Ubi verò vidit omnis populus columnam nubis stantem ad ostium tentorii: surrexit omnis populus, & incurvarunt se ad ostium tentorii sui.

11. Postquam verò locutus est JEHOVAH ad Mosen [c] à facie ad faciem, sicut loquitur vir ad socium suum: reversus est (*Moses*) ad castra: at minister ejus Jehoschua, filius Nun, puer, non recessit è medio Tentorii.

c) *Num.* 12,18.

12. (*Ibi*) ergò dixit Moses ad JEHOVAM, Vide, tu dicens (*es*) ad me; Ascendere fac populum hunc: cum tu non notum feceris mihi, quem missurus sis mecum: atqui tu dixisti; novi te nomine, etiamque inveniisti gratiam in oculis meis.

13. Jam ergò si, quæso, inveni gratiam in oculis tuis: notum, quæso, fac mihi vias tuas, ut cognoscam de te, quod invener m gratiam in oculis tuis: vide etiam, quod populus tuus (*sit*) gens hæc.

14. Dixit ergò; Facies meæ ibunt, donec quietem dedero tibi.

15. Tum dixit ad eum; Si non facies tuæ (*erunt*) euntes: ne descendere facias nos hinc

16. Per quid enim cognoscetur unquam, quod invenerim gratiam in oculis tuis; ego & populus tuus? Nonne per hoc, si eas nobiscum? Ita præstantiores erimus ego & populus tuus præ omni populo, qui super faciebus terræ (*est.*)

17. Cumque diceret JEHOVAH ad Mosen; Etiam verbum hoc, quod dixisti, faciam; quia inveniisti gratiam in oculis meis, & cognovi te nomine:

18. Dixit (*ille;*) ostende mihi gloriam tuam.

19. Cui dixit (*Jehovah;*) Ego præterire faciam omne bonum meum coram te, & prædicabo nomen JEHOVÆ coram te; d) *Rom.* 9, 15. &, [d] miserebor, cujus miserebor, & miserabor, quem miserabor.

20. Porrò dixit; non (*tamen*) poteris videre facies meas: quia non videbit me homo, vivetque.

21. Amplius dixit JEHOVAH; Ecce, locum, qui mecum (*est;*) ubi stabis super petra.

22. Et cum præteribit gloria mea, fiet, ut ponam te in foramine petræ, & obtegam manum meam super te, usque dum prætervero.

23. Ubi verò removero manum meam, videbis posteriora mea: at facies meæ non videbuntur.

CAP. XXXIV.

Moses I. justus ad DEUM in montem Sinaj cum dolatis tabulis duabus ascendit. à v. 1. Ubi II. videt Gloriam DEI. à v. 5. Qui III. fœdus per ipsum populo pangit. à v. 10. Et IV, quasdam leges repetit, (1.) de non pangendo fœdere cum Cananæis. à v. 12. (2.) de festo azymorum. v. 18. (3.) de primogenitis. à v. 19. (4.) de Sabbatho. v. 20. (5.) de festo Septimanarum. v. 22. (6.) comparitione coram DEO. v. 23, 24 (7.) de fermentato. v. 25. (8.) primitiis. v. 26. V. Mosis de monte descendentis cum tabulis scriptis facies radiat. à v. 29.

DEinde dixit JEHOVAH ad Mosen; [a] dola tibi duas tabulas lapidum, sicut (*erant*) priores; ut scribam super tabulas verba, quæ fuerunt super tabulis prioribus, quas fregisti. a) *Deut.* 10, 1.

2. Esto itaque paratus in crastinum manè, ut ascendas manè in montem Sinaj, & consistas ibi mihi super capite montis.

3. Vir autem (*ullus*) non ascendet tecum; etiamque vir non videbitur in toto monte: etiam pecus aut armentum non pascent è regione montis hujus.

4. Dolavit ergò duas tabulas lapidum, sicut priores: & manè surrexit Moses sub auroram, ascenditque in montem Sinaj, quemadmodum præceperat JEHOVAH ipsi: sumsit verò in manum suam duas tabulas lapidum.

5. Tum descendit JEHOVAH in nube, constititque ibi cum eo: qui invocavit nomen JEHOVÆ.

6. Prætervit deinde JEHOVAH ante facies ejus; prædicavitque; JEHOVAH, [b] JEHOVAH (*est*) DEUS misericors & gratiosus, longanimis ad iras, & magnus benignitate & veritate: b) *Exod.* 20, 6. *Ps.* 86, 15. 103, 8. 145, 8.

7. Ser-

e) *Exod.* 20, 5. *Deut.* 5, 10. *Ier.* 32, 18 d) *Iob.* 9, 2. *Ps.* 143, 2

7. Servans [c] benignitatem in millia, remittens iniquitatem, & prævaricationem, & peccatum: [d] absolvendo tamen (*nocentem*) non absolvet, visitans iniquitatem patrum super filios, & super filios filiorum, super tertianos, & super quartanos.

8. Festinavit autem Moses, & incurvavit se in terram, & adoravit:

9. Dixitque; si, quæso, inveni gratiam in oculis tuis, Domine: eat, quæso, Dominus in medio nostri: quia populus durus cervice ille (*est,*) ut condones iniquitatem nostram, & peccatum nostrum, & hæreditatem tuam facias nos.

10. Cui dixit; Ecce, ego pangens (*sum*) fœdus, quod coram omni populo tuo facturus sim mirabilia, qualia non creata sunt in omni terra, & in omnibus gentibus: ut videat omnis populus, in cujus medio tu (*es,*) opus JEHOVÆ; quòd venerabile illud, quod ego facturus sum tecum, (*ô populo.*)

11. Custodi (*modò*) tibi, quod ego præcipiens (*sum*) tibi hodiè: ecce (*enim*) ego expellens (*ero*) ante te Emoræum, & Cananæum, & Chitthæum, & Perisæum, & Chivvæum, & Jebusæum.

e) *Exod.* 23, 32. *Deut.* 7,

12. Cave tibi, ne pangas [e] fœdus cum habitatore terræ, super quam tu venturus es: ne fiat in laqueum in medio tui.

13. Sed altaria eorum evertetis, & statuas eorum confringetis, & lucos eorum excinderis.

14. Non enim adorabis DEUM alium: quia JEHOVÆ nomen est, Zelotes; DEUS Zelotes ille.

15. Ne (*inquam*) pangas fœdus cum habitatore: ac scorteutur (*aliqui vestrûm*) post deos eorum, ac sacrificent diis eorum, aut vocet (*ille*) te, comedasque de sacrificio ejus:

f) *Num.* 25, 1. 1. *Reg.* 11, 2.

16. Aut [f] accipias de filiabus ejus filiis tuis; scorteanturque filiæ ejus post deos eorum, & scortari faciant filios tuos post deos earum.

17. Deos fusiles non facies tibi.

g) *Exod.* 12, 14.

18. Festum [g] Azymorum servabis; septem dies comedes Azyma, quæ præcepi tibi; ad tempus fixum mensis Abib: quia in mense Abib existi ex Ægypto.

19. [h] Omnis apertura uteri mihi (*esto:*) ideò quoad omne pecus tuum, masculum dabis, aperturam bovis & pecudis. h) *Exod.* 13, 12. 22, 30. *Num.* 18, 15.

20. Aperturam autem asini redimes pecude: quòd si non redemeris, decollabis eam. [i] Omnem (*etiam*) primogenitum filiorum tuorum redimes: neque videbuntur facies meæ vacuè. i) *Luc.* 2, 23. *Deut.* 16, 16.

21. [k] Sex diebus operaberis: sed in die septimo quiesces: in aratione & in messe quiesces. k) *Exod.* 20, 9. 23, 12. 35, 2.

22. [l] Festum etiam septimanarum facies tibi; tempore primitiarum messis tritici: itemque festum collectionis, tempore revolutionis anni. l) *Deut.* 16, 10.

23. [m] Tribus vicibus in anno videbitur omnis masculus ad facies Domini, JEHOVÆ, DEI Jisraëlis. m) *Exod.* 23, 17. *Deut.* 16, 16.

24. Cum expulero gentes coram te, & dilatavero terminum tuum: non concupiscet vir terram tuam, dum ascenderis, ut videaris ad facies JEHOVÆ, DEI tui, tribus vicibus in anno.

25. Non mactabis super fermentato sanguinem sacrificii mei: neque pernoctabit usque manè sacrificium festi Paschatis.

26. [n] Primitias, primos fructus terræ tuæ, adduces ad domum JEHOVÆ, DEI tui. Non elixabis [o] hœdum in lacte matris ejus. n) *Exod.* 23, 19. o) *Deut.* 14, 21.

27. Post dixit JEHOVAH ad Mosen, scribe tibi verba hæc: quia super ore (*tenore*) verborum horum pepigi tecum fœdus, & cum Jisraële.

28. Fuit autem (*Moses*) ibi cum JEHOVAH [p] quadraginta diebus & quadraginta noctibus: panem non comedit, & aquam non bibit: ac scripsit (*Jehovah*) [q] super tabulas verba fœderis, decem verba. p) *Exod.* 24, 18. *Deut.* 9, 9. q) *Deut.*

29. Cum verò descenderet Moses de monte Sinaj, duæque tabulæ Testimonii essent in manu Mosis, cum descenderet ille de monte: factum est, ut Moses non sciret, quod radiaret cutis facierum suarum, dum loqueretur:

30. Vidit autem Aharon, & omnes filii Jisraëlis Mosen, cùm, ecce, radiaret cutis facierum ejus: adeò ut timerent accedere ad eum.

31. Cum

31. Cum tamen vocaret eos Moſes, reverſi ſunt ad eum Aharon & omnes principes in cœtu; locutuſque eſt Moſes ad eos.

32. Poſt demùm acceſſerunt omnes filii Iſraëlis: quibus præcepit omnia, quæ locutus eſt JEHOVAH cum ipſo in monte Sinaj.

33. Cum autem abſolviſſet Moſes loqui cum iis: dedit ſuper facies ſuas [r] velum.

34. Deinceps quum intravit Moſes ante JEHOVAM ad loquendum cum eo, removit velum uſque dum exiret: at cum exivit, ut loqueretur ad filios Iſraëlis, id quod præceptum eſt;

35. Videruntque filii Iſraëlis facies Moſis, quod radiaret cutis facierum Moſis: reposuit Moſes velum ſuper facies ſuas, uſque dum intravit ad loquendum cum ipſo (*Jehovah.*)

CAP. XXXV.

Moſes I. filiis Iſraëlis inculcat Sabbathi obſervationem. à v. 1. II. Therumam colligendam indicat ad opera Sanctuarij conficienda. à v. 4. III. Eam populus congerit, uſq; ad abundantiam: viri, mulieres, & principes. à v. 20. Adipſum IV. faciendum vocantur Bezaleel & Oholiabus, primarij artifices. à v. 30.

POſteà congregavit Moſes omnem cœtum filiorum Iſraëlis, dixitque ad eos; Hæc ſunt verba, quæ præcepit JEHOVAH ad faciendum ea.

2. Sex [a] diebus fiet opus: at in die ſeptimo, erit vobis ſanctitas, Sabbathum Sabbathi, JEHOVÆ: omnis, qui fecerit in eo opus, occidetur.

3. Non accendetis ignem in omnibus habitationibus veſtris, in die Sabbathi.

4. Præterea dixit Moſes ad omnem cœtum filiorum Iſraëlis, dicendo; Hoc eſt verbum, quod præcepit JEHOVAH, dicendo;

5. Sumite à-cum vobis Therumah (*ſublationem*) JEHOVÆ: omnis [b] ſpontaneus corde ſuo adducet Therumam JEHOVÆ; aurum, & argentum, & æs:

6. Et hyacinthinum, & purpuram, & coccineum dibaphum, & xylinum, & capras:

7. Item pelles arietum ruforum, & pelles melium, & ligna (*cedrorum*) Schittim:

8. Oleum etiam pro lumine; & aromata pro oleo unctionis; & pro ſuffimento odoramentorum.

9. Denique lapides Sardonychis, & lapides impletionum, pro Ephodo & pro pectorali.

10. Omnis autem ſapiens corde in vobis veniant, & faciant omne, quod præcepit JEHOVAH:

11. (*Nimirum;*) Habitaculum, Tentorium ejus, & tegumentum ejus: anſulas ejus, & aſſeres ejus, vectes ejus, columnas ejus, & baſes ejus:

12. Arcam & vectes ejus; propitiatorium; & velum tegumenti:

13. Menſam, & vectes ejus, & omnia vaſa ejus; & panem facierum:

14. Et candelabrum luminis, & vaſa ejus, & lucernas ejus; & oleum luminis:

15. Et altare ſuffimenti; & vectes ejus; & oleum unctionis; & ſuffimentum odoramentorum; & tegumentum oſtii, pro oſtio habitaculi:

16. Altare holocauſti, & cribrum æris, quod ipſi (*eſſe debet,*) vectes ejus, & omnia vaſa ejus: labrum & baſin ejus:

17. Tapetes atrii, columnas ejus, & baſes ejus: & tegumentum portæ atrii:

18. Paxillos habitaculi, & paxillos atrii, & funes eorum:

19. Veſtes miniſterii, ad miniſtrandum in ſancto; & veſtes ſanctitatis pro Aharone Sacerdote, & veſtes filiorum ejus ad fungendum Sacerdotio.

20. Exiverunt ergo omnis cœtus filiorum Iſraëlis à-coram Moſe.

21. Deinde venerunt omnis vir, quem impulit cor ipſius; & omnis, cujus ſponaneus ſpiritus movit eum, adduxerunt Therumam JEHOVÆ ad opus tentorii Conventus, & in omne miniſterium ejus, & in veſtes ſanctitatis.

22. Venerunt, inquam, viri cum fœminis: omnis ſpontaneus corde attulerunt fibulam, & monile, & annulum, & cingulum, omnia vaſa auri; & omnis vir, qui moviravit motitationem auri JEHOVÆ.

23. Et omnis vir, cum quo inventum eſt hyacinthinum, aut purpura, aut coccineum dibaphum, aut xylinum, aut capræ, aut pelles arietum ruforum, aut pelles melium, adduxerunt.

24. Omnis tollens ſublationem argenti aut æris, attulerunt Therumam (*ſublationem*) JEHOVÆ: ac omnis, cum quo inventum (*quid*) eſt, ligna (*cedrorum*) Schittim in omne opus miniſterii attulerunt.

25. Item omnis mulier ſapiens corde, manibus ſuis neverunt, & attulerunt netum; hyacinthinum, & purpuram, coccineum dibaphum, & xylinum.

26. Et omnes mulieres, quas impulit cor earum, in ſapientia, neverunt capras.

27. At principes attulerunt lapides Sardonychis, & lapides impletionum, pro Ephodo, & pro pectorali:

28. Et aroma, & oleum, pro lumine, & pro oleo unctionis, & pro ſuffimento odoramentorum.

29. Omnis vir, & omnis mulier, quos ſponte movit cor eorum, ut adferrent in omne opus, quod præceperat JEHOVAH facere per manum Moſis; attulerunt (*inquam*) filii Iſraëlis ſpontaneum donum JEHOVÆ.

30. Cæterum dixit Moſes ad filios Iſraëlis; videte, vocavit JEHOVAH nominatim, [c] Bezaleelem, filium Uri, filii Churi, de tribu Judæ:

31. Implevitque eum ſpiritu DEI, quoad ſapientiam, & quoad intelligentiam, & quoad ſcientiam, & quoad omne opus:

32. Et quidem ad excogitandum cogitationes, ad laborandum in auro, & in argento, & in ære:

33. Et in ſculptura lapidis ad implendum, & in ſculptura lignorum ad laborandum in omni opere excogitationis.

34. Sed & ad docendum dedit in cor ejus: ipſum (*inquam*) & Oholiabum, filium Achiſamachi de tribu Dan:

35. Hos implevit ſapientiâ cordis, ad faciendum omne opus fabri & excogitantis, & acùpictoris in hyacinthino, & in purpura, in coccineo dibapho, & in xylino; & textoris: facientium omne opus, & excogitationum excogitationes.

CAP. XXXVI.

Bezaleel I. & Oholiabus ad opus ſanctuarij vocati à Moſe Therumam collecta accipiunt, & amplius quid conferri diſſuadent: unde Moſes inhibet. à v. 1. Iidem II. opus aggrediuntur: faciuntq; (1.) Habitaculi aulæa. à v. 8. & aulæa caprarum ſuper habitaculo. à v. 14. aſſeresq; cum vectibus eorum. à v. 20. (2.) Velum cum columnis eius. v. 35. 36. (3.) Tegumentum pro lanua Tentorij. v. 37. 38.

FEcit itaque Bezaleel, & Oholiab, & omnis vir ſapiens corde, cui dedit JEHOVAH ſapientiam, & intelligentiam, ut ſciret facere omne opus miniſterii ſanctitatis; quoad omne, quod præceperat JEHOVAH.

2. Nimirum (*ut diſtinctius omnia exponam;*) Moſes vocavit Bezaleelem & Oholiabum, & omnem virum ſapientem corde, in cujus cor dedit JEHOVAH ſapientiam; omnem (*inquam*) quem impulit cor ipſius, ut accederet ad opus, ad faciendum illud.

3. Acceperuntque à-coram Moſe omnem Therumam (*ſublationem,*) quam adduxerunt filii Iſraëlis ad opus miniſterii ſanctitatis, ad faciendum hoc. Cum autem illi adducerent ad ipſum adhuc ſingulis manè:

4. Venerunt omnes ſapientes, facientes omne opus ſanctitatis, vir, vir ab opere ſuo, quod ipſi facientes (*erant;*)

5. Dixeruntque ad Moſen, dicendo; Multiplicant populus adducere, plus quàm ſufficit miniſterio ad opus, quod præcepit JEHOVAH facere illud.

6. Ideò præcepit Moſes, ut promulgarent vocem per caſtra, dicendo; Vir aut fœmina ne faciant amplius opus in Therumam (*ſublationem*) ſanctitatis. Tum continuit ſe populus ab adducendo.

7. Nam quod ad opus; Fuit ſufficientia eorum pro omni opere, ad faciendum illud: quin abundantia erat illis.

8. Poſtea fecerunt omnis ſapiens corde inter facientes opus, Habitaculum, [a] decem aulæa: Xylinum intertextum, & hyacinthinum, & purpuram, & coccineum dibaphum;

dibaphum; Cherubim; opus Excogitantis fecit ea.

9. Longitudo aulæi unius erat, octo & viginti in cubito; latitudo autem quatuor in cubito; aulæum unum (*hoc erat*) mensura una omnibus aulæis.

10. Conjunxit verò quinque aulæa, unum cum altero: iterumque quinque aulæa, unum cum altero.

11. Deinde fecit loramenta hyacinthini super labium (*extremitatem*) aulæi unius in fine conjunctura. Sic fecit in labio aulæi extremi in conjunctura altera.

12. Quinquaginta loramenta fecit in aulæo uno; itemque quinquaginta loramenta fecit in extremitate aulæi, quod in conjunctura altera: terminantia se (*erant*) loramenta unum ad alterum.

13. Denique fecit quinquaginta ansulas auri, combinavitque aulæa, unum cum altero, per ansulas. Atque sic factum est habitaculum unum.

14. Deinde fecit aulæa caprarum, in tentorium super habitaculo: undecim aulæa fecit ea.

15. Longitudo unius aulæi (*erant*) triginta in cubito; & quatuor cubiti, latitudo aulæi unius: mensura una (*erat*) undecim aulæis.

16. Combinavit quinque aulæa seorsim: & sex aulæa seorsim.

17. Et fecit loramenta quinquaginta super labium (*oram*) aulæi extremi in conjunctura: itemque quinquaginta loramenta fecit super labium (*oram*) aulæi conjunctura alterius.

18. Fecit insuper ansulas æris quinquaginta, ad combinandum tentorium, ut esset unum.

19. Denique fecit tegumentum tentorio, pelles arietum ruforum, & tegumentum melium, supremo loco.

20. Posteà fecit asseres pro habitaculo; ligna (*cedrorum*) Schittim stantia.

21. Decem cubiti (*erat*) longitudo asseris; & cubitus & dimidium cubiti erat latitudo assetis unius.

22. Duæ manus (*erant*) asseri uni, immissæ una in alteram: sic fecit omnibus asseribus habitaculi.

23. Fecit autem asseres pro habitaculo (*ita:*) viginti asseres (*erant*) versus angulum meridiei, Austrum versus.

24. Et quadraginta bases argenti fecit sub viginti asseres: duas bases sub asserem unum, prope duas manus ejus.

25. Similiter lateri habitaculi secundo, versus angulum septentrionis, fecit viginti asseres.

26. Et quadraginta bases auri: duas bases sub asserem unum; itemque duas bases sub asserem alterum.

27. Cruribus autem habitaculi versus mare (*occidentem*) fecit sex asseres.

28. Et duos asseres fecit pro angulis habitaculi in cruribus.

29. Ita ut essent geminati (*sibi invicem inserti*) deorsum, & simul essent geminati ad caput ejus per annulum unum: ita fecit ambobus, pro duobus angulis.

30. Atque sic erant octo asseres, & bases eorum ex argento; sedecim bases: duæ bases, duæ bases sub assere quoque.

31. Posit fecit vectes lignorum (*cedrorum*) Schittim quinque, pro asseribus lateris habitaculi, primi.

32. Et quinque vectes pro asseribus lateris habitaculi, secundi: & quinque vectes pro asseribus habitaculi, (*qui*) cruribus (*erant*) versus mare (*occidentem.*)

33. Et fecit (*quidem*) vectem (*quemq*$_e$) medium ita ut penetraret (*quisq*$_s$) per medium asserum ab extremitate ad extremitatem.

34. Denique asseres obduxit auro; annulosque eorum fecit ex auro, receptacula pro vectibus: itemq; obduxit vectes auro.

35. Porrò fecit velum ex hyacinthino, & purpura, & coccineo dibapho, & xylino intertexto; opus Excogitantis fecit illud, Cherubim nimirum.

36. Fecitque ei quatuor columnas (*cedrorum*) Schittim: & obduxit eas auro; uncos earum (*etiam*) ex auro: ac fudit illis quatuor bases argenti.

37. Tandem fecit tegumentum pro janua tentorii, hyacinthinum, & purpuram, & coccineum dibaphum, & xylinum intertextum, opus acupictoris.

38. Et columnas ejus quinque, & uncos earum: obduxitque capita earum, & ambitus

ambitus earum auro: bases autem quinque earum æs (*erant.*)

CAP. XXXVII.

Bezaleel & Oholiabus fecerunt de opere sanctuarij (4.) Arcam Fœderis, cum Propitiatorio & Cherubis. à v. 1. (5.) Mensam panum propositionis cum vasis eius. à v. 10. (6.) Candelabrum cum calamis, calicibus & malogranatis vasisque. à v. 17. (7.) Altare suffitus. à v. 25. (8.) Oleum unctionis, & suffimentum aromatum. v. ult.

a) *Exod. 25, 1.*

Posteà fecit Bezaleel [a] Arcam, ligna (*cedrorum*) Schittim: duo cubiti cum dimidio erat longitudo ejus: & cubitus cum dimidio latitudo ejus: cubitus item cum dimidio altitudo ejus.

2. Obduxitque eam auro puro, intus & foris: ac fecit ei coronamentum auri circumcirca.

3. Fudit etiam quatuor annulos auri juxta quatuor angulos ejus: ita ut duo annuli (*essent*) super latere uno, & duo annuli super latere altero.

4. Tum fecit vectes lignorum (*cedrorum*) Schittim: obduxitque eos auro.

5. Immisit autem vectes in annulos super lateribus arcæ, ad portandum arcam.

6. Fecit item Propitiatorium, aurum purum: duo cubiti cum dimidio (*erat*) longitudo ejus; & cubitus cum dimidio latitudo ejus.

7. Fecitque duos Cherubos ex auro: opus solidum fecit eos, à duabus extremitatibus Propitiatorii.

8. Ita ut Cherubus unus (*esset*) ab extremitate hinc: & Cherubus unus ab extremitate illinc: ex propitiatorio fecit Cherubos à duabus extremitatibus ejus.

9. Fuerunt autem Cherubi expandentes alas sursum, tegentes alis suis propitiatorium; faciesque eorum viri ad fratrem suum: versus propitiatorium fuerunt facies Cheruborum.

10. Deinde fecit mensam, ligna (*cedrorum*) Schittim: duo cubiti longitudo ejus, & cubitus latitudo ejus: at cubitus cum dimidio altitudo ejus.

11. Obduxitque eam auro puro, & fecit ei coronamentum auri circumcirca.

12. Fecit etiam illi tæniam palmi circumcirca: fecitque coronamentum auri circumcirca.

13. Fudit item quatuor annulos ex auro: deditque annulos super quatuor angulos, qui erant quatuor pedibus ejus.

14. Propè tæniam fuerunt annuli, (*ut essent*) receptacula vectibus; ad portandum mensam.

15. Fecit enim vectes; ligna (*cedrorum*) Schittim, obduxitque eos auro; ad portandum mensam.

16. Denique fecit vasa, quæ super mensa essent, scutulas ejus, & acerras ejus, & scopas ejus, & scutellas, quibus integeretur; aurum purum.

17. Præterea fecit candelabrum, (*quod erat*) aurum purum: solidum opus fecit candelabrum, crus ejus & calamus ejus, mala granata ejus, & flores ejus ex ipso fuerunt.

18. Sex autem calami exeuntes (*erant*) ex lateribus ejus; (*nimir.*) tres calami candelabri ex latere ejus uno; & tres calami candelabri ex latere ejus secundo.

19. Tres calices amygdalati in calamo uno, malum granatum (*item*) & flos: & tres calices amygdalati in calamo altero, malum granatum (*item*) & flos. Sic (*fiebat*) ex calamis exeuntibus ex candelabro.

20. At in candelabro (*ipso*) quatuor calices amygdalati, mala granata (*item*) ejus, & flores ejus.

21. Scilicet, malum granatum sub binis calamis ex eo, (*ubi exibant*), & malum granatum sub binis calamis ex eo; sex calamis exeuntibus ex eo.

22. Mala granata eorum, & calami eorum ex eo fuerunt: totum (*fuit*) opus solidum unum, aurum purum.

23. Fecitque lucernas ejus septem, & forcipes ejus, & trullas ejus, aurum purum.

24. Talentum, (*id*q_e) aurum purum fecit illud, & omnia vasa ejus.

25. Porrò fecit [b] altare suffitus, ligna (*cedrorum*) Schittim: cubitus longitudo ejus, & cubitus latitudo ejus, quadratum (*scil.*) duo autem cubiti altitudo ejus; ex eo fuerunt cornua ejus.

b) *Exod. 30, 1.*

26. Obduxitque illud auro puro; tectum ejus, & parietes ejus circumcirca & cornua,

cornua ejus: ac fecit illi coronamentum auri circumcirca.

27. Duos etiam annulos auri fecit ei, infra coronamentum ejus, ſuper duobus lateribus ejus; ſuper (*inquam*) duobus lateribus ejus, in receptacula provectibus, ad portandum id per illos.

28. Fecit enim vectes, ligna (*cedrorum*) Schittim: obduxitque eos auro.

29. Denique fecit oleum unctionis, ſanctum, & ſuffimentum aromatum purum, opus Pharmacopœi.

CAP. XXXIIX.

Bezaleel & Oholiabus faciunt. (9.) *Altare Holocauſti, cum cornibus, reti, vaſis, annulis & vectibus.* à v.1. (10.) *Labrum æris cum baſi.* v.8. (11.) *Atrium cum columnis & tapetibus, & velo eius.* à v.9. (12.) *Quæ in omnia opera quantum inſumtum ſit, tum auri, tum argenti, tum æris, tandem ſubjicitur.* à v.21.

a) *Exod. 27,1. 2.Par.1, 5.*

DEinde fecit [a] altare holocauſti, ligna (*cedrorum*) Schittim: quinque cubiti longitudo ejus, & quinque cubiti latitudo ejus, quadratum: & tres cubiti altitudo ejus.

2. Fecitque cornua ejus ſuper quatuor angulis ejus; ex ipſo fuerunt cornua ejus: obduxit autem id ære.

3. Fecit quoque omnia vaſa altaris; lebetes, & palas, & crateres, & fuſcinulas, & forcipes: omnia vaſa ejus (*hæc*) fecit ex ære.

b) *Exod. 27,4.* 4. Inſuper fecit altari [b] rete, opus retis æris; infra ambitum ejus deorſum, uſque ad dimidium ejus.

5. Ac fudit quatuor annulos in quatuor extremitatibus, pro reti æris, in receptacula pro vectibus.

6. Quos vectes fecit ligna (*cedrorum*) Schittim; obduxitque eos ære.

7. Immiſit ergo vectes in annulos ſuper lateribus altaris, ad portandum id per illos: cavum tabularum fecit id.

c) *Exod. 30,18.* 8. Portò fecit [c] Labrum æris, & baſin ejus æris: ex ſpeculis miniſtratum, quæ miniſtrabant ante oſtium Tentorii Conventus.

d) *Exod. 27,9.* 9. Præterea fecit [d] atrium, ad latus meridiei verſus Auſtrum: tapetes atrii (*erant*) Xylinum intertextum, centum in cubito.

10. Columnæ eorum viginti, & baſes eorum viginti ex ære: unci columnarum, & faſciæ earum ex argento.

11. Ad latus verò Septentrionis, centum in cubito; columnæ eorum viginti, & baſes viginti ex ære: unci columnarum, & faſciæ earum ex argento.

12. Ad latus verò maris (*occidentis,*) tapetes, quinquaginta in cubito; columnæ eorum decem: unci columnarum, & faſciæ earum ex argento.

13. Item ad latus orientis; verſus ortum, quinquaginta in cubito.

14. Tapetes, quindecim cubiti, ad humerum (*unum;*) columnæ eorum tres, & baſes eorum tres.

15. Pro humero autem ſecundo, hinc & illinc ad portam atrii; Tapetes, quindecim cubiti: columnæ eorum tres, & baſes eorum tres.

16. Omnes tapetes atrii circumcirca (*erant*) Xylinum intertextum.

17. Baſes verò pro columnis æs; unci columnarum, & faſciæ earum argentum, obductioque capitum eorum, argentum: ipſæ etiam faſciis ornatæ ex argento; omnes columnæ atrii.

e) *Exod. 27,16.* 18. At [e] velum portæ atrii (*erat*) opus acupictoris; hyacinthinum, & purpura, & coccineum dibaphum, & xylinum intertextum: & viginti cubiti longitudo; altitudo autem cum latitudine quinque cubiti, juxta tapetes atrii.

19. Columnæ verò illorum quatuor, & baſes harum quatuor ex ære: unci earum ex argento; & obductio capitum earum, & faſciæ earum ex argento.

20. Omnes denique paxilli habitaculo & atrio circumcirca (*erant*) ex ære.

21. Hi ſunt numerati Habitaculi, Habitaculi (*ſcilicet*) Teſtimonii; qui numerati ſunt ex mandato Moſis, per miniſterium Levitarum, ſub manu Ithamaris, filii Aharonis, Sacerdotis, (*cum oblationibus ſuis.*)

22. Cum Bezaleel, filius Uri, filii Churi, de tribu Judæ, faceret omnia, quæ præcepit JEHOVAH Moſi;

23. Et

23. Et cum eo Oholiabus, filius Achiſamachi de tribu Danis, artifex & Excogitator, & Acupictor in hyacinthino, & purpurâ, & coccineo dibapho, & xylino.

24. Omne aurum (*quod attinet*) inſumtum in opus in omni opere ſanctitatis; fuit (*inquam*) aurum agitationis, novem & viginti talenta, ac ſeptingenti & triginta ſicli, in ſiclo ſanctitatis.

25. Argentum autem numeratorum cœtus, centum talenta; & mille atque ſeptingenti, & quinque atque ſeptuaginta ſicli, in ſiclo ſanctitatis.

26. Didrachma (*Beka dictum*) in caput, dimidius (*ſcil.*) ſiclus in ſiclo ſanctitatis; in omnem tranſeuntem inter numeratos, à filio viginti annorum & ſupra; de ſexcentis millibus, & tribus millibus, & quingentis atque quinquaginta.

27. Adhibita autem ſunt centum talenta argenti, ad fundendum baſes ſancti, & baſes veli: centum baſes juxta centum talenta; talentum pro baſi.

28. Ex mille autem & ſeptingentis, atque quinque & ſeptuaginta (*ſiclis*) fecit uncos pro columnis: itemque obduxit capita earum, & faſciis eas ornavit.

29. Portò æs agitationis (*erat*) ſeptuaginta talenta, & duo millia atque quadringenti ſicli.

30. Ex quo fecit baſes oſtii Tentorii Conventus, & altare æris, & rete æris, quod illi erat, & omnia vaſa altaris:

31. Et baſes atrii circumcirca, & baſes portæ atrii; & omnes paxillos habitaculi, & omnes paxillos atrii circumcirca.

CAP. XXXIX.

Fecerunt tandem Bezaleel & Oholiabus Veſtes miniſterij. I. Aharoni Sacerdoti magno. (1.) *Ephodum cum humeralibus, cingulo & lapidibus.* à v.1. (2.) *Pectorale cum lapidum ordinibus, catenulis, annulis & funiculis.* à v.8. (3) *Pallium Ephodi.* a v.22. (4.) *Cidarim cum bractea.* v.23.ſqq. II. *Aharoni & filiis; Tunicas & tiaras.* v.27.28. III. *Omne opus ſanctuarij confectum ad Moſen adducitur.* à v.33.

a) *Exod. 28,4.* EX [a] hyacinthino tandem & purpura, & coccineo dibapho fecerunt veſtes miniſterii ad miniſtrandum in ſancto: feceruntque (*Sacerdotales*) veſtes ſanctitatis, quæ Aharoni (*eſſent,*) quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

2. Nimirum fecit (*Artifex*) Ephodum (*ex*) auro, hyacinthino, & purpura, coccineoque dibapho, & Xylino intertexto.

3. Expanderunt enim laminas auri, & concidit (*ille*) in fila, ad faciendum in medio hyacinthini, & in medio purpuræ, & in medio coccinei dibaphi, & in medio Xylini; opere Excogitatoris.

4. Humeralia fecerunt illi connexa: ſuper (*namq;*) duabus extremitatibus ſuis erat connexum.

5. Item Cingulum amictus ejus, quod ſuper eo (*erat,*) ex ipſo fuit, juxta opus ipſius, ex auro, hyacinthino, & purpura, & coccineo dibapho, & xylino intertexto; ſicut præcepit JEHOVAH Moſi.

6. Præterea fecerunt lapides Sardonychis, circumdatos fundis auri, ſculptis ſculpturis ſigilli, ſecundum nomina filiorum Iſraëlis:

7. Poſuitque eos ſuper humeralia Ephodi; (*ut eſſent*) lapides memoriæ pro filiis Iſraëlis: ſicut præcepit JEHOVAH Moſi.

8. Porrò fecit Pectorale, opus Excogitatoris, juxta opus Ephodi; aurum, hyacinthinum, & purpuram, & coccineum dibaphum & Xylinum intertextum.

9. Quadratum fuit, (*ſed*) duplicatum fecerunt pectorale: ſpithama (*erat*) longitudo ejus, & ſpithama latitudo ejus, (*ſed*) duplicatum.

10. Compleveruntque in eo quatuor ordines lapidis (*pretioſi:*) Ordo Pyropi, Topazii, & Smaragdi (*erat*) ordo primus.

11. Ordo autem ſecundus, Chryſoprаſus, Sapphirus & Adamas.

12. At ordo tertius, Cyanus, Achates & Amethyſtus.

13. Denique ordo quartus, Thalaſſius, Sardonyx, & Jaſpis: circumdati fundis auri in completionibus ſuis.

14. La-

14. Lapides autem (*erant*) juxta nomina filiorum Jisraëlis isti, duodecim; juxta (*inquam*) nomina eorum: sculpturæ sigilli erant quilibet juxta nomen suum, quod duodecim tribus.

15. Deinde fecerunt catenulas terminales, opus funiculi; aurum purum (*erant.*)

16. Fecerunt quoque duas fundas auri, & duos annulos auri: dederuntque duos annulos super duas extremitates pectoralis.

17. Pòst dederunt duos funiculos auri super duos annulos, (*qui*) super duabus extremitatibus pectoralis:

18. At duas extremitates duorum funiculorum dederunt super duas fundas; ac (*anà*) dederunt ea super humeralia Ephodi, versus facies ejus.

19. Insuper fecerunt duos annulos auri, posueruntque super extremitates duas pectoralis super labium ejus, quod (*erat*) ex altera parte Ephodi introrsum:

20. Et fecerunt duos annulos auri, dederuntque eos super duo humeralia Ephodi inferius, è regione facierum ejus, propè juncturam ejus; supra Cingulum Ephodi.

21. Denique suspenderunt pectorale ex annulis ejus ad annulos Ephodi filo hyacinthini, ut esset super cingulo Ephodi, nec removeretur pectorale à super Ephodo; sicut præcepit JEHOVAH Mosi.

b) *Exod. 28,31.* 22. Posteà fecit [b] pallium Ephodi, opus Textoris: totum (*erat*) hyacinthinum,

23. Os autem pallii in medio ejus (*erat*) sicut os loricæ: labium ori ejus circumcirca, ne rumperetur.

24. Fecerunt insuper super fimbrias pallii mala granata hyacinthini, & purpuræ, & coccinei dibaphi, intertextum (*opus.*)

25. Deinde fecerunt tintinnabula auri puri, dederuntque tintinnabula in medio malorum granatorum super fimbriis pallii; in medio (*inquam*) malorum granatorum.

26. Tintinnabulum & malogranatum, tintinnabulum & malogranatum; super fimbriis pallii circumcirca; ad ministrandum sicut præcepit JEHOVAH Mosi.

c) *Exod. 28,39.* 27. Præterea fecerunt [c] tunicas Xylini, opus Textoris; pro Aharone & filiis ejus.

28. Item cidarim è Xylino, & ornamenta tiararum è Xylino; & femoralia lini, cum Xylino intertexto.

29. Denique baltheum è Xylino intertexto, & hyacinthino, & purpura, & coccineo dibapho, opus acupictoris: sicut præcepit JEHOVAH Mosi.

30. Tandem fecerunt bracteam coronæ sanctitatis, aurum purum: scripseruntque super eam scriptura scripturarum sigilli; sanctitas (*ישׁ*) JEHOVÆ.

31. Et dederunt super eam filum hyacinthini, ad dandum super Cidarim superius; sicut præcepit JEHOVAH Mosi.

32. Ita absolutum est omne opus Habitaculi Tentorii Conventus; dum fecerunt filii Jisraëlis; juxta omne, quod præcepit JEHOVAH Mosi, sic fecerunt.

33. Tum adduxerunt Habitaculum ad Mosen: (*sc.*) Tentorium, & omnia vasa ejus; ansulas ejus, asseres ejus, vectes ejus, & columnas ejus, & bases ejus:

34. Et tegumentum pellium arietum ruforum, & tegumentum pellium melium; & velum tegumenti

35. Arcam Testimonii, & vectes ejus; & propitiatorium:

36. Mensam, omnia vasa ejus, & panem facierum:

37. Candelabrum purum, lucernas ejus, lucernas (*scil.*) dispositionis, & omnia vasa ejus, & oleum luminis:

38. Et altare auri, & oleum unctionis, & suffimentum aromatum, & tegumentum ostii Tentorii.

39. Altare æris, & rete æris, quod ipsi (*erat,*) vectes ejus, & omnia vasa ejus; labrum & basin ejus:

40. Tapetes atrii, columnas ejus, & bases ejus, & tegumentum pro potta atrii, funes ejus, & paxillos ejus, & omnia vasa operis Habitaculi pro Tentorio Conventus.

41. Vestes ministerii ad ministrandum in sancto; vestes sanctitatis pro Aharone sacerdote, & vestes filiorum ejus ad fungendum sacerdotio.

42. Juxta omne, quod præcepit JEHOVAH

JEHOVAH Mosi; sic fecerunt filii Jisraëlis, omne opus.

43. Vidit ergò Moses omne opus; & ecce fecerunt id; sicut præceperat JEHOVAH, sic fecerant; ideoque benedixit illis Moses.

CAP. XL.

DEUS præcipit Mosi erigere Habitaculum, & omnia in illud inferenda atq; disponere. à v. 1. II. Quod Moses accurate & distincte facit. à v. 16. Tandem III. Nubes tentorium obtegit, & gloria Jehova illud implevit. à v. 34.

TUm locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo;

2. In die Mensis primi; in primo (*inquam*) Mensis, eriges Habitaculum Tentorii Conventus.

3. Et pones ibi Arcam Testimonii, & tegere facies super arcam propitiatorium.

4. Et introduces mensam, & disponesdispositionem (*panum*) ejus: & introduces candelabrum, & ascendere facies lucernas ejus,

5. Et dabis altare auri pro suffitu ante Arcam Testimonii, & pones Tegumentum ostii, (*quod*) Habitaculo.

6. Tum dabis altare holocausti ante ostium Habitaculi Tentorii Conventus.

7. Porrò dabis Labrum inter Tentorium Conventus, & inter altare; & dabis ibi aquas.

8. Denique pones atrium circumcirca; & dabis tegumentum portæ atrii.

a) *Exod. 30,26.* 9. Postea sumes [a] oleum unctionis, & unges Habitaculum, & omne, quod in eo: sanctificabisque illud, & omnia vasa ejus; ut sit sanctum.

10. Unges etiam altare holocausti, & omnia vasa ejus: sanctificabisque altare, ut altare sit sanctum sanctorum.

11. Unges item labrum & basin ejus; sanctificabisque illud.

b) *Exod. 29,4.* 12. Deinde appropinquare facies [b] Aharonem & filios ejus ad ostium Tentorii Conventus; lavabisque eos aqua.

13. Tum indues Aharonem vestibus sanctitatis; ungesque eum, & sanctificabis eum, ut sacerdotio fungatur mihi.

14. Insuper appropinquabis filios ejus, & indues eos tunicis.

15. Ungesque eos, quemadmodum unxisti patrem eorum, ut sacerdotio fungantur. Erit autem, ut sit illis unctio eorum in Sacerdotium seculi, in generationes eorum.

16. Fecit itaque Moses; juxta omne, quod præcepit JEHOVAH ipsi, sic fecit.

17. Factum namque est; in mense primo, in anno secundo, in primo (*die*) Mensis, erectum est [c] Habitaculum.

c) *Num. 7,1.* 18. Siquidem erexit Moses Habitaculum, & dedit bases ejus, posuitque asseres, ac dedit vectes ejus, atque erexit columnas ejus.

19. Pòst extendit Tentorium super Habitaculum; posuitque tegumentum Tentorii super illud superius; sicut præcepit JEHOVAH Mosi.

d) *Heb. 9,4.* 20. Tum sumsit deditque [d] Testimonium in Arcam, posuitque vectes super Arcam, & dedit propitiatorium super Arcam superius.

21. Moxque introduxit Arcam in Habitaculum, posuitque velum tegumenti, ut tegeret super Arcam Testimonii; sicut præcepit JEHOVAH Mosi.

22. Pòst dedit mensam in Tentorium Conventus juxta crus Habitaculi versus Septentrionem; extra velum.

23. Disposuitque super illa dispositionem [e] panis, coram JEHOVAH; sicut præcepit JEHOVAH Mosi. e) *Exod. 25,30.*

24. Dein posuit candelabrum in Tentorio Conventus ante mensam, ad crus Habitaculi versus Austrum:

25. Et fecit ascendere lucernas coram JEHOVAH; sicut præcepit JEHOVAH Mosi,

26. Posteà posuit altare auri in Tentorio Conventus, ante velum:

27. Adolevitque super eo suffitum aromatum; sicut præcepit JEHOVAH Mosi,

28. Posuit etiam tegumentum ostii habitaculo.

29. At altare holocausti posuit ad ostium Habitaculi Tentorii Conventus, obtulitque super eo holocaustum & munus: sicut præcepit JEHOVAH Mosi,

30. Posuit item labrum inter Tentorium Conventus, & inter altare; deditque eò aquas ad lavandum:

31. Laveruntque ex eo Moses & Aharon, & filii hujus manus suas & pedes suos:

32. Quum ingressi sunt in Tentorium Conventus, & quum accesserunt ad altare, [f] laverunt se; sicut præcepit JEHOVAH Mosi.

f) *Exod. 30, 19.*

33. Tandem erexit atrium circa Habitaculum, & altare; deditque tegumentum portæ atrii. Ita absolvit Moses opus.

34. Tum [g] obtexit nubes Tentorium Conventus, & gloria JEHOVÆ implevit Habitaculum.

g) *Num. 9, 15. 1. Reg. 8, 10.*

35. Nec potuit Moses intrare in Tentorium Conventus: eò quod habitaret super eo nubes, & gloria JEHOVÆ impleret Habitaculum.

36. Cæterum quando ascendit nubes à super habitaculo, profecti sunt filii Israëlis; in omnibus profectionibus eorum.

37. Quod si non ascendit nubes, etiam non profecti sunt; usque ad diem, quo ascendit ea.

38. Quia nubes JEHOVÆ super habitaculo interdiu, & ignis fuit noctu in eo; in oculis omnis domus Israëlis, in omnibus profectionibus eorum.

LEVITICUS.

CAPUT I.

Hoc Capite DEUS de sacrificiis offerendis præcipere incipiens, docet de Holocausto I. de bestiis tum de bobus, tum de grege sumendis. a v. 1. II. De avibus, scil. de turturibus & filiis columbæ. à v. 14.

CÆterum clamavit ad Mosen, & locutus est JEHOVAH ad eum è tabernaculo Conventus, dicendo;

2. Loquere ad filios Israëlis, & dic ad illos; Homo quando adduxerit de vobis munus JEHOVÆ: (*si*) de bestia (*fuerit,*) de bobus aut de grege adducetis munus vestrum.

a) *Exod. 29, 10.*

3. Si [a] holocaustum (*fuerit*) munus ejus de bobus; masculum integrum adducet illud. Ad ostium tabernaculi Conventus adducet illud, in beneplacitum pro ipso, coram JEHOVAH.

4. Imponet autem manum suam super caput holocausti: tum cum beneplacito accipietur pro ipso, ad expiandum ipsum.

5. Deinde mactari faciet filium bovis coram JEHOVAH; & adferent filii Aharonis, sacerdotes, sanguinem, spargentque sanguinem ad altare circumcirca; quod est ad ostium tabernaculi conventus.

6. Mox decorticari faciet holocaustum, & dividi idem in frusta ejus.

7. Tum dabunt filii Aharonis Sacerdotis, ignem super altari; & disponent ligna super igne,

8. Itidemque disponent filii Aharonis, Sacerdotes, frusta, cum capite & simo, super lignis, quæ super igne, qui super altari.

9. Tandem intestina ejus, & crura ejus lavari faciet aquis; accendetque Sacerdos omnia super altari; (*eritq;*) holocaustum, ignitum odoris quietationis JEHOVÆ.

10. Quod si de grege (*fuerit*) munus ejus, de agnis (*sit,*) aut de hœdis, in holocaustum: masculum integrum adducet.

11. Mactari autem faciet illud ad pedem altaris versus septentrionem, coram JEHOVAH: spargentque filii Aharonis, Sacerdotes, sanguinem ejus super altare circumcirca.

12. Deinde dividi faciet illud in frusta ipsius; idque cum capite & simo: quæ disponet Sacerdos super ligna, quæ super igni, qui super altari.

13. Intestina autem, & crura, lavari faciet aquis: tandemque Sacerdos appropinquabit omnia, & adolebit super altari. Holocaustum hoc (*erit,*) ignitum odoris quietationis JEHOVÆ.

14. Quod si de ave holocaustum fuerit munus ejus: adferet de turturibus aut de filiis columbæ munus suum.

15. Appropinquabit autem illud Sacerdos ad altare, & abscerpet caput ejus, adolebitque super altari; sanguis verò ejus exprimetur ad parietem altaris.

16. Mox removebit ingluviem ejus cum pennis ejus, projicietque illam, juxta altare versus ortum, ad locum cineris.

17. Dein diffindet illud cum alis illius, (*ita tamen, ut*) non separet (*has.*) Tandem adolebit illud Sacerdos super altari, super lignis, quæ super igni. Holocaustum hoc (*erit,*) ignitum odoris, quietationis JEHOVÆ.

CAP. II.

Præcipit hoc Capite de Munere Minchæ. I. simplicis; unde sumendi sit, & quemadmodò offerendum. a v. 1. II. Coctiliben. v. 4. III. Sartaginis, v. 5. 6. IV. Cacabi. v. 7. V. De residuo ejus Sacerdoti dando. a v. 8. VI. De eo non fermentando. v. 11, 12. Sed VII. saliendo. v. 13. IIX. De Minchâ primitiarum. à v. 14.

QUando autem anima adferre voluerit munus Minchæ: similago erit munus ejus; super quam effundet oleum, dabitque super illam thus.

2. Tunc adferet illam ad filios Aharonis, Sacerdotes; [a] facietque accipi pugillo inde plenitudinem pugilli ipsius de similagine ejus, & de oleo ejus, unà cum omni thure ejus: Sacerdos autem adolebit memoriale ejus super altari; Ignitum (*erit*) odoris quietationis JEHOVÆ.

a) *Sir. 7, 34.*

3. Residuum tandem de Minchâh Aharoni, & filiis ejus (*cedet*) sanctum sanctorum de ignitis JEHOVÆ.

4. Si verò attulerit munus Minchæ, coctum clibani: similago (*erit*) placentarum azymarum, mixtarum oleo; & lagana azymorum, uncta oleo.

5. Quod si Minchah super sartagine (*fuerit*) munus tuum: similago mixta oleo, (*&*) azymum erit.

6. Frangendo illam, frusta (*fient,*) effundesque super eam oleum: (*tum grata*) Minchah (*erit*) illa.

7. Quod si Minchah cacabi (*fuerit*) munus tuum: è similagine cum oleo conficietur.

8. Adduces itaque Mincham, quamcunque facies de illis JEHOVÆ: appropinquabitque (*quisq; vestrûm*) ad Sacerdotem, admovebitque illam ad altare.

9. Sacerdos autem attollet de Minchah in memoriale, & adolebit super altari: Ignitum (*hoc erit*) odoris quietationis JEHOVÆ.

10. Residuum autem de Minchah (*cedet*) Aharoni & filiis ejus; sanctum sanctorum de ignitis JEHOVÆ (*erit.*)

11. Omnis Minchah, quam adferetis JEHOVÆ, non conficietur fermentata: ullum enim fermentum, aut ullum mel non (*esto,*) de quo adoleatis ignitum JEHOVÆ.

12. In munus (*quidem*) primitiarum adferetis illa JEHOVÆ: sed super altare non ascendere facient in odorem quietationis.

13. Omne porrò munus Minchæ tuæ [b] sale salietur; nec cessare facies sal fœderis DEI tui desuper Minchah tuâ: super (*enim*) omni munere tuo offeres salem.

b) *Matt. 5, 13. Mar. 9, 49. Col. 4, 6.*

14. Quod si denique offeres Mincham primitiarum JEHOVÆ: spicam viridem, tostam igne; contusum aristæ offeres Mincham primitiarum tuarum.

15. Dabis autem super eam oleum, & pones super eam thus: (*tum erit grata*) Minchah illa.

16. Sacerdos autem offeret in memoriale de contuso ejus, & de oleo ejus, unà cum omni thure ejus; ignitum (*hoc erit*) JEHOVÆ.

CAP. III.

Hoc capite ſacrificium Pacificorum inſtituitur. I. De bobus ſumendum: & quomodo offerendum. à v. 1. II. De grege: & (1.) quidem de agnis. à v. 6. (2.) De capris. à v. 12. cum modo offerendi.

SIn ſacrificium Pacificorum (*fuerit*) munus ejus: tum; ſi de bobus ille fuerit offerens, ſive maſculum ſive fœmellam; integrum illud offerat coram JEHOVAH.

2. Imponet autem manum ſuam ſuper caput muneris ſui, & mactari faciet illud, ad oſtium tentorii Conventus: ſpargentque filii Aharonis, Sacerdotes, ſanguinem ſuper altare circumcirca.

3. Deinde offerri faciet de ſacrificio pacificorum, Ignitum JEHOVÆ; (*nimirum*) adipem tegentem inteſtina, & omnem
a) *Exod.* [a] adipem, qui ſuper inteſtinis.
29,13.22. 4. Item, duos renes, & omnem adipem, qui ſuper illis, qui ſuper ilibus; & reticulum ſuper jecore; juxta renes, removebit illud.

5. Quæ adolebunt filii Aharonis ſuper altari, ſuper holocauſto, quod eſt ſuper lignis, quæ erunt ſuper igni. (*Hoc erit*) ignitum odoris quietationis JEHOVÆ.

6. Quòd ſi de grege (*fuerit*) munus ejus in ſacrificium Pacificorum: ſive maſculus ſive fœmella fuerit, offeret integrum.

7. Si agnum ille (*fuerit*) offerens (*in*) munus ſuum, adducet illud ante JEHOVAM.

8. Tum imponet manum ſuam ſuper caput muneris ſui, & mactari faciet illud coram tentorio Conventus: ſpargentque filii Aharonis ſanguinem ejus ſuper altare circumcirca.

9. Deinde offerri faciet de ſacrificio pacificorum, ignitum JEHOVÆ; adipem (*ſcil.*) ejus, caudam ejus integram, quam juxta ſpinam dorſi removebit: item adipem tegentem exta, & omnem adipem, qui eſt ſuper extis,

10. Inſuper duos renes, & adipem, qui ſuper illis, qui ſuper inteſtinis; & reticulum ſuper jecore; ſuper renibus removebit illud.

11. Quæ adolebit Sacerdos ſuper altari: pars igniti (*hoc erit* JEHOVÆ.

12. Quod ſi capra fuerit munus ejus: adducet illud ante JEHOVAM.

13. Imponetque manum ſuam ſuper caput ejus; mactarique faciet illud coram tentorio Conventus: ſpargent autem filii Aharonis ſanguinem ejus ſuper altare circumcirca.

14. Dein offeret de illo munus ſuum, ignitum JEHOVÆ: (*nempe*) adipem tegentem exta, & omnem adipem, qui eſt ſuper extis.

15. Item duos renes, & adipem, qui ſuper illis, qui ſuper inteſtinis; nec non reticulum ſuper jecore; juxta renes removebit illud.

16. Quæ adolebit Sacerdos ſuper altari: panis (*hoc erit*) igniti JEHOVÆ in odorem quietationis. Omnis adeps enim JEHOVÆ eſto.

17. Ideò (*hoc*) ſtatutum æternitatis in generationes veſtras in omnibus habitationibus veſtris (*erit*) [b] ullum adipem aut
b) *Lev.* ullum ſanguinem non comedetis. *7,23. 17,10. 19,26. Gen.9,4*

CAP. IV.

Sacrificium hic inſtituitur pro peccato Errantium, in genere. v.1.2. II. Inſpecie, (1.) Sacerdotis uncti, ex Juvenco. à v. 3. (2.) Totius Congregationis, etiam ex Juvenco. à v.13. (3.) Principis, ex hirco capraſum. à v.22. (4.) Animæ de populo, tum ex capellis caprarum. à v.27. tum ex agnis fœmellis. à v.32. ſumendum, & rite offerendum quodlibet.

PRæterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Loquere ad filios Iſraëlis, dicendo; Anima quando peccaverit (*aliqua*) per errorem (*contra quodcunq;*) de omnibus præceptis JEHOVÆ, quæ non fieri debent; feceritque (*quid*) de ullo ex illis:

3. (*Et quidem*) ſi Sacerdos unctus peccaverit juxta reatum populi: tum offeret pro peccato ſuo, quod peccavit, Juvencum, filium bovis integrum JEHOVÆ in Peccatum (*in ſacrificium pro peccato.*)

4. Adducet itaque Juvencum ad oſtium tentorii Conventus, ante JEHOVAM; imponetque manum ſuam ſuper caput Juvenci; & mactari faciet juvencum coram JEHOVAH.

5. Tum accipiet Sacerdos unctus de ſanguine Juvenci, adducetque ad tentorium Conventus.

6. Ubi intinget Sacerdos digitum ſuum in ſanguinem, & aſperget de ſanguine ſeptem vicibus ante JEHOVAM, verſus velamen ſancti.

7. Inſuper dabit Sacerdos de ſanguine ſuper cornua altaris ſuffimenti aromatum coram JEHOVAH, quod eſt in tentorio Conventus: omnem autem (*reliquum*) ſanguinem juvenci effundet ad fundamentum altaris holocauſti, quod eſt ad oſtium tentorii Conventus.

8. Omnem verò adipem juvenci Peccati, (*ſacrificij pro peccato,*) tollet de illo; (*nimirum*) adipem, tegentem exta, & omnem adipem, qui eſt ſuper extis;

9. Item duos renes, & adipem, qui (*eſt*) ſuper illis, qui (*eſt*) ſuper inteſtinis; nec non rete, quod (*eſt* ſuper jecore; juxta renes removebit illud:

10. Quemadmodum tollitur de bove ſacrificii pacificorum. Tum adolebit ea Sacerdos ſuper altari holocauſti.

a) *Lev.* 11. [a] Cutem porro juvenci, omnemque
7,8. carnem ejus, unà cum capite ejus, & cum cruribus ejus, ut & exta ejus, & fimum ejus.

12. Educet, inquam, totum juvencum foràs extra caſtra, ad locum mundum, ad effuſionem cineris; comburetque illum ſuper lignis igne: ſuper effuſione cineris comburetur. (*Cap. VI. 5. 4. vol.*

b) *Num.* 13. Quod ſi [b] tota congregatio Iſra-
15,24. ëlis erraverint, latuerit tamen res oculos cœtus; dum fecerunt unum ex omnibus præceptis JEHOVÆ, quæ non fieri debent:

14. Notum autem peccatum factum fuerit, ſuper quo peccarunt: tum adducent cœtus juvencum, filium bovis, in Peccatum (*in ſacrificium pro peccato,*) adducentque illum ante tentorium Conventus.

15. Poſteà imponent Seniores cœtus manus ſuas ſuper caput juvenci coram JEHOVAH, & mactabit (*aliquis*) juvencum coram JEHOVAH.

16. Dein adferet Sacerdos unctus de ſanguine Juvenci, ad tentorium Conventus.

17. Intingetque Sacerdos digitum in *partem*) de ſanguine, ac aſperget ſeptem vicibus coram JEHOVAH verſus velamen.

18. Etiamque de ſanguine (*aliquid*) dabit ſuper cornua altaris, quod eſt coram JEHOVAH, quod eſt in tentorio Conventus: (*reliquum*) autem omnem ſanguinem effundet ad fundamentum altaris holocauſti, quod eſt ante oſtium tentorii Conventus.

19. Omnem porrò adipem ejus tollet de eo, adolebitque ſuper altari.

20. Atque ſic faciet juvenco, quemadmodum fecit juvenco Peccati (*ſacrificij Sacerdotis pro peccato*;) ſic, inquam, faciet illi: expiabit ergo eos Sacerdos, & condonabitur illis.

21. Tandem educet Juvencum foràs extra caſtra, & comburet illum, quemadmodum combuſſit juvencum priorem. (*Hoc erit*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) cœtus.

22. Quiſquis princeps peccaverit, feceritque unum de omnibus præceptis JEHOVÆ DEI ſui, quæ fieri non debent, per errorem, atque adeò reus factus fuerit:

23. Aut notum fecerit (*quis*) ipſi peccatum ejus, quo peccaverit: tum adducet munus ſuum, hircum caprarum, marem integrum.

24. Imponetque manum ſuam ſuper caput hirci, ac mactari facie. eum in loco, quo (*quis*) mactat holocauſtum coram JEHOVAH; Hoc (*erit*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato.*)

25. Accipiet autem Sacerdos de ſanguine Peccati (*ſacrificij pro peccato*) digito ſuo, ac dabit ſuper cornua altaris holocauſti; (*reliquum*) verò ſanguinem ejus effundet ad fundamentum altaris holocauſti.

26. At omnem adipem ejus adolebit ſuper altari, ſicut adipem ſacrificii pacificorum. Atque ſic expiabit eum Sacerdos à peccato ipſius, condonabiturque illi.

27. Quòd ſi anima aliqua peccaverit per errorem de populo terræ: dum faciet

unum ex præceptis JEHOVÆ, quæ fieri non debent, adeoque rea erit:

28. Aut notum (*quis*) fecerit illi peccatum illius, quod peccaverit: adducet munus ſuum capellam caprarum integram fœmellam, pro peccato ſuo, quod peccaverit.

29. Imponetque manum ſuam ſuper caput Peccati (*ſacrificij pro peccato,*) ac mactari faciet Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) in loco holocauſti.

30. Sacerdos autem accipiet de ſanguine ejus digito ſuo, dabitque ſuper cornua altaris holocauſti; (*reliquum*) verò omnem ſanguinem ejus effundet ad fundamentum altaris.

31. Omnem verò adipem ejus removebit, quemadmodum remotus eſt adeps de ſuper ſacrificio pacificorum, adolebitque Sacerdos ſuper altari, in odorem quietationis JEHOVÆ. Ita expiabit eum Sacerdos, & condonabitur illi.

32 Sin agnum adduxerit munus ſuum in Peccatum, (*in ſacrificium pro peccato:*) fœmellam integram adducet.

33. Imponetque manum ſuam ſuper Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) mactarique faciet illam in Peccatum (*in ſacrificium pro peccato*) in loco, ubi mactatur holocauſtum.

34. Deinde accipiet Sacerdos de ſanguine Peccati, (*ſacrificij pro peccato*) digito ſuo, dabitque ſuper cornua altaris holocauſti; (*reliquum*) autem omnem ſanguinem effundet ad fundamentum altaris.

35. Tandem omnem adipem ſeparabit, quemadmodum ſeparatus eſt adeps agni de ſacrificio pacificorum; quæ adolebit Sacerdos ſuper altari, ſuper ignitis JEHOVÆ. Sic expiabit ipſum Sacerdos à peccato ipſius, quod peccavit; condonabiturque ipſi.

CAP. V.

Habet hoc Caput ſacrificium pro reatu. I. Hominis (1.) Teſtis negantis. v. 1. (2.) Attingentis immunda. v. 2 3. (3.) juramiti temere: v. 4, ſamendum vel de grege, vel de turturibus & pullis columbarum; vel de ſimilagine. à v. 5. II. Hominis prævaricantis in Sancta. à v. 14. III. Hominis tranſgredientis præceptum negativum. v. 17. 18.

II. Hominis juramiti cum mendacio, contra DEUM vel proximum. à v. 20.

QUando porrò anima peccaverit, dum audivit vocem maledictionis, ita ut teſtis ille (*ſit interrogatus*) aut vidit, aut novit, nec tamen indicavit: portabit iniquitatem ſuam.

2. Aut anima (*ſi peccaverit;*) quæ attigerit (*quid*) de omni re immunda, aut cadaver feræ immundæ, aut cadaver beſtiæ immundæ, aut cadaver reptilis immundi, ita ut ipſum lateat: immundus tamen ille, & reus *erit.*)

3. Aut quando attigerit immunditiem hominis, quoad quamcunque immunditiem ejus, quâ immundus fuerit factus, etſi ipſum latuerit; quum tamen cognoverit, reus erit.

4. Aut anima quando juraverit pronuntiando (*temerè*) labiis ſuis ad faciendum malum, aut ad faciendum bonum; quoad omnia, quæ pronuntiaverit (*temerè*) homo cum juramento, ita ut lateat illum: ubi tamen cognoverit ille, reus erit, quoad unumquodque de illis.

5. Fiet ergo; quando reus factus fuerit, quoad quodcunque de illis: confitebitur, ſuper quo peccaverit.

6. Deinde adducet Reatum ſuum (*ſacrificium pro reatu ſuo*) JEHOVÆ, pro peccato ſuo, quod peccavit, fœmellam de grege, agnam aut capellam caprarum, in Peccatum, (*in ſacrificium pro peccato:*) quo expiabit ipſum Sacerdos à peccato ipſius.

7. Quod ſi non aſſequatur manus ejus, quantum (*valet*) pecus: adferet reatum ſuum, quo peccavit, duos turtures, aut duos filios columbarum, JEHOVÆ; unum in Peccatum, (*in ſacrificium pro peccato,*) & unum in holocauſtum.

8. Adferet, inquam, illa ad Sacerdotem; qui offeret eum, qui in Peccatum (*in ſacrificium pro peccato venit*) primò: ita ut abripiat unguibus caput ejus è regione cervicis ejus, non tamen ſeparet:

9. Aſpergat autem de ſanguine Peccati, (*ſacrificij pro peccato*) ſuper parietem altaris: reliquum verò de ſanguine exprimatur ad fundamentum altaris. Tum Peccatum

catum (*ſacrificium pro peccato*) (*gratum*) erit.

10. Alterum poſteà faciet holocauſtum pro more. Ita expiabit eum Sacerdos à peccato ipſius, quod peccavit; condonabiturque illi.

11. Quod ſi nec aſſequatur manus ejus duos turtures, aut duos filios columbarum, adferet munus ſuum, quod peccando debet, decimam Ephæ de ſimilagine in peccatum (*ſacrificium pro peccato:*) non ponet ſuper illud oleum, nec dabit ſuper illud thus: eſt namque Peccatum, (*ſacrificium pro peccato.*)

12. Adducet autem ad Sacerdotem; accipietque pugillo Sacerdos de eo plenitudinem pugilli ſui, in memoriale ejus, adolebitque ſuper altari ſuper ignitis JEHOVÆ. Tum (*ſacrificium pro peccato*) erit (*gratum.*)

13. Atque ita expiabit eum Sacerdos ſuper peccato ipſius, quod peccavit, quodcunque (*fuerit*) de illis; condonabiturque ipſi: (*reliquum*) verò erit Sacerdotis, ſicut Minchah.

14. Inſuper locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

15. Quando anima (*aliqua*) prævaricata fuerit prævaricationem, & peccaverit per errorem (*in aliquo*) de ſanctis JEHOVÆ; tum adducet (*in*) reatum ſuum JEHOVÆ arietem integrum de grege; juxta æſtimationem tuam in argento ſiclorum, juxta ſicium ſanctitatis, in Reatum, (*ſacrificium pro reatu.*)

16. Id autem, circa quod peccavit de ſancto, reſtituet, ita ut quintam ejus partem addat ſuper illud; detque illud Sacerdoti. Tum Sacerdos expiabit illum per arietem reatus; condonabiturque illi.

17. Item ſi anima (*aliqua*) peccaverit, feceritque unum de omnibus præceptis JEHOVÆ, quæ non fieri debent, etiamſi non noverit, rea tamen erit, & portabit iniquitatem ſuam.

18. Ideò adducet arietem integrum de grege, juxta æſtimationem tuam, in Reatum (*ſacrificium pro reatu*) ad Sacerdotem: expiabitque eum Sacerdos ſuper errore ejus, quem erravit, ita ut non noſſet; tum condonabitur illi.

19. Reatus (*ſacrificium pro reatu*) hoc erit: reatum enim contraxit JEHOVÆ.

20. Locutus porrò eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

21. Quando [a] anima (*aliqua*) peccaverit, & prævaricata fuerit prævaricationem contra JEHOVAM; dum negavit proximo ſuo depoſitum, aut ſocietatem, aut raptum; aut oppreſſit proximum ſuum: a) *Num 5, 6.*

22. Aut invenit amiſſum, ſed negavit illud, juravitque ſuper mendacio; propter ullam de omnibus, quæ facere poteſt homo peccando in illis:

23. Quando, inquam, fiet, ut (*ita*) peccet (*quis,*) & reus fiat: tum reſtituet rapinam, quam rapuit; aut vi ablatum, quod vi abſtulit; aut depoſitum, quod depoſitum fuit apud ipſum; aut amiſſum, quod invenit:

24. Aut (*quicquid fuerit*) de omnibus, ſuper quo juraverit cum mendacio: reſtituet autem illud in capitali ſuo (*in ſpecie ſuâ,*) & quintam ejus partem addet ſuper illud; illi, cujus id fuit, dabit illud in die reatus ſui.

25. Reatum denique ſuum (*ſacrificium ſuum pro reatu*) adducet JEHOVÆ, arietem integrum de grege, juxta æſtimationem tuam, in Reatum (*ſacrificium pro reatu*) ad Sacerdotem.

26. Sacerdos autem expiabit eum coram JEHOVAH; condonabiturque illi; quodcunque (*etiam fuerit*) de omnibus, quæ fecerit, reum ſe conſtituendo per illud.

CAP. VI.

Leges dantur Sacerdotibus, quomodo offerre debeant. I. Holocauſtum. à v. 1. II. Minchah. à v. 7. III. Munus Aharonis & filiorum ejus. à v. 11. IV. Sacrificium pro peccato. à v. 17.

LOcutus etiam eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Præcipe Aharoni, & filiis ejus, dicendo; Hæc eſt [a] lex holocauſti. Aſcendere hoc debet ſuper focum, (*qui*) ſuper altari tota nocte uſque ad auroram; & ignis altaris accendi in illud. a) *Levit*

3. Deinde

3. Deinde induet Sacerdos amictum ſuum lini, & femoralia lini induet ſuper carnem ſuam, tolletque cinerem, in quem combuſſit ignis holocauſtum ſuper altari; ac ponet eum juxta altare.

4. Poſt exuet veſtes ſuas, induetque veſtes alias; ac educet cinerem foràs extra caſtra in locum mundum.

5. Ignis autem ſuper altari ardebit, nec extinguetur: Sacerdos enim accendet ſuper eo ligna ſub auroras ſingulas, diſponetque ſuper eo holocauſtum, adolebitque ſuper eo adipes pacificorum.

6. (*Ideò*) ignis jugiter ardebit ſuper altari, nec extinguetur.

b) *Lev. 2. Nu. 15, 4.*

7. Hæc autem eſt lex [b] Minchæ. Afferte eam debent filii Aharonis coram JEHOVAH ad altare.

8. Deinde tollet (*eorum quis*) pugillo de ſimilagine Minchæ, & de oleo ejus, & omne thus, quod ſuper Minchah: adolebitque ſuper altari, odor quietationis (*erit*) JEHOVÆ.

9. Reſiduum autem de illa comedent Aharon & filii ejus: azyma autem comedetur in loco ſanctitatis, in atrio (*ſc.*) tentorii Conventus comedent eam.

10. Non coquetur fermentata: (*quia*) partem ipſorum dedi eam de ignitis: (*ideo*) ſanctum ſanctorum illa, ſicut Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) & reatus (*ſacrificium pro reatu,*)

11. Omnis maſculus inter filios Aharonis comedere poterit eam; ſtatutum æternitatis in generationes veſtras (*erit*) de ignitis JEHOVÆ. Omne (*etiam*) quod attigerit illa, ſanctum erit.

12. Locutus portò eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

13. Hoc (*erit*) munus Aharonis & filiorum ejus, quod adferent JEHOVÆ in die quo ungetur ille; Decima Ephæ ſimilaginis Minchæ cum jugi: dimidium ejus ſub auroram, & dimidium ejus in veſpera.

14 Super ſartagine cum oleo fiet, bullatam adferes eam, coctionibus Minchæ fruſtorum offeres in odorem quietationis JEHOVÆ.

15. Sacerdos autem, unctus in vicarium ipſius de filiis ipſius, faciet eam: Statutum æternitatis JEHOVÆ; (*ideò*) tota adolebitur.

16. Omnis namque Minchah Sacerdotis tota comburetur; nec comedetur.

17. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

18. Loquere ad Aharonem & ad filios ejus, dicendo: Hæc Lex (*eſt*) Peccati, (*ſacrificij pro peccato.*) In loco, quo mactatur holocauſtum, mactabitur Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) coram JEHOVAH: ſanctum ſanctorum (*erit*) illud.

19. Sacerdos, qui Peccatum, [c] (*ſacrificium pro peccato*) faciet illud, comedet illud: in loco ſanctitatis comedetur (*ſc.*) in atrio tentorii Conventus.

c) *Of. 4. 6.*

20. Quicquid terigerit carnem illius, ſanctum erit; & ſuper quamcunque veſtem ſpargetur de ſanguine ejus; ſuper quamcunque (*inquam*) ſpargetur, lavabitur (*ea*) in loco ſancto.

21. Item vas teſtæ, in quo elixabitur, frangetur: ſed ſi in vaſe æris elixatum fuerit, abradetur, & immergetur in aquas.

22. Omnis maſculus inter Sacerdotes comedet illud: ſanctum enim ſanctorum illud (*eſt.*)

23. Veruntamen omne Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) de cujus [d] ſanguine (*aliquid*) inferetur in tentorium conventus, ad expiandum in ſancto, non comedetur: (*ſed*) igne comburetur.

d) *Lev. 4, 5. Heb. 13, 11.*

CAP. VII.

Continuantur Leges Sacerdotibus datæ; quomodo ſcil. offerre debeant. IV. Sacrificium pro reatu. à v. 1. II Sacrificium Pacificorum. à v. 11. tum Confeſſionis, à v. 12. tum voti vum & voluntarium. à v. 16. IV. Munus impletionum. à v. 29. Additur tandem Lex V. pro populo (1.) de adipe. à v. 23. (2.) ſanguine. à v. 26. non comedendis.

PORRÒ hæc (*eſt*) Lex Reatus (*ſacrificij pro reatu:*) ſanctum ſanctorum illud (*eſt:*)

2. In loco, quo mactant holocauſtum, mactabunt Reatum (*ſacrificium pro reatu;*) ſanguinem autem ejus ſpargetur (*Sacerdos*) ſuper altare circumcirca.

3. At

3. At omnem adipem ejus offeret de illo; (*ſcil.*) caudam, & omnem adipem tegentem exta.

4. Item duos renes, & omnem adipem, qui ſuper illis, qui ſuper omnibus inteſtinis: nec non reticulum, quod ſuper jecore: ſuper renibus removebit illud.

5. Quæ adolebit Sacerdos ſuper altari, ignitum JEHOVÆ. (*Ita erit*) Reatus (*ſacrificium pro reatu.*)

6. Omnis maſculus inter Sacerdotes comedet illud: in loco ſancto comedetur; ſanctum enim ſanctorum illud erit.

7. Quale enim Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) talis etiam Reatus (*ſacrificium pro reatu:*) (*unde*) una lex illis. Sacerdotis qui expiabit per illud, erit illud.

8. Sic Sacerdotis, qui obtulerit holocauſtum viri, cutis holocauſti, quod obtulit, Sacerdotis, inquam, hujus erit,

9. Similiter omnis Minchah, quæ coquetur in clibano, aut quæ conficietur in ſartagine, aut ſuper cacabo, ejus Sacerdotis, qui obtulerit eam, erit.

10. At omnis Minchah mixta oleo, & arida; omnium filiorum Aharonis erit; viri, ſicut fratris ejus.

a) *Lev. 3, 1.*

11. Porrò hæc lex ſacrificii [a] pacificorum eſt; quod offeret (*quis*) JEHOVÆ.

12. Si pro confeſſione obtulerit illud: tum offeret præter ſacrificium confeſſionis, placentas (*etiam*) azymas, mixtas oleo, & lagana azyma uncta oleo, & ſimilaginem bullatam, placentas mixtas oleo.

13. Præter placentas panis fermentatas offeret munus (*ſuum*) ſuum, (*&*) præter ſacrificium confeſſionis pacificorum ſuorum.

14. Offeret autem de illo unum ex omni munere ſuo, ſublationem JEHOVÆ: (*quæ*) Sacerdotis, qui ſparſerit ſanguinem pacificorum, ejus (*inquam*) erit.

15. Caro autem ſacrificii confeſſionis pacificorum ejus in die oblationis ejus comedetur: non relinquet de illo uſque ad auroram.

16. Quod ſi tamen votivum, aut voluntarium fuerit ſacrificium muneris ipſius, in die, quo offeret ſacrificium ſuum comedetur: à craſtino autem, quod reliquum fuerit de eo, etiam comedetur.

17. At quod reliquum fuerit de carne ſacrificii, in die tertio igne comburetur.

18. Quod ſi comedendo comedetur de carne ſacrificii pacificorum in die tertio, non placabitur offerens, nec imputabitur illi, ſed abominatio erit; ac anima, quæ comederit de eâ, iniquitatem ſuam portabit.

19. Caro etiam, quæ attigerit quamcunque rem immundam, non comedetur, (*ſed*) igne comburetur. Aliàs, quod carnem attinet; omnis mundus comedet carnem.

20. At anima, quæ comederit carnem de ſacrificio pacificorum, quod JEHOVÆ (*datum*) dum immundities illius ſuper illâ; excidetur, inquam, anima hæc è populis ſuis.

21. Anima etiam, quando attigerit ullum immundum, (*ſcil.*) immunditiem hominis, aut beſtiam immundam, aut quodcunque reptile immundum, comederitque de carne ſacrificii pacificorum, quod JEHOVÆ (*datum:*) excidetur, inquam, anima hæc è populis ſuis.

22. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

23. Loquere ad filios Iſraëlis, dicendo: Ullum [b] adipem ſive bovis, ſive ovis, ſive capræ, non comedetis.

b) *Lev. 3, 17. 7, 10.*

24. Adeps tamen cadaveris, aut adeps diſcerpti fiet pro omni uſu; modo non comederis illum.

25. Omnis enim, qui comederit adipem de beſtia, de qua oblatum fuerit ignitum JEHOVÆ; excidetur, inquam, anima comedens è populis ſuis.

26. Sic ullum [c] ſanguinem non comedetis in omnibus habitationibus veſtris, tàm quoad avem, quàm quoad beſtiam.

c) *Gen. 9, 4. Lev. 3, 17. 17, 10. 14. 19, 26. Deut. 12, 16. Act. 15, 29.*

27. Omnis anima, quæ comederit ullum ſanguinem: excidetur, inquam, anima hæc de populis ſuis.

28. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

29. Loquere ad filios Iſraëlis, dicendo: Qui offerre voluerit ſacrificium pacificorum ſuorum JEHOVÆ: adferet munus

nus ſuum JEHOVÆ de ſacrificio pacificorum ſuorum.

30. Manus ipſius adferent ignita JEHOVÆ: (*nimirum*) adipem cum pectore adferet: pectus quidem, ad motitandum illud motitationem coram JEHOVAH.

31. Tum adolebit Sacerdos adipem ſuper altari; pectus autem erit Aharoni & filiis ejus.

32. Inſuper armum dexterum dabitis ſublationem Sacerdoti, de ſacrificiis pacificorum.

33. Ejus, qui obtuleritſanguinem pacificorum, & adipem, de filiis Aharonis, erit armus dexter in portionem.

34. Pectus enim motitationis, & armum ſublationis accepi à cum filiis Iſraëlis de ſacrificiis pacificorum eorum: dedi autem ea Aharoni Sacerdoti, & filiis ejus in ſtatutum æternitatis, à cum filiis Iſraëlis.

35. Hæc eſt unctio Aharonis, & unctio filiorum ejus de ignitis JEHOVÆ, quo die appropinquaverint eos, ad fungendum Sacerdotio JEHOVÆ:

36. Quam præcepit JEHOVAH dare illis, quo die unxerunt eos à cum filiis Iſraëlis; ſtatutum æternitatis in generationes eorum.

37. Hæc ergò eſt Lex pro holocauſto, pro Minchah, & pro Peccato *(ſacrificio pro peccato,)* & pro Reatu, *(pro ſacrificio pro reatu,)* & pro impletionibus, & pro ſacrificio pacificorum:

38. Quam præcepit JEHOVAH Moſi in monte Sinaj, in die, quo præcepit filiis Iſraëlis ad offerendum munera ipſorum JEHOVÆ, in deſerto Sinaj.

CAP. VIII.

Habet hoc Caput Inveſtituram Aharonis & filiorum ejus, factam à Moſe coram toto cœtu Iſraëlis: I. Lavando Aharonem & filios aquis. v. 1. II. Induendo veſtibus, tum Aharonem, ſil. Tunica, baltheo, amicula, Ephodo, Pectorali, cidari; à v. 7. tum filios eius, Tunicis, baltheis, tiaris. v. 13. III. Ungendo tum habitaculum, & quæ in eo. v. 10. tum altare. v. 11. tum caput Aharonis. v. 12. IV. Sacrificando tum Juvencum pro peccato. à v. 14. tum arietem holocauſti. à v. 18. tum arietem impletionum. à v. 22. cum Azymis. v. 26. V. Aſpergendo oleo Aharonem & filios. v. 30. cum mandato de comedendo carnem, & manendo ad oſtium tentorij Conventus ſeptem dies. à v. 31.

POSTÒ locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Sume Aharonem & filios ejus cum eo; veſtes item, & oleum unctionis, & juvencum Peccati *(ſacrificij pro peccato,)* & duos arietes, & calathum azymorum.

3. Deinde univerſam concionem congrega ad oſtium tentorii conventus.

4. Fecit ergò Moſes, quemadmodum præcepit JEHOVAH ipſi: Congregata enim eſt concio ad oſtium tentorii Conventus.

5. Dixitque Moſes ad concionem; Hoc eſt verbum, quod præcepit JEHOVAH facere:

6. Simulque [a] appropinquare fecit Moſes Aharonem, & filios ejus: quos *(primò)* lavit aquis. a) *Exod. 28,40. 29,8.*

7. Deinde dedit ſuper eum tunicam, & cinxit eum baltheo, induitque eum amiculo; ſuper quod dedit Ephod: poſtea cinxit eum cingulo Ephodi, ut adſtringeret ei illud.

8. Poſuit autem ſuper illud pectorale, deditque ſuper pectorale Urim & Thummim.

9. Tandem poſuit Cidarim ſuper caput ejus, poſuitque ſuper Cidarim contra facies ejus Laminam auri, coronam ſanctitatis; quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

10. Poſteà ſumſit Moſes [b] oleum unctionis, unxitque habitaculum, & omnia, quæ in eo; ſanctificavitque ea. b) *Exod. 30,25. Sir. 45, 18.*

11. Deinde aſperſit de illo ſuper altare ſeptem vicibus: unxitque altare, & omnia vaſa ejus, labrumque & ſcapum ejus, ad ſanctificandum illa.

12. Denique effudit de oleo unctionis ſuper caput Aharonis; unxitque *(ita)* illum ad ſanctificandum illum.

13. Poſteà admovit Moſes filios Aharonis, induitque eos tunicis, ac cinxit eos baltheo, atque alligavit eis tiaras: quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

14. Tum adduxit [c] juvencum Peccati c) *Exod. 29,10.*

(ſacrificij pro peccato:) impoſuitque Aharon & filii ejus manus ſuas ſuper caput juvenci Peccati, *(ſacrificij pro peccato.)*

15. Mox mactavit, & ſumſit Moſes ſanguinem, deditque ſuper cornua altaris circumcirca digito, & expiavit altare: (*reliquum*) autem ſanguinem effudit ad fundamentum altaris, ſanctificavitque illud ad expiandum ſuper illo.

16. Poſteà ſumſit omnem adipem, qui ſuper extis, & reticulum jecoris, & duos renes adipemque horum; adolevitque Moſes ſuper altari.

17. Sed juvencum, & cutem ejus, & carnem ejus, & ſimum ejus, combuſſit igne foris extra caſtra, quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

18. Poſteà adduxit arietem holocauſti: impoſueruntque Aharon & filii ejus manus ſuas ſuper caput arietis.

19. Dein mactavit; ac ſparſit Moſes ſanguinem ſuper altare circumcirca.

20. Ipſum autem arietem diſſecuit in fruſta ſua; adolevitque Moſes caput, & fruſta, & ſimum.

21. Sed exta, & crura lavit aquis: tandem adolevit Moſes totum arietem ſuper altari. Holocauſtum hoc *(fuit)* in odorem quietationis, ignitum idem JEHOVÆ; quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

22. Poſt adduxit [d] arietem ſecundum, arietem *(ſcil.)* impletionum: impoſueruntque Aharon & filii ejus manus ſuas ſuper caput arietis. d) *Exod. 29,19.*

23. Tum mactavit, & accepit Moſes de ſanguine ejus; deditque ſuper auriculam auris Aharonis dexteræ, & ſuper pollicem manus ejus dexteræ, & ſuper pollicem pedis ejus dexteri.

24. Sic appropinquare fecit filios Aharonis, deditque Moſes de ſanguine ſuper auriculam auris eorum dexteræ, & ſuper pollicem manus eorum dexteræ; & ſuper pollicem pedis eorum dextri: ſparſitque Moſes (*reliquum*) ſanguinem ſuper altare circumcirca.

25. Dein ſumſit adipem & caudam, & omnem adipem, qui ſuper extis, & reticulum jecoris, & duos renes adipemque horum, & armum dextræ.

26. De omnibus etiam azymis, quæ coram JEHOVAH, accepit placentam azymi unam, & placentam panis olei unam, & laganum unum, poſuitque ſuper adipes & ſuper armum dextræ.

27. Quæ dedit omnia ſuper manus Aharonis, & ſuper manus filiorum ejus: agitavitque ea agitationem coram JEHOVAH:

28. Recepitque Moſes ea de-ſuper manibus eorum, adolevitque ſuper altari ſuper holocauſto. Impletiones hæ erant in odorem quietationis; ignitum idem JEHOVÆ.

29. Præterea ſumſit Moſes pectus, agitavitque illud agitatione coram JEHOVAH, de ariete impletionum: (*quod*) fuit Moſi in portionem; quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

30. Tum ſumſit Moſes de oleo unctionis, & de ſanguine, qui ſuper altari, ſparſitque ſuper Aharonem (*&*) veſtes ejus, ſuperque filios ejus, & ſuper veſtes filiorum ejus cum eo. Sic ſanctificavit Aharonem & veſtes ejus, filioſque ejus, & veſtes filiorum ejus cum ipſo.

31. Tandem dixit Moſes ad [e] Aharonem, & ad filios ejus; Elixate carnem ad oſtium tentorii Conventus; ibidemque comedetis eam, ut & panem, qui in calatho impletionum; quemadmodum præcepit (*Jehovah*) dicendo; Aharon & filii ejus comedent eam. e) *Exod. 29,*

32. Quod autem reliquum fuerit de carne & de pane, igne comburetis.

33. Extra oſtium etiam Conventus non exibitis ſeptem dies, uſque ad diem, quo implebuntur dies impletionum veſtrarum: ſeptem enim diebus implebit JEHOVAH manum veſtram.

34. Quemadmodum fecit in die hoc, præcepit JEHOVAH facere, ad expiandum vos:

35. Quare ad oſtium tentorii Conventus ſedebitis interdiu & noctu ſeptem dies, cuſtodietiſque cuſtodiam JEHOVÆ, ut non moriamini: quia ſic præceptum mihi eſt.

36. Fecit itaque Aharon & filii ejus omnia verba, quæ præcepit JEHOVAH per manum Mosis.

CAP. IX.

Quæ octavo Investituræ die facta sint, narrantur. Nimirum I. Moses, Aharoni & Senioribus Israëlis sacrificia adducere jubet. à v. 1. II. Adducentes informat. à v. 5. III. Aharon offert (1.) vitulum pro peccato. à v. 8. (2.) Holocaustum. à v. 12. (3.) Munus populi: tum hircum pro peccato, v. 15. tum holocaustum. v. 16. tum Minchiam. v. 17. tum bovem & arietem Pacificorum. à v. 18. IV. Benedicunt populo (1.) Aharon. v. 22. (2.) Moses cum Aharone. v. 23. Tandem V. apparet gloria Jehovæ, consumentis igne super altari omnia. v. 29. &c.

2) Exod. 29, 1. CÆterum factum est in die octavo: vocavit Moses [a] Aharonem & filios ejus, & Seniores Israëlis.

2. Dixitque ad Aharonem; Sume tibi vitulum, filium bovis, in Peccatum (*sacrificium pro peccato,*) & arietem in holocaustum, (*utrumq;*) integros, & adducante JEHOVAM.

3. Ad filios autem Israëlis loqueris, dicendo: Sumite hircum caprarum in Peccatum (*sacrificium pro peccato;*) & vitulum agnumque, filios anni, integros, in holocaustum:

4. Denique bovem & arietem in pacifica, ad sacrificandum coram JEHOVAH; Mincham etiam mixtam oleo: hodie namque JEHOVAH apparebit vobis.

5. Acceperunt itaque, sicut præcepit Moses, ad facies tentorii Conventus; appropinquaruntque omnis concio, steteruntque coram JEHOVAH.

6. Tum dixit Moses; Hoc est verbum, quod præcepit JEHOVAH, (&) facietis, ut appareat vobis gloria JEHOVÆ.

7. Ad Aharonem autem dixit Moses; Accede ad altare, & fac Peccatum tuum (*sacrificium tuum pro peccato,*) & holocaustum tuum, & expia pro te & pro populo; deinde fac munus populi, & expia pro illis; quemadmodum præcepit JEHOVAH.

8. Accessit ergò Aharon ad altare, & mactavit vitulum Peccati, (*sacrificij pro peccato,*) qui ipsi erat:

9. Filii autem Aharonis attulerunt sanguinem ad ipsum. Tum intinxit digitum suum in sanguinem, deditque super cornua altaris; (*reliquum*) verò sanguinem effudit ad fundamentum altaris.

10. Deinde adipem, & renes, & reticulum de jecore de Peccato (*sacrificio pro peccato*) adoluit super altari: quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

11. Carnem verò & cutem combussit igne extra castra.

12. Posteà mactavit holocaustum: filii autem ejus exhibuerunt illi sanguinem; quem spargit super altare circumcirca.

13. Holocaustum etiam attulerunt ad illum juxta frusta ejus, & caput: quæ adolvit super altari.

14. At extra lavit, & crura; adoluitque super holocausto in altari.

15. Tum adduxit munus populi. Et sumsit quidem hircum Peccati (*sacrificij pro peccato,*) qui populo erat; mactavitque eum, fecitque Peccatum (*sacrificium pro peccato,*) sicut prius.

16. Deinde verò adduxit holocaustum, fecitque illud pro more.

17. Posteà attulit Mincham, implevitque volam suam de eâ, adoluitque super altari; præter holocaustum matutæ.

18. Tandem mactavit bovem & arietem sacrificii pacificorum, quæ populo: quorum sanguinem attulerunt filii Aharonis ad ipsum, qui spargit illum super altare circumcirca.

19. Adipem item (*attulerunt*) de bove, & de ariete; caudam (*scil.*) & tegentem (*adipem*) & renes, & reticulum jecoris.

20. Posueruntque adipes super pectora; & adipes quidem adoluit super altari:

21. Pectora autem & armum dextrum agitavit Aharon agitationem coram JEHOVAH: quemadmodum præceperat Moses.

22. Tunc sustulit Aharon manus suas versus populum, benedixitque illis: atque sic descendit à faciendo Peccatum, (*sacrificium pro peccato,*) & holocaustum, & pacifica,

23. Pòst

23. Pòst ingressus est Moses, & Aharon in tentorium Conventus; exieruntque (*iterum,*) benedixeruntque populo. Tum apparuit gloria JEHOVÆ erga universum populum.

b) 2. Macc. 2, 10. 24. Exivitque [b] ignis à coram JEHOVAH, ac comedit super altari holocaustum & adipes. Vidit autem universus populus, applauseruntque, & ceciderunt super facies suas.

CAP. X.

Nadab I. & Abihu, filij Aharonis, ignem alienum ante Iehovam adferunt; ideò igne à DEO comedumtur. à v. 1. II. Extra castra à cognatu exportati, à v. 4. Lugere III. ab Aharone & Mose prohibentur. v. 6, 7. Cui IV. etiam & si vis, in tentorium ingressuro, vinum & sicera non permittuntur. à v. 7. Ubi V. Mincha de igniis Iehovæ comedenda sit, præscribitur. à v. 12. Tandem VI. Moses satisfecisse ob non comestum hircum sacrificij propeccato in excusatione Aharonis acquiescit. à v. 16.

VEruntsumserant filii Aharonis, Nadab & Abihu, vir thuribulum suum; dederantque in ea ignem, super quem posuerant suffimentum, atque ita attulerant ante JEHOVAM ignem alienum; de quo non præceperat illis.

2. Ideò exivit ignis a coram JEHOVAH, a) Lev. 16, 1. Num. 3, 4. 26, 61. Par. 25, 2. [a] comeditque illos, ut moretentur coram JEHOVAH.

3. Dixit verò Moses ad Aharonem; Hoc est, quod locutus est JEHOVAH; dicendo; In vicinis meis sanctificabor; & coram facie totius populi venerabilis ero. Acquievit ergò Aharon.

4. Vocavit autem Moses Mischaëlem, & El-Zaphanem, filios Ussielis, patruelis Aharonis, dixitque ad illos; accedite, efferte fratres vestros à coram sancto foràs extra castra.

5. Accesserunt ergò, extuleruntque eos in tunicis eorum foràs extra castra; quemadmodum dixerat Moses.

6. Dixit verò Moses ad Aharonem, & ad Eleasarem, & Ithamarem, filios ejus; Capita vestra non radetis, & vestes vestras non dissuetis, ne moriamini, & universæ concioni iraſcatur (*Jehovah.*) fratres autem vestri, tota domus Israëlis deplorabunt incendium, quod incendit JEHOVAH.

7. Extra ostium itaque tentorii Conventus non exibitis, ne moriamini: quoniam oleum unctionis JEHOVÆ super vobis (*est.*) Fecerunt ergo juxta verbum JEHOVÆ.

8. Insuper locutus est JEHOVAH ad Aharonem, dicendo:

9. Vinum & siceram non bibes; tu & filii tui tecum, cum intraveritis in tentorium Conventus, ne moriamini; statutum (*hoc erit*) æternitatis in generationes vestras: b) Ez. 44, 21. 1. Tim. 3, 3. Tit. 1, 7.

10. Tum ad distinguendum inter sanctum & inter profanum; ac inter immundum & inter mundum:

11. Tum ad docendum filios Israëlis omnia statuta, quæ locutus est JEHOVAH ad eos per manum Mosis.

12. Locutus porrò est Moses ad Aharonem, & ad Eleasarem, & ad Ithamarem, filios ejus superstites: sumite Mincham residuam de igniis JEHOVÆ, & comedite eam, azyma, juxta altare; quia sanctum sanctorum illa (*est.*)

13. Comedetis ergò eam in loco sancto; quia destinatum tuum, & destinatum filiorum tuorum illud, de igniis JEHOVÆ: ita namque præceptum mihi est.

14. Sed pectus agitationis, & armum sublationis comedetis in loco mundo; tu, & filii tui, & filiæ tuæ tecum: quia destinatum tuum & destinatum filiorum tuorum data sunt, de sacrificiis pacificorum filiorum Israëlis.

15. Armum sublationis, & pectus agitationis, præter ignita adipum, adferent ad agitandum agitationem coram JEHOVAH; ut sit tibi & filiis tuis tecum in statutum æternitatis; quemadmodum præcepit JEHOVAH.

16. Denique hircum Peccati (*sacrificij pro peccato*) quærendo quæsivit Moses; cum ecce combustus esset: quare indignatus est Eleasari & Ithamari, filiis Aharonis superstitibus, dicendo:

17. Quare non comedistis Peccatum (*sacrificium propeccato*) in loco sanctitatis?

nam ſanctum ſanctorum illud (*eſt*;) & illud dedit (*Jehovah*) vobis, ad portandum iniquitatem concionis ad expiandum illos coram JEHOVAH.

18. En! non infertur ſanguis ejus in ſanctum introrſum: (*ideò*) comedendo comedetis illud in ſancto; quemadmodum præcepi.

19. Sed locutus eſt Aharon ad Moſen; En! hodie obtulèrunt ſacrificium pro peccato ſuum, & holocauſtum ſuum coram JEHOVAH; obvenerunt autem mihi ſicut hæc: comedamne ergo Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) hodiè? num bonum erit in oculis JEHOVÆ?

20. (*Quod*) quum audivit Moſes, bonum fuit in oculis ejus.

CAP. XI.

Habentur hoc capite Leges de animalibus immundis, & attingentibus, portantibus, comedentibus illis. Et quidem I. de omni beſtia ſuper terra. à v. 1. II. De omni anima in aquis. à v. 9. III. De avibus. à v. 13. IV. De reptilibus terræ. à v. 29. Quibus V. Ratio à ſanctitate DEI ſubjicitur. à v. 43.

PRæterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen & ad Aharonem, dicendo ad illos:

2. Loquimini ad filios Iſraëlis, dicendo: Hoc [a] animal eſt, quod comedetis, de omni beſtia, quæ (*eſt*) ſuper terra.

a) Deut. 14, 4. Act. 10, 14.

3. Quicquid habet ungulam, & bifidas facit ungulas, aſcendere faciens (*ſimul*) rumen, inter beſtias: illud comedetis.

4. Hoc tamen non comedetis de aſcendere facientibus rumen, & de habentibus ungulam: camelum; quia aſcendere faciens (*eſt*) rumen ille; ſed ungulam ille non findit: (*ideò*) immundus ille (*eſto*) vobis.

5. Item cuniculum: quia aſcendere quidem faciens ille (*eſt*) rumen: ſed ungulam non findit: (*ideò*) immundus ille vobis.

6. Item leporem: quia aſcendere (*quidem*) facit rumen; ſed ungulam non ſecat: (*ideò*) immundus ille vobis.

b) 1. Mac. 6, 11.

7. Item [b] ſuem: quia findens quidem ungulam ille (*eſt*,) & bifidam habet ungulam; ſed rumen ille non ruminat: (*ideò*) immundus ille vobis.

8. De carne iſtorum non comedetis, & cadaver eorum non attingetis: immunda (*enim*) illa vobis.

9. Hoc (*verò*) comedetis de omni, quod in aquis (*eſt*:) omne, quod habet pinnam & ſquamam in aquis, in maribus & in fluviis; illa comedetis:

10. Quicquid autem non habet pinnam & ſquamam, in maribus & in fluviis, de omni reptili aquarum, & de omni anima viva, quæ in aquis; abominatio illa vobis.

11. Abominatio, inquam, erunt vobis: de carne eorum non comedetis, & cadaver eorum abominabile habebitis.

12. Omne (*itaq;*) cui pinna non eſt, & ſquama, in aquis; abominatio illud (*eſto*) vobis.

13. Hæc etiam de avibus abominabilia habebitis; nec comedetis, (*eò quòd*) abominatio illa (*ſunt:*) [c] aquilam, & oſſifragam, & haliæetum:

c) Deut. 14, 12.

14. Et milvum, & picam, juxta ſpeciem ejus:

15. Omnem corvum, ſecundum ſpeciem ejus:

16. Et ululam, & hirundinem, & æſalonem, & accipitrem ſecundum ſpeciem ejus:

17. Et bubonem, & mergum, & noctuam:

18. Et monedulam, & plateam, & meropem:

19. Et ciconiam, (&) ardeam ſecundum ſpeciem ejus: Et attagenem, & veſpertilionem.

20. Omne (*inſuper*) reptile avis, quod incedit ſuper quatuor (*pedibus*:) abominatio illud vobis.

21. Hoc tamen comedetis de omni reptili avis, incedente ſuper quatuor; cui (*ſcil.*) crura ſupra pedes ejus, ad ſaltandum illis ſuper terra:

22. Hæc, inquam, comedetis de illis; (*nimirum*) locuſtam ſecundum ſpeciem ejus, & bombycem ſecundum ſpeciem ejus, & cantharum ſecundum ſpeciem ejus, & cicadam ſecundum ſpeciem ejus.

23. At omne reptile avis, cui quatuor pedes (*ſine cruribus*;) abominatio illud vobis.

24. Iſtis itaque immundi fietis: omnis (*nimi-*

d) Lev. 5, 2. (*nimirum*) attingens [d] cadaver eorum, immundus erit uſque ad veſperam.

25. At omnis portans de cadavere eorum, lavabit veſtes ſuas, &, immundus erit uſque ad veſperam.

26. Quod (*item*) ad omnem beſtiam quæ habet ungulam, ſed bifidam non facit ungulam, nec rumen aſcendere facit, immundæ hæ vobis (*ſunt: ideò*) omnis tangens eas, immundus erit.

27. Item omne incedens ſuper manibus ſuis, inter omnia animalia incedentia ſuper quatuor; immunda hæc vobis; ideò omnis tangens cadaver eorum: immundus erit uſque ad veſperam.

28. Portans verò cadaver eorum, lavabit veſtes ſuas, & immundus erit uſque ad veſperam. Hoc porrò vobis immundum (*eſto*) inter reptilia repentia ſuper terra; muſtela, & mus, & teſtudo ſecundum ſpeciem ejus;

30. Et attelabus, & lacerta, & ſtellio, & chamæleon, & glis.

31. Hæc immunda vobis inter omnia reptilia: (*unde*) omnis tangens ea poſt mortem eorum, immundus erit uſque ad veſperam.

32. Omne verò, ſuper quod ceciderit (*quid*) de illis poſt mortem eorum, immundum erit; (*nimirum*) de omni vaſe ligni, aut veſte, aut pelle, aut ſacco; omne, (*inquam*) vas, quibus fit (*aliquod*) opus: (*ideò*) in aquas veniet, & immundum erit uſque ad veſperam; tum mundum erit.

33. Quantum verò ad omne vas teſtæ, ſuper cujus medium ceciderit (*quid*) de illis: omne, quod in medio ejus (*fuerit,*) immundum erit; ipſum autem frangetis.

34. De omni cibo, qui comeditur, (&) ſuper quem venit (*jam*) aqua, (*cibus*) immundus erit: omnis item potus, qui bibitur, in omni vaſe, immundus erit.

35. Omne etiam ſuper quod ceciderit de cadavere eorum, immundum erit: clibanus (*ideò*) & teſtæ deſtruentur; immunda (*enim*) ſunt; (*ideò*) immunda erunt vobis.

36. Sed fons, & ciſterna, receptaculum aquarum, erit mundum: tangens tamen cadaver eorum, immundus erit.

37. Denique quando ceciderit de cadavere eorum ſuper omne ſemen ſementis, quod ſeminatur, mundum erit:

38. Quod ſi data fuerit aqua ſuper ſemen, ceciderit que de cadavere eorum ſuper illud, immundum erit vobis.

39. Quandò ergo (*aliqua*) mortua fuerit de beſtia, quæ vobis in cibum eſt: tum tangens cadaver ejus immundus erit uſque ad veſperam.

40. Comedens autem de cadavere ejus, lavabit veſtes ſuas, & immundus erit uſque ad veſperam: ſic portans cadaver ejus lavabit veſtes ſuas, & immundus erit uſque ad veſperam.

41. Omne item reptile reptans ſuper terra, abominatio eſt; non comedetur.

42. Omne (*etiam*) ambulans ſuper ventre, & omne ambulans ſuper quatuor, uſque ad multiplicans pedes, quoad omne reptile reptans ſuper terra; non comedetis illa: quia abominatio ſunt.

43. Non (*enim*) abominabiles reddetis animas veſtras per omne reptile reptans: neque polluemini illis, ut immundi reddamini illis.

44. Quia ego JEHOVAH DEUS veſter: ideò [e] ſanctificabitis vos, eritiſque ſancti; quia ego ſanctus: quare non polluetis animas veſtras per ullum reptile, ſerpens ſuper terra.

e) Lev. 19, 2. 1. Petr. 1, 16.

45. Ego enim JEHOVAH, qui aſcendere feci vos è terra Ægypti, ut ſim vobis in DEUM: quare eritis ſancti, quia ego ſanctus (*ſum.*)

46. Hæc (*eſt*) lex beſtiæ, & avis, & omnis animæ viventis, ſerpentis in aquis; & quoad omnem animam reptantem ſuper terra.

47. Ad diſtinguendum inter immundum & inter mundum; & inter animal, quod comeditur, & inter animal, quod non comeditur.

CAP. XII.

Leges traduntur pro puerperio. Et quidem I. pro parientibus maſculum: v. 1. 2. Quoad immunditiem earum. à v. 2. II. Pro parientibus fœmellam, quoad immunditiem harum. v. 4. 5. III. Quoad ſtrarum & mundationem per ſacrificia. à v. 6.

Locutus

LOcutus quoque est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

2. Loquere ad filios Israëlis, dicendo: Mulier quando conceperit,
a) Luc. 2,12. & pepererit masculum, immunda erit [a] septem dies: juxta (*enim*) dies separationis languoris ipsius immunda erit.

b) Gen. 17,12. Luc. 2,21 Joh. 7,22. 3. In die autem [b] octavo circumcidetur caro præputii ejus:

4. Deinde triginta dies & tres dies sedebit in sanguinibus munditiæ: ullum sanctum non tanget, nec ad sanctuarium veniet, donec impleti fuerint dies munditiæ ipsius.

5. Quod si fœmellam pepererit, immunda erit duas septimanas, juxta separationem ipsius; sexaginta autem dies & sex dies sedebit super sanguinibus munditiæ.

6. Quando verò impleti fuerint dies munditiæ ipsius pro filio vel pro filia, adducet agnum, filium anni sui, in holocaustum, & filium columbæ aut turturem in Peccatum (*sacrificium pro peccato,*) ad ostium tentorii Conventus, ad Sacerdotem:

7. Qui offeret illud coram JEHOVAH, & expiabit ipsam; fietque munda à fonte sanguinis ipsius. Hæc est lex parientis, pro filio aut pro filiâ.

c) Luc. 2,24. 8. Quòd si [c] non inveniet manus ejus pretium pecudis: accipiet duos turtures aut duos filios columbæ; unum in holocaustum, & unum in Peccatum (*sacrificium pro peccato:*) ita expiabit eam Sacerdos; ac munda erit.

CAP. XIII.

Leges de Lepra. I. Hominis; habentis (1.) *in cute carnis tumorem, abscessum, papulam, à v.* 1. (2.) *plagam lepræ. à v.* 9. (3.) *ulcus sanatum. à v.* 18. (4.) *adustionem ignis. à v.* 24. (5.) *plagam in capite aut barba. à v.* 29. (6.) *populas albas. v.* 38. 39. (7.) *calvitium. v.* 40. *Quibus subjungitur lepra vestium habitus. v.* 45. 46. *II. Vestis sive linea, sive lanea sive pellicea. à v.* 47.

LOcutus porrò est JEHOVAH ad Mosen, & ad Aharonem, dicendo.

2. Quod ad hominem: cum fuerit in cute carnis ejus tumor aut abscessus aut papula, quæ evaserit in cute carnis ejus in plagam lepræ: tum adducetur ad Aharonem Sacerdotem, aut ad unum de filiis ejus Sacerdotibus:

3. Videbit autem Sacerdos plagam in cute carnis; si pilus in plaga conversus est (*in*) album, & aspectus plagæ profundus præ cute carnis, plaga lepræ hæc (*est.*) ideò cum viderit eum Sacerdos, immundum pronunciabit eum.

4. Quod si papula alba (*quidem*) fuerit in cute carnis ejus; non tamen profundus aspectus præ cute, nec pilus ejus conversus (*in*) album: includet Sacerdos plagam septem dies.

5. Die autem septimo videbit eam: ubi, ecce, plaga steterit in oculis ejus, nec extenderit se plaga in cute; includet eum Sacerdos septem dies iterum:

6. Videbitque Sacerdos eum in die septimo iterum: ubi, ecce, se contraxerit plaga, & non extenderit se plaga in cute; mundum eum pronuntiabit Sacerdos; abscessus (*enim tantùm*) erit in cute; ideò lavabit vestes suas, & mundus erit.

7. Quòd si extendendo extenderit se abscessus in cute, postquam visus fuerit Sacerdoti ad munditiem ejus, visus quoque fuerit iterùm Sacerdoti:

8. Viderit, inquam, Sacerdos, quòd, ecce, extenderit se abscessus in cute; immundum pronuntiabit eum Sacerdos; (*nam*) lepra hæc (*erit.*)

9. Plaga lepræ si fuerit in homine; adducetur ad Sacerdotem.

10. Videbit autem Sacerdos: cum ecce, tumor albus (*fuerit*) in cute; isque converterit pilum in album; vita tamen carnis vivax in tumore:

11. Lepra vetus illa (*erit*) in cute carnis ejus; ideò immundum pronuntiabit eum Sacerdos; non includet eum, quia immundus ille (*certò.*)

12. Si verò efflorescendo efflorebit lepra in cute, & contexerit lepra universam cutem plagæ, à capite ejus usque ad pedes ejus, sub omni conspectu oculorum Sacerdotis:

13. Viderit ergò Sacerdos, quòd, ecce contexerit lepra universam cutem carnis ejus;

ejus; tum mundam pronuntiabit plagam (*nam*) tota conversa est in album; ideoque mundus est.

14. Quo verò die apparuerit in eo caro viva, immundus erit.

15. Cùm ergò viderit Sacerdos carnem vivam, immundam pronuntiabit eam: caro (*enim*) viva (*est,*) ideò immunda illa; lepra est.

16. Aut, si reversa fuerit caro viva, & conversa in album: veniet (*vir*) ad Sacerdotem;

17. Videbitque eum Sacerdos, quòd, ecce, conversa sit plaga in album; tum mundam pronuntiabit Sacerdos plagam; ipseque mundus erit.

18. Quoad porrò carnem: cum fuerit in eâ (*hoc est*) in cute ejus ulcus, sed sanatum;

19. Fuerit tamen in loco ulceris tumor albus, aut papula alba rubicunda (*simul:*) ostendet se (*homo*) Sacerdoti.

20. Videbit autem Sacerdos: si ergò aspectus ejus humilis præ cute, & pilus ejus conversus fuerit (*in*) album: immundum pronuntiabit eum Sacerdos; quia plaga lepræ illa (*est,*) quæ in ulcere effloruit.

21. Quod si viderit eam Sacerdos, quòd ecce, non (*sit*) in eâ pilus albus, nec humilis illa præ cute, sed se contraxerit: includet eum Sacerdos septem dies.

22. Tum si extendendo extendit se in cute, immundum pronuntiabit eum Sacerdos: plaga (*enim*) illa (*est.*)

23. Quod si sub se steterit papula, nec extenderit se, adustio ulceris (*tantùm*) illa (*est;*) ideo mundum pronuntiabit eum Sacerdos.

24. Aut quod ad carnem: si fuerit in cute ejus adustio ignis; evaserit autem vivum adustionis (*in*), papulam albam subrufamque, aut albam (*tantùm.*)

25. Tum videbit eam Sacerdos. Cùm ergo conversus fuerit pilus (*in*) album, in papula, & aspectus ejus profundus præ cute, lepra illa (*est, quæ*) in adustione effloruit: ideò immundum pronuntiabit eum Sacerdos; quia plaga lepræ illa.

26. Cum verò viderit eam Sacerdos, quod, ecce, non (*sit*) in papula pilus albus, neque humilis illa præ cute, sed contraxerit se: includet eum Sacerdos septem dies.

27. Videbitque eum Sacerdos in die septimo: si extendendo extendit se in cute; immundum pronuntiabit eum Sacerdos; plaga (*enim*) lepræ illa (*est.*)

28. Si tamen sub se steterit papula, nou extenderit se in cute, sed se contraxerit; tumor adustionis erit; ideo mundum pronuntiabit eum Sacerdos, eo quod cicatrix adustionis (*tantùm sit*) illa.

29. Si in viro aut fœmina fuerit plaga, in capite aut in barba:

30. Videritque Sacerdos plagam, quod, ecce, aspectus ejus profundus (*sit*) præ cute, inque eâ pilus fulvus & tenuis: pronuntiabit eum immundum Sacerdos; porrigo (*enim*) est; lepra (*sc.*) capitis aut barbæ illa.

31. Si vero viderit Sacerdos plagam porriginis, quod, ecce, aspectus ejus non (*sit*) profundus præ cute, nec pilus niger in ea: includet Sacerdos plagam porriginis septem dies.

32. Si ergò viderit Sacerdos plagam in die septimo, quòd, ecce, non extenderit se porrigo, nec sit in eâ pilus fulvus; nec aspectus porriginis profundus præ cute:

33. Radetur tamen, sed porriginem non radet; dein includet Sacerdos plagam septem dies secundùm.

34. Post videbit Sacerdos porriginem in die septimo: si ergo non extenderit se porrigo in cute, nec aspectus ejus profundus (*fuerit*) præ cute: mundum pronuntiabit eum Sacerdos; adeoque lavabit vestes suas, & mundus erit.

35. Si tamen extendendo extenderit se porrigo in cute, post munditiem ejus;

36. Videritque Sacerdos, quod extenderit se porrigo in cute: non curabit Sacerdos pilum fulvum; immundus (*nihilominus erit.*)

37. Sin in oculis ejus steterit porrigo, & pilus niger crevit in eâ; sanata est porrigo; ideoque mundus erit: quare mundum pronuntiabit eum Sacerdos.

38. Si in viri aut fœminæ cute carnis eorum fuerint papulæ; papulæ (*sc.*) albæ:

39. Viderit autem Sacerdos, quod, ecce, in cute carnis eorum (*ſint*) papulæ contrahentes ſe albæ: viciligo illa (*eſt, quæ*) effloruit in cute: (*ideò*) mundus erit.

40. Viri ſi depilatum fuerit caput: calvus ille (*eſt; ideo &*) mundus ille.

41. Item, ſi ab angulo facierum ſuarum, depilatum fuerit caput ejus: recalvaſter ille (*eſt; ideo &*) mundus ille.

42. Quod ſi fuerit in calvitie aut recalvatione plaga alba ſubrufa; lepra efflorescens illa (*erit*) in calvitie ejus aut in recalvatione ejus.

43. Ideò videbit eum Sacerdos; & ecce, ſi tumor plagæ albæ ſubrufæ (*fuerit*) in calvitie ejus, aut in recalvatione ejus, juxta aſpectum lepræ cutis carnis:

44. Vir leproſus ille; ideò immundus erit: atque adeò immundum pronuntiando pronuntiabit eum Sacerdos; in capite (*enim*) ejus plaga ejus.

45. Leproſo tandem, in quo erit plaga, veſtes ejus erunt diſſutæ, & caput ejus erit retectum, ac ſuper barbam ſuam velum habebit: &, immundus, immundus, clamabit.

46. Omnibus diebus, quibus plaga in ipſo, immundus erit; immundus (*enim*) eſt: ſolitarius ſedebit; extra caſtra (*erit*) ſedes ipſius.

47. Quoad porrò veſtem: Si fuerit in eâ plaga lepræ; in veſte (*ſcil.*) lanæ aut in veſte lini:

48. Aut in ſtamine aut in trama, ſive lini ſive lanæ; ſive in pelle ſive in omni opere pellis;

49. Fuerit verò plaga viridis aut ſubrufa, in veſte aut in pelle, ſive in ſtamine ſive in trama, aut in omni vaſe pellis; plaga lepræ illa (*erit;*) ideò oſtendetur Sacerdoti.

50. Cumque viderit Sacerdos plagam; includet plagam ſeptem diebus.

51. Deinde videbit plagam in die ſeptimo: ſi extenderit ſe plaga in veſte aut in ſtamine, aut in trama, aut in pelle, quoad omne quod fit ex pelle in opus: lepra pungens plaga (*eſt;*) ideò immunda erit.

52. Comburet itaque veſtem, aut ſtamen, aut tramam, de lana aut de lino, aut omne vas pellis, in quo fuerit plaga: nam lepra pungens illa; (*ideoque*) igne comburetur.

53. Sin viderit Sacerdos, quòd, ecce, non extenderit ſe plaga in veſte, aut in ſtamine, aut in trama, aut in quocunque vaſe pellis:

54. Tum præcipiet Sacerdos, ut lavent id, in quo plaga; includet autem illud ſeptem dies ſecundum.

55. Cum poſtea viderit Sacerdos, poſtquam lota fuit plaga, quòd, ecce, non converſa ſit plaga ſpeciem ſuam, nec plaga extenderit ſe; immundum erit illud; (*ideò*) igne combures illud, (*quia*) corroſio eſt in calvitie ejus aut in recalvatione ejus.

56. Quòd ſi viderit Sacerdos, quòd, ecce, contraxerit ſe plaga, poſtquam lota fuit, abſcindet eam a veſte, aut a pelle, aut a ſtamine, aut a trama.

57. Tum ſi apparuerit amplius in veſte aut in ſtamine aut trama, aut in omni vaſe pellis; efflorescens illa (*erit;*) ideò combures illud; illud, inquam, in quo plaga (*fuerit.*)

58. Sed veſtis, aut ſtamen, aut trama, aut omne vas pellis, quod laveris, receſſerit que ab iis plaga, lavabitur ſecundum; tum purum erit.

59. Hæc eſt lex plagæ lepræ veſtis ſive lanæ ſive lini; aut ſtaminis, aut tramæ, aut cujuſcunque vaſis pellis, ad mundum aut immundum pronuntiandum illud.

CAP. XIV.

Leges hoc Capite traduntur pro mundatione à lepra. I. Hominis leproſi; tum (1.) *non pauperis. à v. 1.* (2.) *pauperis. à v. 21. II. Domus leprainfectæ. à v. 34.*

POrrò locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Hæc erit Lex leproſi, in die mundationis ejus. Nimirum, adducetur ad [a] Sacerdotem:

a) *Matt. 8, 4. Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. 17, 14.*

3. Exibit autem Sacerdos extra caſtra; cumque videbit Sacerdos, quòd, ecce ſanata ſit plaga lepræ è leproſo:

4. Præcipiet Sacerdos, ut accipiat (*quis*) pro mundando duas aves viventes mundas,

mundas, & lignum cedri, & coccineum, & hyſſopum.

5. Poſteà præcipiet Sacerdos, ut mactet (*quis*) avem unam in vas teſtæ ſuper aquas vivas.

6. Sed avem vivam accipiet, & lignum cedri, coccineumque, & hyſſopum; quæ intinget, & cum quidem ave viva, in ſanguinem avis mactatæ ſuper aquis vivis.

7. Deinde ſparget ſuper mundandum à lepra ſeptem vicibus: ita mundabit ipſum; at avem vivam dimittet ſuper faciem agri.

8. Poſteà lavabit mundandus veſtes ſuas, & radet omnem pilum ſuum, lavabitque ſe in aquis, ac mundus erit; moxque intrabit in caſtra; ſed quod ſedebit extra tentorium ſuum ſeptem dies.

9. Tandem fiet: in die ſeptimo radet omnem pilum ſuum; caput ſuum, & barbam ſuam, & palpebras ſuas; & omnem (*reliquum*) pilum ſuum radet: tumque lavabit veſtes ſuas, & abluet carnem ſuam aquis, eritque mundus.

10. In die verò octavo accipiet duos agnos integros, & agnam unam, filiam anni ſui, integram; treſque decimas ſimilaginis, (*in*) Mincham mixtam oleo, & logum unum olei.

11. Deinde ſtatuet Sacerdos mundans virum mundandum & iſta coram JEHOVAH, ad oſtium tentorii Conventus.

12. Accipietque Sacerdos agnum unum, ac offeret illum in Reatum (*ſacrificium pro reatu,*) & logum olei, motitabitque eâ motitatione coram JEHOVAH.

13. Deinde mactabit agnum in loco, in quo mactat Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) & holocauſtum; in loco ſanctitatis: nam, ſicut Peccatum (*ſacrificium pro peccato.*) Reatus (*ſacrificium pro reatu,*) eſt Sacerdotis; (*quia*) ſanctum ſanctorum illud (*eſt.*)

14. Mox accipiet Sacerdos de ſanguine Reatus (*ſacrificij pro reatu;*) dabitque Sacerdos ſuper auriculam auris mundandi dextram, & ſuper pollicem manus ejus dextrum; & ſuper pollicem pedis ejus dextrum.

15. Poſteà accipiet Sacerdos è Logo olei, effunderque ſuper volam Sacerdotis ſiniſtram.

16. Tum intinget Sacerdos digitum ſuum dextrum (*ſumens*) de oleo, quod ſuper volâ ipſius ſiniſtrâ, ſpargetque de oleo in digito ſeptem vicibus coram JEHOVAH.

17. De reſiduo autem olei, quod ſuper vola ejus, dabit Sacerdos ſuper auriculam auris mundandi dextram, & ſuper pollicem manus ejus dextrum, & ſuper pollicem pedis ejus dextrum, ſuper (*ſcilicet*) ſanguinem Reatus (*ſacrificij pro reatu.*)

18. At reſiduum de oleo, quod ſuper vola Sacerdotis, dabit ſuper caput mundandi; ſic expiabit eum Sacerdos coram JEHOVAH.

19. Poſteà faciet Sacerdos Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) expiabitque mundandum ab immunditie ejus: tandemque mactabit holocauſtum;

20. Offeretque Sacerdos holocauſtum, & Mincham ſuper altari. Sic expiabit eum Sacerdos (*plenè;*) munduſque erit.

21. Quod ſi pauper ille (*fuerit,*) nec manus ejus ſufficiens: accipiet agnum pro Reatu (*ſacrificio pro reatu*) in agitationem, ad expiandum ſuper eo, & decimam ſimilaginis unam mixtam oleo in Mincham, & logum olei.

22. Deinde duos turtures aut duos filios columbæ, quibus ſufficiens fuerit manus ejus; ut ſit unus (*in*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) & unus (*in*) holocauſtum.

23. Quos adferet in die octavo mundationis ſuæ ad Sacerdotem, ad oſtium tentorii Conventus ante JEHOVAM.

24. Sacerdos autem ſumet agnum Reatus (*ſacrificij pro reatu,*) & logum olei; motitabitque ea Sacerdos motitatione coram JEHOVAH.

25. Deinde mactabit agnum Reatus (*ſacrificij pro reatu,*) accipietque Sacerdos de ſanguine Reatus (*ſacrificij pro reatu,*) ac dabit ſuper auriculam auris mundandi dextram, & ſuper pollicem manus ejus dextrum & ſuper pollicem pedis ejus dextrum.

26. De oleo autem fundet Sacerdos ſuper volam Sacerdotis ſiniſtram;

27. Spargetque Sacerdos digito ſuo

dextro de oleo, quod ſuper vola ejus ſiniſtra, ſeptem vicibus, coram Jehovah.

28. Dabit quoque Sacerdos de oleo, quod ſuper vola ipſius, ſuper auriculam auris mundandi dextram, & ſuper pollicem manus ejus dextrum, & ſuper pollicem pedis ejus dextrum, ſuper locum (*ſcil.*) ſanguinis Reatus (*ſacrificij pro reatu.*)

29. Reliquum verò de oleo, quod ſuper vola Sacerdotis, dabit ſuper caput mundandi, ad expiandum pro eo coram Jehovah.

30. Poſteà faciet unum de turturibus, aut de filiis columbæ, quibus ſufficiens fuerit manus ejus:

31. Quibus (*inquam*) ſufficiens fuerit manus ejus; unum (*ſumet in*) Peccatum, (*ſacrificium pro peccato*) & unum (*in*) holocauſtum cum Minchah. Atque (*ſic*) expiabit Sacerdos mundandum coram Jehovah.

32. Hæc Lex (*eſt ejus,*) in quo (*fuerit*) plaga lepræ, cujus manus non ſufficiens erit in mundatione ejus.

33. Porrò locutus eſt Jehovah ad Moſen, & ad Aharonem, dicendo:

34. Quando veneritis in terram Canaanis, quam ego daturus (*ſum*) vobis in poſſeſſionem: dedero autem plagam lepræ in domo terræ poſſeſſionis veſtræ:

35. Tum veniet, cujus domus (*erit,*) indicabitque Sacerdoti, dicendo: ſicut plaga apparet mihi in domo.

36. Præcipiet itaque Sacerdos, ut verrant domum, antequam veniat Sacerdos, ad videndum plagam, ne polluatur ullus, qui in domo: poſteà veniet Sacerdos, ad videndum plagam.

37. Cumque viderit plagam, quod, ecce, plaga in parietibus domus; foſſulæ (*ſcil.*) ſubvitides, aut ſubrufæ, quarum aſpectus humilis præ pariete:

38. Exibit Sacerdos è domo ad oſtium domus, claudetque domum ſeptem dies.

39. Revertetur autem in die ſeptimo, videbitque; ſi, ecce, extendit ſe plaga in parietibus domus:

40. Præcipiet Sacerdos, ut eruant lapides, in quibus plaga, ejiciantque eos extra urbem in locum immundum.

41. Domum autem abradet intrinſecus circumcirca, ac ejicient pulverem, quem abraſerunt, extra urbem in locum immundum.

42. Accipient verò lapides alios, quos inducent in locum lapidum (*priorum,*) & pulverem alium accipiet, incruſtabitque domum.

43. Si tum redierit plaga, & efflorueriſ in domo, poſtquam eruit lapides, & poſtquam abraſit domum, & poſtquam incruſtavit:

44. Veniet Sacerdos, & videbit; ſi, ecce, extendit ſe plaga in domo; lepra pungens illa (*eſt*) in domo, ideoque immunda erit.

45. Quare deſtruet domum; lapides (*ſcil.*) ejus, & ligna ejus, & omnem pulverem domus, educetque extra urbem in locum immundum.

46. Cæterum qui intraverit in domum omnibus diebus, quibus clauſit illam, immundus erit uſque ad veſperam.

47. Qui verò cubuerit in domo, lavabit veſtes ſuas; qui etiam comederit in domo, lavabit veſtes ſuas.

48. Quod ſi veniendo venerit Sacerdos, viderítque, quod, ecce, non extenderit ſe plaga in domo, poſtquam incruſtavit domum: mundam pronunciabit Sacerdos domum; eò quòd ſanata ſit plaga.

49. Sumet ergò ad expiandam domum duas aves, & lignum cedri, & coccineum, & hyſſopum.

50. Mox mactabit avem unam, ſuper vaſe teſtæ, ſuper aquis vivis.

51. Accipietque lignum, & hyſſopum, & coccineum, & avem vivam, ac intinget ea in ſanguinem avis mactatæ, & in aquas vivas, ſpargetque in domum ſeptem vicibus.

52. Atque (*ſic*) expiabit domum per ſanguinem avis, & per aquas vivas, & per avem vivam, & per lignum cedri, & per hyſſopum, & per coccineum.

53. Tandem dimittet avem vivam extra urbem ſuper facies agri. Ita expiabis domum; & munda erit.

54. Hæc eſt Lex de omni plaga lepræ, & de porrigine,

55. De,

55. De, nimirum, lepra veſtis, & de domo;

56. Et de rumore, & de abſceſſu, & de papula.

57. Ad docendum, de die immundi, 19. & de die mundi. Hæc (*inquam*) eſt Lex lepræ.

CAP. XV.

Legei hoc Caput habet. I. De Viro, (1.) fluxu e carne ſua affecto, à v. 1. (2.) concubitum ſeminis emittente. à v. 16. II. De mulieribus, (1.) fluxum menſtruum patiente. à v. 19. (2.) fluxum e carne diuturnum. à v. 25.

Præterea locutus eſt Jehovah ad Moſen, & ad Aharonem, dicendo:

2. Loquimini ad filios Iſraëlis, & dicite ad eos: Quicunque vir fecit fluxu affectus è carne ſua: (*quia*) fluxus ejus eſt; (*ideo*) immundus ille (*eſt.*)

3. Hæc autem erit immundities in fluxu ipſius; ſi fluxerit caro ejus, aut obſtructa fuerit caro ejus à fluxu ipſius; immundities ejus hoc.

4. Omne cubile, ſuper quo cubabit fluxu affectus, immundum erit, & omne vas, ſuper quo ſedebit, immundum erit.

5. Unde vir, qui tetigerit cubile ejus, lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, immunduſque erit uſque ad veſperam.

6. Qui etiam ſederit ſuper vaſe, ſuper quo ſederat fluxu affectus, lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, immunduſque erit uſque ad veſperam.

7. Item, qui tetigerit carnem fluxu affecti, lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, immunduſque erit uſque ad veſperam.

8. Quin ſi expuerit fluxu affectus in mundum, lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, immunduſque erit uſque ad veſperam.

9. Omnis quoque currus, ſuper quo vehetur fluxu affectus, immundus erit

10. Omnis inſuper, qui tetigerit quicquam, quod fuerat ſub eo, immundus erit uſque ad veſperam: qui verò portaverit ea, lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, immunduſque erit, uſque ad veſperam.

11. Omnis etiam, quem attigerit fluxu affectus, cùm manus non immerſiſſet in aquas, lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, immunduſque erit uſque ad veſperam.

12. At vas teſtæ, quod attigerit fluxu affectus, frangetur: omne autem vas ligni immergetur in aquas.

13. Quando verò mundabitur fluxu affectus à fluxu ſuo: numerabit ſibi ſeptem dies pro mundatione ſui, lavabitque veſtes ſuas; ac abluet carnem ſuam in aquis vivis, ut mundus ſit.

14. In die autem octavo accipiet ſibi duos turtures, aut duos filios columbæ, venietque ante Jehovam ad oſtium tentorii Conventus, tradetque eos Sacerdoti:

15. Quos faciet Sacerdos, unum (*in*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) & unum (*in*) holocauſtum: ita expiabit eum Sacerdos coram Jehovah a fluxu ipſius.

16. Vir, quando exiverit ex eo concubitus ſeminis, abluet in aquis omnem carnem, & immundus erit uſque ad veſperam.

17. Omnis autem veſtis, & omnis pellis, ſuper quâ fuerit concubitus ſeminis, lavabitur aquis, & immunda erit uſque ad veſperam.

18. Quod ad mulierem verò, cum qua cubuerit vir concubitu ſeminis: lavabunt (*ambo*) ſe in aquis, & immundi erunt uſque ad veſperam.

19. Mulier porro quum erit fluxu affecta, ita ut ſanguis ſit fluxus ejus in carne ejus, ſeptem dies erit in ſeparatione ſuâ: omniſque tangens eam immundus erit uſque ad veſperam.

20. Omne verò, ſuper quo cubuerit in ſeparatione ſuâ, immundum erit: omne etiam, ſuper quo ſederit, immundum erit.

21. Item omnis, qui attigerit cubile ejus, lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, immunduſque erit uſque ad veſperam.

22. Et qui tangit quodcunque vas, ſuper quo ſederit, lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, immunduſque erit uſque ad veſperam.

23. Sive itaque (*res ſit*) de cubili, ſive de vaſe, ſuper quo illa ſederit; cum attigerit (*quis*) illud, immundus erit uſque ad veſperam.

24. Si quoque Vir cubando cubuerit cum eâ, erit ſeparatio ejus ſuper illo; ideò immundus erit ſeptem diebus; & omne cubile, ſuper quo cubabit, immundum erit.

25. Quod ſi fluxerit mulieris fluxus ſanguinis dies multos, extra tempus ſeparationis ejus; aut cum fluxerit ultra ſeparationem ejus; omnes dies fluxus immunditiei ejus erunt, ſicut dies ſeparationis ejus; ideò immunda erit illa.

26. (*Unde*) omne cubile, ſuper quo jacebit omnibus diebus fluxus ejus, ſicut cubile ſeparationis ejus erit illi; & omne vas ſuper quo ſedebit, immundum erit, juxta immunditiem ſeparationis ejus.

27. Quare omnis attingens ea, immundus erit; ideoque lavabit veſtes ſuas, & abluet ſe in aquis, & immundus erit uſque ad veſperam.

28. Si verò mundata fuerit à fluxu ſuo; numerabit ſibi ſeptem dies; poſteaque munda erit.

29. In die ergò octavo accipiet ſibi duos turtures aut duos filios columbæ, quos adducet ad Sacerdotem, ad oſtium tentorii Conventus.

30. Faciet autem Sacerdos unum (*in*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) & unum (*in*) holocauſtum: atque ita expiabit eam Sacerdos coram JEHOVAH, a fluxu immunditiei ejus.

31. Separabitis itaque filios Iſraëlis ab immunditie eorum, ut non moriantur in immunditie eorum, quando polluerint habitaculum meum, quod in medio eorum.

32. Hæc eſt Lex fluxu affecti, & (*ejus*) ex quo exiverit concubitus ſeminis, ut fiat immundus per illum.

33. Et languidæ in ſeparatione ſuâ, & fluentis fluxu ſuo; maris & fœminæ, & viri concumbentis cum immunda.

CAP. XVI.

Legis de introitu Sacerdotis magni in ſanctum ſanctorum. Cujus præſcribuntur. I. Tempus. v. 2, 29. & 34. II. Sacrificia: (1.) pro ſe. v. 3. (2.) pro toto populo. v. 5. III. Veſtitus. v. 4. IV. Agenda: (1.) ante introitum. à v. 6. (2.) poſt introitum, intra velum. à v. 15. (3.) poſt exitum à v. 18. tum expiando altare. v. eod. & 19. tum emittendo hircum Aſaſelem. à v. 20. tum comburendo ſacrificia. v. 27, 28. V. Adjunctum: afflictio animarum, ſeu jejunium. à v. 29.

PRæterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, poſt mortem [a] duorum filiorum Aharonis, quum acceſſiſſent ante JEHOVAM, & mortui eſſent. a) *Lev. 10, 2.*

2. Dixit, inquam, JEHOVAH ad Moſen; Loquere ad Aharonem, fratrem tuum, ut [b] non intret omni tempore in ſanctum intra velum, ante propitiatorium, quod eſt ſuper Arca, ut non moriatur: quia in nube apparebo ſuper propitiatorio. b) *Exod. 30, 10. Heb. 9, 7.*

3. Cum hoc (*licitè*) intrabit Aharon in ſanctum; cum juvenco (*ſcil.*) filio bovis in Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) & ariete in holocauſtum.

4. Tunicam lini ſanctitatis induet, & caligæ lini erunt ſuper carne ipſius, & baltheo lini cinget ſe, & cidarim lini imponet ſibi: veſtes (*enim*) ſanctitatis hæ (*ſunt: ideò*) etiam lavabit aquis carnem ſuam, cum induet eas.

5. Deinde à cum concione filiorum Iſraëlis accipiet duos hircos caprarum, in Peccatum (*ſacrificium pro peccato;*) & arietem unum in holocauſtum:

6. Poſteà offeret Aharon juvencum Peccati (*ſacrificij pro peccato,*) quod ipſi; expiabitque pro ſe & pro domo ſuâ.

7. Mox accipiet duos hircos ſtatuetque illos ante JEHOVAM ad oſtium tentorii Conventus:

8. Dabitque Aharon ſuper duobus hircis ſortes: ſortem unam pro JEHOVAH, & ſortem unam pro Aſaſele.

9. Ac offeret (*quidem*) Aharon hircum, ſuper quem aſcendet ſors pro JEHOVAH, facietque eum in Peccatum (*ſacrificium pro peccato:*)

10. At hircum, ſuper quem aſcendit ſors pro Aſaſele, ſtatuet vivum ante JEHOVAM, ad expiandum ſuper eo; ut mittat eum in Aſaſelem (*h.e. hircum abeuntem*) in deſertum.

11. Cum autem adduxerit Aharon juvencum Peccati (*ſacrificij pro peccato,*) qui ipſi (*erit;*) & expiaverit pro ſe, & pro domo ſua: mactabit juvencum Peccati (*ſacrificij pro peccato,*) qui ipſi (*erit.*)

12. Accipietque plenitudinem thuribuli, prunas ignis de-ſuper altari à-coram JEHOVAH, & plenitudinem pugnorum ſuorum, ſuffimentum aromatum tenue. Tum inferet intra Velum:

13. Ita ut det ſuffimentum ſuper ignem coram JEHOVAH, tegatque nubes ſuffimenti propitiatorium, quod eſt ſuper Teſtimonio, ut non moriatur.

14. De ſanguine autem [c] juvenci ſumet, & ſpargét digito ſuo ſuper facies propitiatorii ortum verſus; ante verò propitiatorium ſparget ſeptem vicibus de ſanguine digito ſuo. c) *Hebr. 9, 13. 10, 4.* *T. 18. n 22. 29.*

15. Poſteà cum mactaverit hircum Peccati (*ſacrificij pro peccato,*) qui populo (*erit,*) inferet etiam ſanguinem ejus adintra velum, facietque cum ſanguine ejus, quemadmodum fecerat ſanguini Juvenci, ut ſpargat (*ſcil.*) eum ſuper propitiatorium, & ante propitiatorium.

16. Ita expiabit ſanctum ab immunditiis filiorum Iſraëlis. Similiterque faciet tentorio Conventus, habitanti cum illis, in medio immunditiarum eorum.

17. Ullus autem [d] homo non erit in tentorio Conventus, quando ille intrabit ad expiandum in ſancto, uſque dum exiverit. Quando ergo ita expiaverit pro ſe, & pro domo ſua, & pro tota congregatione Iſraëlis: d) *Lev. 1, 10. Heb. 9, 7.*

18. Exibit ad altare, quod eſt coram JEHOVAH, & expiabit hoc: ita ut accipiat de ſanguine juvenci, & de ſanguine hirci, detque ſuper cornua altaris circumcirca:

19. Spargatque ſuper id de ſanguine digito ſuo ſeptem vicibus; mundetque id, & ſanctificet id ab immunditiis filiorum Iſraëlis.

20. Quando ita abſolverit expiare ſanctum, & Tentorium Conventus, & altare: tum adducet hircum vivum:

21. Imponetque Aharon ambas manus ſuas ſuper caput hirci vivi, & confitebitur ſuper illum omnes iniquitates filiorum Iſraëlis, ac omnes prævaricationes eorum, quoad omnia peccata eorum: dabit, inquam, illa ſuper caput hirci, mittetque per manum viri deſtinati in deſertum.

22. Sic portabit hircus ſuper ſe omnes iniquitates eorum in terram excisionis. Quum verò miſerit hircum in deſertum:

23. Tum intrabit Aharon in tentorium Conventus, exuetque veſtes lini, quas induerat, quum intrare vellet in ſanctum; relinquetque eas ibi.

24. Et quum laverit carnem ſuam aquis in loco ſancto, induet veſtes ſuas, exibitque, ut faciat holocauſtum ſuum, & holocauſtum populi, expiabitque pro ſe, & pro populo.

25. Adipem autem Peccati (*ſacrificij pro peccato*) adolebit ſuper altari.

26. Sed qui emiſit hircum in Aſaſel, lavabit carnem ſuam aquis, ac poſtea intrabit in caſtra.

27. Denique juvencum Peccati (*ſacrificij pro peccato,*) & hircum ſacrificii pro peccato, [e] quorum ſanguis illatus eſt ad expiandum in ſanctuario, educet foras extra caſtra, ubi comburent igne & cutem eorum, & carnem eorum, & fimum eorum. e) *Lev. 6, 30. Ez. 43, 21. Hebr. 13, 11.*

28. Qui autem combuſſerit eos, lavabit veſtes ſuas, abluetque carnem ſuam aquis; poſteaque intrabit in caſtra.

29. Erit hoc vobis in ſtatutum æternitatis: ita ut in menſe ſeptimo, in decimo (*die*) menſis affligatis animas veſtras, nec ullum opus faciatis: incola, & peregrinus peregrinans in medio veſtri:

30. Nam [f] in die hoc (*Sacerdos*) expiabit vos, ad mundandum vos, ab omnibus peccatis veſtris: ut coram JEHOVAH mundi ſitis. f) *Lev. 23, 27. Nu. 29, 7*

31. (*Ideò*) Sabbathum Sabbathi hoc erit vobis, ut affligatis animas veſtras; ſtatutum æternitatis:

32. Ita ut expiet Sacerdos, quem unget (*Jehovah,*) & cujus implebit manum, ad fungendum Sacerdotio loco patris ejus, induatque veſtes lini, veſtes ſanctitatis:

33. Expiet, inquam, ſanctuarium ſanctitatis; itemque tentorium Conventus, & altare expiet: nec non Sacerdotes & uni-

universum populum congregationis expiet.

34. Erit ergò hoc vobis in statutum æternitatis, ad expiandum omnes filios Israëlis ab omnibus peccatis eorum,
g) Hebr. 9,7. [g] semel in anno. Fecit itaque (*Aharon,*) quemadmodum præcepit JEHOVAH Mosi.

CAP. XVII.

Leges feruntur. I. De omnibus sacrificiis ad ostium Tentorii adducendis, & Iehovæ soli, non dæmonibus, offerendis. à v.1. II. De non comedendo sanguine in tota terra Israëlis. à v.10. III. De non comedendo cadavere aut discerpto. à v.15.

PORRÒ locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo

2. Loquere ad Aharonem, & ad filios ejus, & ad omnes filios Israëlis, & dic ad eos; Hoc est verbum, quod præcepit JEHOVAH, dicendo:

3. Quisquis vir de domo Israëlis *(fuerit,)* qui mactaverit, (*in sacrificium,*) bovem, aut ovem, aut capram in castris; aut qui mactaverit foris extra castra;

4. Nec ad ostium tentorii Conventus adduxerit illud, ad offerendum munus JEHOVÆ coram habitaculo JEHOVÆ: ei viro pro sanguine imputabitur, (*quasi scilicet*) sanguinem effudisset: ideò excindetur vir hic è medio populi sui.

5. (*Eum in finem*) ut adducant filii Israelis sacrificia sua, quæ illi sacrificantes super faciebus agri; adducant, inquam, ea JEHOVÆ ad ostium tentorii Conventus ad Sacerdotem; sacrificentque sacrificia pacifica JEHOVÆ illa:

6. Spargatque Sacerdos sanguinem super altare JEHOVÆ ad ostium tentorii Conventus, offeratque adipem, in odorem quietationis, JEHOVÆ.

7. Non enim sacrificabunt amplius sacrificia sua dæmonibus, post quos scortantes illi. Statutum æternitatis erit hoc illis in generationibus eorum.

8. Quare ed eos dices; Quisquis virorum de domo Israëlis, & de peregrino, qui peregrinabitur in medio eorum, fuerit, qui ascendere fecerit holocaustum aut sacrificium;

9. Nec ad ostium tentorii Conventus adduxerit illud, ad faciendum illud JEHOVÆ: excindetur vir hic de populis suis.

10. Quisquis etiam de domo Israëlis, aut de peregrino peregrinante in medio eorum *(fuerit,)* qui comederit ullum [a] sanguinem: dabo faciem meam contra animam comedentem sanguinem, ut excindam eam è medio populi ejus.
a) Lev. 3,17. Deut. 12, 16. Act. 15, 27.

11. Nam anima carnis in sanguine illa *(est:)* ideò dedi eum vobis super altare, ad expiandum animas vestras: eò quòd [b] sanguis ipse pro anima expiet.
b) Hebr. 9,22.

12. Propterea dixi filiis Israëlis; ulla anima de vobis non comedet sanguinem; peregrinus etiam peregrinans in medio vestri non comedet sanguinem.

13. Quin quisquis virorum de filiis Israëlis, & de peregrino peregrinante in medio eorum *(fuerit,)* qui venabitur venationem feræ aut avis, quæ comeditur, effundet sanguinem ejus, obtegetque eum pulvere.

14. Eò quòd, quantum ad animam omnis carnis, sanguis ejus pro anima ejus ille *(est:)* ideò dixi filiis Israëlis; sanguinem ullius carnis non comedetis; quia anima omnis carnis quasi sanguis ejus ille *(est: quare)* omnes comedentes illum excindentur.

15. At omnis anima, quæ comederit cadaver aut discerptum, inter indigenas & inter peregrinos, lavabit vestes suas, & abluet se aquis, immundaque (*tantùm*) ad vesperam usque erit.

16. Quòd si (*tamen*) non lavabit (*illas,*) nec carnem suam abluet, portabit iniquitatem suam.

CAP. XIIX.

Habentur hic Leges in coniugio contrahendo, & extra illud observando. Vbi I. Exordium ad leges has ferè adstringens. à v.1. II. Leges ipsæ: (1.) de gradibus prohibitis. à v.6. (2.) Congressibus abominabilibus: à v.18. & à v.22. (3.) liberis non immolandis Molecho. v.21. III. Conclusio, per comminationes. à v.24.

LOCUTUS quoque est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

2. Loquere ad filios Israëlis, & dic ad eos; Ego *(sum)* JEHOVAH, Deus vester.

3. (*Ideò*) secundum opus terræ Ægypti, in

in qua habitavistis, non facietis; & secundum opus terræ Canaanis, quò ego (sum) adducens vos, non facietis, & in statutis eorum non ambulabitis.

4. Judicia mea facietis, & statuta mea observabitis, ad eundum in illis: ego (*enim sum*) JEHOVAH Deus vester.

5. Quare observabitis statuta mea, & judicia mea, quæ (*si*) fecerit [a] homo, vivet per ea; (*quia*) ego *(sum)* JEHOVAH.
a) Ez. 20,11. Rom. 10, 5. Gal. 3,12

6. (*Quapropter*) Quisquis virorum *(fueris,)* ad ullas reliquias carnis suæ non appropinquabitis, ad revelandum nuditatem: Ego (*enim sum*) JEHOVAH.

7. Nuditatem [b] patris tui, & nuditatem matris tuæ non revelabis: mater (*enim*) tua hæc; *(ideò)* non revelabis nuditatem ejus.
b) Gen. 9, 22. 19,33. Deut 22, 30. 27,20. 2. Sam. 13,14. Ez. 22, 10. 1. Cor. 5, 1.

8. Nuditatem uxoris patris tui non revelabis: (*quia*) nuditas patris tui illa.

9. Nuditatem sororis tuæ, filiæ patris tui, aut filiæ matris tuæ, generationis domus, aut generationis extra domum (*quod attinet:*) non revelabis nuditatem earum.

10. Nuditatem filiæ filii tui, aut filiæ filiæ tuæ (*quod attinet:*) non revelabis nuditatem earum; quia nuditas tua illæ *(sunt.)*

11. Nuditatem filiæ uxoris patris tui, generationis patris tui, (*quod attinet,*) cum soror tua *(sit)* illa, non revelabis nuditatem ejus.

12. Nuditatem sororis patris tui non revelabis; reliquiæ (*carnis*) patris tui illa.

11. Nuditatem sororis matris tuæ non revelabis: quia reliquiæ (*carnis*) matris tuæ illa.

14. Nuditatem fratris patris tui non revelabis: nec ad uxorem ejus appropinquabis; (*quia sicut*) amita tua est.
c) Gen. 38,16.

15. Nuditatem [c] nurus tuæ non revelabis: quia uxor filii tui (*est*) illa, ideò non revelabis nuditatem ejus.
d) Mat. 6,18.

16. Nuditatem [d] uxoris fratris tui non revelabis: (*quia*) nuditas fratris tui illa.

17. Nuditatem mulieris & filiæ ejus, non revelabis: filiam filii ejus, & filiam filiæ ejus non accipies ad revelandum nuditatem ejus: reliquiæ (*carnis*) illæ, (*ideò*) facinus hoc (*est.*)

18. Mulierem ad sororem ejus non accipies; ad æmulandum, revelando nuditatem ejus, præter illam, in vita ejus.

19. Denique ad mulierem in separatione immunditiæ ejus non accedes, ad revelandum nuditatem ejus.

20. Nec ad uxorem [e] proximi tui dabis concubitum tuum ad semen; ut immundus fias per illam.
e) 2. Sam. 11, 4.

21. Neque de semine tuo dabis ad transire [f] faciendum Molecho: neque (*ita*) profanabis nomen Dei tui: ego (*enim sum*) JEHOVAH.
f) Lev. 20, 2. 2. Reg. 23, 10. Ier. 32, 35.

22. Cum [g] masculo non cubabis *(juxta)* concubitus mulieris: abominatio (*enim est*) hæc.
g) Lev. 20, 13.

23. In [h] bestiam etiam non dabis concubitum tuum, ut immundus fias per illam; neque stabit mulier coram bestia, ut ineat eam (*more quadrupedum:*) confusio hoc (*enim est.*)
h) Exod. 22, 19. Lev 20, 15. Deut. 27, 21.

24. Ne (*ergò*) polluite vos omnibus his: quia omnibus his pollutæ sunt gentes, quas ego *(sum)* ejiciens coram vobis.

25. Unde polluta est terra, visitavique iniquitatem ejus super eam, evomuitque terra habitatores suos.

26. Observabitis ergò statuta mea, & judicia mea, nec facietis (*quicquam*) de omnibus abominationibus istis; indigena, & peregrinus peregrinans in medio vestri.

27. Omnes namque eas abominationes fecerunt viri terræ, qui ante vos; ideò polluta est terra.

28. Ita non evomet terra vos, ob hoc, quod polluitis illam: quemadmodum evomuit gentem, quæ ante vos.

29. Omnem enim, qui fecerit (*quid*) de omnibus abominationibus istis (*quod attinet:*) excindentur animæ facientes (*illas*) è medio populi sui.

30. Quare custodietis custodiam meam, ut non faciatis (*quicquam*) de statutis abominationum, quæ factæ sunt ante vos; neque polluemini istis: Ego (*enim sum*) JEHOVAH Deus vester.

CAP. XIX.

Leges variæ. I. De sanctitate Israëlis. v. 1. 2. II. Timore parentum. v.3. III. Servandis Sabbatis,

batû. ibid. IV. Vitandi idola. v. 4. V. Comeſtione pacificorum. à v. 5. VI. Angulo agri, ſpicilegio, & racematione vineæ. à v. 9. VII. Non ſurando, aut mentiendo, etiam in jurando. à v. 11. VIII. De proximo, mercenario, ſurdo, cæco, calumnia, teſtimonio, odio, mixtis. à v. 13. IX. Ancilla ſtuprata. à v. 20. X. Præputio arborum. à v. 23, &c.

PRæterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Loquere ad univerſam concionem filiorum Iſraëlis, & dic ad eos:

a) *Lev. 11, 45. 1. Petr. 1, 16.* [a] ſancti eritis: nam ſanctus (*ſum*) ego JEHOVAH DEUS veſter.

3. Vir matrem ſuam & patrem ſuum timebitis. Et Sabbatha mea obſervabitis: ego (*enim ſum*) JEHOVAH DEUS veſter.

4. (*Ideò* non reſpicietis ad idola; & deos fuſionis non facietis vobis: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH DEUS veſter.

5. Quando autem ſacrificabitis ſacrificium pacificorum veſtrorum; ita ut placeatis, ſacrificate illud.

6. In die (*ergò*) ſacrificii veſtri comedetur, & à craſtino: reſiduum autem ad diem uſque tertium igne comburetur.

7. Quod ſi comedendo comedetur in die tertio; abominatio (*erit*) illud, nec acceptabitur.

8. Unde comedentes illud, (*quiſquis*) iniquitatem ſuam portabit; quia ſanctum JEHOVÆ profanavit; quare excindetur anima hæc e populis ſuis.

b) *Lev. 23, 22. Deuter. 24, 19.* 9. Quando porrò metetis [b] meſſem terræ veſtræ, non auferes omninò angulum agri tui metendo: neque ſpicilegium meſſis tuæ (*ipſe*) leges.

c) *Exod. 20, 15. 1. Theſſ. 4, 6.* 10. Vineam etiam tuam non racemabis, & deciduum vineæ tuæ non colliges: (*ſed*) pauperi, & peregrino relinques iſta: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH DEUS tuus.

d) *Deut. 5, 18. Matt. 5, 33.* 11. Non [c] furabimini; neque negabitis, neque mentiemini quis proximo ſuo.

e) *Exod. 23, 7. Deuter. 24, 14. Tob. 4, 15.* 12. Neque jurabitis per nomen meum [d] in mendacium; ut profanes nomen DEI tui: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

13. Non opprimes [e] proximum tuum, neque rapies: non pernoctabit merces mercenarii tecum uſque ad auroram.

14. Non maledices ſurdo; neque coram cœco dabis offendiculum: timebis namque a DEO tuo, (*quia*) Ego (*ſum*) JEHOVAH.

f) *Exod. 23, 6. Deut. 1, 17. Prov. 24, 23. Jac. 2, 1.* 15. [f] Non facietis perverſitatem in judicio: non accipies facies pauperis, neque honorabis facies magni: (*ſed*) in juſtitia judicabis proximum tuum.

16. Non eris calumniator contra populos tuos: non ſtabis contra ſanguinem ſocii tui: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

g) *Sir. 19, 13. Matth. 18, 15. Luc. 17, 3.* 17. Non [g] odio habebis fratrem tuum in corde tuo: nam corripiendo (*quidem*) corripies proximum tuum, ſed non impones ſuper illum peccatum.

h) *Matt. 5, 43. i) Mat. 22, 39. Rom. 13, 9. Gal. 5, 14.* 18. Non vindictam ſumes: neque ſervabis (*iram*) contra filios populi tui: ſed [i] amabis ſocium tuum, ſicut te: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

19. Statuta mea obſervabitis; beſtiam tuam non inire facies mixtim: agrum tuum non ſeres mixtim: & veſtis mixta Schaatnes (*dicta*) non aſcendet ſuper te.

k) *Deut. 22, 13.* 20. Vir verò quando cubuerit cum muliere concubitu ſeminis, cum illa ſit ancilla mancipata viro, neque redemta; aut manumiſſio non data illi ſit: flagellatio fiet, non (*autem*) occidetur; quia manumiſſa non fuit.

21. Adferet tamen ſacrificium pro reatu ſuum JEHOVÆ ad oſtium tentorii Conventus, arietem reatus:

22. Ut expiet eum Sacerdos per arietem reatus coram JEHOVAH ſuper peccato ejus, quod peccavit, fiatque illi remiſſio à peccato eius, quod peccavit.

23. Quando porrò veneritis in terram, & plantaveritis quamcunque arborem cibi, præputiabitis ejus præputium (*h.e.*) fructum ejus: tribus annis erit vobis (*quaſi*) præputiatus, ut non comedatur.

24. Anno autem quarto erit omnis fructus ejus ſanctitas profanationum JEHOVÆ.

25. At in anno quinto comedetis fructum ejus, ut augeatur vobis proventus ejus: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH DEUS veſter.

l) *Lev. 3, 17. 17, 10. Deuter. 12, 16. Act. 15, 20.* 26. Non [l] comedetis ſuper ſanguine: non divinabitis, nec augurabimini.

27. Non circumducetis angulum capitis

tis veſtri; neque perdetis angulum barbæ veſtræ.

m) *Deuter. 14, 1.* 28. Neque [m] cæſuram pro anima dabitis in carne veſtra; neque ſcripturam ſtigmatis dabitis in vobis: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

29. Non profanabis filiam tuam, ad exponendum eam ſcortationi: ut non ſcortetur terra, impleaturque terra facinore.

30. Sabbatha mea obſervabitis, & ſanctuarium meum reverebimini. Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

n) *Lev. 20 & 27. 1 Sam. 28, 7.* o) *Sir. 8, 7.* 31. (*Ideò*) non [n] reſpicietis ad pythones, neque hariolos quæretis; ne polluamini per illos: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH DEUS veſter.

32. Coram canitie ſurges, & honorabis facies ſenis: timebis enim tibi à DEO tuo; (*quia*) Ego (*ſum*) JEHOVAH.

p) *Exod. 22, 21. 23, 9.* 33. Cum autem [p] peregrinabitur tecum peregrinus in terra veſtra, non opprimetis eam.

34. Sicut indigena ex vobis erit vobis peregrinus peregrinans vobiſcum; diligesque eum ſicut te: quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti: Ego (*enim*) JEHOVAH DEUS tuus.

q) *Deut. 25, 15. Prov. 11, 1.* 35. Non facietis perverſitatem in judicio, [q] in menſura, in pondere, & in dimenſione.

36. (*Vnde*) Libræ juſtitiæ, lapides juſtitiæ, Epha juſtitiæ, & Hin juſtitiæ erit vobis. Ego (*enim ſum*) JEHOVAH DEUS veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti.

37. Ideò obſervabitis omnia ſtatuta mea, & omnia judicia mea, ut faciatis ea: Ego (*enim*) JEHOVAH.

CAP. XX.

Dictantur hoc Capite I. pœnæ tranſgreſſoribus. Et quidem (1.) Molechi cultoribus à v. 1 (2) conſulentibus pythones & hariolos. à v. 6. (3.) Maledicenti parentibus. v. 9. (4.) adulteris. v. 10. (5.) inceſtuoſis, ἀρσενοκοίταις, beſtiariis. à v. 11, (6.) Pythonibus & hariolis. v. ult. II. Fit adhortatio ad ſervanda præcepta Jehovæ. à v. 22.

PRæterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo.

2. Ad filios etiam Iſraëlis dices:

a) *Lev. 18, 21. Pſ. 106, 37.* Quicunque vir de filiis Iſraëlis, & de peregrino peregrinante in Iſraële (*fuerit,*) qui dederit de [a] ſemine ſuo Molecho, morte morietur: populus terræ lapidabunt eum lapide:

3. Ego verò dabo faciem meam contra virum hunc, & excindam eum è medio populi mei; eò quòd de ſemine ſuo dedit Molecho, ut pollueret ſanctuarium meum, & profanaret nomen ſanctitatis meæ.

4. Quod ſi abſcondendo abſcondent populus terræ oculos ſuos à viro iſto, cùm dederit de ſemine ſuo Molecho; ut non occidant illum:

5. Ponam (*tamen*) Ego faciem meam contra virum iſtum, & contra (*etiam*) familiam ejus, ut excindam ipſum, & omnes ſcortantes poſt ipſum, ſcortando poſt Molechum, è medio populi ipſorum.

6. Quantum etiam ad animam, quæ reſpiciet ad [b] pythones, & ad hariolos, ad ſcortandum poſt illos: dabo faciem meam contra animam hanc, ut excindam eam è medio populi ejus.

b) *Lev. 19, 31. Deut. 18, 11.* 7. Quare ſanctificabitis vos, eritiſque ſancti: quia Ego JEHOVAH DEUS veſter.

c) *Exod. 21, 17. Prover. 20, 20. 30, 17. Mat. 15, 4. Maro, 7, 10.* 8. Obſervabitiſque ſtatuta mea, ut faciatis ea: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH ſanctificans vos.

9. Cùm vir quiſquam (*fuerit,*) qui maledixerit [c] patri ſuo, aut matri ſuæ, occidendo occidetur: Patri ſuo, aut matri ſuæ maledixit, ſanguines ejus ſuper illo (*erunt.*)

d) *Lev. 18, 20. Deuter. 22, 22. Matt. 5, 27.* 10. Item vir, qui [d] adulterium commiſerit cum uxore viri; qui (*inquam*) adulterium commiſerit cum uxore ſocii ſui; occidendo occidetur, (*ipſe*) adulter, & adultera.

e) *Gen. 35, 22. Deuter. 27, 20. 2. Sam. 16, 22.* 11. Quod ad virum, qui concubuerit [e] cum uxore patris ſui; nuditatem patris ſui revelavit: (*ideò*) occidendo occidentur ambo; ſanguines eorum ſuper illis (*erunt.*)

f) *Gen. 38, 18. Deuter. 27, 23.* 12. Quod ad virum etiam, qui concubuerit [f] cum nuru ſua: occidendo occidentur ambo: confuſionem (*enim*) fecerunt; (*ideò*) ſanguines eorum (*erunt*) ſuper illis.

g) *Rom. 1, 27. 1. Cor. 6, 1.* 13. Quod ad virum, qui concubuerit cum [g] mare, concubitibus fœminæ;

(quia) abominationem fecerunt ambo : (ideo) occidendo occidentur, (&) sanguines eorum (erunt) super illis,

14. Quod autem ad virum, qui acceperit mulierem, & matrem ejus; facinus hoc [est: ideò] igne comburent ipsum & illas; ut non sit facinus in medio vestri.

h) Deut. 27.21. 15. Quod item ad virum, qui dederit concubitum suum [h] in bestiam; occidendo occidetur; bestiamque (etiam) interficient.

16. Sic quod ad mulierem, quæ appropinquaverit ad ullam bestiam, ad ineundum (more quadrupedum) eam: occides mulierem, & bestiam: occidendo (inquam) occidentur, (ita ut) sanguines eorum (sint) super illis.

i) Deut. 27.22. 17. Quod ad virum, qui acceperit [i] sororem suam, filiam patris sui (simul,) aut filiam matris suæ (tantum,) ita ut viderit nuditatem ejus, & illa viderit nuditatem ipsius: probrum hoc (est;) ideò excindentur coram oculis filiorum populi sui: nuditatem (enim) sororis suæ revelavit, (ideò) iniquitatem suam portabit.

k) Lev. 18.19. 18. Quod (porrò) ad virum, qui concubuerit cum muliere [k] languente, & revelaverit nuditatem ejus; (quia) fontem ejus nudavit; & ipsa revelavit fontem sanguinum suorum: (ideò) excindentur ambo è medio populi sui.

l) Lev. 18.13. 19. Insuper nuditatem [l] sororis matris tuæ, & sororis patris tui non revelabis: (sin;) quia reliquias (carnis) suas revelavit, iniquitatem suam portabunt:

20. Quod porrò ad virum, qui concubuerit cum uxore patrui sui; (quia) nuditatem patrui sui nudavit, peccatum suum portabunt, (&) solitarii morientur.

21. Quod denique ad virum, qui acceperit uxorem fratris sui: (quia) separatio hæc, (eò quod:) nuditatem fratris sui revelavit solitarii erunt.

22. Observabitis ergò (in his) omnia statuta mea, & omnia judicia mea, ut faciatis ea: ne evomat vos terra; in quam introducens (sum) Ego vos, ut habitetis in eâ.

23. Non verò ibitis in statutis gentis quam Ego ejecturus (sum) coram vobis: quia (enim) omnia ista fecerunt; ideò fastidivi eos;

24. Dixi autem vobis; Vos in hæreditatem accipietis terram eorum; Ego enim dabo illam vobis ad accipiendum illam in hæreditatem, terram fluentem lacte & melle. Ego (quoque sum) JEHOVAH DEUS vester, qui distinxi vos à populis

m) Lev. 11.3 ſ. 25. Ideo distinguetis inter bestiam (m) mundam, & immundam, & inter avem immundam & mundam: ut non abominabiles faciatis animas vestras per bestiam, aut per avem, aut per quicquam, quod reptat (in) terrâ, quod distinxi vobis ad faciendum immundum.

n) Lev. 11.45. 19.2. 26. Eritis itaque mihi (n) sancti; quia sanctus Ego JEHOVAH, & distinxi vos à gentibus, ut sitis mei.

o) Deut. 18.11.20. 1. Sam. 28.9. 27. Quare (etiam) vir aut fœmina, quando erit in illis (o) Pytho aut hariolus (spiritus) occidendo occidentur; lapide (enim) lapidabunt eos, (&) sanguines eorum (erunt) super illis.

CAP. XXI.

Leges feruntur familiis Sacerdotalibus. I. Sacerdotibus: (1.) quoad luctum super mortuis. à v. 1. (2.) quoad conjugum. v. 7. 8. II. Filiabus Sacerdotum; de non scortando. v. 9. III. Sacerdoti magno; de luctu & conjugio. à v. 10. IV. Sacerdotibus, in quibus macula & defectus. à v. 16.

PRæterea dixit JEHOVAH ad Mosen, Dic ad Sacerdotes, filios Aharonis; dic, inquam, ad illos; Ob animam non immundus fiet, (quisquam vestrum) inter populos suos:

2. Nisi ob reliquias (carnis) ipsius, quæ proximæ ipsi (sunt: scil.) ob matrem suam, & ob patrem suum, & ob filium suum, & ob filiam suam, & ob fratrem suum:

3. Et ob sororem suam virginem, propinquam ipsi (adhuc;) dum non fuit viro; ob hanc polluetur:

4. Non autem polluetur paterfamilias: ob (reliquos) populos suos, ita ut profanet se.

a) Lev. 19.27. Ez. 44.20. 5. Non inducent (a) calvitiem (tamen) etiam ob istos) capiti suo, neque angulum barbæ suæ radent: neque in carne sua cæsuram incident.

6. Sancti (enim) erunt DEO suo, neque

profanabunt nomen DEI sui: eò quod ignita JEHOVÆ, panem DEI sui, illi (sunt) offerentes; (ideò) erunt sanctitas.

7. Mulierem meretricem aut profanam, non accipient; neque mulierem repudiatam à marito suo accipient; quia sanctus ille (quisque) DEO suo.

8. Sanctificavi enim illum, propterea quod panem DEI tui ille (est) offerens: (ideò etiam) sanctus erit tibi; siquidem Ego JEHOVAH sum sanctificans vos.

9. Filia (ideò) etiam viri Sacerdotis quando profanaverit se scortando, quia patrem suum illa (est) profanans, igne comburetur.

10. Sed Sacerdos magnus ex fratribus suis, super cujus est effusum caput oleum unctionis, & implevit manum suam ad induendum vestes, caput suum non radet, & vestes suas non dissuet.

b) Num. 6,7. 11. Neque ad ullas animas [b] mortui veniet; quin ne ob patrem quidem suum aut matrem suam polluet se.

12. E sanctuario etiam non exibit, ut non profanet sanctuarium DEI sui: quia separatio olei unctionis DEI ipsius super illo (est) Ego (enim sum) JEHOVAH.

c) Ez. 44,22. 13. Idem quoque uxorem in [c] virginitate ejus accipiet.

14. Viduam (verò) aut repudiatam, aut corruptam, aut meretricem, has (inquam) non accipiet: sed virginem de populis suis accipiet uxorem.

15. Ne profanet semen suum in populis suis: Ego (enim) JEHOVAH (sum) sanctificans illum.

16. Porrò locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

d) 1. Timoth. 3,1 Tit. 1,7. 17. Loquere ad Aharonem, dicendo; Vir de semine tuo, in generationibus eorum, in quo erit [d] macula, non accedet ad offerendum panem DEI sui.

18. Omnis, inquam, vir, in quo erit macula non accedet: (nimirum) vir cœcus, aut claudus, aut decurtatus, aut prælongus:

19. Aut vir, in quo erit fractura pedis, aut fractura manus:

20. Aut gibbosus, aut contusus, aut confusus oculo suo, aut leprosus, aut verrucosus, aut contusus teste.

21. Omnis (inquam denuò) vir, in quo erit macula, de semine Aharonis Sacerdotis, non accedet ad offerendum ignita JEHOVÆ: (quia) macula in eo, (ideò) panem DEI sui non accedet ad offerendum.

22. Panem (quidem) DEI sui de sanctis sanctorum, & de sanctis comedet:

23. Sed intra velum non intrabit, & ad altare non accedet, quia macula in eo (est;) ne polluat sanctuaria mea: Ego enim (sum) sanctificans eos.

24. Locutus itaque est Moses (omnia hæc) ad Aharonem, & ad filios ejus, & ad omnes filios Israëlis.

CAP. XXII.

Leges hic habentur. I. De comestione sanctorum; (1.) non licita; tum immundo. à v. 1. sicut cadaver & discerptum. v. 8. tum alieno. v. 10. tum filiæ Sacerdotis nuptæ. v. 12. (2.) Licita, tum servo emto & vernæ. v. 11. tum filiæ Sacerdotis viduæ aut repudiatæ. v. 13. cum errantis de oblatione. v. 1. & à v. 14. II. De sacrificiis votivis & spontaneis. à v. 17. III. De sacrificio Confessionis. à v. 25.

PRæterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

2. Loquere ad Aharonem & ad filios ejus, ut abstineant sibi à sanctis filiorum Israëlis, ne profanent nomen sanctitatis meæ; quæ (nimirum) illi (sunt) sanctificantes mihi: Ego (enim sum) JEHOVAH.

3. Dic (ergò) ad eos; In generationes vestras, quod ad omnem virum, qui accesserit de omni semine vestro, ad sancta, quæ sanctificabunt filii Israëlis JEHOVÆ, dum immunditia ejus super ipso (est;) excindetur anima hæc à coram me; Ego (enim sum) JEHOVAH.

4. Quisquis vir de semine Aharonis, qui leprosus aut fluxum patiens, de sanctis non comedet, usque dum mundabitur. Sic qui attigerit ullum immundum ob animam, aut vir, ex quo exiverit concubitus seminis:

5. Aut vir, qui tetigerit ullum reptile, quo polluatur; aut hominem, quo polluatur sibi, quoad omnem immunditiem ejus:

6. Anima (*inquam*) quæ tetigerit illud, immunda erit uſque ad veſperam, & non comedet de ſanctis: ſed cum laverit carnem ſuam aqua;

7. Occideritque Sol, mundus erit, & poſteà comedet de ſanctis; quia panis ejus (*hic*) eſt.

a) *Exod. 22,31. Ez. 44, 31.* 8. [a] Cadaver aut diſcerptum non comedet, ut polluatur eo: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

9. Cuſtodient itaque cuſtodiam meam, & non tollent ſuper ſe peccatum, ob quod moriantur, quando profanaverint illud (*ſanctum:*) Ego (*enim ſum*) JEHOVAH ſanctificans ipſos.

10. Ullus item alienus non comedet ſanctum: inquilinus Sacerdotis, & mercenarius, non comedet ſanctum.

11. Si tamen Sacerdos (*aliquis*) emerit animam (*aliquam*) emtione argenti, & natus (*verna*) domus ejus; hi, inquam, comedent de pane ejus.

12. Quando etiam filia Sacerdotis (*alicujus*) nupſerit viro alieno, illa de ſublatione ſanctorum non comedet.

13. Sed ſi filia Sacerdotis (*alicujus*) facta fuerit vidua aut repudiata, ut ſemen ei non ſit, adeoque redierit ad domum patris ſui, ſecundum adoleſcentiam ſuam, de pane patris ſui comedet. Omnis tamen alienus non comedet de illo.

14. Quod ſi vir comederit ſanctum per errorem, addet quintam (*partem*) ejus ſuper illud, dabitque Sacerdoti ſanctum.

15. Non itaque profanabunt (*Sacerdotes*) ſancta filiorum Iſraëlis; id (*nimirum*) quod ſuſtulerint JEHOVÆ:

16. Ut non imponant ſibi iniquitatem reatus, per hoc, quòd comedant ſancta eorum: quia Ego JEHOVAH (*ſum*) ſanctificans eos

17. Inſuper locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

18. Loquere ad Aharonem, & ad filios ejus, & ad omnes filios Iſraëlis, & dic ad illos. Quiſquis (*fuerit*) vir de domo Iſraëlis, aut de peregrino in Iſraële, qui offeret munus ſuum, quantum ad vota eorum omnia, & quantum ad ſpontanea eorum, quæ offerre ſolent JEHOVÆ in holocauſtum:

19. Ut fiat in beneplacitum veſtri (*eſto*) integer maſculus, de bobus, de agnis, & de capris.

20. Ullum autem, in quo macula, non offeretis: non enim in beneplacitum veſtri fiet vobis.

b) *Deut. 15,21. 17,1. Mal. 1,8. Sir. 35, 14.*

21. Sic quando vir offeret ſacrificium pacificorum JEHOVÆ, ad ſolvendum votum, aut in ſpontaneum, de bobus aut grege: integrum erit in beneplacitum: nulla autem macula non erit in eo.

22. Cœcum aut fractum, aut mutilum, aut verrucoſum, aut leproſum, aut ſanioſum; hæc (*inquam*) non offeretis JEHOVÆ: neque ignitum dabitis de illis ſuper altare, JEHOVÆ.

23. Bovem (*quidem*) prælongi aut decurtati membri, ſpontaneum facies: pro votivo tamen non acceptabitur.

24. Compreſſum verò, & contuſum, & avulſum, & præciſum, non offeretis JEHOVÆ: nec in terra veſtra facietis.

25. Et ne quidem de manu filii alienigenæ offeretis panem DEI veſtri de omnibus iſtis: quia corruptio eorum in iis, (&) macula in iis; (*ideò*) non acceptabuntur pro vobis.

26. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

27. Bos, aut agnus, aut capella quando naſcetur, ſit ſeptem diebus ſub matre ſua: à die autem octavo & deinceps acceptabitur in munus igniti, JEHOVÆ.

28. Bovem verò aut pecudem, ipſam & filium ejus, non mactabitis in die uno.

29. Quod ſi ſacrificabitis ſacrificium confeſſionis JEHOVÆ; ita ut ſit in beneplacitum veſtri, ſacrificate.

30. In die (*nimirum*) eodem comedetur; non relinquetis de eo uſque ad auroram: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

31. Quare obſervabitis præcepta mea, ut faciatis ea: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

32. Et non profanabitis nomen ſanctitatis meæ; ut ſanctificer in medio filiorum Iſraëlis: Ego (*enim*) JEHOVAH (*ſum*) ſanctificans vos,

33. Qui eduxi vos è terra Ægypti, ut ſim vobis in DEUM: Ego (*inquam, ſum*) JEHOVAH.

CAP.

CAP. XXIII.

Legis inculcantur de Sabbatho, eorumq; ſacrificiis & cultu. I. Sabbatho modo mandato, in genere. v.3. II. De ſtatis feſtis, in ſpecie. v.4.24. Et quidem (1.) Feſto Paſchatis & azymorum. à v.5. cum Oblatione manipuli primitiarum. à v. 9. (2.) Feſto Pentecoſtes. à v.15. (3.) Feſto primi diei menſis ſeptimi. à v.23. (4.) Feſto Expiationum. v.26. (5.) Feſto Tabernaculorum. à v.33.

PRæterà locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Loquere ad filios Iſraëlis, & dic ad eos; Feſta-ſtata JEHOVÆ, quæ vocabitis convocationes ſanctitatis, (*quod attinet:*) Hæc (*ſunt*) Feſta ſtata mea.

a) *Exod. 20, 9. 23, 2. Deut. 5, 12, 13.*

3. Sex [a] diebus facies opus; ſed in die ſeptimo Sabbathum Sabbathi, convocatio ſanctitatis (*erit:*) ullum opus non facietis: Sabbathum (*enim ſeu quies eſt*) ille JEHOVÆ in omnibus habitationibus veſtris,

4. (*Præter hoc, inquam*) hæc ſunt ſtata-feſta JEHOVÆ, convocationes ſanctæ, quæ proclamabitis in ſtato-tempore eorum.

b) *Exod. 12,18. 23,15. Numer. 28,17. Deuter. 16, 1.*

5. (*Primò,*) In menſe primo, [b] in quarta decima (*die*) menſis, inter veſperas, Pæſach (*erit*) JEHOVÆ.

6. In quinto decimo autem die menſis hujus (*erit*) feſtum azymorum JEHOVÆ: (*quo*) ſeptem diebus azyma comedetis.

7. In die primo convocatio ſanctitatis erit vobis; ullum opus operæ non facietis.

8. Deinde offeretis ignitum, JEHOVÆ, ſeptem diebus: (*ita ut*) in die ſeptimo (*ſit*) convocatio ſanctitatis; (&) ullum opus operæ non faciatis.

9. Inſuper locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

10. Loquere ad filios Iſraëlis, & dic ad eos: Quando veneritis in terram, quam Ego (*ſum*) dans vobis, & meſſueritis meſſem ejus: adferetis manipulum primitiarum meſſis veſtræ ad Sacerdotem:

11. Qui motitabit manipulum coram JEHOVAH in beneplacitum veſtri: à craſtino Sabbathi motitabit illum Sacerdos.

12. Facietis autem in die, quo motitabitis manipulum, agnum integrum, filium anni ſui, in holocauſtum, JEHOVÆ.

13. Cujus Minchah (*erunt*) duæ decimæ (*partes*) ſimilaginis mixtæ oleo, ignitum, JEHOVÆ, odor quietationis; & libamen ejus quarta Hini.

14. Panem verò, vel ſpicam toſtam, vel virentem, non comedetis uſque ad diem ipſum hunc, donec attuleritis munus DEI veſtri. Statutum æternitatis (*hoc erit*) in generationes veſtras in omnibus habitationibus veſtris.

15. Deinde (*Secundò*) numerabitis vobis à [c] craſtino Sabbathi (*h.e.*) à die, quo attuliſtis manipulum motitationis: ſeptem Sabbatha (*Septimana*) integra erunt:

c) *Deut. 16, 9. &c.*

16. Uſque ad craſtinum Sabbathi ſeptimi numerabitis quinquaginta dies; offeretiſque Mincham novam, JEHOVÆ.

17. (*Nimirum*) de habitationibus veſtris adferetis panem motitationis; bis duæ decimæ ſimilaginis erunt, (&) fermentatæ coquentur: primitiæ (*hæ erunt,*) JEHOVÆ.

18. Offeretis ſimul præter (*hunc*) panem ſeptem agnos integros, filios anni, & juvencum, filium bovis, unum, & arietes duos: (*qui*) erunt holocauſtum, JEHOVÆ; cum Minchah eorum, & libamine eorum, ignitum odoris quietationis, JEHOVÆ.

19. Inſuper facietis hircum caprarum unum, in Peccatum, (*ſacrificium pro peccato,*) & duos agnos, filios anni, in ſacrificium pacificorum.

20. Motitabitque Sacerdos ea præter panem primitiarum, motitationem coram JEHOVAH, ſuperque duos agnos: ſanctum erunt JEHOVÆ, pro Sacerdote.

21. Proclamabitis verò hoc ipſo die convocationem ſanctitatis, quæ vobis ſit, ullum opus operæ non facietis. Statutum æternitatis (*hoc erit*) in omnibus habitationibus veſtris in generationes veſtras.

22. Quando autem (*tum*) [d] meſſueritis meſſem terræ veſtræ, non conſummabis angulum agri tui, dum metes: Spicilegium etiam meſſis tuæ non leges: (*ſed*) pauperi, & peregrino relinques ea: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH DEUS veſter.

d) *Lev. 19, 9. Deuter. 24, 19.*

23. Ter-

23. (*Tertiò*) verò locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

24. Loquere ad filios Israëlis, dicendo; In mense septimo, in prima (*die*) mensis erit vobis [e] Sabbathum, memoriale vociferationis, convocatio sanctitatis:

e) *Num. 29, 1.*

25. Ullum opus operæ non facietis: offeretis autem ignitum, JEHOVÆ.

26. Portrò (*Quartò*) locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

f) *Lev. 16, 30. Numer. 29, 7.*

27. Verum [f] in decima (*die*) Mensis septimi hujus, dies Expiationum ille (*erit:*) convocatio sancta erit vobis, affligetisque animas vestras, & offeretis ignitum, JEHOVÆ.

28. Ullum autem opus non facietis in ipso die hoc: quia dies Expiationum ille (*est,*) ad expiandum vos coram JEHOVAH DEO vestro.

29. Omnis namque anima, quæ non afflixerit se die hoc, excindetur è populis suis:

30. Omnemque animam, quæ fecerit ullum opus in ipso die hoc; perdam, inquam, animam hanc è medio populi ejus.

31. Ullum itaque opus non facietis: statutum æternitatis (*hoc erit*) in generationes vestras in omnibus habitationibus vestris:

32. Sabbathum (*enim*) Sabbathi hoc (*erit*) vobis, affligetisque animas vestras: (*ita ut*) in nonâ (*die*) mensis in vespera, à vespera usque ad vesperam, feriemini Sabbathum vestrum.

33. (*Quintò*) etiam locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

34. Loquere ad filios Israelis, dicendo: In quinto decimo die mensis septimi hujus Festum Tabernaculorum (*erit*) septem dies JEHOVÆ.

35. In die primo convocatio sanctitatis (*erit:*) ullum opus operæ non facietis.

36. Septem diebus offeretis ignitum, JEHOVÆ: in die (*autem*) [g] octavo convocatio sanctitatis erit vobis, offeretisque ignitum JEHOVÆ; clausula hæc (*erit,*) ideò ullum opus operæ non facietis.

g) *Joh. 7, 37.*

37. Hæc sunt festa-stata JEHOVÆ, quæ vocabitis convocationes sanctitatis; ad offerendum ignitum, JEHOVÆ, (*scilicet*) Holocaustum & Mincham ejus, sacrificium & libamina, rem diei in die suo:

38. Præter Sabbatha JEHOVÆ (*hebdomadaria,*) & præter dona vestra, & præter omnia votiva vestra, & præter omnia spontanea vestra, quæ dabitis JEHOVÆ.

39. (*Adde*) modò: In quinto decimo die mensis septimi, ubi collegeritis fructum terræ, feriabimini festum JEHOVÆ (*supra dictum*) septem dies; in die primo (*erit*) Sabbathum Sabbathi, & in die octavo Sabbathum.

40. Ita ut accipiatis vobis in die primo fructum arboris honoris, spathos palmarum, & ramum arboris densæ, & salices torrentis; lætemini que coram JEHOVAH DEO vestro septem diebus.

41. Feriabimini, inquam, hoc festum JEHOVÆ septem dies in anno: statutum æternitatis (*hoc erit*) in generationes vestras; quod in mense septimo feriabimini.

42. In tabernaculis habitabitis septem diebus: omnis indigena in Israële habitabunt in tabernaculis;

43. Ut sciant generationes vestræ, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israëlis, quum educerem eos è terra Ægypti: Ego (*enim sum*) JEHOVAH DEUS vester.

44. Locutus ergò est Moses festa stata JEHOVÆ ad filios Israëlis.

CAP. XXIV.

Leges hic sunt. I. Data (1.) de adornatione Candelabri & lucernarum eius in sanctuario. à v. 1. (2.) Mensæ & panum propositionis à v. 5. II. Historia blasphemi hominis. Ubi (1.) eius peccatum. v. 10, 11. (2.) custodia. v. 11, 12. (3.) Pœna. à v. 13. v. 23. III. Leges de homicidio, & damno corpori proximi dato. à v. 17.

PRæterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

2. Præcipe filiis Israëlis, ut [a] afferant ad te oleum olivæ purum contusum pro candelabro; ad ascendere faciendum lucernam jugiter.

a) *Exod. 27, 20.*

3. Foris extra velum Testimonii in tentorio Conventus ordinabit illud Aharon à vespera

à vespera usque ad mane coram IEHOVAH jugiter: statutum æternitatis (*hoc erit*) in generationes vestras.

4. Super candelabro mundo ordinabit lucernas, coram IEHOVAH jugiter.

b) *Exod. 25, 30. Matth. 12, 4.*

5. Sumes etiam similaginem, & coques illam [b] duodecim placentas: duæ decimæ (*partes Ephæ*) erit placenta una.

6. Deinde pones eas, duos ordines; senas (*in uno*) ordine; super mensa munda coram IEHOVAH.

7. Dabis autem super (*quemq;*) ordinem thus purum, ut sit pani in memoriale, ignitum, IEHOVÆ.

8. In die Sabbathi unoquoque ordinabit eum coram IEHOVAH jugiter; à cum filiis Israelis fœdere æternitatis.

9. Cedet autem Aharoni & filiis ejus, ut comedant eum in loco sancto: quia sanctitas sanctitatum ille ipsi (*erit*) de ignitis IEHOVÆ, statuto æternitatis.

10. Cæterum exivit filius mulieris Israëlitidis, qui filius viri Ægyptii, in medio filiorum Israëlis: contenderuntque in castris filius (*hic*) Israelitidis, & vir Israelita.

11. Cumque blasphemaret filius mulieris Israelitidis Nomen (*Iehovæ*), maledicereteque, deduxerunt eum ad Mosen: nomen verò matris ejus (*erat*) Schelomith, filia Dibri, de tribu Danis.

12. Reliqueruntque eum in custodia, usque dum decideretur ipsis per os IEHOVÆ.

13. Locutus itaque est IEHOVAH ad Mosen, dicendo:

14. Educ maledicum foràs extra castra; ubi imponent omnes, qui audiverunt, manus suas super caput ejus, lapidabuntque eum omnis concio.

15. Ad filios autem Israelis loqueris, dicendo: Quisquis vir maledixerit Deis (*magistratibus*) suis, portabit iniquitatem suam.

16. At blasphemans Nomen IEHOVÆ, occidendo occidetur: lapidando (*enim*) lapidabunt eum omnis concio: tam peregrinus, quam indigena, quando blasphemaverit Nomen (*Iehovæ,*) occidetur.

c) *Exod. 21, 24. Deuter. 19, 21.*

17. Sic [c] vir (*tam peregrinus quàm indigena*) cum percusserit ullam animam hominis, occidendo occidetur.

Matt. 5, 38.

18. Sed qui percusserit animam bestiæ restituet eam; animam pro anima.

19. Quod si vir dederit defectum in proximo suo; quemadmodum fecit, sic fiet illi.

20. Fractura (*erit*) pro fractura: oculus pro oculo, dens pro dente: quemadmodum (*enim*) defectum dederit in homine; sic dabitur in ipso.

21. Percutiens, inquam, bestiam, restituet eam: at percutiens hominem, occidetur.

22. Judicium unius erit vobis (*omnibus*;) quale peregrino, tale indigenæ erit: quia Ego IEHOVAH (*sum*) DEUS vester.

23. Locutus ergò (*hoc*) est Moses ad filios Israëlis: qui eduxerunt maledicum foràs extra castra, lapidaruntque eum lapide. Atque (*ita*) filii Israëlis fecerunt, quemadmodum præceperat IEHOVAH Mosi.

CAP. XXV.

Præcipitur hic I. Annus dimissionis terræ septimus à v. 1. cui benedictio addita. à v. 20. II. Annus Iubilæi quinquagesimus. à v. 8. Ubi (1.) de venditione & emtione, in genere, à v. 14. (2.) venditione, redemtione & reditu in Iubilæo, in specie: tum terræ. à v. 23. tum domus in urbe. à v. 29. vel in villis. v. 31. tum urbium & suburbiorum Levitarum à v. 32. tum pauperum Israëlitarum. à v. 35. sive fratribus sive peregrinis in terra venditorum. à v. 47.

LOcutus etiam est IEHOVAH ad Mosen in monte Sinai, dicendo:

2. Loquere ad filios Israelis, & dic ad eos: Quando veneritis in terram, quam Ego (*sum*) dans vobis; feriabitur terra Sabbathum, IEHOVÆ.

a) *Exod. 23, 10.*

3 [a] Sex annos conseres agrum tuum, & sex annos putabis vineam tuam colligesque proventum ejus.

4. Sed in anno septimo Sabbathum Sabbathi erit terræ, Schabbath IEHOVÆ: agrum tuum non conseres, & vineam tuam non putabis.

5. Sponte nascens messis tuæ non me-

tes; & uvas ſeparatæ (*vitis*) tuæ non vindemiabis, annus ſabbathi erit terræ.

6. Sabbathum enim erit terræ vobis, in eibum tibi, & ſervo tuo, & ancillæ tuæ, & mercenario tuo, & inquilino tuo, peregrinantibus tecum:

7. Item beſtiæ tuæ, & feræ (*tuæ*;) quæ in terra tua, erit omnis proventus ejus ad comedendum.

8. Inde numerabis tibi ſeptem Sabbatha annorum, ſeptem (*nimirum*) annos ſeptem vicibus, ut ſint tibi ſeptem ſabbatha annorum, novem & quadraginta anni.

9. Tranſire tunc facies buccinam vociferationis in menſe ſeptimo, in decimo (*die*) menſis; in die Expiationum tranſire facietis buccinam per univerſam terram veſtram:

10. Et ſanctificabitis annum quinquageſimum, proclamabitiſque [b] libertatem in terra omnibus habitatoribus ejus: Iubilæus ille erit vobis; redibitisque vir ad poſſeſſionem ſuam; ac vir ad familiam ſuam redibitis. b) *Deut. 15. 1.*

11. Iubilæus (*inquam*) annus hic quinquageſimus erit vobis: non ſeretis, neque metetis ſponte naſcentia veſtra: neque vindemiabitis ſeparatas (*vites*) veſtras.

12. Quia Iubilæus ille, (*ideò*) ſanctitas erit vobis: ex agro comedetis proventum ejus.

13. In anno Iubilæo hoc, redibitis vir ad poſſeſſionem ſuam:

14. Nimirum, quando vendideritis venditionem proximo tuo, aut emendo (*emeritis*) è manu proximi tui, non opprimetis vir fratrem ſuum.

15 Iuxta numerum annorum poſt Iubilæum emes à cum proximo tuo; (*&*) juxta numerum annorum proventuum vendet tibi.

16 Iuxta multitudinem annorum multiplicabis prétium ejus; & juxta paucitatem annorum diminues pretium ejus: quia numerum proventuum ille (*erit*) vendens tibi.

17. Non ergò opprimetis vir proximum ſuum; ſed timebis tibi à DEO tuo: quia Ego IEHOVAH (*ſum*) DEVS veſter.

18. Ideò facietis ſtatuta mea, & judicia mea obſervabitis, ut faciatis ea: ita habitabitis ſuper terra ſecurè.

19. Dabitque terra fructum ſuum, ut comedatis ad ſatietatem, habitetiſque ſecurè ſuper ea.

20. Quod ſi dixeritis; quid comedemus in anno ſeptimo? En (*enim*) non ſeremus, neq; colligemus proventum noſtrum.

21. Præcepi, inquam, benedictioni meæ ſuper vobis in anno ſexto; ut faciat proventum pro tribus annis.

22. Poſtea ſeretis anno octavo; comedetis tamen de proventu veteri, uſque in annum nonum; (*h. e.*) uſque dum venerit proventus ejus (*anni.*) comedetis vetus.

23. Terra itaque non vendetur præcisè; mea enim (*eſt*) terra: ſed peregrini & inquilini (*eſtis*) vos mecum.

24. Vnde (*etiam*) in univerſa terra poſſeſſionis veſtræ, redemtionem dabitis terræ.

25. Quando depauperabitur frater tuus, vendiderit que de poſſeſſione ſua; venerit autem Redemtor ejus, propinquus ipſi: redimere poterit venditionem fratris ſui.

26. Quod ſi viro (*alicui*) non fuerit Redemptor; comparaverit tamen manus ejus, & invenerit, quantum redemptio ejus (*eſt.*)

27 Computabit annos venditionis ejus, & reſtituet reſtans viro, cui vendidit: ita redibit ad poſſeſſionem ſuam.

28. Sin non invenerit manus ejus, quantum reſtituendum illi: erit venditio ejus in manu ementis eam uſque ad annum Iubilæi: tum exibit in Iubilæo, ut redeat ad poſſeſſionem ſuam.

29. Quando verò vir vendiderit domum habitationis ſuæ (*in*) urbe muri, erit redemtio ejus uſque dum complebitur annus venditionis ejus. Annus (*enim*) erit redemtio ejus.

30. Quare ſi non redemta fuerit, uſque dum implebitur ipſi annus integer: conſtabit domus, quæ in urbe, cui murus (*eſt,*) præciſé ementi eam in generationes ejus: non exibit in Iubilæo.

31. Quod verò ad domos villarum, quibus non (*eſt*) murus circumcirca: pro agro terræ reputabitur (*quaq;*:) (*unde*) redemtio erit illi, & in Iubilæo exibit.

32. Ve-

32. Verùm quod ad urbes Levitarum, (*h. e.*) domos urbium poſſeſſionis illorum: redemtio æternitatis erit Levitis.

33. Quiſquis ergò redemerit de Levitis; exibit tamen venditio domus, & urbs poſſeſſionis ejus in Iubilæo: quia domus urbium Levitarum, poſſeſſio hæc eorum (*eſt*) in medio filiorum Iiſraelis

34. At ager ſuburbii urbium eorum non vendetur; quia poſſeſſio æternitatis ille ipſis (*eſt.*)

35. Item, quando depauperabitur frater tuus, ita ut vacillet manus ejus tecum, confirmabis eum; peregrinus (*etiam*) & inquilinus, ut vivat tecum.

c) *Exod. 22. 25.* 36. Non accipies à-cum eo [c] fœnus aut uſuram; ſed timebis tibi à DEO tuo: ita vivet frater tuus tecum.

37. Argentum tuum non dabis illi cum fœnore; neque cum uſura dabis cibum tuum.

38. Ego (*enim*) IEHOVAH DEVS veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti, ad dandum vobis terram Canaan, ut ſim vobis in DEVM.

d) *Exod. 21. 2. Deuter. 15. 1.* 39. Sin depauperabitur frater tuus tecum, [d] vendeturque tibi: non coges illum ad ſervitium ſervi.

40. (*Sed*) ſicut mercenarius, (*&*) ſicut inquilinus, erit tecum; uſque ad annum Iubilæi ſerviet tibi.

41. Pòſt exibit à tecum, ipſe & filii ipſius cum ipſo: revertetur autem ad familiam ſuam, & ad poſſeſſionem patrum ſuorum revertetur.

42. Quia ſervi mei illi, quos eduxi è terra Ægypti: (*ideò*) non vendentur venditione ſervi.

43. Non dominaberis illi cum crudelitate: Sed timebis tibi à DEO tuo.

44. Servum verò tuum & ancillam tuam, qui fuerint tibi, à gentibus, quæ circa vos (*ſunt;*) Ab his (*inquam*) emetis ſervum & ancillam.

45. Sed & de filiis inquilinorum peregrinantium vobiſcum; de his, (*inquam,*) emetis; & de familia eorum, quæ vobiſcum, licet pepererint in terra veſtra; ut ſint vobis in poſſeſſionem;

46. Inque hereditatem tranſmittatis eos filiis veſtris poſt vos; ad hereditandum (*pro*) poſſeſſione, in (*que*) æternum iis dominabimini: ſed quod ad fratres veſtros, filios Iiſraelis; vir in fratrem ſuum non dominabitur cum crudelitate.

47. Si denique invaluerit manus peregrini aut inquilini tecum; contra depauperabitur frater tuus cum eo, ita ut vendatur peregrino (*aut*) inquilino tecum, aut indigenæ familiæ peregrini:

48. Poſtquam venditus fuerit, redemtio erit illi; unus è fratribus ejus redimet eum.

49 Sive patruus ejus, ſive filius patrui ejus redimet eum; aut (*quis*) de reliquiis carnis ejus, de familia ejus liberabit eum: aut (*ſi*) aſſequatur manus ejus, redimetur.

50 Computabit nimirum cum emtore ſuo ab anno, quo venditus eſt ipſi, uſque ad annum Iubilæi; ut ſit argentum venditionis ejus juxta numerum annorum; (*tum*) juxta dies mercenarij erit cum illo.

51. Si adhuc multi de annis: juxta illos reſtituet redemtionem ſuam de argento emtionis ſuæ.

52. At ſi parum ſuperet de annis uſque ad annum Iubilæi, cum computaverit illi; juxta annos ſuos reſtituet redemtionem ſuam.

53. Sicut mercenarius anni in anno erit cum eo non (*enim*) dominabitur illi cum crudelitate in oculis tuis.

54. Quòd ſi non redimetur per iſtos (*modos:*) ſaltem exibit in anno Iubilæi; ipſe & filii ipſius cum ipſo.

55. Mei enim (*ſunt*) filii Iiſraelis ſervi; ſervi (*inquam*) mei illi, quos eduxi è terra Ægypti: (*ideò*) Ego (*ſum*) IEHOVAH DEVS veſter.

CAP. XXVI.

Hoc capite habentur I. Benedictiones populi Iiſraelitici, non idola, ſed ſolum Iehovam colentis, & præcepta eius ſervantis à v. 1. II. Maledictiones eiusdem inobedientis & pertinacis. à v. 14. III. Promiſſiones ad Iehovam ſe convertentis. à v. 40.

UNde *etiam*) non facietis vobis [a] idola; nec ſculptile aut ſtatuam erigetis vobis; nec lapidem imaginis dabitis in terra veſtra, ad incurvandum a) *Exod. 20, 4. Deut. 5. 8 Pſ. 81. 10*

vandum vos illi: quia Ego IEHOVAH (*ſum*) DEVS veſter,

2. Sabbatha (*eriam*) mea obſervabitis, & ſanctuarium meum reverebimini; Ego (*enim ſum*) IEHOVAH.

b) Deut. 28.1. 3. Si in [b] ſtatutis meis ambulaveritis, & præcepta mea obſervaveritis, feceritiſque ea:

4. Dabo pluvias veſtras in tempore ſuo; dabitque terra proventum ſuum; ac arbor agri dabit fructum ſuum

5. Ita ut manum præbeat vobis tritura vindemiæ; & vindemia manum præbeat ſementi: comedatiſque panem veſtrum ad ſatietatem, habitetiſq; ſecurè in terra veſtra.

6. Dabo enim pacem in terra, ita ut ſecure cubetis, & non (*ſit*) perterrefaciens, & ceſſare faciam feram malam è terra, & gladius non tranſibit per terram veſtram.

7. Perſequemini etiam hoſtes veſtros, ut cadant coram vobis in gladium.

8. Quin perſequentur de vobis quinque centenos; & centeni de vobis myriadem perſequentur; & tamen cadent hoſtes veſtri coram vobis in gladium

9. Inſuper reſpiciam ad vos, ut fructificem vos, & multiplicem vos: confirmaboque fœdus meum vobiſcum.

10. Vt comedatis vetus inveteratum; & vetus propter novum proferatis.

11. Inprimis dabo habitaculum meum in medio veſtri, nec faſtidiet anmia mea vos.

c) 2. Cor. 6. 16. 12. Sed [c] ambulabo in medio veſtri, eroque vobis in DEVM: vos autem eritis mihi in populum.

13. Ego (*enim ſum*) IEHOVAH DEVS veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti, ut non eſſetis illis ſervi; dum fregi vincula jugi veſtri, & ire feci vos erectè.

d) Deut. 28. 15. 14. Si verò non [d] obedietis mihi, nec feceritis omnia præcepta mea hæc.

15. Et ſi ſtatuta mea reprobaveritis; ſi que judicia mea faſtidiverit anima veſtra, ut non faciatis omnia præcepta mea, dum irritum feceritis fœdus meum.

16. Etiam Ego faciam hoc vobis; mandabo nimirum ſuper vobis terrori, cum tabe, & ardenti febri, quæ conſumtura oculos, & cruciatura animam. Seretis etiam in vanum ſemen veſtrum, dum comedent illud hoſtes veſtri.

17. Dabo enim facies meas contra vos, ut percutiamini coram hoſtibus veſtris; dominenturque in vos oſores veſtri; quin fugiatis; quando non (*erit*) perſequens vos.

18. Quod ſi ad hæc non obediveritis mihi: addam caſtigare vos, ſeptuplò propter peccata veſtra.

19. Frangam enim ſuperbiam roboris veſtri; daboque cœlos veſtros ſicut ferrum, & terram veſtram ſicut æs.

20. Conſumetur, inquam, fruſtra virtus veſtra; nec dabit terra veſtra proventum ſuum, neque arbor terræ dabit fructum ſuum.

21. Sin (*adhuc*) ibitis mecum in adverſum, nec acquieveritis obedire mihi: addam ſuper vos plagam, ſeptuplò juxta peccata veſtra.

22. Mittam enim in vos feram agri, quæ orbabit vos, & excinder beſtiam veſtram, imminuetque vos, ut vaſtentur viæ veſtræ.

23. Quod ſi neque his erudiemini mihi; ſed ibitis mecum in adverſum:

24. Ibo etiam Ego vobiſcum in adverſum; percutiamque etiam Ego vos ſeptuplò propter peccata veſtra.

25. Adducam enim ſuper vos gladium, ulciſcentem ultionem fœderis. Vbi ſi congregabimini in urbes veſtras, mittam peſtem in medium veſtri, ut tradamini in manum hoſtis.

26. Dum (*ſimul*) fracturus ſum vobis baculum panis, ut coquant decem mulieres panem veſtrum in furno uno, referantque panem veſtrum in pondere; adeoque comedatis, ſed non ſatiemini.

27. Quod ſi nec propter hoc obediveritis mihi, ſed ambulaveritis mecum in adverſum.

28. Ibo vobiſcum in excandeſcentia adverſitatis, & caſtigabo vos etiam Ego ſeptuplò propter peccata veſtra.

29. Vt comedatis carnem filiorum veſtrorum; & carnem filiarum veſtrarum comedatis

30. Perdam etiam excelſa veſtra, & excindam ſolares ſtatuas veſtras: daboque corpora

corpora veſtra ſuper corpora idolorum veſtrorum; faſtidietque anima mea vos.

31. Inſuper dabo urbes veſtras vaſtitatem, & deſolabo ſanctuaria veſtra; nec odorabor odorem quietationis veſtrum.

32. Quin adeò devaſtabo Ego terram veſtram, ut obſtupeſcant ſuper ea hoſtes veſtri, habitantes in eâ.

33. Vos autem diſpergam inter gentes, & evaginabo poſt vos gladium: at terra veſtra erit deſolatio, & urbes veſtræ erunt vaſtitas.

34. Tunc placebit ſibi terra in Sabbathis ſuis, omnibus diebus, quibus vaſtata erit, & vos in terra hoſtium veſtrorum: tunc (*inquam*) quieſcet terra, & grata faciet ſibi Sabbatha ſua.

35. Omnibus diebus, quibus devaſtata erit, quieſcet, quantum non quievit in Sabbathis veſtris, quum habitaretis ſuper eâ.

36. Quantum verò ad reſiduos in vobis: injiciam mollitiem in cor eorum in terris hoſtium eorum; ut perſequatur eos ſonus folii impulſi, fugiantque fugam gladii; cadantque ſine perſequente.

37. Quin impingent vir in fratre ſuo, quaſi coram gladio, cum non ſit perſequens: Neque etiam erit vobis reſurrectio coram hoſtibus veſtris.

38. Sic peribitis inter gentes; comedetque vos terra hoſtium veſtrorum.

39. Donec reſidui inter vos contabeſcant in iniquitate ſua, in terris hoſtium ipſorum; etiamque in iniquitatibus patrum ipſorum cum ipſis contabeſcant.

40. Confiteanturque iniquitatem ſuam, & iniquitatem patrum ſuorum, ob prævaricationem eorum, quâ prævaricati ſunt contra me; quâve etiam iverunt mecum in adverſum:

41. Ut Ego etiam iverim cum illis in adverſum, abduxerimque illos in terram hoſtium illorum; ſi tunc ſaltem humiliaretur cor eorum præputiatum, tuncque agnoſcerent iniquitatem ſuam.

42. Tum verò recordabor fœderis mei cum Jacobo; etiamque fœderis mei cum Jizchako, etiamque fœderis mei cum Abrahamo recordabor, & terræ recordabor.

43. Quod (*nimirum*) terra derelicta ſit ab illis, & impleverit Sabbatha ſua, dum deſolata fuit ab illis; ipſi autem agnoſcant iniquitatem ſuam, propterea quod judicia mea reprobaverint, & ſtatuta mea faſtidiverit anima ipſorum.

44. Licet verò etiam hoc (*tunc fecerint demum*) dum fuerint in terra hoſtium ſuorum: non (*tamen*) reprobabo eos, nec faſtidiam eos, adconſumendum illos, (*&*) ad irritum reddendum fœdus meum cum illis: quia Ego IEHOVAH (*ſum*) DEUS eorum.

45. Ideò recordabor illis fœdus priorum; quos eduxi è terra Ægypti coram oculis gentium, ut eſſem illis in DEUM; Ego (*enim ſum*) IEHOVAH.

46. Hæc ſunt ſtatuta, & judicia, & leges, quas dedit IEHOVAH inter ſe, & inter filios Iſraëlis, in monte Sinaj per manum Moſis.

CAP. XXVII.

Leges de ſingularibus Voti. iiſq; (1.) vel redimendis juxta æſtimationem Sacerdotis: v. 2. 2. partim hominis, tum, à vigeſimo anno. v. 3. 4. tum ab anno quinto. v. 5. tum à menſe uno. v. 6. tum à ſexageſimo anno. v. 7. tum pauper ii. v. 8. partim, beſtia, ſive munda, ſive immunda. à v. 10. partim domus. v. 14. 15. partim agri. à v. 16. Vel (2.) non redimendi: ſcil. tum primogeniturum. à v. 26. tum rerum devotarum. v. 28. 29. tum decimarum, ſeminis agri & beſtiarum. à v. 30.

DEnique locutus eſt IEHOVAH ad Moſen, dicendò:

2. Loquere ad filios Iſraëlis, & dic ad eos; quando vir (*aliquis*) ſingulare fecerit votum: juxta æſtimationem tuam (*erunt*) animæ, IEHOVÆ.

3. Erit autem æſtimatio tua, quantum ad marem, à filio viginti annorum, uſque ad filium ſexaginta annorum: erit, inquam, æſtimatio tua, quinquaginta ſicli argenti, in pondere ſanctitatis.

4. Quod ſi fœmina aliqua fuerit: erit æſtimatio tua, triginta ſicli.

5. Sin à filio quinque annorum, uſque ad filium viginti annorum: erit æſtimatio maſculi quidem, viginti ſicli; fœminæ verò, decem ſicli.

6. Sin (*fuerit*) de filio menſis uſque ad filium quinque annorum : erit æſtimatio tua, maſculi quidem, quinque ſicli argenti, fœmellæ autem (*erit*) æſtimatio tua tres ſicli argenti.

7. Sin à filio ſexaginta annorum, & ſupra ; ſi mas, erit æſtimatio tua, quindecim ſicli ; fœminæ verò decem ſicli.

8. Quod ſi pauperior (*quis ſuerit*) æſtimatione tuâ, ſtatuet eum (*vovens*) ante Sacerdotem, æſtimabitque eum Sacerdos: Juxta id (*autem,*) quod aſſequetur manus voventis, æſtimabit eum Sacerdos.

9. Si verò beſtia (*fuerit in voto*) de quâ offerunt munus JEHOVÆ : quicquid dederit de illo JEHOVÆ, erit ſanctitas.

10. Non permutabit illud, neque variabit illud, (*ſive*) bonum in malum, ſive malum in bonum : quod ſi permutando permutaverit beſtiam cum beſtia, tàm ipſa, quàm permutatio ejus erit ſanctitas.

11. Sin (*fuerit*) ulla beſtia immunda, de qua non offerunt munus, JEHOVÆ : ſtatuet (*vovens*) beſtiam ante Sacerdotem ;

12. Æſtimabitque Sacerdos eam, ſive bonam ſive malam : juxta æſtimationem tuam, (*æſtimationem*) Sacerdotis, ſic erit.

13. Si tum redimendo redemerit illam, addet quintam partem ſupra æſtimationem tuam.

14. Porrò quando vir ſanctificabit domum ſuam, (*in*) ſanctitatem JEHOVÆ : æſtimabit eam Sacerdos, ſive bonam ſive malam : (*&*) quemadmodum æſtimaverit eam Sacerdos, ſic ſtabit.

15. Quod ſi ſanctificans redemerit domum ſuam : addet quintam partem argenti æſtimationis tuæ ſuper illam ; tum ipſius erit.

16. Quod ſi de agro poſſeſſionis ſuæ ſanctificaverit vir JEHOVÆ : erit æſtimatio ejus juxta ſementim ejus : ſementis Chomeris hordei, pro quinquaginta ſiclis argenti.

17. Si ab anno Jubilæi ſanctificaverit agrum ſuum : juxta æſtimationem tuam ſtabit.

18. Sin poſt Jubilæum ſanctificaverit agrum ſuum : computabit illi Sacerdos argentum juxta annos reſiduos, uſque ad annum Jubilæi, vel diminuet de æſtimatione tua.

19. Tum ſi redimendo redemerit agrum ſanctificans illum : addet quintam partem argenti æſtimationis tuæ ſuper illum ; & conſtabit ipſi.

20. Si verò non redemerit agrum, aut ſi vendiderit agrum viro alii : non redimetur amplius :

21. Sed erit ager, cum exiverit Jubilæus (*annus,*) ſanctitas JEHOVÆ, ſicut ager devotionis : Sacerdoti (*nimirum*) erit poſſeſſio ejus :

22. Si verò agrum emtionis ſuæ, qui non ſit de agro poſſeſſionis ipſius, ſanctificaverit JEHOVÆ ;

23. Æſtimabit illi Sacerdos ſummam æſtimationis uſque ad annum Jubilæi ; dabitque æſtimationem in die hoc, ſanctitatem JEHOVÆ.

24. In anno (*autem*) Jubilæi redibit ager ad eum, à quo emit eum (*h.e.*) ad eum, cujus fuerat poſſeſſio terræ.

25. Omnis autem æſtimatio tua fiet in ſicło ſanctitatis : (*ubi*) viginti Geræ erit [a] ſiclus. a) *Exod. 30, 13. Num. 3, 47. Ez. 45, 12.*

26. Verumenimverò [b] primogenitum, quod in primitias datur JEHOVÆ, inter beſtias, non ſanctificabit vir : ſive (*enim*) bos ſive pecus fuerit, JEHOVÆ (*jam prius*) eſto. b) *Exod. 13, 2. Num. 3, Luc. 2, 23.*

27. Si tamen de beſtia immunda (*fuerit,*) redimet juxta æſtimationem tuam, adderque quintam partem ſupra illud : quod ſi non redimetur, vendetur juxta æſtimationem tuam.

28. Veruntamen omne devotum, quod devovebit vir JEHOVÆ, de omni, quod ipſi (*eſt,*) de homine, aut beſtia, aut de agro poſſeſſionis ejus, non vendetur, neque redimetur : omne (*enim*) devotum ſanctum ſanctorum (*erit*) illud JEHOVÆ.

29. (*Ideò*) ullum (*etiam*) devotum, quod devovebitur de homine, non redimetur ; (*ſed*) occidendo occidetur.

30. Omnes item decimæ terræ, de ſemine terræ, (*aut*) de fructu arboris, JEHOVÆ (*ſunto*) illæ, ſanctitas JEHOVÆ,

31. Si tamen redimendo redemerit vir de decimis ſuis, quintam partem illarum addet illis.

32. Sed omnes decimæ bovis & gregis, omne quod tranſit ſub baculo : decimum (*inquam*) erit ſanctitas JEHOVÆ.

33. Non diſquiret inter bonum & malum ; neque permutabit illud : quod ſi permutando permutaverit illud ; fiet ut ipſum & permutatio ejus ſit ſanctitas JEHOVÆ ; nec redimetur.

34. Hæc (*ſunt illa*) præcepta, quæ præcepit JEHOVAH Moſi ad filios Iſraëlis in Sinaj.

NUMERI.

CAPUT I.

Iehovah I. præcipit Moſi ut recenſeat omnes Iſraëlitas juxta tribus ſuas. à v. 1. Cui II. adjungit recenſentem (1.) Aharonem, fratrem. v. 3. (2.) Duodecim principes tribuum ; quorum expreſſa ſunt nomina. à v. 4. Recenſitæ itaq; III. ſunt ſingulæ tribus : (1.) Rubenis. à v. 21. (2.) Schimeonis. à v. 22. (3.) Gadi. à v. 24. (4.) Judæ. à v. 26. (5.) Iſſacharis. à v. 28. (6.) Sebulunis. à v. 30. (7.) Ephraimis. à v. 32. (8.) Menaſcheh à v. 34. (9.) Binjaminis. à v. 36. (10.) Dani. à v. 38. (11.) Aſcheris. à v. 40. (12.) Naphthali. à v. 42. exceptis Levitis. à v. 47.

CÆterum locutus eſt JEHOVAH ad Moſen in deſerto Sinaj, in tentorio Conventus ; in primo (*die*) menſis ſecundi, in anno ſecundo, poſtquam exiverant è terra Ægypti, dicendo :

2. Tolle [a] ſummam omnis congregationis filiorum Iſraëlis, juxta familias eorum, (*&*) juxta domum patrum eorum ; in numero nominum : omnem maſculum, juxta capita eorum ; a) *Exod. 30, 12. Numer. 26, 2.*

3. A filio viginti annorum & ſupra ; omnem exeuntem in exercitum in Iſraële ; Recenſebitis eos juxta exercitus eorum, tu & Aharon.

4. Vobiſcum tamen erunt ſinguli viri in tribum : vir (*nimirum,*) caput domus patrum ſuorum quivis (*ſit.*)

5. Et hæc (*quidem ſunt*) nomina virorum, qui ſtabunt vobiſcum : Rubeni, Elizur, filius Schedeuris :

6. Schimeoni, Schelumiel, filius Zuri-Schaddaji :

7. Judæ, Nachſchon, filius Amminadabi :

8. Iſſachari, Nethaneel, filius Zuaris :

9. Sebuluni, Eliabus, filius Chelonis :

10. Filiis Joſephi ; Ephrajimo, Eliſchama, filius Ammihudis, Menaſcheh, Gamaliel, filius Pedah-Zuris :

11. Binjamini, Abidan, filius Gideonii :

12. Dani, Achieſer, filius Ammi-Schaddaji :

13. Aſcheri, Pagiel, filius Ochranis :

14. Gadi, Eljaſaphus, filius Deuelis : *Num. 2, 14.*

15. Naphthali, Achira, filius Enanis. *25. 7, 42.*

16. Hi ſunt vocati congregationis, principes tribuum Patrum ipſorum ; capita chiliadum Iſraëlis iidem.

17. Aſſumſit ergo Moſes & Aharon viros hos, qui expreſſi (*hic*) ſunt nominibus ſuis.

18. Univerſam autem congregationem convocarunt in primo (*die*) menſis ſecundi qui genealogizati ſunt ſuper familias ipſorum, juxta domum patrum eorum ; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſupra, juxta capita eorum :

19. Quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi. Recenſuit itaque eos in deſerto Sinaj.

20. Fueruntque filii Rubenis, primogeniti Iſraëlis, in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum, in numero nominum, ſecundum capita eorum; omnis mas, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnis exiens in exercitum:

21. Recenſiti (*inquam*) eorum (*erant*) tribui Rubenis, ſex & quadraginta millia, & quingenti.

22. Quantum ad filios Schimeonis, in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum: recenſiti ejus in numero nominum, juxta capita eorum; omnis maſculus, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnis (*ſcil.*) exiens in exercitum:

23. Recenſiti, inquam, eorum, tribui Schimeonis (*erant,*) novem & quinquaginta millia, & trecenti.

24. Quod ad filios Gadis, in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum:

25. Recenſiti eorum tribui Gadis (*erant*) quinque & quadraginta millia, & ſexcenti ac quinquaginta.

26. Quod ad filios Judæ, in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum:

27. Recenſiti eorum tribui Judæ (*erant,*) quatuor & ſeptuaginta millia, & ſexcenti.

28. Quod ad filios Iſſacharis; in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum:

29. Recenſiti eorum tribui Iſſacharis (*erant,*) quatuor & quinquaginta millia, & quadringenti.

30. Quoad filios Sebulunis; in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum:

31. Recenſiti eorum tribui Sebulunis (*erant,*) ſeptem & quinquaginta millia, & quadringenti.

32. Quoad filios Joſephi, & quidem filios Ephrajimi; in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum:

33. Recenſiti eorum tribui Ephrajimi, (*erant*) quadraginta millia, & quingenti.

34. Quoad filios Menaſcheh; in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum, in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum.

35. Recenſiti eorum tribui Menaſcheh (*erant,*) duo & triginta millia, & ducenti.

36. Quoad filios Binjamins; in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum.

37. Recenſiti eorum tribui Binjaminis (*erant,*) quinque & triginta millia, & quadringenti.

38. Quoad filios Danis; in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum:

39. Recenſiti eorum tribui Danis (*erant,*) duo & ſexaginta millia & ſeptingenti.

40. Quoad filios Aſcheris; in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum, in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum:

41. Recenſiti eorum tribui Aſcheris (*erant,*) unum & quadraginta millia, & quingenti.

42. Quoad filios Naphthali, in generationibus eorum, juxta familias eorum, (&) juxta domum patrum eorum; in numero nominum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnem (*ſcil.*) exeuntem in exercitum:

43. Recenſiti eorum tribui Naphthali (*erant,*) tria & quinquaginta millia, & quadringenti.

44. Hi ſunt recenſiti, quos recenſuit Moſes, & Aharon, & principes Iſraëlis, duodecim viri: viri ſinguli in domum patrum ſuorum fuerunt.

45. Fuerunt ergò omnes recenſiti filiorum Iſraëlis, juxta domum patrum eorum, à filio viginti annorum, & ſuprà, omnis (*ſcil.*) exiens in exercitum.

46. Fuerunt, inquam, omnes recenſiti, ſexcenta millia, & triginta millia, & quingenti, & quinquaginta.

47. Levitæ autem, juxta tribum patrum eorum, non recenſiti ſunt inter illos.

48. Nam locutus erat JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

49. Veruntamen tribum Levi non recenſebis, & ſummam eorum non tolles, in medio filiorum Iſraëlis:

50. Sed tu (*ſolus*) conſtitue Levitas ſuper habitaculum teſtimonii, & ſuper omnia vaſa ejus, & ſuper omne, quod illi (*eſt:*) Ipſi (*enim*) portabunt habitaculum, & omnia vaſa ejus; iidemque miniſtrabunt illi; ideò circa habitaculum caſtra metabuntur.

51. Et quando proficiſcetur habitaculum, deponent illud Levitæ: alienus autem accedens occidetur.

52. Filii itaque Iſraëlis caſtra metabuntur; vir apud caſtra ſua, & vir apud vexillum ſuum, juxta exercitus ipſorum:

53. Sed Levitæ caſtra metabuntur circa habitaculum teſtimonii; ut non ſit excandeſcentia ſuper congregatione filiorum Iſraëlis; cuſtodiant verò Levitæ cuſtodiam habitaculi teſtimonii.

54. Fecerunt ergò filii Iſraëlis; juxta omne, quod præcepit JEHOVAH Moſi; ita fecerunt.

CAP. II.

Diſponuntur Iſraëlita recenſiti in caſtra ſua & caſtrorum vexilla: ita ut caſtra metantur I. ab Oriente, Judah, Iſſachar & Sebulun. v. 3. II. A Meridie Ruben, Schimeon & Gad. ad v. 10, III. Ab Occidente, Ephrajim, Menaſcheh & Binjamin. à v. 18. IV. A Septentrione, Dan, Aſcher & Naphthali. à v. 25. V. In medio Caſtrorum, Tentorium Conventus & Levitæ. v. 17-33.

PRætereà locutus eſt JEHOVAH ad Moſen & ad Aharonem, dicendo:

2. Vir ſub vexillo ſuo, in ſignis juxta domum patrum ipſorum; caſtra metabuntur, filii Iſraëlis: è regione tentorii Conventus caſtra metabuntur.

3. Nimirum qui caſtra metabuntur Orientem verſus ad ortum, erit vexillum caſtrorum Jehudæ, juxta exercitus ipſorum. Princeps autem filiis Jehudæ (*erit*) Nachſchon, filius Amminadabi.

4. Cujus exercitus, & recenſiti ejus (*ſunt*) quatuor & ſeptuaginta millia, & ſexcenti.

5. Qui verò caſtra metabuntur juxta illum (*eſt*) tribus Iſſachar: princeps autem filiorum Iſſacharis (*eſt*) Nethaneel, filius Zuaris.

6. Cujus exercitus & recenſiti (*ſunt*) quatuor & quinquaginta millia & quadringenti.

7. (*Item*) tribus Sebulunis: princeps verò filiorum Sebulunis (*eſt*) Eli bus, filius Chelonis:

8. Cujus exercitus & recenſiti ejus (*ſunt*) ſeptem & quinquaginta millia, & quadringenti.

9. Omnes recenſiti caſtrorum Jehudæ (*ſunt*) centum millia, & octoginta millia, & ſex millia, & quadringenti, juxta exercitus eorum. (*Hi*) primò proficiſcentur.

10. Vexillum caſtrorum Rubenis (*erit*) verſus Meridiem: princeps autem filiorum Rubenis (*eſt*) Elizur, filius Schedëuris.

11. Cujus exercitus & recenſiti ejus (*ſunt*) ſex & quadraginta millia, & quingenti.

12. Qui caſtra metabuntur juxta eum, tribus (*eſt*) Schimeonis: princeps autem filiorum Schimeonis (*eſt*) Schelumiel, filius Zuri-Schaddaji:

13. Cujus exercitus & recenſiti eorum (*ſunt*) novem & quinquaginta millia, & trecenti.

14. (*Deinde*) tribus Gadis : princeps autem filiorum Gadis (*eſt*) Eljaſaphus, filius Reuelis :

15. Cujus exercitus & recenſiti eorum (*ſunt*) quinque & quadraginta millia, & ſexcenti, & quinquaginta.

16. Omnes recenſiti caſtrorum Rubenis (*ſunt*) centum millia, & unum atque quinquaginta millia, & quadringenti, ac quinquaginta, juxta exercitus eorum Proficiſcentur autem (*hi*) ſecundò.

17. Deinde proficiſcetur tentorium Conventus, caſtra Levitarum, in medio caſtrorum : quemadmodum caſtra metabuntur, ſic proficiſcentur, vir juxta manum ſuam, ſecundùm vexilla eorum.

18. (*Poſtea erit*) vexillum Ephrajimi juxta exercitus ipſorum ab Occidente, princeps autem filiis Ephrajimi (*eſt*) Eliſchama, filius Ammihudis.

19. Cujus exercitus & recenſiti eorum (*ſunt*) quadraginta millia, & quingenti.

20. Juxta eum autem (*erit*) tribus Menaſcheh : princeps autem filiorum Menaſcheh (*eſt*) Gamliel, filius Pedan-Zuris :

21. Cujus exercitus & recenſiti eorum (*ſunt*) duo & triginta millia, & ducenti.

22. Deinde tribus Binjaminis : princeps autem filiis Binjaminis (*eſt*) Abidan, filius Gideonii :

23. Cujus exercitus & recenſiti eorum, (*ſunt*) quinque & triginta millia, & quadringenti.

24. Omnes recenſiti caſtrorum Ephrajimi (*ſunt*) centum millia & octo millia, & centum, juxta exercitus eorum. Tertiò verò proficiſcentur.

25. (*Tandem*) vexillum caſtrorum, Danis (*erit*) verſus Septentrionem, juxta exercitus eorum : Princeps autem filiorum Danis (*eſt*) Achieſer, filius Ammi-Schaddaji :

26. Cujus exercitus & recenſiti eorum (*ſunt*) duo & ſexaginta millia, & ſeptingenti.

27. Qui verò caſtra metabuntur juxta hunc (*ſunt*) tribus Aſcheris : princeps autem filiorum Aſcheris (*eſt*) Pagiel filius Ochranis :

28. Cujus exercitus & recenſiti eorum (*ſunt*) unum & quadraginta millia, & quingenti.

29. Deinde tribus Naphthali : princeps autem filiorum Naphthali, Achira filius Enanis.

30. Cujus exercitus & recenſiti eorum (*ſunt*) tria & quinquaginta millia, & quadringenti.

31. Omnes recenſiti caſtrorum Danis (*ſunt*) centum millia, & ſeptem ac quinquaginta millia & ſexcenti. Poſtremò (*hi*) proficiſcentur juxta vexilla ſua.

32. Hi (*itaq;*) ſunt recenſiti filiorum Iſraëlis juxta domum patrum eorum : omnes (*nimirum*) recenſiti caſtrorum, juxta exercitus eorum, ſexcenta millia & tria millia, & quingenti, ac quinquaginta.

33. Levitæ verò non recenſiti ſunt inter filios Iſraëlis : quemadmodum præcepit JEHOVAH Moſi.

34. Fecerunt ergò filii Iſraëlis : juxta omne (*inquam*) quod præcepit JEHOVAH Moſi ; ſic caſtra metati ſunt, ſecundum vexilla eorum, & ſic profecti ſunt, vir ſecundum familias ſuas, ſub domo patrum ſuorum.

CAP. III.

Hoc capite I. Indicatur familia Aharonis. à v. 1. II. Seligitur ad miniſterium ſacrum tribus Levi. à v. 5. III. Familiæ Levitarum recenſentur. à v. 14. cum officiis & oneribus earum. Et quidem (1.) Gerſchonitarum. à v. 21. (2.) Kehathitarum. à v. 27. (3.) Meraritarum. à v. 33. IV. Primogeniti Iſraëlis cum Levitis permutantur, & redimuntur. à v. 40.

Cæterum hæ ſunt generationes [a] Aharonis & Moſis in die, quo locutus eſt JEHOVAH cum Moſe in monte Sinaj. a) *Exod. 6, 23. 1. Par. 25, 1. 2.*

2. Hæc nimirum ſunt nomina filiorum Aharonis, primogenitus Nadabus, dein Abihu, Eleaſar & Ithamar.

3. Hæc (*inquam*) ſunt nomina filiorum Aharonis, Sacerdotum unctorum, quorum implevit (*Jehovah*) manus ad fungendum Sacerdotio :

4. Sed mortuus eſt [b] Nadabus & Abihu coram JEHOVAH, quum adferrent ignem alienum ante JEHOVAM in deſerto Sinaj ; nec filii fuerunt illis : unde Sacerdotio b) *Lev. 10, 1. Numer. 26, 61. 1. Par. 25, 2.*

dotio functus eſt Eleaſar & Ithamar coram Aharone patre ſuo.

5. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo :

6. Appropinquare fac tribum Levi, & conſtitue eam ante Aharonem, Sacerdotem, ut miniſtrent ipſi.

7. Cuſtodient autem cuſtodiam ipſius, & cuſtodiam totius congregationis, coram tentorio Conventus, ad ſerviendum ſervitium habitaculi.

8. Ut cuſtodiant omnia vaſa tentorii Conventus, & cuſtodiam filiorum Iſraëlis, ad ſerviendum ſervitium habitaculi.

9. Dabis itaque Levitas Aharoni, & filiis ejus ; Dati, dati, inquam, illi (*erunt*) ipſi a-cum filiis Iſraëlis.

10. Sed Aharoni & filiis ejus mandabis, ut obſervent Sacerdotium ſuum : alienus enim appropinquans occidetur.

11. Locutus (*enim*) eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo :

c) *Num. 3, 16.* 12. Ego ergò, ecce, accepi [c] Levitas è medio filiorum Iſraëlis loco omnis primogeniti, apertura uteri, de filiis Iſraëlis : ut ſint mihi Levitæ.

d) *Exod. 13, 1. Levit. 27, 26. Luc. 2, 23.* 13. Quia mihi (*eſt ſanctum*) omne [d] primogenitum : in die (*enim,*) quo percuſſi omne primogenitum in terra Ægypti, ſanctificavi mihi omne primogenitum in Iſraële, ab homine uſque ad beſtiam : (*ideò*) mihi erunt (*ſancta ;*) Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

14. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo :

15. Recenſe filios Levi, juxta domum patrum eorum, (&) juxta familias eorum ; omnem maſculum, à filio menſis, & ſuprà, recenſebis eos.

16. Recenſuit itaque eos Moſes juxta os JEHOVÆ ; quemadmodum (*hic*) præcepit.

e) *Exod. 6, 16.* 17. Hi autem fuerunt [e] filii Levi nominibus ſuis, Gerſchon, & Kehath, & Merari.

f) *Exod. 6, 18. Numer. 26, 57.* 18. Hæc verò ſunt nomina [f] filiorum Gerſchonis, juxta familias eorum ; Libni & Schimei.

g) *Num. 26, 50.* 19. Filii autem [g] Kehathi juxta familias eorum, Amram, & Jizhar, Chebron & Uſiel.

20. Filii autem Merari juxta familias eorum, Machli & Muſchi ; hæ ſunt familiæ Levitæ, juxta domum patrum eorum

21. (*Nimirum*) Gerſchoni : familia Libnitæ, & familia Schimeitæ : hæ (*inquam*) ſunt familiæ Gerſchonitæ.

22. Recenſiti (*verò*) eorum ; in numero omnis maſculi, à filio menſis & ſupra, (*ſunt inquam*) recenſiti eorum ſeptem millia & quingenti.

23. Familiæ (*hæ*) Gerſchonitæ poſt habitaculum caſtra habebunt verſus mare (*occidentis.*)

24. Princeps autem domus patris (*fuit*) Gerſchonitæ, Eljaſaphus, filius Laëlis.

25. Sed cuſtodia filiorum Gerſchonis in tentorio Conventus, habitaculum, & tentorium tegens illud, & velum oſtii tentorii Conventus :

26. Et cortinæ atrii, & velum oſtii atrii, quod eſt ante habitaculum & ante altare circumcirca ; & funes ejus, juxta omne miniſterium ejus.

27. Kehatho porrò (*eſt*) familia Amramitæ, & familia Jizharitæ, & familia Chebronitæ, & familia Uſſielitæ : hæ ſunt familiæ Kehathitæ

28. In numero omnis maſculi, à filio menſis & ſuprà, octo millia & ſexcenti, cuſtodientes cuſtodiam ſancti.

29. (*Quæ*) familiæ filiorum Kehathi caſtra habebunt ad latus habitaculi verſus Meridiem.

30. Princeps autem domus patris familiarum Kehathitæ, Elizaphan filius Uſſielis.

31. At cuſtodia eorum, Arca, & menſa, & candelabrum, & altaria, & vaſa ſancti, quibus miniſtrant, & velum, & omne miniſterium ejus.

32. Princeps verò principum Levitarum, Eleaſar, filius Aharonis, Sacerdotis (*quod ad*) præfecturam cuſtodientium cuſtodiam ſancti.

33. Meritæ (*denique erat*) familia Machlitarum, & familia Muſchitarum : hæ ſunt familiæ Merari.

34. Quorum recenſiti in numero omnis maſculi, à filio menſis & ſuprà, (*fuerunt*) ſex millia & ducenti.

35. Princeps autem domus patris, juxta familias Meraritæ, Zuriel, filius Abichajil: ad latus (*verò*) habitaculi caſtra habebunt, verſus Septentrionem.

36. At officium cuſtodiæ filiorum Merari (*erunt*) aſſeres habitaculi, & vectes ejus, & columnæ ejus, & baſes ejus, & omnia vaſa ejus, ac omne miniſterium ejus.

37. Item columnæ atrii circumcirca, & baſes earum, & clavi earum, & funes earum.

38. Qui verò caſtra metabuntur ante habitaculum verſus ortum, ante tentorium Conventus ad Orientem (*erunt*) Moſes & Aharon, & filii ejus, cuſtodientes cuſtodiam ſanctuarii, pro cuſtodia filiorum Iſraëlis: alienus (*enim*) appropinquans occidetur.

39. Omnes (*tandem*) recenſiti Levitarum, quos recenſuit Moſes & Aharon juxta os JEHOVÆ, ſecundum familias eorum; omnis (*nimirum*) maſculus à filio menſis & ſuprà, (*fuerunt*) duo & viginti millia.

40. Tum dixit JEHOVAH ad Moſen: Recenſe (*jam*) omnem primogenitum, marem filiorum Iſraëlis, à filio menſis & ſuprà, & tolle numerum nominum eorum.

41. Accipe autem Levitas mihi [Ego (*enim ſum*) JEHOVAH] loco omnis primogeniti inter filios Iſraëlis: itemque beſtiam Levitarum loco omnis primogeniti in beſtia filiorum Iſraëlis.

42. Recenſuit itaque Moſes, quemadmodum præcepit JEHOVAH illi, omnem primogenitum inter filios Iſraëlis.

43. Fuit autem omnis primogenitus maſculus in numero nominum, à filio menſis & ſupra, quoad recenſitos eorum, duo & viginti millia, tres & ſeptuaginta & ducenti.

44. Quare locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

45. Accipe Levitas loco omnis primogeniti inter filios Iſraëlis, & beſtiam Levitarum loco beſtiæ eorum: ut ſint Levitæ mihi: Ego (*enim ſum*) JEHOVAH.

46. Item redimendos tres & ſeptuaginta ac ducentos, excedentes ſupra Levitas, de primogenito filiorum Iſraëlis.

47. Sumeſque quinos ſiclos in caput; in ſiclo ſanctitatis ſumes, (*ubi*) viginti Geræ (*ſunt*) ſiclus, h)

48. Dabiſque argentum Aharoni & filiis ejus. (*Hi ſunt*) redimendi excedentium de illis.

49. Accepit itaque Moſes argentum redemtionis à cum excedentibus, ſuper redimendis pro Levitis.

50. A cum primogenito filiorum Iſraëlis (*inquam*) accepit argentum, (*nimirum*) quinque & ſexaginta, & trecentos atque mille, in ſiclo ſanctitatis.

51. Deditque Moſes argentum redemtorum Aharoni & filiis ejus juxta os JEHOVÆ; ſicut præcepit JEHOVAH Moſi.

h) *Exod. 30, 13. Lev. 27, 25. Ex. 45, 12.*

CAP. IV.

Diſtribuuntur I. familiæ Levitarum in caſtrorum profectione officia & onera. Et quidem (1.) Kehathitis. à v. 1. (2.) Gerſchonitis. à v. 21. (3.) Meraritis. à v. 29. II. Recenſentur virorum (1.) Kehathitæ. à v. 34. (2.) Gerſchonitæ. à v. 38. (3.) Meraritæ. à v. 42. III. In ſummam rediguntur. à v. 45.

PRæterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen & ad Aharonem, dicendo:

2. Tolle ſummam filiorum Kehathi è medio filiorum Levi; juxta familias eorum, (*&*) juxta domum patrum eorum:

3. A filio triginta annorum & ſuprà, uſque ad filium quinquaginta annorum: omnem (*ſcil.*) venientem ad militiam, ad faciendum opus in tentorio Conventus.

4. Hic (*autem*) labor (*erit*) filiorum Kehathi, in tentorio Conventus; ſanctum ſanctorum.

5. Veniet enim Aharon & filii ejus, quum proficiſcentur caſtra, deponentque velum tegumenti, obtegentque eo arcam teſtimonii:

6. Dabuntque ſuper illud operimentum pellis melis, & expandent pannum ex integro hyacinthi ſuperius, apponentque vectes ejus.

7. Deinde ſuper menſam facierum expandent pannum hyacinthi, dabuntque ſuper eam ſcutulas, & acetras, & ſcopas, & ſcutellas libaminis; panis etiam jugis ſuper ea erit.

8. Dein expandent ſuper ea pannum coccinei dibaphi, operientque illum tegumento melis, poſt apponent vectes ejus.

9. Porrò ſument pannum hyacinthi, obtegentque candelabrum luminaris, & lucernas ejus, & forcipes ejus, & trullas ejus, & omnia vaſa olei ejus, quibus inſerviunt illi.

10. Dabuntque illud & omnia vaſa ejus ſub tegumentum pellis melis, ac dabunt ſuper palangam.

11. Porrò ſuper altare auri expandent pannum hyacinthi, obtegentque illud tegumento pellis melis, ac apponent vectes ejus.

12. Poſteà ſument omnia vaſa miniſterii, quibus miniſtrant in ſancto, dabuntque ſub pannum hyacinthini, obtegentque illa tegumento pellis melis, ac ponent ſuper palangam.

13. Mox decinerabunt altare, & expandent ſuper illud purpuram.

14. Ac dabunt ſuper illud omnia vaſa ejus, quibus miniſtrant ſuper eo, (*nimirum*) forcipes, fuſcinulas, & ſcopas, & crateres, (*&*) omnia (*reliqua*) vaſa altaris: dein expandent ſuper illud tegumentum pellis melis, apponentque vectes ejus.

15. Quando ergò abſolverit Aharon, & filii ejus obtegere ſanctum, & omnia vaſa ſancti, cùm proficiſcentur caſtra: poſteà demum venient filii Kehathi, ad portandum; ne attingant ſanctum ac moriantur: hæc ſunt onus filiorum Kehathi, in tentorio Conventus.

16. Officium tandem Eleaſaris, filii Aharonis Sacerdotis (*erit*) Oleum Luminaris, & ſuffimentum aromatum, & Minchah jugis (*ſacrificij,*) & oleum unctionis. (*Hoc erit*) officium totius habitaculi, & omnium, quæ in eo (*ſunt,*) in ſancto & in vaſis ejus.

17. Inſuper locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, & ad Aharonem, dicendo:

18. Non excindetis tribum familiarum Kehathitæ, è medio Levitarum.

19. Idcò hoc facite illis, ut vivant, & non moriantur, ſi acceſſerint ad ſanctum ſanctorum: accedent (*enim*) Aharon & filii ejus, collocabuntque eos, virum quemque ſuper opere ejus, & ſuper onere ejus.

20. Non autem venient ad videndum, quando involvetur ſanctum, ne moriantur.

21. Porrò locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

22. Tolle ſummam filiorum Gerſchonis etiam ipſorum; juxta domum patrum eorum, (*&*) juxta familias eorum.

23. A filio triginta annorum, & ſuprà uſque ad filium quinquaginta annorum recenſebis eos; omnem venientem ad exercendam militiam, ad faciendum opus in tentorio Conventus.

24. Hoc (*autem*) opus eſt familiarum Gerſchonitæ, ad faciendum, & quoad onus.

25. Nimirum portabunt cortinas habitaculi, & tentorium Conventus; tegumentum ejus, & tegumentum melis, quod ſuper eo ſuperius; & velum oſtii tentorii Conventus.

26. Tapetes item atrii, & velum oſtii portæ atrii, quod eſt ante habitaculum, & ante altare circumcirca, & funes ejus, & omnia vaſa miniſterii eorum, ac omne, quod fiet (*aliquid*) illis. Ita miniſtrabunt.

27. Juxta (*autem*) os Aharonis & filiorum ejus fiet omne opus filiorum Gerſchonitarum; quoad omne onus eorum, & quoad omne opus eorum: ſic committetis illis in cuſtodiam omne onus eorum.

28. Hoc (*erit*) opus familiarum filiorum Gerſchonitarum in tentorio Conventus, & cuſtodia eorum ſub manu Ithamaris, filii Aharonis, Sacerdotis.

29. Filios (*verò quod attinet*) Merari; juxta familias eorum; (*&*) juxta domum patrum eorum recenſebis eos.

30. A filio triginta annorum, & ſuprà uſque ad filium quinquaginta annorum recenſebis eos; omnem venientem in militiam, ad faciendum opus ſuum in tentorio Conventus.

31. Hæc (*autem*) cuſtodia oneris eorum (*eſt*) quoad omne opus eorum in tentorio Conventus; (*nimirum*) aſſeres habitaculi, & vectes ejus, & columnæ ejus, & baſes ejus.

32. Columnæ item atrii circumcirca & baſes earum, & clavi earum, & funes earum, quoad omnia vaſa earum, & quoad omne opus earum: ubi nominibus recenſebitis omnia vaſa cuſtodiæ oneris eorum.

33. Hoc (*eſt*) opus familiarum filiorum Merari, quoad omne opus eorum in tentorio Conventus; ſub manu Ithamaris, filii Aharonis, Sacerdotis.

34. Recenſuit itaque Moſes, & Aharon, & principes congregationis filios Kehathitæ, juxta familias eorum, (*&*) juxta domum patrum eorum:

35. A filio triginta annorum, & ſuprà, uſque ad filium quinquaginta annorum, omnem venientem in militiam, juxta opus in tentorio Conventus.

36. Fuerunt autem recenſiti eorum, juxta familias eorum, duo millia, ſeptingenti, & quinquaginta.

37. Hi (*ſunt*) recenſiti familiarum Kehathitæ; omnis miniſtrans in tentorio Conventus; quos recenſuit Moſes & Aharon, juxta os JEHOVÆ per manum Moſis.

38. Recenſiti autem filiorum Gerſchonis, juxta familias eorum, & juxta domum patrum eorum:

39. A filio triginta annorum, & ſuprà, uſque ad filium quinquaginta annorum, omnis veniens in militiam, ad opus in tentorio Conventus:

40. Fuerunt, inquam, recenſiti eorum, juxta familias eorum, (*&*) juxta domum patrum eorum, duo millia, & ſexcenti, & triginta.

41. Hi ſunt recenſiti familiarum filiorum Gerſchonis, omnis miniſtrantis in tentorio Conventus; quos recenſuit Moſes, & Aharon, juxta os JEHOVÆ.

42. Porrò recenſiti familiarum filiorum Merari, juxta familias eorum, (*&*) juxta domum patrum eorum:

43. A filio triginta annorum, & ſuprà, uſque ad filium quinquaginta annorum, omnis veniens in militiam, quoad opus in tentorio Conventus:

44. Fuerunt, inquàm, recenſiti eorum, juxta familias eorum, tria millia, & ducenti.

45. Hi ſunt recenſiti familiarum filiorum Merari, quos recenſuit Moſes, & Aharon, juxta os JEHOVÆ per manum Moſis.

46. Omnes recenſiti, quos recenſuit Moſes, & Aharon, & principes Iſraëlis, Levitas (*ſcil.*) juxta familias eorum, & juxta domum patrum eorum:

47. A filio triginta annorum, & ſuprà, uſque ad filium quinquaginta annorum, omnis veniens ad faciendum opus operis, & opus oneris in tentorio Conventus:

48. Fuerunt, inquam, recenſiti eorum, octo millia, & quingenti, & octoginta.

49. Juxta os JEHOVÆ recenſuit eos per manum Moſis, virum quemque ſuper opus ipſius, & ſuper onus ipſius. Hi (*ergò ſunt*) recenſiti ejus; quos (*recenſeri*) præcepit JEHOVAH Moſi.

CAP. V.

Iubentur I. è caſtris Iſraëlis emitti viri & fœminæ leproſi ac immundi. à v. 1. II. Præcipitur reſtitutio prævaricationis; & quid de ea eſſe debeat Sacerdotis. à v. 5. III. Lex & ceremonia de uxore Viri declinante præſcribuntur. à v. 11.

PRæterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Præcipe filiis Iſraëlis, ut [a] e- a) *Lev.* mittant è caſtris omnem leproſum, & omnem fluxum patientem; omnem item immundum propter animam.

3. A mare uſque ad fœminam emittetis: foràs extra caſtra mittetis eos; ut non polluant caſtra veſtra, in quorum medio Ego (*ſum*) habitans.

4. Fecerunt ergo ſic filii Iſraëlis, emiſeruntque eos foràs extra caſtra: quemadmodum locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, ſic fecerunt filii Iſraëlis.

5. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

6. Loquere ad filios Iſraëlis: Vir aut mulier quando fecerit (*quid,*) de omnibus peccatis contra hominem, prævaricando, (*ſimul*) prævaricationem contra JEHOVAM, adeoque rea facta fuerit anima illa:

7. Confitebuntur peccatum ſuum, quod fecerunt, reſtituetque (*quiſq;*) reatum ſuum in capite ejus, & quintam partem ejus addet ſuper illud; dabitque, cui reus factus eſt.

8. Si verò non fuerit viro Redemtor, ad reſtituendum illi, reatus, reſtitutus JEHOVÆ, Sacerdoti (*cedet;*) præter arietem expiationum, qui expiaverit eum.

9. Omnis etiam ſublatio, quoad omnia ſancta filiorum Iſraëlis, quæ offerent Sacerdoti, (*Sacerdotis*) hujus erit.

10. Vir quivis (*ſi obtulerit*) ſancta ſua, illius erunt: vir (*quiſq;*) quod dabit Sacerdoti, hujus erit.

11. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

12. Loquere ad filios Iſraëlis, & dic ad eos; Vir quiſquis (*fuerit*) quando declinaverit uxor ejus, & prævaricata fuerit contra eum prævaricationem;

13. Ita ut concumbat vir (*alius*) cum eâ, concubitu ſeminis, occultumque ſit ab oculis mariti ejus: abſcondita quidem fuerit, ſed polluta; quia teſtis non eſt de ea, nec illa deprehenſa eſt:

14. Tranſiverit autem ſuper eum ſpiritus zeli, & zelo proſecutus fuerit uxorem ſuam, quod polluta ſit; aut tranſiverit ſuper eum ſpiritus zeli, & proſecutus zelo fuerit uxorem ſuam, cum non ſit polluta:

15. Tum adducet vir uxorem ſuam ad Sacerdotem; adducetque (*ſimul*) munus ejus ſuper eâ; (*nempè*) decimam (*partem*) Ephæ, farinæ hordeorum; non (*tamen*) fundet ſuper illud oleum, neque dabit ſuper illud thus; quia munus zelorum illud, Minchah memorialis, monſtrans iniquitatem.

16. Offeret autem eam (*Mincham*) Sacerdos, ſtatuetque illam (*mulierem*) ante JEHOVAM.

17. Deinde ſumet Sacerdos aquas ſanctas in vaſe teſtæ; & de pulvere, qui erit in ſolo habitaculi, accipiet etiam Sacerdos, & dabit ſuper aquas.

18. Cum ergò ſtatuerit Sacerdos mulierem ante JEHOVAM, denudabit caput mulieris, dabitque ſuper manus ejus Mincham memorialis, Mincham (*ſcil.*) Zelorum: ſed in manu Sacerdotis erunt aquæ amaritudinum maledictæ.

19. Mox adjurabit eam Sacerdos, dicetque ad mulierem; ſi non concubuit vir tecum; & ſi non declinaſti pollutione ſub viro tuo: impunis eris ab aquis amaritudinum maledictarum his.

20. Si tu verò declinaſti ſub viro tuo, & ſi polluta es, deditque vir (*alius*) in te concubitum ſuum præter maritum tuum.

21. [Hactenus (*cùm*) adjuraverit Sacerdos mulierem juramento maledictionis, dicet Sacerdos (*porrò*) mulieri:] dabit JEHOVAH te in maledictionem, & in juramentum in medio populi tui; dum dabit JEHOVAH femur tuum concidens, ac ventrem tuum tumentem.

22. Intrabunt enim Aquæ maledictæ hæ in viſcera tua, ut tumeſcat venter, & ut concidat femur. Tum dicet mulier; Amen, Amen.

23. Deinde ſcribet maledictiones has Sacerdos in libello, delebitque in aquis amaritudinum:

24. Ac bibendas dabit mulieri aquas amaritudinum maledictas, ut fiant in ea aquæ maledictæ in amaritudines.

25. Prius tamen ſumet Sacerdos è manu mulieris Mincham Zelorum, agitabitque Mincham coram JEHOVAH, offeretque illam ſuper altari:

26. Et pugillum ſumet Sacerdos de Minchah (*in*) Memoriale, adolebitque ſuper altari: ac poſteà bibendas dabit mulieri aquas.

27. Et quando bibendas dederit aquas, fiet, ut, ſi polluta fuerit, & prævaricata prævaricationem contra maritum ſuum, ut fiant in ea aquæ maledictæ in amaritudines, tumeſcatque venter ejus, & concidat femur ejus; atque adeò fiat mulier in maledictionem in medio populi ſui.

28. Quòd ſi non fuerit polluta mulier, ſed munda illa, ſine noxa erit, & fructificabitur ſemine.

29. Hæc eſt Lex Zelorum, quando declinaverit mulier ſub marito ſuo, & fuerit polluta.

30. Aut quando ſuper virum tranſiverit ſpiritus Zeli, ut Zelo tangatur contra uxorem ſuam; ſtatuet mimirum uxorem coram

coram JEHOVAH, facietque ei Sacerdos omnem legem hanc.

31. Liber tamen erit maritus ab iniquitate; uxor autem ipſi portabit iniquitatem ſuam.

CAP. VI.

Leges I. Naſiræi dantur: tum (1.) quoad abſtinentiam, à cibo, potu & pollutionibus. à v. 1. (2.) tum quoad mundationem à pollutione. à v. 9. (3.) tum quoad impletionem Naſiræatus, & ab eo expiationem. à v. 13. II. Præſcribitur benedictio Sacerdotalis. à v. 22.

PRæterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Loquere ad filios Iſraëlis, & dic ad eos; Vir aut fœmina ſi ſingulare quid in ſe ſuſceperit vovendo votum Naſiræi, ad abſtinendum ſe JEHOVÆ.

3. A vino & ſicera abſtinebit ſe, acetum vini & acetum ſiceræ non bibet; itemque omnem macerationem uvarum non bibet: uvas quoque recentes aut aridas non comedet.

4. Omnibus (*enim*) diebus Naſiræatus ſui ab omni, quod ex uva fit vini, ab acinis uſque ad cutem, non comedet.

a) *Jud. 1, 4.* 5. Omnibus (*inſuper*) diebus voti Naſiræatus ſui [a] novacula non tranſibit ſuper caput ejus: (*ſed*) uſque dum impleti fuerint dies, quibus ſe abſtinet JEHOVÆ, ſanctus erit, demittendo comam capilli capitis ipſius.

6. Omnibus (*queq;*) diebus, quibus ſe abſtinet JEHOVÆ, ad animam mortui non veniet.

7. Propter patrem ſuum, & propter matrem ſuam; propter fratrem ſuum, & propter ſororem ſuam; non polluet ſe (*in quam*) propter illos, in morte eorum: quia Naſiræatus DEI ipſius (*eſt*) ſuper capite ejus.

8. Omnibus (*enim*) diebus Naſiræatus ipſius ſanctus erit JEHOVÆ.

9. Quòd ſi mortuus fuerit mortuus juxta ipſum fortè ſubitò, & polluerit caput Naſiræatus ipſius, tondebit caput ſuum in die munditiæ ſuæ: (*hoc eſt,*) in die ſeptimo tondebit illud.

10. In die autem octavo adferet duos turtures, aut duos filios columbæ, ad Sacerdotem, ad oſtium tentorii Conventus.

11. Quos faciet Sacerdos, unum in Peccatum (*ſacrificium pro peccato,*) alterum autem in holocauſtum; expiabitque ipſum ab eo, quod peccavit ſuper anima. Ita (*denuò*) ſanctificabit caput ſuum in die hoc;

12. Et abſtinentiæ dabit propter JEHOVAM dies Naſiræatus ſui, ita ut adducat agnum, filium anni ſui, in reatum: dies autem priores cadent; quia polluit Naſiræatum ſuum.

13. Hæc porro Lex eſt Naſiræi; in die, quo implebuntur dies Naſiræatus ejus, adferet hunc ad oſtium tentorii Conventus.

14. Afferetque munus ſuum JEHOVÆ, agnum, filium anni ſui, integrum, unum, in holocauſtum; & agnam unam, filiam anni ſui, integram, in Peccatum (*ſacrificium pro peccato;*) & arietem unum integrum in pacifica.

15. Item calathum azymorum, ex ſimilagine, placentas mixtas oleo, ac laganа azymorum uncta oleo, cum Minchah eorum & libaminibus eorum.

16. Tum offeret Sacerdos coram JEHOVAH, facietque Peccatum ejus, (*ſacrificium ejus pro peccato,*) & holocauſtum ejus.

17. Arietem etiam faciet, ſacrificium pacificorum JEHOVÆ, præter calathum azymorum: faciet quoque Sacerdos Minchaм ejus, & libamen ejus.

18. Deinde [b] tondebit Naſiræus ad oſtium tentorii Conventus caput Naſiræatus ſui; accipietque crinem capitis Naſiræatus ſui, dabitque ſuper ignem, qui ſub ſacrificio pacificorum. b) *Act. 18, 18. 21, 24.*

19. Sed accipiet Sacerdos armum coctum de ariete, & placentam azymam unam è calatho; ac laganum azymi unum, dabitque ſuper manus Naſiræi, poſtquam totonderit Naſiræatum ſuum.

20. Moxque agitabit ea Sacerdos agitationem coram JEHOVAH. (*Tum*) ſanctum illud (*erit*) Sacerdoti, ſuper pectus agitationis, & ſupra armum ſublationis. Deinceps verò bibet Naſiræus vinum.

21. Hæc (*ergò*) eſt lex Naſiræi, qui voverit

verit munus ſuum JEHOVÆ ſuper Naſiræatu ſuo, præterea, quod aſſequetur manus ejus: juxta votum ſuum, quod voverit; ſic faciet ſupra legem Naſiræatus ſui.

22. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

23. Loquere ad Aharonem, & ad filios ejus, dicendo: ſic benedicetis filiis Iſraëlis, dicendo illis:

obſ. 24. Benedicat tibi JEHOVAH, & cuſtodiat te.

25. Illuminabit JEHOVAH facies ſuas ſuper te, & miſerebitur tui.

26. Tollet JEHOVAH facies ſuas ſuper te, & ponet tibi pacem.

27. Ita ponent nomen meum ſuper filios Iſraëlis; Ego autem benedicam illis.

CAP. VII.

Principibus duodecim tribuum Iſraëliticarum munera in miniſterium tentorij Conventus præcipiuntur, & à Moſe acceptantur. Quæ ſunt I, plauſtra cum binis bobus, Levitis diſtributa, à v. 1; II. Sacrificia & vaſa auri argentiq; ſacrata, in ſingulos principes diſtributa, ſingulos, initiationem altaris. à 2, 10.

CÆterum factum eſt: in die, quo abſolvit Moſes erigere habitaculum, unxitque illud, ac ſanctificavit illud, [a] & omnia vaſa ejus, & altare ac omnia vaſa ejus; unxit, inquam, ea & ſanctificavit ea: a) *Exod. 40, 11*

2. Acceſſerunt Principes Iſraëlis, capita domus patrum [hi ſunt principes tribuum iidemque conſtituti ſuper recenſitis.]

3. Et adduxerunt munus ſuum ante JEHOVAM ſex plauſtra camerati tecti, & duodecim boves: plauſtrum in binos principes, & bovem in ſingulos; adduxeruntque ea ante habitaculum.

4. Tum dixit JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

5. Accipe ab illis, ut ſint ad faciendum opus tentorii Conventus: dabis enim illa Levitis, vito juxta opus ipſius.

6. Accepit itaque Moſes plauſtra & boves, deditque ea Levitis

7. (*Nimirum*) duo plauſtra & quatuor boves dedit filiis Gerſchonis, juxta opus eorum:

8. Quatuor autem plauſtra, & octo boves dedit filiis Merari, juxta opus ipſorum: ſub manu Ithamaris, filii Aharonis, Sacerdotis.

9. Filiis autem Kehathi non dedit; quod opus ſancti ſuper illis; (*unde*) humero portare debebant.

10. Porrò attulerunt Principes initiationem altaris, in die, quo illud unctum eſt; attulerunt, inquam, principes munus ſuum ante altare,

11. Dixerat enim JEHOVAH ad Moſen; Principes ſinguli in ſingulos dies afferent munus ſuum in initiationem altaris.

12. Fuit itaque afferens in die primo munus ſuum Nachſchon, filius Amminadabi, de tribu Judæ.

13. Munus autem ejus (*erat*) ſcutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*ſicli;*) crater unus argenti, ſeptuaginta ſiclorum in ſiclo ſanctitatis; ambo pleni illi ſimilagine mixta oleo in Mincham:

14. Acerra una, decem (*ſiclorum*) auri, plena ſuffimento;

15. Juvencus unus, filius bovis, aries unus, agnus unus, filius anni ſui, in holocauſtum,

16. Hircus caprarum unus in Peccatum (*ſacrificium pro peccato.*)

17. Denique in ſacrificium pacificorum boves duo arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Nachſchonis, filii Amminadabi.

18. In die ſecundo attulit Nethaneel, filius Zuaris, princeps Iſſacharis:

19. Attulit (*inquam*) munus ſuum, ſcutellam argenti unam, cujus pondus triginta & centum (*ſicli;*) craterem unum argenti, ſeptuaginta ſiclorum in ſiclo ſanctuarii; ambos plenos ſimilagine, mixtâ oleo in Mincham.

20. Acerram unam, decem (*ſiclorum*) auri, plenum ſuffimento.

21. Juvencum unum, filium bovis, arietem unum, agnum unum, filium anni ſui, in holocauſtum.

22. Hircum caprarum unum in Peccatum (*ſacrificium pro peccato.*)

23. In ſacrificium autem pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque

que, agnos filios anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Nethanelis filii Zuaris.

24. In die tertio, princeps filiorum Sebulunis, Eliabus filius Chelonis.

25. Cujus munus (*erat*,) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli*) argenti; crater unus argenti, septuaginta siclorum in siclo sanctitatis, ambo pleni similagine mixtâ oleo in Mincham;

26. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento:

27. Juvencus unus, filius bovis, aries unus, agnus unus, filius anni sui, in holocaustum:

28. Hircus capratum unus in Peccatum (*sacrifi ium pro peccato.*)

29. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Eliabi, filii Chelonis.

30. In die quarto, Princeps filiorum Rubenis, Elizur, filius Schedeuris.

31. Munus ejus (*erat*,) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli*) argenti; crater unus argenti septuaginta siclorum in siclo sanctitatis, ambo pleni similagine mixtâ oleo in Mincham:

32. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento:

33. Juvencus unus, filius bovis; aries unus; agnus unus, filius anni sui, in holocaustum;

34. Hircus capratum unus in Peccatum (*sacrificium pro peccato:*)

35. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Elizuris, filii Schedeuris.

36. In die quinto, princeps filiorum Schimeonis, Schelumiel, filius Zuri Schaddaji.

37. Munus ejus (*erat*) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum *sicli*) argenti, crater unus argenti septuaginta siclorum in siclo sanctitatis, ambo pleni similagine mixtâ oleo in Mincham:

38. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento.

39. Juvencus unus, filius bovis; aries unus; agnus unus, filius anni sui, in holocaustum;

40. Hircus' caprarum unus in Peccatum (*sacrificium pro peccato:*)

41. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Schelumielis, filii Zuri Schaddaji.

42. In die sexto, princeps filiorum Gadis, Eljasaphus, filius [b] Deuelis.

43. Munus ejus (*erat*) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli*) argenti; crater unus argenti septuaginta siclorum in siclo sanctitatis, ambo pleni similagine mixtâ oleo, in Mincham;

44. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento:

45. Juvencus unus, filius bovis; aries unus; agnus unus, filius anni sui, in holocaustum;

46. Hircus caprarum unus in Peccatum (*sacrificium pro peccato.*)

47. In sacrificium autem pacificorum boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Eljasaphi, filii Deuelis.

48. In die septimo, princeps filiorum Ephrajim, Elischama, filius Ammihudis.

49. Munus ejus (*erat*,) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli*;) crater unus argenti septuaginta siclorum in siclo sanctitatis, ambo pleni similagine mixtâ oleo, in Mincham:

50. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento.

51. Juvencus unus, filius bovis, aries unus, agnus unus, filius anni sui, in holocaustum.

52. Hircus caprarum unus, in Peccatum (*sacrificium pro peccato:*).

53. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Elischamæ, filii Ammihudis.

54. In die octavo, princeps filiorum Menascheh, Gamliel, filius Peda-Zuris.

55. Munus ejus (*erat*) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli*;) crater unus argenti septuaginta siclorum in siclo sanctitatis, ambo pleni similagine mixtâ oleo, in Mincham:

56. Acer-

b) Num. 1, 14. 2, 14.

56. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento:

57. Juvencus unus, filius bovis, aries unus, agnus unus, filius anni sui, in holocaustum.

58. Hircus caprarum unus, in Peccatum (*sacrificium pro peccato:*)

59. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Gamlielis, filii Peda-Zuris.

60. In die nono, Princeps filiorum Binjaminis, Abidan, filius Gideonii.

61. Munus ejus (*erat*) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli;*) crater unus argenti septuaginta siclorum, in siclo sanctitatis; ambo pleni similagine mixtâ oleo, in Mincham:

62. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento

63. Juvencus unus, filius bovis; aries unus; agnus unus, filius anni sui, in holocaustum:

64. Hircus caprarum unus in Peccatum (*sacrificium pro peccato:*)

65. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Abidanis, filii Gideonii.

66. In die decimo, princeps filiorum Danis, Achieser, filius Ammischaddaji.

67. Munus ejus (*erat*) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli;*) crater unus argenti septuaginta siclorum in siclo sanctitatis; ambo pleni similagine mixtâ oleo in Mincham.

68. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento:

69. Juvencus unus, filius bovis; aries unus; agnus unus, filius anni sui, in holocaustum:

70. Hircus caprarum unus, in Peccatum (*sacrificium pro peccato:*)

71. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Achieseris, filii Ammischaddaji.

72. In die undecimo, princeps filiorum Aschetis, Pagiel filius Ochranis.

73. Munus ejus (*erat*) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli;*) crater unus argenti septuaginta siclorum, in siclo sanctitatis; ambo pleni similagine mixtâ oleo, in Mincham:

74. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento:

75. Juvencus unus, filius bovis; aries unus; agnus unus, filius anni sui, in holocaustum:

76. Hircus caprarum unus in Peccatum (*sacrificium pro pecca.o:*)

77. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Pagielis, filii Ochranis.

78. In die duodecimo, princeps filiorum Naphthali, Achira, filius Enanis.

79. Munus ejus (*erat*) scutella argenti una, cujus pondus triginta & centum (*sicli;*) crater unus argenti septuaginta siclorum, in siclo sanctitatis; ambo pleni similagine mixtâ oleo, in Mincham:

80. Acerra una decem (*siclorum*) auri, plena suffimento;

81. Juvencus unus, filius bovis; aries unus; agnus unus, filius anni sui, in holocaustum:

82. Hircus caprarum unus in Peccatum (*sacrificium pro peccato:*)

83. In sacrificium autem pacificorum, boves duo, arietes quinque, hirci quinque, agni, filii anni, quinque. Hoc (*erat*) munus Achiræ, filii Enanis

84. Hæc (*est*) initiatio altaris, in die, quo unctum est, a cum principibus Israelis: scutellæ argenti duodecim; crateres argenti duodecim; acerræ auri duodecim.

85. Triginta & centum (*siclorum*) scutella una argenti, & septuaginta crater unus: omne argentum vasorum, bis mille & quadringentorum (*siclorum*) in siclo sanctitatis.

86. Acerræ auri, duodecim, plenæ suffimento; deni acerræ (*sicli*) in siclo sanctitatis: omne aurum acerrarum, vigiati & centum (*sicli.*)

87. Omnes boves in holocaustum, duodecim juvenci; arietes duodecim; agni, filii anni, duodecim; & Mincha co-

tum ; & hirci capraturn duodecim in Peccatum *(sacrificium pro peccato.)*

88. Omnes verò boves sacrificii pacificorum, viginti & quatuor Juvenci ; arietes, sexaginta ; hirci sexaginta ; agni, filii anni, sexaginta. Hæc *(inquam)* est initiatio altaris, postquam unctum est illud.

89. Cæterum quando ingressus est Moses in tentorium Conventus, ut loqueretur *(Jehovah)* [c] cum ipso, audivit vocem. a) Exod. 25,22. loquentem ad ipsum, desuper propitiatorio, quod super Arca testimonii *(erat,)* abinter Cherubim. Ita *(nimirum)* locutus est ad ipsum.

CAP. IIX.

Præcipitur Aharoni I. Candelabri in Tentorio Conventus cura, & lucernarum accensio, à v. 1. II. Levitarum purificatio ad ministerium obeundum, à v. 5. Quibus III. Officium officiq; tempus præscribitur, à v. 23.

PRæterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo :

2. Loquere ad Aharonem, & dic ad eum ; cum ascendere feceris lucernas è regione candelabri : lucebunt septem lucernæ, *(heb. XXV. 37.*

3. Fecit itaque sic Aharon : è regione *(anim)* candelabri ascendere fecit lucernas ejus, quemadmodum præcepit JEHOVAH Mosi.

4. Hæc autem fuit fabrica candelabri ; continens *(erat)* ex auro ; usque ad femur ejus, *(&)* usque ad florem ejus continens illud ; juxta formam, quam monstravit JEHOVAH Mosi, sic fecit candelabrum.

5. Præterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo :

6. Sume Levitas è medio filiorum Jisraëlis, & purifica eos.

7. Sic autem facies illis, ut purifices illos ; Asperge super eos aquas expiationis ; tum transire facient novaculam super universam carnem suam ; lavabuntque vestes suas, & puri erunt.

8. Deinde accipient Juvencum, filium bovis, & Mincham ejus, similaginem mixtam oleo ; juvencum etiam secundum, filium bovis, accipies in Peccatum *(sacrificium pro peccato.)*

9. Tum adduces Levitas ante tentorium Conventus, congregabisque universam concionem filiorum Jisraëlis :

10. Mox adduces *(etiam)* Levitas ante JEHOVAM, ut imponant filii Jisraëlis manus suas super Levitas.

11. Agitabit verò Aharon Levitas agitationem coram JEHOVAH a cum filiis Jisraëlis, ut sint ad ministrandum ministerium JEHOVÆ.

12. Levitæ verò imponant manus suas super caput Juvencorum : tunc facies unum Peccatum *(sacrificium pro peccato,)* alterum verò holocaustum JEHOVÆ, ad expiandum Levitas.

13. Tandem statues Levitas ante Aharonem, & ante filios ejus, agitabisque eos agitationem JEHOVÆ.

14. Ita separabis Levitas e medio filiorum Jisraëlis, ut sint mihi Levitæ.

15. Posteaque venient Levitæ ad ministrandum tentorio Conventus. Purificabis, inquam, eos, & agitabis eos agitationem :

16. Quia [a] dati omnes illi *(sunt)* mihi a) Num. 3, 12. ex filiis Jisraëlis ; loco *(enim)* aperturæ uteri primogenitorum omnium de filiis Jisraëlis sumsi eos mihi.

17. Quia meum est omne [b] primogenitum inter filios Jisraëlis, quoad homi- b) Exod. 13,12. nem, & quoad bestiam : *(siquidem)* in die, quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificavi ea mihi : 22,30. 34,19. Num. 3, 13.

18. Accepi verò Levitas loco omnis primogeniti in filiis Jisraëlis. Ex. 44, 30.

19. Dedique Levitas datos Aharoni & filiis ejus, è medio filiorum Jisraëlis, ad præstandum ministerium filiorum Jisraëlis in tentorio Conventus, & ad expiandum filios Jisraëlis, ne sit in filiis Jisraëlis plaga, si accedant filii Jisraëlis ad sanctum. Luc. 2, 28.

20. Fecit itaque Moses & Aharon, & universa concio filiorum Jisraëlis Levitis *(ita:)* juxta omne, quod præcepit JEHOVAH Mosi, super Levitis ; sic fecerunt illis filii Jisraëlis.

21. Cum ergo *(ita)* purificati essent Levitæ, laverunt vestes suas : Aharon autem agitavit eos agitationem coram JEHOVAH

HOVAH, expiavitque eos ad purificandum eos *(plenè.)*

22. Post verò venerunt Levitæ ad faciendum opus suum in tentorio Conventus coram Aharone, & coram filiis ejus : quemadmodum præcepit JEHOVAH Mosi super Levitis ; sic fecerunt illis.

23. Insuper locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo :

24. Hoc *(est,)* quod Levitarum *(erit)* officium à filio quinque & viginti annorum veniet *(quisq;)* ad militandum militiam in ministerio tentorii Conventus :

25. Sed à filio quinquaginta annorum recedet à militia ministerii, nec ministrabit amplius.

26. Ministrabit quidem in tentorio Conventus cum fratribus suis custodiendo custodiam, at opus non faciet. Sic facies Levitis in custodia eorum.

CAP. IX.

Celebratur hoc capite I. Pascha ordinarium & annuum in deserto Sinaj, à v. 1. II. Pascha secundi mensis pro immundis mensi primi instituitur, à v. 6. III. Quomodo Nubes, in quâ Jehovah habitavit, obtexerit habitaculum, superq; eo manserit, aut profecta viam populo monstraverit, prout versaq;, à v. 15.

PRæterea locutus est JEHOVAH ad Mosen in deserto Sinaj, in anno secundo, ex quo exiverant ex terra Ægypti, in mense primo, dicendo :

a) Exod. 12,18. Lev. 23, 5. Numer. 28,17. Deut. 16, 1. 2. Facient, inquam, [a] filii Jisraël Pascha in statо tempore suo.

3. (*Nempe*) in quarto decimo die in mense hoc inter vesperas facietis illud in statо tempore ejus : juxta omnia statuta ejus, & juxta omnia judicia ejus facietis illud.

4. Locutus itaque est Moses ad filios Jisraëlis, ut facerent Pascha.

5. Quare fecerunt Pascha in primo *(mense)* in quarto decimo die mensis inter vesperas in deserto Sinaj ; juxta omne, quod præcepit JEHOVAH Mosi ; sic fecerunt filii Jisraëlis.

6. Factum autem est, *(ut essent)* viri, qui immundi ob animam hominis, nec possent facere Pascha in die isto : ideò accesserunt ante Mosen, & ante Aharonem in die isto ;

7. Dixeruntque viri hi ad eum ; nos immundi *(sumus)* ob animam hominis : quare privabimur, ut non offeramus munus JEHOVÆ in statо tempore ejus, in medio filiorum Jisraëlis ?

8. Quibus dixit Moses : state, ut audiam, quid præceptum sit JEHOVAH vobis.

9. Locutus itaque est JEHOVAH ad Mosen, dicendo :

10. Loquere ad filios Jisraëlis, dicendo : Quum vir quis fuerit immundus ob animam, aut in via longinqua, vobis aut generationibus vestris ; faciet *(tamen)* Pascha JEHOVÆ :

11. (*Sed*) in mense secundo, in quarto decimo die inter vesperas facient illud : cum azymis & amaritudinibus comedent illud.

12. Non relinquent de illo usque ad auroram ; aut [b] os non frangent in eo : b) Exod. 12, 46. Joh. 19, 36. juxta omne statutum Pascha facient illud.

13. Quod verò ad virum, qui mundus, & in via non fuerit, omiserit tamen facere Pascha : excinderetur anima hæc è populis ejus : quia munus JEHOVÆ non obtulit in tempore ejus ; *(ideò)* peccatum suum portabit vir iste.

14. Quin quando *(etiam)* peregrinatus fuerit vobiscum peregrinus, faciet *(tamen)* Pascha JEHOVÆ : juxta statutum Paschæ, & juxta judicia ejus, sic faciet : statutum *(enim)* unum erit vobis ; tam peregrino, quàm indigenæ terræ.

15. In die porrò, quo erectum est habitaculum, obtexit [c] nubes habitaculum, c) Ex 40,34 quoad tentorium testimonii, & in vespera fuit super habitaculo sicut species ignis, usque ad auroram.

16. Sic fuit *(deinceps)* jugiter, ut nubes obtegeret illud, at species ignis *(esset)* noctu.

17. Et cum elevavit se nubes desuper tentorio, postea profecti sunt filii Jisraëlis ; in loco verò, ubi habitavit nubes, ibi castra metati sunt filii Jisraëlis.

18. (*Sic*) juxta os JEHOVÆ profecti

sunt filii Israëlis; & juxta os JEHOVÆ castra metati sunt; omnibus diebus (*autem,*) quibus habitavit [d] nubes super habitaculo, castra tenuerunt.

d) 1. Cor. 10, 1.

19. Quando etiam morata est nubes super habitaculo multis diebus, observarunt filii Israëlis custodiam JEHOVÆ, nec profecti sunt.

20. Factum iterum est, ut esset nubes diebus (*tantum*) aliquot super habitaculo: (*tùm*) juxta os JEHOVÆ castra (*tamdiu quidem*) tenuerunt, sed juxta os JEHOVÆ (*mox*) profecti sunt.

21. Factum (*verò*) etiam est, ut nubes tantum esset à vespere usque ad manè: cumprimum tamen sublata est nubes manè, profecti etiam sunt; sive (*ergò*) interdiu sive noctu, quando sublata est nubes, profecti sunt.

22. Sive duobus diebus, sive per mensem, sive per annum; quamdiu morata est nubes super habitaculo, ad habitandum super eo, castra metati sunt filii Israëlis, nec profecti sunt; & quando sublata est, profecti sunt.

23. (*Atq; ita*) juxta os JEHOVÆ castra metati sunt, & juxta os JEHOVÆ profecti sunt; custodiam (*enim*) JEHOVÆ observarunt, juxta os JEHOVÆ per manum Mosis.

CAP. X.

In hoc capite I. Duæ Tubæ, diversusq; earum clangor præcipiuntur, & Sacerdotibus committuntur, pro tempore belli & festorum. à v. 1. II. Populus Israëliticus à deserto Sinaj usq; in Paran, elegantí ordine proficiscitur. à v. 11. III. Mosi Chobabo iter in terram Canaan, & ductum in via persuadet. à v. 29. IV. Nubes proficiscitur & quiescit ad verba & preces Mosis. à v. 33.

PRæterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

2. Fac tibi duas tubas argenti; opus continens facies illas; ut sint tibi pro convocatione concionis, & pro profectione castrorum.

3. Quando clangent (*ambabus*) illis, congregabuntur ad te universa concio ad ostium tentorii Conventus.

4. Quando verò unâ (*tantum*) clangent, congregabuntur ad te (*soli*) principes, capita millium Israëlis.

5. Quod si clangetis conclamatione (*semel:*) proficiscentur castra, metantium (*scil.*) versus ortum.

6. Si clangetis conclamatione secundùm; proficiscentur castra, metantium (*scil.*) versus meridiem (*&c.*) (*Nam*) conclamatione clangetis ad profectiones vestras.

7. Quando (*verò*) congregaveritis congregationem; clangetis (*quidem,*) sed non conclamabitis.

8. Filii autem Aharonis, Sacerdotes, clangent tubis. Erunt itaque vobis in statutum æternitatis in generationes vestras.

9. Quando enim veneritis in bellum in terra vestra contra hostem infestantem vos, & conclamabitis: tum in memoriam venietis coram JEHOVAH, DEO vestro, & servabimini ab hostibus vestris.

10. Sic in die gaudii vestri, & in festis statis vestris, & in novilunijs vestris, clangetis tubis super holocaustis vestris, & super sacrificiis pacificorum vestrorum, ut sint vobis in memoriale coram DEO vestro: Ego (*enim sum*) JEHOVAH DEUS vester.

11. Factum itaque est in anno secundo, in vigesimo (*die*) mensis, sublata est nubes desuper habitaculo testimonii:

12. Profecti ergò sunt filii Israëlis juxta profectiones suas, è deserto Sinaj: habitavitque nubes in deserto Paran.

13. Profecti autem sunt primò, juxta os JEHOVÆ per manum Mosis:

14. Profectum, inquam, est vexillum castrorum filiorum [a] Judæ, primò, juxta exercitus suos: super verò exercitu ejus (*toto*) Nachschon (*erat*) filius Amminadabi;

a) Num. 2. 7.

15. At super exercitu tribus filiorum Issacharis, Nethaneel filius Zuaris.

16. Et super exercitu tribus filiorum Sebulunis, Eliabus, filius Chelonis.

17 Deinde depositum est habitaculum, profectique sunt filii Gerschonis, & filii Merari, portantes habitaculum.

18. Postea profectum est vexillum castrorum Rubenis, juxta exercitus suos: super

per cujus exercitu (*erat*) Elizur filius Schedeuris:

19. Super verò exercitu tribus filiorum Schimeonis, Schelumiel, filius Zuri-Schaddaji.

20. Et super exercitu tribus filiorum Gadis, Eljasaphus, filius Dëuelis.

21. Tum profecti sunt Kehathitæ, portantes sanctuarium: ut erigerent habitaculum, usque dum hi venirent.

22. Dein profectum est vexillum castrorum Ephrajimi, juxta exercitus ejus: super cujus exercitu (*erat*) Elischama filius Ammihudis.

23. Super exercitu autem tribus filiorum Menascheh, Gamliel, filius Pedah-Zuris.

24. Et super exercitu tribus filiorum Binjaminis, Abidan, filius Gideonii.

25. Tandem profectum est vexillum castrorum filiorum Danis, claudens universa castra, juxta exercitus eorum: super cujus exercitu Achieser, filius Ammi-Schaddaji:

26. At super exercitu tribus filiorum Ascheris, Pagiel filius Ochranis.

27. Et super exercitu tribus filiorum Naphthali, Achira, filius Enanis.

28. Hæ sunt profectiones filiorum Israëlis juxta exercitus eorum: ita profecti sunt.

29. Cæterum dixit Moses Chobabo, filio Rëuelis, Midjanitæ, affinis Mosis: Proficiscentes (*sumus*) nos ad locum, quo de JEHOVAH dixit; hunc dabo vobis: Ito (*ergò*) nobiscum; benefaciemus (*enim*) tibi: quia JEHOVAH locutus est bonum super Israële.

30. Qui dixit ad illum; Non ibo: sed ad terram meam, & ad generationem meam ibo.

31. Dixit tamen (*Moses;*) ne, quæso relinque nos: quia novisti, quomodo castra metandum nobis in deserto; unde eris nobis pro oculis.

32. Fiet utique: quando iveris nobiscum, fietque bonum illud, quo benefaciet JEHOVAH nobis; benefaciemus etiam tibi.

33. Profecti itaque sunt à monte JEHOVÆ itinere trium dierum: Arca autem fœderis JEHOVÆ proficiscens (*erat*) coram illis itinere (*isto*) trium dierum, ad investigandum illis requiem.

34. Nubes verò JEHOVÆ (*erat*) super illis interdiu, quum proficiscebantur è castris.

35. Cæterum, quando proficiscebatur Arca, dixit Moses; [b] surge, JEHOVAH, ut dispergantur inimici tui, & fugiant oderes tui coram facie tua.

b) 1. Par. 16, 41 Psal. 68, 2. 132, 8.

36. Quando autem quiescebat illa, dixit; Redi, JEHOVAH, (*qui es*) myriades millium Israëlis.

CAP. XI.

Populus I. queribundus ab igne Jehova accenditur in Taberna. à v. 1. Iterùm tamen carnem appetens II. saturatur coturnicibus mirabiliter; sed usq; ad nauseam, & plagam magnam à v. 18. III. Mosi apud Jehovam conqueritur de nimio suo ob populum onere. à v. 11. Cui propterea IV. Adiunguntur ad regendum populum Seniores septuaginta. à v. 24.

IBi factus est populus sicut queribundi, malus in auribus JEHOVÆ: cumque audivit JEHOVAH, exarsit ira ejus, accensusque est ignis JEHOVÆ, comeditque extremitatem castrorum.

2 Ideò clamavit populus ad Mosen; Moses autem precatus est JEHOVAM; unde extinctus est ignis.

3. Quare vocavit nomen loci illius, Taberna, (*h. e. incendium:*) quia accensus est in eos ignis JEHOVÆ.

4. Postea colluvies, quæ in medio ejus (*populi*) concupiverunt concupiscentiam; unde iterarunt & fleverunt etiam filii Israëlis, dixeruntque; quis [a] cibabit nos carne?

a) 1. Cor. 10, 9.

5. Recordamur piscis, quem comedimus in Ægypto gratis; & cucumerum, & cucurbitarum, & porri, & ceparum, & alliorum.

6. Nunc autem anima nostra arida (*est, eò quòd*) non (*est*) illi (*quicquam tale;*) nisi quod ad Man oculi nostri (*respiciunt.*)

7. Man autem (*erat*) sicut semen coriandri; & species ejus sicut species bdellii.

b) Exod. 16. 31. Ps. 78, 6. Job. 28. Sap. 16, 20.

8. Discurrerunt (*ergò*) populus, & collegerunt,

gerunt, moluerunt que molis, aut contuderunt in mortario, coxeruntque in cacabo, & fecerunt ex eo placentas: ſapor verò ejus (*erat*) ſicut ſapor ſuccini olei.

9. Quando autem deſcendit ros, ſuper caſtra noctu, deſcendit Man ſuper eo.

10. Cum itaque audivit Moſes populum plorantem per familias ejus, virum (*quemq;*) ad oſtium tentorii ſui: exarſit ira JEHOVÆ valdè, & in oculis (*quoq;*) Moſis malum (*fuit.*)

11. Quare dixit Moſes ad JEHOVAM; Cur adeò feciſti malè ſervo tuo? cur non inveni gratiam in oculis tuis? ut poneres onus totius populi hujus ſuper me.

12. Num ego concepi omnem populum hunc? num ego peperi illum? quod dicis ad me; Porta eum in ſinu tuo: ſicut portat nutrix lactentem, ſuper terram, quam juraſti Patribus ejus.

13. Unde mihi caro, ad dandum toti populo huic? quia plorant contra me, dicendo: da nobis carnem, ut comedamus.

14. Non poſſum ego ſolus portare omnem populum hunc; quia multus præ me (*eſt.*)

15. Si ergo ita tu faciens (*es*) mihi, occide me, quæſo, occidendo, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ut non videam malum meum.

16. Ideò dixit JEHOVAH ad Moſen; congrega mihi ſeptuaginta viros de Senioribus Iſraëlis, quos noviſti, quòd illi (*ſint*) Seniores populi, & rectores ejus; quos ſumes ad tentorium Conventus, ut ſtent ibi tecum.

17. Deſcendam enim, & loquar tecum ibi; ſumamque de ſpiritu tuo, qui ſuper
a) Exod. 18,22,26. te, & ponam ſuper illos: ut portent [c] tecum onus populi, & non portes tu ſolus.

18. Ad populum autem dices; ſanctificate vos in craſtinum, ut comedatis carnem: fleviſtis enim in auribus JEHOVÆ, dicendo; quis cibabit nos carne? quia melius nobis in Ægypto. Dabit itaque JEHOVAH vobis carnem, ut comedatis:

19. Non die uno comedetis, neque duobus diebus, neque quinque diebus, neque decem diebus, neque viginti diebus:

20. (*Sed*) ad menſem uſque dierum: (*ſcilicet*) uſque dum exibit è naſo veſtro, & fuerit vobis faſtidio: propterea quod nauſeaviſtis JEHOVAM, qui in medio veſtri, dum fleviſtis coram eo, dicendo; Quare eximus ex Ægypto?

21. Dixit verò Moſes: ſexcenta millia pedum (*eſt*) populus, in cujus medio ego; tu tamen dicis; carnem dabo illis, ut comedant menſem dierum.

22. Num [d] greges & armenta mactabuntur illis, ut ſufficiant ipſis? num d) Ioh. 6,7.
omnes piſces maris congregabuntur, ut ſufficiant illis?

23. Verum dixit JEHOVAH ad Moſen; num [e] manus JEHOVÆ brevior eſt? e) Eſa. 59,1.
Mox videbis, num eventurum tibi ſit verbum meum; nec ne?

24. Exivit itaque Moſes, & locutus eſt ad populum verba JEHOVÆ. Deinde collegit ſeptuaginta viros de Senioribus populi, conſtituitque eos circa tentorium.

25. Tum deſcendit JEHOVAH in nube, & locutus eſt ad eum: ſumſitque de ſpiritu, qui ſuper eo, ac dedit ſuper ſeptuaginta viros, Seniores: ideò factum eſt, quando quievit ſuper illis ſpiritus, prophetarunt; non tamen addiderunt.

26. Relicti quidem ſunt duo viri in caſtris; nomen unius, Eldad, nomenque ſecundi, Medad: nihilominus quievit ſuper eis ſpiritus, eò quod illi ex deſcriptis, licet non exiviſſent ad tentorium; unde prophetarunt in caſtris.

27. Tum cucurrit puer, annunciavitque Moſi, dixitque; Eldad & Medad prophetantes (*ſunt*) in caſtris.

28. Reſpondit ergò Jehoſchua, filius Nun, miniſter Moſis, de electis ejus, ac dixit; Domine mi, Moſe, prohibe eis.

29. Sed dixit illi Moſes: num æmulans tu (*es*) pro me? At quis dabit, (*ut ſint*) omnis populus JEHOVÆ prophetæ: dum det JEHOVAH ſpiritum ſuper eos.

30. Cumprimum verò congregatus eſt Moſes ad caſtra, ipſe & Seniores Iſraëlis:

31. Ventus profectus eſt à cum JEHOVAH, & abripuit [f] coturnices à mari, f) Exod. 16,13.
demiſitque ſuper caſtra, inſtar itineris diei hinc, & inſtar itineris diei illinc, circa ca- Iſ. 78,28.

ſtra, & inſtar duarum ulnarum ſuper facies terræ.

32. Surrexit itaque populus, tota die iſta; item tota nocte, totoque die craſtino, ac collegerunt coturnicem, qui minimum, collegit decem Chomeros, quas expanderunt ſibi expandendo circa caſtra.

a) Pſ. 78, 32. 33. (*Verum*) [g] caro adhuc inter dentes eorum (*erat,*) antequam deglutiretur; cum ira JEHOVÆ exarſit in populum; percuſſitque JEHOVAH in populo plagam magnam valdè.

34. (*Unde*) vocavit nomen loci illius, ſepulchra concupiſcentiæ: quia ibi ſepeliverunt populum, (*ſcil.*) concupiſcentes.

35. A ſepulchris Concupiſcentiæ profecti ſunt (*poſteà*) in Chazeroth. Dum fuerunt in Chazeroth:

CAP. XII.

Mirjam I. & Aharon contra Moſen murmurant, ob uxorem Moſis Æthiopiſſam. à v. 1. Sed II. à Jehovah apparente redarguuntur. à v. 4. Et III. Mirjam etiam ſeptiduana lepra percutitur. à v. 10. Poſtea IV. Populus à Chazeroth proficiſcitur. v. ult.

LOcuta eſt Mirjam & Aharon contra Moſen, ob cauſas uxoris (*ejus*) Æthiopicæ, quam acceperat: nam uxorem Æthiopicam acceperat.

2. Dixerunt autem; Num tantummodò per Moſen locutus eſt JEHOVAH? Annon etiam per nos locutus eſt? Quod audivit JEHOVAH.

3. (*Erat*) autem Vir hic Moſes manſuetus valdè præ omni homine, qui ſuper faciebus terræ.

4. Ideò dixit JEHOVAH ſubitò ad Moſen, & ad Aharonem, & ad Mirjam; Exite tres vos ad tentorium Conventus: exiverunt vero tres illi.

5. Tum deſcendit JEHOVAH in columna nubis, ſteritque ad oſtium tentorii, ac vocavit Aharonem & Mirjam. Qui cum exiverunt ambo:

6. Dixit (*Jehovah:*) audite, agite, verba mea; ſi fuerit Prophetа vobis, (Ego) JEHOVAH in viſione illi notus fiam, (*&*) in ſomnio loquar per eum.

7. Non ſic ſervus meus Moſes: in totâ (*enim*) [a] domo mea fidelis ille. a) Hebr. 3, 12.

8. Ore ad os loquor cum eo; & viſione, non per ænigmata, adeò ut ſpeciem JEHOVÆ conſpiciat: quare ergò non timuiſtis loqui contra ſervum meum, contra Moſen?

9. Exarſit itaque ira JEHOVAH in eos, & perrexit;

10. Adeò ut nubes receſſerit deſuper tentorio: cum, ecce, Mirjam leproſa (*facta eſt*) ſicut nix. Reſpexit verò Aharon ad Mirjam; cum, ecce, leproſa (*erat.*)

11. Quare dixit Aharon ad Moſen; Per me, Domine mi, ne, quæſo, ponas ſuper nos peccatum; quia ſtultè egimus, & quia peccavimus?

12. Ne, quæſo, ſit (*illa*) ſicut mortuus: cujus, quum exit ex utero matris ſuæ, dimidium conſectum eſt.

13. Clamavit ergò Moſes ad JEHOVAM, dicendo; Quæſo, ſana quæſo, illam.

14. Sed dixit JEHOVAH ad Moſen; ſi vel pater ejus expuendo expuiſſet (*tantùm*) in facies ejus, nonne pudere eam deberet ſeptem dies? Claudatur (*ergò*) ſeptem dies extra caſtra, ut poſtea recipiatur.

15. Quare clauſa eſt Mirjam extra caſtra ſeptem dies: populus autem non profectus eſt, donec recepta eſt Mirjam.

16. Poſteà verò profecti ſunt populus à Chazeroth, & caſtrametati ſunt in deſerto Paran.

CAP. XIII.

Moſes I. è Chazeroth emittit duodecim principes ad explorandum terram (anaanit. à v. 1. Qui II. explorantes accuratè optimam inveniunt, & fructus ejus ſicum referunt à v. 21. Nihilominus III. reverſi apud populum eam diffamant. à v. 25. Contradicentibus licet Joſua & Kaleb. v. 30.

UBI locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Mitte tibi [a] viros, qui ex- a) Deut. 1, 22.
plorent terram Canaan, quam Ego (*ſum*) dans filiis Iſraëlis; viros ſingulos in tribum patrum eorum mitteris, (*qui*) omnes principes inter eos

3. Miſit itaque eos Moſes è deſerto

Paran, juxta os JEHOVÆ: qui omnes viri (*erant*) capita filiorum Jisraëlis.

4. Hæc autem sunt nomina eorum: Tribui Rubenis, Schammua filius Saccur:

5. Tribui Schimeonis, Schaphat, filius Chorii.

6. Tribui Judæ, Kaleb, filius Jephunneh.

7. Tribui Jissacharis, Jigal, filius Josephi.

8. Tribui Ephrajimi, Hoschea, filius Nunis.

9. Tribui Binjaminis, Palti, filius Raphu.

10. Tribui Sebulunis, Gaddiel, filius Sodii.

11. Tribui Josephi, (*h.e.*) Tribui Menaschech, Gaddi, filius Susii.

12. Tribui Danis, Ammiel, filius Gemallii.

13. Tribui Ascheris, Sethur, filius Michaelis.

14. Tribui Naphthali, Nachbi, filius Vaphsii.

15. Tribui Gadis, Geuel, filius Machii.

16. Hæc sunt nomina virorum, quos misit Moses ad explorandum terram. Vocavit autem Moses Hoscheam, filium Nunis, Jehoschua.

17. Misit, inquam, eos Moses, ad explorandum terram Canaanis, dixitque ad eos: ascendite hîc in meridiem; deinde ascendite in montem.

18. Videte autem terram, qualis illa; & populum habitantem super ea, num fortis ille; an remissus; num exiguus, an multus.

19. Qualis, inquam, terræ, in quæ ille habitat, bonane illa, an mala; & quales urbes, in quibus ille habitat, num in castris, an in munimentis

20. Qualis porrò terra: pinguisne illa, an macilenta; num in ea (*sint*) ligna nec ne? Fortes modo estote, & sumite de fructu terræ. Erant (*enim*) dies illi, dies primitiarum uvarum.

21. Ascenderunt itaque, & explorarunt terram a deserto Zinis, usque ad Rechobam, ubi venitur in Chamatham.

22 Ascenderunt ninirum in meridiem, & venerunt in Chebronem, ubi Achiman, Scheschajus, & Thalmajus, filii Enaki. Chebron autem septem annis condita est ante Zoanem Ægypti. *Josi XV: 13 seqq.*

23. In fe venerunt ad fluvium Eschkolem, absciderunteque inde palmitem & botrum uvarum unum, quem portarunt in vecte per duos, ac de Malogranatis, & de ficubus.

24. Locum hunc vocarunt [b] fluvium Eschkol (*h.e. botri*) ob cautas botri, quem absciderunt inde filii Jisraëlis. b) *Deut. 1, 24.*

25. Cum autem redierunt ab explorando terram, à fine quadraginta dierum:

26. Abierunt veneruntque ad Mosen, & ad Aharonem, adque universam concionem filiorum Jisraëlis, in desertum Paran usque Kadeschem; ac retulerunt illis verbum, & universæ concioni, ostenderuntque illis fructum terræ.

27. Recensuerunt autem illi, dixeruntque; Venimus in terram, quò misisti nos; utique fluens lacte & melle illa (*est*,) hicque fructus ejus.

28. Nisi quod fortis populus habitans in terrâ, & urbes munitæ, magnæ valdè; etiamque natos Enaki vidimus ibi.

29. Amalekus habitat in meridie; Chitthæus autem & Jebusæus, & Emoræus, habitans (*est*) in monte: Cananæus vero juxta mare, & juxta regionem Jordanis:

30. Tacere tamen fecit Kalebus populum erga Mosen, dixitque; Ascendendo ascendemus, & possidebimus eam; nam prævalendo prævalebimus illi.

31. Sed viri, qui ascenderant cum illo, dixerunt; Non poterimus ascendere ad populum, quia fortis ille præ nobis.

32. Quin divulgarunt infamiam terræ, quam explorarunt, apud filios Jisraëlis, dicendo; Terra, per quam transivimus, ad explorandum eam, (*est*) terra comedens habitatores suos: omnis (*etiam*) populus, quem vidimus in medio ejus, (*sunt*) viri mensurarum.

33. Ibi enim vidimus Nephilim, filios Enaki, de Nephilim (*antiquis:*) fuimusque in oculis nostris sicut cicadæ, sicque fuimus in oculis eorum.

CAP.

CAP. XIV.

Populus I. Israëlitarum ob diffamatam terram flet & murmurat. à v. 1. Iosuam II. & Kalebum dehortantes & consolantes lapidare vult, à v. 6. Quare III. Jehovah eum dele visset, nisi à Mose placatus esset. à v. 10. Placatus nihilominus IV. panem quadraginta annorum in deserto sendicat. à v. 20. Et V. Diffamatores extinguit. à v. 36. Nec VI. lugentem populum, & temerè ascendentem exaudit. à v. 39

a) *Deut. 1, 27. Ps. 106, 25.* Sustulit [a] ergò omnis concio, & edidit vocem suam: fleveruntque populus nocte ista.

2. Mox murmurarunt contra Mosen & Aharonem omnes filii Jisraëlis: dixeruntque ad eos universa concio; Utinam mortui essemus in terra Ægypti? aut in deserto hoc utinam mortui essemus.

3. Quare enim JEHOVAH adducens (*est*) nos in terram hanc, ut cadamus gladio? uxores nostræ & infantes nostri erunt in prædam. Nonne melius nobis reverti in Ægyptum?

4. Quin dixerunt vir ad fratrem suum; Demus caput, & reverramur in Ægyptum.

5. Quare cecidit Moses, & Aharon super facies suas, coram tota congregatione concionis filiorum Jisraëlis.

b) *Sup. 46, 9. c. Macc. 8, 56.* 6. Jehoschua autem, filius Nunis, & [b] Kalebus, filius Jephunneh, de explorantibus terram, discinderunt vestes suas:

7. Dixeruntque ad universam concionem filiorum Jisraëlis, dicendo: Terra, per quam transivimus, ad explorandum eam, bona *est* terra valdè admodum.

8. Si beneplacuerit in nobis JEHOVÆ, introducet nos in terram hanc, dabitque eam nobis; terram, quæ (*est*) fluens lacte & melle.

9. Modò contra JEHOVAM ne rebellate; neque timete vos populum terræ; quia (*sicut*) panis noster illi (*erunt:*) recessit (*enim*) umbra eorum desuper illis; & JEHOVAH nobiscum (*est,*) ne (*itaque*) timete eos.

10. Sed dixerunt omnis concio lapidandos eos lapidibus: tum verò gloria JEHOVÆ apparuit in tentorio Conventus coram omnibus filiis Jisraëlis;

11. Dixitque JEHOVAH ad Mosen; Quo usque irritabunt me populus hic; & quousque non credent in me, ob omnia signa, quæ feci in medio ejus?

12. (*Ideò*) percutiam eum peste, & extinguam eum: faciam autem te in gentem magnam & validam præ illo.

13. Sed dixit Moses ad JEHOVAM; [c] Audient ergò Ægyptii, [nam ascendere fecisti per virtutem tuam populum hunc è medio ejus:] c) *Ex 32, 12. Ps. 106, 23.*

14. Dicentque ad habitatores terræ hujus, (*qui*) audiverunt (*tamen,*) quod tu JEHOVAH (*sis*) in medio populi hujus, ita ut ad oculum apparueris tu JEHOVAH, & [d] nubes tua steterit super illis, atque in columna nubis tu eas coram iis interdiu, & in columna ignis noctu: d) *Exod 13, 21.* NB

15. Occideris autem populum hunc usque ad virum unum: dicent, inquam, gentes, quæ audiverunt famam tuam, dicendo:

16. Propter [e] impotentiam JEHOVÆ introducendi populum hunc in terram, quam juraverat illis, occidit eos in deserto. e) *Deut. 9, 28.*

17. Quare magna fiat, quæso, virtus Adonaj; quemadmodum locutus es, dicendo: NB

18. JEHOVAH, [f] tardus ad iras, & magnus misericordia, remittens iniquitatem & prævaricationem; qui tamen (*nocentem*) reddendo non reddet innocentem, (*sed tandem*) visitans iniquitatem patrum super filios, super tertianos, & super quartanos: f) *Exod. 34, 6. 7. Ps 103, 8.*

19. Propitius esto, quæso, iniquitati populi hujus juxta magnitudinem misericordiæ tuæ; & quemadmodum remisisti populo huic, ex Ægypto hucusque. NB

20. Cui dixit JEHOVAH; propitius ero, juxta verbum tuum.

21. Attamen; Vivus Ego, & implebitur gloria JEHOVÆ universa terra.

22. Nam quantum ad omnes viros, qui viderunt gloriam meam, & signa mea, quæ feci in Ægypto, & in deserto: tentaverunt tamen me his decem vicibus, nec obediverunt Voci meæ: NB.

g) Num. 26, 65. Deut. 1, 34. Pſ. 95, 10.
23. (*Juro*) [g] ſi videbunt terram, quam juravi patribus eorum: omnes, inquam, irritantes me non videbunt eam.

h) Ioſ. 14, 9.
24. Sed quantum ad ſervum meum [h] Kalebum; propterea quod fuit Spiritus alius cum ipſo, & implevit (*ire*) poſt me: introducam eum in terram, quò venit, & ſemen ſuum hæreditare faciet eam.

25. [Cæterum Amalekita & Cananæa habitans (*erat*) in valle.] Cras reſpicite, & proficiſcimini in deſertum, via maris Suph.

26. Inſuper locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, & ad Aharonem, dicendo:

i) Deut. 1, 27. Pſ. 106, 25.
27. [i] Quouſque (*tacuerim*) concioni malæ huic? qui ipſi murmurantes (*ſunt*) contra Me: murmurationes (*enim*) filiorum Iſraëlis, quibus murmurant contra Me, audivi.

28. (*Ideò*) dic ad eos; Vivus Ego, dictum JEHOVÆ; ſi non, ſicut locuti eſtis in auribus meis, ita fecero vobis:

29. (*Nimirum*) in deſerto hoc concident corpora veſtra; omnes quidem recenſiti veſtri, quoad omnem numerum veſtrum, à filio viginti annorum, & ſuprà, qui murmuraſtis contra me (*concidetis.*)

30. Si, inquam, vos intraveritis in terram, ſuper qua ſuſtuli manum meam, quod habitare facturus ſim vos in eâ: niſi k) Num. 32, 12. [k] Kalebus, filius Jephunneh, & Jehoſchua, filius Nunis.

31. Infantes autem veſtros (*quod attinet*) de quibus dixiſtis; In prædam erit (*omnis:*) introducam eos, & agnoſcent terram, quam vos ſpreviſtis.

32. Corpora ergò veſtra ipſa concident in deſerto hoc.

33. Filii verò veſtri erunt paſcentes in deſerto quadraginta annos; portabuntque i) Pſ. 95, 10. 11. Ez. 4, 6. Hebr. 3, 17. [l] ſcortationes veſtras, uſque dum conſumantur corpora veſtra in deſerto.

34. Juxta numerum dierum, quibus exploraſtis terram, quadraginta (*ſcilicet*) dierum: (*ut ſint*) dies ſinguli pro anno; portabitis iniquitates veſtras quadraginta annis, ut cognoſcatis abruptionem mei.

35. Ego JEHOVAH locutus ſum; ſi non fecero hoc univerſæ concioni malæ huic, qui congregati ſunt contra me: in deſerto (*enim*) hoc conſumentur, & ibi morientur.

36. Verum quod ad viros, quos miſit Moſes ad explorandum terram, reverſique ſunt, & murmurare fecerunt contra illum univerſam concionem, divulgando infamiam ſuper terram,

37. [m] Mortui ſunt viri divulgatores infamiæ terræ malæ, per plagam coram JEHOVAH. m) 1. Corinth. 10.

38. Tantum [n] Jehoſchua, filius Nunis, & Kalebus, filius Jephunneh, vivi manſerunt de viris iſtis, qui abiverant ad explorandum terram. Hebr. 5, 17. Jud. v. 5. n) Sir. 46, 10.

39. Locutus itaque eſt Moſes verba hæc ad omnes filios Iſraëlis: ideò [o] luxerunt populus valdè. o) Deut. 1, 41.

40. Surrexerunt ergò ſub auroram, aſcenderuntque ad caput montis, dicendo: Ecce nos; aſcendemus (*enim*) ad locum, de quo locutus eſt JEHOVAH: quia peccavimus.

41. Sed dixit Moſes; Quare nam (*eſtis*) tranſgredientes os JEHOVÆ Atqui hoc non felix erit.

42. Ne (*itaq;*) aſcendite, quia non eſt JEHOVAH in medio veſtri: ut non percutiamini coram hoſtibus veſtris

43. Nam Amalekita & Cananæa ibi (*ſunt*) coram vobis, cadetiſque ferro; propterea quod averſi eſtis à poſt JEHOVAM: unde non erit JEHOVAH vobiſcum.

44. Nihilominus erexerunt ſe aſcendendo ad caput montis: ſed arca fœderis JEHOVÆ & Moſes non moverunt ſe è medio caſtrorum.

45. Quare deſcendit Amalekita & Cananæa, habitans in monte iſto, percuſſoruntque eos, & contuderunt eos uſque ad Chormam.

CAP. XV.

Leges I. præſcribuntur (1.) de Minchah ſimilagine, cum oleo miſcendo, & libamine vini, in ſingulis ſacrificiis, offerendâ. à v. 1. (2.) de primitiis, maſſarum placenta. à v. 17. (3.) de peccantium cenſu. præcepta Iehova per errorem expiatione. v. 22. tum totius concionis, tum ſingularum animarum. à v. 24. (4.) de malitioſi peccatoris pœna. v. 30. 31. II. colligens ligni in Sabbatho lapidatur. à v. 32.

Quâ

Quâ III. occaſione penicillamentum veſtium præcipitur. à v. 37.

POſteà locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

2. Loquere ad filios Iſraëlis, & dic ad illos: quando veneritis ad terram habitationum veſtrarum, quam Ego (*ſum*) dans vobis;

3. Feceritiſque ignitum JEHOVÆ, holocauſtum aut ſacrificium, ſingulariter edendo votum, aut ex voluntate libera, aut in feſtis ſtatis veſtris; ad faciendum odorem quietationis JEHOVÆ de armento vel de grege:

4. (*Tum*) offeret offerens munus ſuum JEHOVÆ, Mincham, è ſimilagine, [a] decimam (*Ephæ,*) mixtam quartæ (*parti*) Hinis olei: Lev. 2, 15. 6, 14.

5. Vinum item in libamen, quartam Hinis facies ſuper holocauſtum: aut ſacrificio (*pacificorum,*) agno uni.

6. Aut arieti facies Mincham; de ſimilagine duas decimas, mixtas oleo, tertiâ (*ſcil.*) Hinis parte (*de oleo:*)

7. Vinum autem in libamen, tertiam Hinis partem offeres (*in*) odorem quietationis JEHOVÆ.

8. Quod ſi feceris filium bovis (*in*) holocauſtum, aut ſacrificium ſingulariter edendo votum, aut pacifica JEHOVÆ:

9. Offeret ſuper filium bovis Mincham, de ſimilagine tres decimas, mixtas oleo, (*ſcil.*) dimidio Hinis.

10. Vinum autem offeres in libamen, dimidium Hinis: (*ut ſit*) ignitum odoris quietationis JEHOVÆ.

11. Sic fiet bovi uni, aut arieti uni, aut pecudi (*uni*) de agnis vel capellis.

12. Juxta numerum, quem feceritis: ſic facietis unicuique, juxta numerum (*inquam*) eorum

13. Omnis indigena faciet ſic iſta, ut offerat ignitum odoris quietationis, JEHOVÆ.

14. Quod ſi peregrinatus fuerit vobiſcum peregrinus, aut quiſquis in medio veſtri (*fuerit,*) in generationes veſtras, qui fecerit ignitum odoris quietationis JEHOVÆ: quemadmodum facitis, ſic faciet.

15. Quantum (*enim*) ad concionem; ſtatutum unum (*erit*) vobis & peregrino peregrinanti; ſtatutum æternitatis in generationes veſtras, (*ut*) quales vos, talis peregrinus (*ſit*) coram JEHOVAH.

16. Lex (*enim*) una, & judicium unum erit vobis & peregrino peregrinanti vobiſcum.

17. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

18. Loquere ad filios Iſraëlis, & dic ad eos; Quum veneritis in terram, quò Ego (*ſum*) deducens vos:

19. Tum fiet; cum comedere volueritis de pane terræ, tolletis [b] ſublationem JEHOVÆ; b) Exod. 23, 19. Deut. 12, 6.

20. Primitias (*ſcil.*) maſſarum veſtrarum, placentam, tolletis (*in*) ſublationem; ſicut ſublationem areæ, ſic tolleris hanc.

21. De primitiis itaque maſſarum veſtrarum dabitis JEHOVÆ ſublationem; in generationes veſtras.

22. Quod ſi [c] erraveritis, & non feceritis omnia præcepta hæc, quæ locutus eſt JEHOVAH ad Moſen: c) Lev. 4, 13.

23. Omne (*inquam*) quod præcepit vobis per manum Moſis, a die, quo præcepit JEHOVAH, & deinceps in generationes veſtras:

24. Tum fiet: ſi clam oculis concionis factum fuerit per errorem; facient univerſa concio Juvencum, filium bovis unum in holocauſtum, in odorem quietationis JEHOVÆ; & Mincham ejus, juxta morem; & hircum caprarum unum in Peccatum (*ſacrificium pro peccato.*)

25. Ita expiabit Sacerdos univerſam concionem, & condonabitur illis: eò quod error fuerit, & illi adduxerint munus ſuum ignitum JEHOVÆ; & Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) ſuper errore ſuo.

26. Condonabitur, inquam, tori concioni filiorum Iſraëlis, & peregrino peregrinanti in medio eorum: quia, quoad univerſum populum, in errore (*ille fuit.*)

27. Si verò anima una peccaverit per errorem, offeret capellam, filiam anni ſui, in Peccatum (*ſacrificium pro peccato:*)

28. Tum expiabit Sacerdos animam, quæ erravit in peccato ſuo per errorem, coram JEHOVAH, ad expiandum illum; ſic condonabitur illi.

29. Quantum ad indigenam inter filios Iſraëlis, & peregrinum peregrinantem in medio eorum: lex una erit vobis, facienti (*cuiq;*) per errorem (*peccatum.*)

30. Quod verò ad animam, quæ fecerit (*peccatum*) cum manu alta, de indigena, aut de peregrino; JEHOVAM ille (*eſt*) blaſphemans: ideò excindetur anima iſta è medio populi ſui.

31. Eò quod verbum JEHOVÆ ſprèverit, & præceptum ejus irritum fecerit, excindendo excindetur anima hæc, (*&*) iniquitas ejus (*erit*) in illa.

32. Cæterùm cum eſſent filii Iſraëlis in deſerto, invenerunt virum, colligentem ligna, in die Sabbathi.

33. Adduxerunt itaque eum, qui invenerunt eum, colligentem ligna, ad Moſen, & ad Aharonem, & ad univerſam concionem.

34. Qui poſuerunt eum in cuſtodiam: eò quod non expreſſum eſſet, quid fieri deberet illi.

35. Dixit autem JEHOVAH ad Moſen, occidendo occidetur vir; lapidando eum (*lapidabit*) tota concio lapidibus extra caſtra.

36. Quare eduxerunt eum univerſa concio foras extra caſtra; ubi lapidarunt eum lapidibus, ut moreretur: quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

37. Præterea locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

38. Loquere ad filios Iſraëlis, & dic ad eos; ut faciant ſibi [d] peniculamentum ſuper alas veſtium ſuarum, in generationes ipſorum: dabunt autem ſuper peniculamentum alæ filum hyacinthi:

39. Ut ſit vobis in peniculamentum, ut videatis illud, & recordemini omnium præceptorum JEHOVÆ, faciatiſque ea; nec inveſtigetis poſt cor veſtrum, & poſt oculos veſtros, poſt quos vos ſcortari ſoletis.

40. Ut, inquam, recordemini, faciatiſque omnia præcepta mea, ac ſitis ſancti DEO veſtro.

41. Ego enim ſum JEHOVAH Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti, ut ſim vobis in DEUM: Ego (*inquam*) JEHOVAH Deus veſter.

d) *Deut. 22, 12. Matth. 23, 5.*

CAP. XVI.

Korachi, Dathan & Abiram cum ſecta ſua contra Moſen & Aharonem murmurant. à v. 1. II. Quare Moſes Korachum redarguit, & concionem ejus; & ad judicem Jehovam provocat. à v. 5. III. Dathanem & Abiramum judicium Jehova repudiantes terra vivos cum ten. oriis eorum & Korachi abſorbet. à v. 12. Korachum verò IV. & ſectatores eum ſuſpentes ignis Jehova conſumit. reſt.

CÆterum ſumſit [a] Korachus, filius Jizharis, filii Kehathi, filii Levi, & Dathanem, & Abiramum, filios Eliabi, & Onem, filium Pelet, filios Rubenis:

a) *Num. 26, 9. Sir. 45, 22. ſeq. v. 18*

2. Conſtiteruntque ante Moſen; itemque viri de filiis Iſraëlis quinquaginta & ducenti, principes concionis, vocati Conventus, viri nominis.

3. Congregati enim ſunt contra Moſen & Aharonem, dixeruntque ad hos; Nimium vobis: omnis enim concio, omnes ſancti (*ſunt,*) & in medio eorum JEHOVAH. Quare ergò effertis vos ſupra univerſam concionem?

4. Quod cum audiret Moſes, cecidit ſuper facies ſuas:

5. Deinde dixit ad Korachum & totam concionem ejus, dicendo: Manè (*craſtino*) notum faciet JEHOVAH eum, qui ipſius, & ſanctum, quem appropinquare ad ſe faciet: quem enim elegerit ſibi, appropinquare ad ſe faciet.

6. Hoc (*ergò*) facite: ſumite vobis acerras Korachus & tota concio ejus:

7. Et date in eas ignem, ac ponite ſuper illas ſuffimentum coram JEHOVAH cras. Tùm eſto: vir, quem elegerit JEHOVAH, ille ſanctus (*eſto.*) Nimium vos, filii Levi!

8. Porrò dixit Moſes ad Korachum; audite, quæſo, filii Levi;

9. Num parum præ vobis, quòd ſeparavit DEUS Iſraëlis vos à concione Iſraëlis, ad appropinquare vos faciendum ſibi, ad faciendum opus habitaculi JEHOVÆ, & ad ſtandum coram concione, ad miniſtrandum pro illis?

10. Et appropinquare fecit te, & omnes fratres tuos, filios Levi tecum? ut quæratis etiam Sacerdotium.

11 Quamobrem

11. Quamobrem tu & omnis concio (*eſtis*) congregati contra JEHOVAM? Aharon enim, quis ille (*eſt,*) ut murmuretis contra illum?

12. Poſteà miſit Moſes ad vocandum Dathanem, & Abiramum, filios Eliabi: qui dixerunt; Non aſcendemus.

13. Num parùm, quod aſcendere feciſti nos è terrâ fluente lacte & melle, ad occidendum nos in deſerto? dum dominaris ſuper nos etiam dominando.

14. Neque (*enim*) ad terram fluentem lacte & melle deduxiſti nos, ut dares nobis hæreditatem agri & vineæ. Num oculos virorum horum erues? Non (*ergò*) aſcendemus.

15. Quare exarſit (*ira*) Moſi valdè, ut dixerit ad JEHOVAM; Ne reſpice ad Minchām eorum: [b] non (*enim*) aſinum ullum abillis accepi, neque malum feci ulli de illis.

b) *1. Sam. 12, 3.*

16. Tum dixit Moſes ad Korachum; Tu (*ergò*) & tota concio tua eritis coram JEHOVAH; tu (*inquam*) & iſti, ac Aharon, cras.

17. Sumite autem vir (*quiſq;*) acerram ſuam, & date ſuper eas ſuffimentum, ut offeratis coram JEHOVAH vir (*quiſque*) acerram ſuam, (*ſcil.*) quinquaginta & ducentas acerras; inprimis tu, & Aharon, vir acerram ſuam.

18. Sumſerunt itaque vir (*quiſq;*) acerram ſuam, dederuntque ſuper eas ignem, ac poſuerunt ſuper eas ſuffimentum; conſtiterunt autem ad oſtium tentorii Conventus; Moſes etiam & Aharon.

19. Contra quos (*mox*) congregavit Korachus univerſam concionem ad oſtium tentorii Conventus. Tum verò apparuit gloria JHOVÆ coram univerſa concione.

20. Locutuſque eſt JEHOVAH ad Moſen, & ad Aharonem, dicendo:

21. Separamini è medio concionis hujus, ut conſumam eos, ſicut momento.

22. Sed ceciderunt ſuper facies ſuas, dixeruntque; DEUS, Deus ſpirituum, quoad omnem carnem; Num cum unus vir peccaverit, toti congregationi ſuccenſebis?

23 Quare locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo;

24. Loquere ad congregationem, dicendo; ſubmovete (*ergò*) vos à circum habitaculum Korachi, Dathanis, & Abirami.

25. Poſt ſurrexit Moſes, ivitque ad Dathanem, & Abiramum, iveruntque poſt ipſum Seniores Iſraëlis.

26. Dixit autem (*denuò*) ad concionem, dicendo; Recedite, agite, à juxta tentoria virorum impiorum horum; nec tangite quicquam, quod illis, ne conſumamini ob omnia peccata eorum.

27. Aſcenderunt itaque à juxta habitaculum Korachi, Dathanis & Abirami à circuitu: Dathan autem & Abiramus exiverunt conſiſtentes ad oſtium tentoriorum ſuorum, & uxores eorum, & filii eorum, & infantes eorum:

28. Tum dixit Moſes; Per hoc cognoſcetis, quod JEHOVAH miſerit me, ad faciendum omnia facta hæc; non autem (*ſit*) ex corde meo:

29. Si juxta mortem omnium hominum morientur iſti, & viſitatio omnium hominum viſitabitur ſuper eos; non miſit me JEHOVAH.

30. Sed ſi creationem creaverit JEHOVAH, & aperuerit terra os ſuum, abſorpſeritque eos, & omne, quod illis, ut aſcendant vivi in infernum, cognoſcetis, quod irritaverint viri hi JEHOVAM.

31. Factum itaque eſt: quum ille abſolveret loqui omnia verba hæc; [c] diſrupta eſt terra, quæ ſub illis.

c) *Numē 16, 30. Deuter. 11, 6. Pſ. 106, 17.*

32. Aperuit enim terra os ſuum, abſorpſitque eos, & domos eorum, & omnem hominem, qui Koracho, omneſque facultates.

33. Ita deſcenderunt illi, & omnes qui illis, vivi in infernum; obtexitque eos terra, ac perierunt è medio congregationis.

34. Omnis autem Iſraël, qui circum illos (*erat,*) fugerunt ad clamorem eorum; dixerunt enim, ne fortè abſorbeat nos terra (*etiam*)

35. Inſuper ignis exiverat à cum JEHOVAH, comeditque quinquaginta & ducentos viros offerentes ſuffimentum.

CAP.

CAP. XVII.

Acerræ I. Korachi & secta eius rebellis expanduntur, & altari circumponuntur in memoriale. à v. 1. II. Populum denuo rebellantem accenso jam in signo Jehovah excidisset, nisi Aharon suffimento suo interveniisset. à v. 6. III. Moses jussu Dei duodecim tribuum baculos in tentorium conventus deponit: ex quibus reflorescit baculus Aharonis. à v. 16. Qui IV. ibidem ante Testimonium in memoriale reponitur. à v. 25.

POstea locutus est Jehovah ad Mosen, dicendo:

2. Dic ad Eleasarem, filium Aharonis Sacerdotis, ut tollat acerras istas ab inter combustionem; ignem autem sparge horsum, quia sancta sunt.

3. Acerras (*quidem tolle*) peccatorum istorum contra animas eorum: ut faciant illas expansiones laminarum, tegumentum altari; quia attulerunt eas ante Jehovam, ideò sanctificatæ sunt; ut sint in signum filiis Israëlis.

4. Accepit itaque Eleasar Sacerdos acerras æris, quas attulerunt combusti; expanderuntque eas (*in*) tegumentum altari.

5. (*In*) Memoriale filiis Israëlis; ut non accedat alienus, qui non de semine Aharonis, ad suffiendum suffimentum coram Jehovah; ne fiat sicut Korachus, & sicut concio ejus: quemadmodum locutus est Jehovah per manum Mosis illi.

6. Nihilominus murmurarunt omnis concio postridiè contrà Mosen, & contra Aharonem, dicendo: Vos occidistis populum Jehovæ. *vide vol. 2 num. 20.*

7. Sed factum: cum congregaretur concio contra Mosen, & contra Aharonem, respicerentque ad tentorium Conventus; ecce obtexit illud nubes, apparuitque gloria Jehovæ.

8 Ideò venit Moses & Aharon ante tentorium Conventus.

9. Locutus autem est Jehovah ad Mosen, dicendo;

10. Semovemini è medio concionis hujus, ut consumam eos sicut momento; sed ceciderunt super facies suas:

11 Dixitque Moses ad Aharonem; sume acerram, & da super eam ignem, desuper altari, ac pone suffimentum, deferque ocyùs ad concionem, ut expies eos: nam exivit ira à coram Jehovah, (&) incepit plaga.

12. Quare sumsit Aharon, quemadmodum locutus est Moses; cucurritque in medium congregationis; cum ecce, ceperat plaga in populo: ideò dedit suffimentum, ut expiaret populum.

13. Stetit autem inter mortuos & vivos. Tum coërcita est plaga.

14. Fuerunt verò mortui per plagam quatuordecim millia & septingenti, præter mortuos ob negotium Korachi.

15. Rediit itaque Aharon ad Mosen ad ostium tentorii Conventus: plaga enim (*erat*) coërcita.

16. Deinde locutus est Jehovah ad Mosen, dicendo:

17. Loquere ad filios Israëlis, & accipe ab illis singulos baculos in domum patris, à cum omnibus principibus eorum, juxta domum patrum eorum, duodecim (*scil.*) baculos: viri (*autem cujusq;*) nomen scribes super baculum (*ipsius.*)

18. Nomen verò Aharonis scribes super baculum Levi: unus (*enim tantùm*) baculus pro capite domus patrum eorum (*erit.*)

19. Pòst relinques eos in tentorio Conventus, coram testimonio, ubi convenio vos.

20. Fiet verò: Viri, quem elegero, illius (*inquam,*) baculus florebit: ut cessare faciam à contra me murmurationes filiorum Israëlis, quibus murmurant contra vos.

21. Locutus ergò est Moses ad filios Israëlis: dederuntque ipsi omnes principes eorum baculum, pro principe unoquoque juxta domum patrum eorum; duodecim (*scil.*) baculos; & baculus quidem Aharonis (*additus*) in medio baculorum eorum.

22. Reliquit itaque Moses baculos coram Jehovah, in tentorio Conventus.

23 Factum verò est postridie: cùm intravit Moses in tentorium Conventus, ecce, effloruerat baculus Aharonis pro tribu Levi: produxerat enim florem, ut floreret flos, & ferret amygdala.

24. Eduxit ergò Moses omnes baculos à coram Jehovah ad omnes filios Israëlis; qui viderunt, sumseruntque vir baculum suum.

25. Dixit autem Jehovah ad Mosen; Repone baculum Aharonis ante Testimonium, in custodiam, in signum filiis rebellionis, ut desinant murmurationes eorum à contra me, nec moriantur.

26. Fecit ergo Moses; quemadmodum præcepit Jehovah illi, sic fecit.

27. Sed dixerunt filii Israëlis ad Mosen; En; emortui sumus, perimus; perimus omnes.

28. Omnis (*enim*) appropinquans, appropinquans ad habitaculum Jehovæ moritur: num ergò consumemur emoriendo?

CAP. XIIX.

Distribuuntur & distinguuntur officia Sacerdotum, & Levitarum. à v. 1. II. Præscribuntur sancta, quæ Aharoni & filiis pro salario & hereditate assignantur. à v. 8. Sicut & III. Levitis. à v. 21.

QUare dixit Jehovah ad Aharonem; Tu & filii tui, & domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem sanctuarii: Tu etiam & filii tui tecum portabitis iniquitatem sacerdotii vestri.

2. Equidem etiam fratres tuos tribum Levi, tribum patris tui, appropinquare fac tecum, ut adjungantur tibi, & ministrent tibi: sed tu, & filii tui tecum (*estote*) coram tentorio testimonii.

3. Custodient itaque custodiam tui, & custodiam totius tentorii: verum ad vasa sancti, & ad altare non accedent, ne moriantur tàm illi, quàm vos.

4. Adhærebunt tamen tibi, & custodient custodiam tentorii Conventus, quoad omne opus tentorii, nec alienus accedet ad vos.

5. Sic custodietis custodiam sancti, & custodiam altaris: ut non sit amplius ira super filios Israëlis.

6 Ego enim, en, accepi fratres vestros, Levitas, e medio filiorum Israëlis: vobis dono dati (*sunt*) pro Jehovah, ut faciant opus tentorii Conventus.

7. Tu ergò & filii tui tecum custodietis sacerdotium vestrum, quoad omne negotium altaris, & quod intra velum; ut faciatis: opus (*manûs*) doni (*singularis*) dedi sacerdotium vestrum: at alienus accedens occidetur.

8. Insuper locutus est Jehovah ad Aharonem; Ego enim, ecce, [a] dedi tibi custodiam sublationum mearum; quoad omnia sancta filiorum Israëlis tibi dedi ea pro unctione, & filiis tuis in statutum æternitatis. a) *Lev. 6, 16, 26.*

9. Hoc erit tuum de sancto sanctorum exigne: omne munus eorum, quoad omnem Minham eorum, & quoad omne Peccatum (*sacrificium pro peccato*) eorum, & quoad omnem Reatum (*sacrificium pro reatu*) eorum, quod adferent mihi, sanctum sanctorum tibi erit, & filiis tuis.

10. In sancto sanctorum comedes illud: omnis masculus comedet illud; sanctum enim erit tibi.

11. Hæc, porrò (*erit*) tibi sublatio doni eorum, quoad omnem agitationem filiorum Israëlis; tibi (*enim*) dedi ea, & filiis tuis, & filiabus tuis tecum, in statutum æternitatis: omnis mundus in domo tua comedet illud.

12. Omnem (*nimirum*) adipem olei puri, & omnem adipem musti & frumenti; quod attinet primitias eorum, quas dabunt Jehovæ, tibi dedi eas.

13. Primitiæ (*inquam*) omnium, quæ in terra eorum, quas adferent Jehovæ, tibi erunt: omnis mundus in domo tua comedet illas.

14. Omne (*item*) devotum in Israële tibi erit.

15. Omnis [b] apertura uteri, quod omnem carnem, quam adducent Jehovæ, de hominibus & de bestiis, tibi erit: sed tamen redimendo redimes omnem primogenitum hominis; itemque primogenitum bestiæ immundæ redimes. b) *Exod. 34. 19.* c) *Exod. 30, 13. Levit. 27. Num. 3. 47. Ez. 45.*

16. Redimendos autem ejus à filio mensis redimes; pro æstimatione tua, argento (*scil.*) quinque siclorum, juxta siclum sanctitatis, qui [c] viginti Gerarum.

17. Verum primogenitum bovis aut primogenitum ovis, aut primogenitum capræ non redimes; sanctum (*enim*) sunt: unde sanguinem eorum sparges super altare, & adipem eorum adolebis, (*in*) igni-tum in odorem quietationis, JEHOVÆ.

18. At caro eorum erit tibi, sicut pectus agitationis, & sicut armus dexteri (*lateris*) tibi erit.

19. Omnem (*ergò*) sublationem sanctorum, quàm tollent filii Jisraëlis JEHOVÆ, dedi tibi, & filiis tuis, & filiabus tuis tecum in statutum æternitatis; fœdus salis æternitatis hoc (*erit*) coram JEHOVAH, tibi & semini tuo tecum.

20 Sed, inquit JEHOVAH ad Aharonem, in terra eorum non habebis hereditatem, nec pars tibi erit in medio eorum: d) Ego (*enim sum*) [d] pars tua & hereditas tua in medio filiorum Jisraëlis.

21. Porrò filiis Levi (*inquit Jehovah*) en! dedi omnes decimas in Jisraële in hereditatem, pro ministerio eorum, quo illi (*sunt*) ministrantes; ministerio (*scil.*) tentorii Conventus.

22. Ut non accedant amplius filii Jisraëlis ad tentorium Conventus, ad portandum peccatum moriendo.

23. Faciet itaque Levita ipse opus tentorii Conventus, iidemque portabunt iniquitatem eorum: statutum (*hoc erit*) æternitatis in generationes vestras. At in medio filiorum Jisraëlis non accipient hereditatem:

24. Quia (*enim*) decimas filiorum Jisraëlis, quas tollent JEHOVÆ pro sublatione, dedi Levitis in hæreditatem; ideò dixi illis; In medio filiorum Jisraëlis non accipient hereditatem.

25. Porrò locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

26. Ad Levitas etiam loqueris, & dices ad eos; Quando accipietis à filiis Jisraëlis decimas, quas dedi vobis à-cum ipsis in hereditatem vestram; tum tolletis de illis sublationem JEHOVÆ, decimas de decimis.

27. Quod reputabitur vobis pro sublatione vestra; sicut frumentum de area, & sicut impletio de torculari.

28. Sic (*itaq;*) etiam vos tolletis sublationem JEHOVÆ de omnibus decimas vestris, quas accipietis a-cum filiis Jisraëlis; dabitisque de illis sublationem JEHOVÆ Aharoni Sacerdoti.

29. De omnibus (*inquam*) donis vestris tolletis omnem sublationem JEHOVÆ; de omni adipe ejus, sanctificatum ejus de eo.

30. Porrò dices ad eos; quando sustuleritis adipem ejus de illo: tunc reputabitur Levitis sicut proventus areæ, & sicut proventus torcularis:

31. Ita ut comedatis illud in omni loco: vos & domus vestra: quia merces hoc vobis pro ministerio vestro in tentorio Conventus.

32. Ideò non portabitis propter illud peccatum, quum sustuleritis (*modò*) adipem ejus de illo, & sancta filiorum Jisraëlis non polluetis, ut non moriamini.

CAP. XIX.

Agitur hoc Capite de Vaccarufa. Eius. I. mactatione & combustione in cinerem. à v.1. II. Cineris collectione & asservatione. v.9.10. III. Cineris usu in expiando immundu hominibus, tabernaculi & vasis. à v.10. ad fin.

PRæterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

2. Hoc (*est*) statutum Legis, quod præcepit JEHOVAH, dicendo: Loquere ad filios Jisraëlis, ut accipiant ad te [a] vaccam rufam integram, in qua non a) *Hebr.* sit macula, (&) super quam non ascende- 9.5 rit jugum.

3. Dabitis autem eam Eleasari Sacerdoti; qui educet eam foràs extra castra, mactabitque (*aliquis*) eam coram ipso.

4. Tum accipiet Eleasar Sacerdos de sanguine ejus digito suo, & sparget versus Facies tentorii Conventus de sanguine ejus septem vicibus.

5. Deinde comburet (*quis*) vaccam coram oculis ejus: cutem (*scil.*) ejus, & carnem ejus, & sanguinem ejus cum fimo ejus comburet.

6. Post sumet Sacerdos signum cedri & hyssopum, & dibaphum purpuræ, projicietque in medium combustionis vaccæ.

7. Tan-

7. Tandem lavabit vestes suas Sacerdos, & tinget carnem suam in aquas, postea-que veniet in castra: immundus tamen erit Sacerdos usque ad vesperam.

8. Etiam comburens eam lavabit vestes suas aquis, & tinget carnem suam in aquas; ac immundus erit usque ad vesperam.

9. Colliget autem vir mundus cinerem vaccæ, & relinquet extra castra, foris in loco mundo: ut sit concioni filiorum Jisraëlis in custodiam, pro aquis separationis: Peccatum enim (*sacrificium pro peccato*) illa est.

10. Deinde lavabit colligens cinerem vaccæ vestes suas; immundusque (*erit*) usque ad vesperam. Erit autem (*hoc*) filiis Jisraëlis, & peregrino peregrinanti in medio eorum, in statutum æternitatis.

11. (*Nimirum*) Tangens mortuum, quoad omnem animam hominis; & immundus septem diebus:

12. Hic (*inquam*) expiabit se illo (*cinere*) in die tertio, atque die septimo mundus erit: si verò non expiaverit se in die tertio, neque in die septimo mundus erit.

13. (*Imò*) omnis (*qui fuerit*) tangens mortuum quoad animam hominis, qui moritur, & non expiaverit se: habitaculum JEHOVÆ polluit; ideò excindetur anima hæc ex Jisraële: quia (*enim*) aquæ separationis non sparsæ sunt super illum, immundus erit, adhuc immundities ejus in ipso.

14. Hæc porrò (*est*) Lex; homo quando mortuus fuerit in tabernaculo, omnis intrans in tabernaculum, & omnis qui in tabernaculo, immundus erit septem diebus.

15. Et omne vas apertum, super quo non (*erit*) operculum (*vel*) panniculus; immundum (*erit*) illud.

16. Omnis etiam, qui tetigerit super superficie agri, confossum gladio aut mortuum, aut os hominis, aut sepulchrum, immundus erit septem dies.

17. Sument autem pro immundo de pulvere combustionis Peccati (*sacrificij pro peccato*) super quem dabit aquas vivas in vas:

18. Deinde accipiet Hyssopum, intinguetque in aquas vir mundus, ac asperget super tabernaculum, & super omnia vasa & super animas, quæ fuerunt ibi, & super tangentem os aut confossum aut mortuum aut sepulchrum:

19. Sparget, inquam, mundus super immundum in die tertio, & in die septimo: ita expiabit eum in die septimo; qui lavabit vestes suas, & intinget se in aquas, mundusque erit in vespera.

20. Quod si vir, qui immundus factus, non expiabitur: excindetur anima hæc è medio congregationis: quia sanctuarium JEHOVÆ polluit: (*nam*) aquæ separationis non sparsæ sunt super eum; ideò immundus ille.

21. Erit ergo (*hoc*) illis in statutum æternitatis. Insuper spargens aquas separationis lavabit vestes suas; itemque tangens aquas separationis, immundus erit usque ad vesperam.

22. Quin omne, quod tetigerit immundus, immundum fiet, & anima, quæ tetigerit, immunda (*erit*) usque ad vesperam.

CAP. XX.

Moritur I. Mirjam, & sepulta in deserto Zin. v.1. Vbi II. contendit populus Israëliticus contra Mosen & Aharonem, ob defectum aquæ. à v.2. Mosis III. & Aharon ad Iehovam confugiunt. v.6. Qui IV. eos jubet baculo petram pe cutere ad educendas inde aquas. v.7. Quod ille V. quidem faciunt: sed cum incredulitate & populi scandalo. à v.9. Quare VI. in terram Canaan non veniunt. v.12. Mosis VII. Legati ab Edomitis repudiantur. à v.14. IIX. Aharon moritur. à v.23.

QUum verò venerunt filii Jisraëlis, tota congregatio, in desertum Zin in mense primo, consedit que populus in Kadesch: mortua est ibi Mirjam, & sepulta est ibi.

2. Cæterum non fuit aqua concioni: ideò congregati sunt contra Mosen, & contra Aharonem:

3. [a] Contenditque populus cum a) *Exod.* Mose, ac dixerunt dicendo: Utinam verò 17,1. emortui essemus, quum mortui sunt fratres nostri coram JEHOVAH.

4. Quare enim deduxistis congregatio-

rem Jehovæ in desertum hoc, ut moriamur nos & pecus nostrum?

5. Imò quare ascendere fecistis nos ex Ægypto ad deducendum nos ad locum malum hunc? (*qui*) non (*est*) locus seminis, aut ficus, aut vitis, aut malogranati; & ne quidem aquæ (*hîc*) ad bibendum.

6. Tum venit Moses & Aharon à faciebus congregationis ad ostium tentorii Conventus, ecciderunteque super facies suas. Apparuit verò gloria Jehovæ erga illos:

7. Locutusque est Jehovah ad Mosen, dicendo:

8. Sume baculum, & congrega concionem, tu, & Aharon frater tuus, ac loquimini ad petram in oculis eorum, quæ dabit aquas suas: ita educes illis aquas è petra, & potabis concionem, & pecus eorum.

9. Sumsit itaque Moses (*quidem*) baculum à coram Jehovah, quemadmodum præceperat illi;

10. Congregaverunt etiam Moses & Aharon congregationem ante petram: Sed dixit illis; Audite, quæso, rebelles; num ex petra hac educemus vobis aquas?

11. Sustulitque Moses manum suam, & percussit petram baculo suo duabus vicibus. Nihilominus exiverunt aquæ multæ, ut biberit concio & pecus eorum.

12. Tum verò dixit Jehovah ad Mosen, & ad Aharonem; Propterea quod non [c] credidistis in Me, ut sanctificaretis Me in oculis filiorum Israëlis: ideò non deducetis congregationem hanc in terram, quam dedi illis.

13. Hæ sunt [d] aquæ Meribah (*h.e. contentionis;*) quia contenderunt filii Israëlis cum Jehovah; hic verò sanctificatus est inter illos.

14. Posteà misit Moses legatos è Kadesch ad Regem Edomi dicendo; Sic dixit frater tuus Israël; Tu novisti omnem defatigationem, quæ invenit nos.

15 Descenderunt enim patres nostri in Ægyptum; sedimusque in Ægypto diebus multis: sed (*tandem*) mala fecerunt nobis Ægyptii, & patribus nostris.

16. Ideò clamavimus ad Jehovam; qui exaudivit vocem nostram, misitque Angelum, ac eduxit nos ex Ægypto. Et, ecce, nos (*sumus*) in Kadesch, urbe extremitatis termini tui.

17. Transeamus (*itaq;*) quæso, per terram tuam: non transibimus per agrum, aut per vineam, neque bibemus aquas putei (*tui:*) (*sed*) via Regis ibimus; non declinabimus ad dextram vel sinistram, usque dum transivetimus terminum tuum.

18. Sed dixit ad eum Edom; Non transibis per me: ne forte cum gladio exeam contra te.

19. Licet etiam dixerint ad eum filii Israëlis; In via strata ascendemus, & si aquas tuas biberimus, ego aut pecora mea, dabo tibi pretium earum; tantùm, sine damno, pedibus meis transibo:

20. Dixit tamen; Non transibis: quin exiit Edom contra eum cum populo numeroso, & manu forti.

21. Sic renuit Edom permittere Israëli, transire per terminum illius: ideò declinavit Israël ab eo.

22. Profecti itaque sunt [e] è Kadesch, veneruntque filii Israëlis, omnis concio, ad Hor, montem.

23. Ubi dixit Jehovah ad Mosen & ad Aharonem ad Hor montem, juxta terminum terræ Edomi, dicendo:

24. Colligetur Aharon ad populos suos: non enim veniet in terram, quam dedi filiis Israëlis, propterea quod rebellastis ori meo apud aquas Meribah (*h.e. contentionis.*)

25. Assume itaque [f] Aharonem, & Eleasarem filium ejus, & ascendere fac eos in Hor montem.

26. Ibi exues Aharoni vestes illius, & induces iis Eleasarem filium illius: Aharon autem colligetur, & morietur ibi.

27. Fecit ergò Moses, quemadmodum præcepit Jehovah, dum ascenderunt in Hor montem, in oculis totius concionis.

28. Ibi exuit Moses Aharoni vestes illius; induitque iis Eleasarem filium illius; [g] mortuusque est Aharon ibi in capite montis. Cum autem descendit Moses & Eleasar de monte;

29. Videruntque omnis concio, quod expirasset Aharon: defleruntque Aharonem triginta diebus universa domus Israëlis.

b) Sa. 11, 4. Tf. 105, 41. 1. Cor. 10, 4.

c) Num. 27, 14. Deuter. 1, 37. 31, 2. d Exod. 17, 7. Deuter. 32, 51. Tf. 106, 32. Ex. 47, 19.

e) Num. 33, 37.

f) Num. 27, 13. 33, 38. Deuter. 32, 50.

g) Deut. 10, 6. 32, 50.

CAP. XXI.

Arad I. Rex Canaanæus pugnat cum Israële, & devotione excinditur. à v. 1. II. Populus Israëliticus in via contra DEUM & Mosen murmurat: ideoque per Pestes punitur. à v. 4. Pœnitens tamen III. erecti serpentis ænei aspectu sanatur à v. 7. IV. Narrantur Israelitarum itinera usq; ad regnum Sichonis. à v. 10. Rex Sichon V. jugnat, excinditur, & terra eius occupatur. à v. 21. Quod idem VI. fit Og Regi Baschanis. à v. 33.

a) Num. 33, 40.

Interea audivit Canaanæus, [a] Rex Arad, habitans in meridie, quod venisset Israël via Atharim: ideò pugnavit cum Israële, abduxitque de eo captivitatem.

2. Quare vovit Israël votum Jehovæ, ac dixit; Si dando dederis populum hunc in manum meam, devotioni dabo urbes eorum.

3. Exaudivit ergò Jehovah vocem Israëlis, tradiditque Canaanæum; unde devotioni dedit illos & urbes eorum; vocavitque nomen loci, Chormah (*h.e. Devotionem.*)

4. Deinde profecti sunt de monte Hor, via maris Suph, ad circumeundum terram Edomi: sed impatiens factus est populus in via:

5. Ita ut locutus sit populus contra Deum, & contra Mosen; Quare ascendere fecisti nos ex Ægypto, ut moriamur in deserto: non enim panis (*est,*) neque aqua, jam anima nostra fastidit panem (*hunc*) vilissimum. *Man.*)

6. Ideò misit Jehovah serpentes presteres in populum, qui momorderunt populum, ut mortuus sit populus multus de Israële.

7. Quare venit populus ad Mosen, dixeruntque; Peccavimus, quòd locuti sumus contra Jehovam, & contra te: ora ad Jehovam, ut removeat desuper nobis serpentem. Oravit ergo Moses pro populo.

8. Tum dixit Jehovah ad Mosen; Fac tibi presterem, & pone eum super signum: fiet enim; omnis qui morsus fuerit, & aspexerit illum, vivet.

9. Fecit itaque Moses serpentem æris, posuitque eum super signum: ubi factum est; si momordit serpens virum, aspexitque (*hic*) serpentem æris, revixit.

10. Inde profecti sunt filii Israëlis, & castra metati sunt in Oboth.

11 Ex Oboth autem profecti sunt, & castrametati sunt in Ije-Abarim, in deserto, quod est ante facies Moabi, ab ortu solis.

12. Inde profecti sunt, & castrametati in valle Sered.

13. Inde profecti, & castrametati sunt à transitu Arnonis, qui est in deserto exeunte à termino Emoræi. Nam Arnon erat terminus Moabi, inter Moabum & inter Emoræum.

14. Propterea dicitur in libro bellorum Jehovæ, Vahebam in Supha, & Huvios, (*inprimis*) Arnonem;

15. Et aquæ ductum fluviorum, qui declinavit, usque ubi habitatur Ar, & sistit se ad terminum Moabi.

16. Inde portò in Beër (*h.e. fontem:*) hic fons est, de quo dixit Jehovah Mosi; Congrega populum, ut dem illis aquas.

17. Tunc cecinit Israël canticum hoc: Ascende fons; respondete super eo;

18. Fons (*est, quem*) foderunt principes, effoderunt primores populi, per Legislatorem baculis suis. At ex deserto (*venerat*) in Matthanam.

19. Ex Matthana autem in Nachaliel; & ex Nachaliele in Bamoth.

20. Ex Bamoth denique in Gai (*i.e. vallem*) quod est in agro Moabi, versus caput Pisgæ, & prospicit ad facies Jeschimonis.

21. Inde misit Israël legatos ad [b] Sichonem, Regem Emoræi, dicendo:

22. Transibo per terram tuam: non declinabo in agrum aut in vineam; non bibam aquas fontis: (*sed*) in via Regis ibimus, usque dum transiverimus terminum tuum:

23. Sed non permisit Sichon Israëli transire per terminum suum: quin congregavit Sichon universum populum suum, exivitque contra Israëlem in deser-

b) Deut. 2, 26. Iud. 11, 19.

tum, ac venit Jahzam, pugnavitque cum Jisraële.

24. Verùm percussit eum Jisraël [c] ore gladii, possedit que terram ejus ab Arnone usque ad Jabbokum, (&) usque ad filios Ammonis: quia As (*erat*) terminus filiorum Ammonis.

25. Sic cepit Jisraël omnes urbes istas; habitavitque Jisraël in omnibus urbibus Emoræi, in Cheschbone & omnibus filiabus ejus.

26. Nam Cheschbon urbs Sichonis Regis Emoræorum (*erat:*) hic enim pugnaverat cum Rege Moabi priori, ceperatque omnem terram ejus è manu ejus, usque ad Arnonem.

27. Propterea dicunt proverbiorum compositores; Ingredimini Cheschbonem; ædificabitur, & confirmabitur urbs Sichonis.

28. Nam ignis exivit è Cheschbone, flamma ex urbe Sichonis: qui comedit Ar Moabi, possessores excelsorum Arnonis.

29. Væ tibi, Moabe, periisti, populo Kemoschi! dedit (*enim*) filios suos evasores, & filias suas in captivitatem Regi Emoræi, Sichoni.

30. Cum telis confecimus eos, periit Cheschbon usque ad Dibonem: ac devastavimus eos usque ad Nophach, quod usque ad Medebam (*extenditur.*)

31. Ita habitavit Jisraël in terra Emoræi.

32. Postea misit Moses ad explorandum Jaserem: ceperuntque filias ejus: ac expulit Emoræum, qui ibi.

33. Inde respexerunt, ascenderuntque via Baschanis. Sed [d] exiit Og, Rex Baschanis, contra illos, ipse & omnis populus ejus in bellum, usque in Edrëi.

34. Dixit verò JEHOVAH ad Mosen; ne timeto illum: quia in manum tuam dedi illum, & omnem populum ejus, & omnem terram ejus; facies autem illi, quemadmodum fecisti Sichoni, Regi Emoræi, qui habitans (*erat*) in Cheschbone.

35. Percusserunt itaque eum, & filios ejus, & omnem populum ejus, usque dum non reliquerunt illi residuum; possederuntque terram ejus.

CAP. XXII.

Balakus I. Midjanitas ad societatem belli contra Israelem trahit. à v. 1. Et vocat frustra Bileamum, ad maledicendum. à v. 5. Iteratâ II. Legatione Bileamum obtinet. à v. 15. III. Bileamo verò proficiscenti in via Angelus Jehovæ restitit, & asina loquens eum redarguit. à v. 21. Dimissum IV. ab Angelo cum commutatione Balakus latus suscipit. à v. 36.

INde profecti sunt filii Jisraëlis, & castrametati sunt in planitiebus Moabi, trans Jordanem versus Jerichuntem.

2. Cum autem vidisset Balakus, filius Zipporis, omne, quod fecit Jisraël Emoræo;

3. Timuit sibi Moabus à populo valdè, eò quod multus erat: unde abhorruit Moabus à filiis Jisraëlis.

4. Quare dixit Moabus ad Midjanem; Nunc depascent congregatio omnes circuitus nostros, sicut depascit bos herbam agri. Balakus autem, filius Zipporis, Rex (*erat*) Moabo in tempore illo.

5. Qui misit legatos [a] ad Bileamum, filium [b] Beoris, in Pethoram, quæ est juxta fluvium terræ filiorum populi ipsius, ad vocandum illum, dicendo; Ecce, populus exivit ex Ægypto: ecce, obtexit superficiem terræ; idemque considens (*est*) è regione mei.

6. Nunc ergò, i, quæso, maledic mihi populo huic: quia fortis ille præ me; (*tùm*) fortè prævalebo, (&) percutiemus eum, ac ejiciam eum è terra. Novi enim, quod cui benedixeris, benedictus (*erit,*) & cui maledixeris, maledictus erit.

7. Iverunt itaque Seniores Moabi, & Seniores Midjanis, & præstigiæ in manu eorum: cumque venerunt ad Bileamum, locuti sunt ad eum verba Balaki.

8. Qui dixit ad eos; Pernoctate hic hac nocte; ut respondeam vobis verbum, quemadmodum loquetur JEHOVAH ad me. Manserunt ergò Principes Moabi cum Bileamo.

9. Venit verò DEUS ad Bileamum, dixitque; Quinam (*sunt*) viri isti, (*qui*) tecum.

10. Tum dixit Bileamus ad DEUM; Balakus,

Balakus, filius Zipporis, Rex Moabi, misit ad me;

11. Ecce, populus (*est aliquis,*) qui exivit ex Ægypto, & operuit superficiem terræ: quare ito, maledicito mihi illi; fortè (*enim*) potero pugnare cum eo, & expellere eum.

12. Dixit verò DEUS ad Bileamum; Non ibis cum illis: (&) non maledices populo: benedictus enim ille (*est.*)

13. Surrexit ergò Bileamus sub auroram, dixitque ad principes Balaki; Ite ad terram vestram; quia renuit JEHOVAH permittere mihi, ut abeam vobiscum.

14. Quare surrexerunt principes Moabi, veneruntque ad Balakum; ac dixerunt, renuit Bileamus ire nobiscum.

15. Sed addidit (*tamen*) amplius Balakus mittere principes plures & honoratiores illis.

16. Qui venerunt ad Bileamum, dixeruntque illi; sic dixit Balakus, filius Zipporis; ne, quæso, abstineri te patere ab eundo ad me.

17. Nam honorando honorabo te valde, & omne, quod dixeris ad me, faciam, sto modò, quæso, maledicito mihi populo huic.

18. Respondit verò Bileamus, dixitque ad servos Balaki; [c] si daturus esset mihi Balakus plenitudinem domus suæ (*de*) argento & auro; non possem (*tamen*) transgredi os JEHOVÆ DEI mei, faciendo parvum aut magnum.

19. Attamen, manete, quæso, hic etiam vos nocte hac, ut cognoscam, quid additurus sit JEHOVAH loqui ad me.

20. Venit itaque DEUS ad Bileamum noctu, dixitque illi; si ad vocandum te venerunt viri, surge, abi cum iis: veruntamen verbum, quod locutus fuero ad te; illud, inquam, facies.

21. Quamobrem surrexit Bileamus sub auroram, stravitque asinam suam, ac ivit cum principibus Moabi.

22. Sed accensa est ira DEI, quod abiens ille: idcò constitit Angelus JEHOVÆ in via, in adversarium illi, cum ille (*esset*) equitans super asina sua, & duo pueri ejus cum ipso.

23. Vidit autem asina Angelum JEHOVÆ, stantem in via, & gladium ejus evaginatum in manu ejus; ideò declinavit asina à via, & abivit in agrum: Bileamus autem percussit asinam, ut reduceret eam in viam.

24. Quare stetit Angelus JEHOVÆ, in tramite vinearum; (*ubi*) maceries hinc, & maceries illinc.

25. Vidit verò asina Angelum JEHOVÆ, & repressit se ad parietem, ita ut premeret (*simul*) pedem Bileami ad parietem, ideò addidit percutere eam.

26. Addidit tamen Angelus JEHOVÆ præterire, stetitque in loco angusto, ubi non erat spatium ad declinandum ad dextram vel ad sinistram.

27. Sed cum videret asina Angelum JEHOVÆ, procubuit sub Bileamo: unde exarsit ira Bileami, percussitque asinam baculo.

28. Tum aperuit JEHOVAH [d] os asinæ, ut dixerit ad Bileamum; Quid feci tibi, quod percussisti me, his tribus vicibus.

29. Dixit ergò Bileamus asinæ; quia illusisti mihi: utinam esset gladius in manu mea; statim enim occiderem te.

30. Sed dixit asina ad Bileamum; Nonne ego (*sum*) asina tua, super qua equitasti, ex quo tu es (*equitans*) usque ad diem hunc? num ex more meo solita fui facere tibi sic? qui dixit; Non.

31. Tum aperuit JEHOVAH oculos Bileami, ut videret Angelum JEHOVÆ stantem in via, & gladium ejus evaginatum: ideò inclinavit & incurvavit se in facies suas.

32. Ad quem dixit Angelus JEHOVÆ; Propter quid percussisti asinam tuam his tribus vicibus? Ecce, ego exivi in adversarium; quia mala est via coram me.

33. Sed vidit me asina, & declinavit coram me his tribus vicibus: nisi declinasset coram me, utique nunc etiam te occidissem, illam verò vivificassem.

34. Dixit ergo Bileamus; peccavi: non enim scivi, quod tu stans esses, contra me in via. Jam vero si malum in oculis tuis, revertar mihi.

35. Sed

35. Sed dixit Angelus JEHOVÆ ad Bileamum : abi cum viris : veruntamen verbum, quod locuturus ſum ad te, hoc (*inquam*) loqueris. Abivit itaque Bileamus cum principibus Balaki.

36. Cum verò audiviſſet Balakus, quod veniſſet Bileamus, exivit obviam illi ad urbem Moabi, quæ eſt ſuper termino Arnonis, qui in extremitate termini

37. Tunc dixit Balakus ad Bileamum; Nonne mittendo miſi ad te, ad vocandum te? quare (*ergò*) non iviſti ad me? num omninò non potero honorare te?

38. Sed dixit Bileamus ad Balakum; Ecce, veni (*quidem*) ad te, verùm num potero loqui quicquam? verbum, quod poſiturus eſt DEUS in os meum, hoc (*inquam*) locuturus ſum.

39. Ivit tamen Bileamus cum Balako; veneruntque in urbem platearum.

40. Ubi ſacrificavit Balakus boves & pecudes, miſitque Bileamo & principibus, qui cum illo.

41. Factum autem eſt ſub auroram; accepit Balakus Bileamum, & aſcendere eum fecit ad excelſa Baalis; unde vidit extremitatem populi.

CAP. XXIII.

Bileamus I. primâ vice, ut Iſraëli malediceret, ad incantationes confugit: ſed benedicere eidem cogitur. à v. 1. Quod II. ſecundâ etiam vice contingit. à v. 13. Sed ut III. fieret tertiâ vice idem, Balakus fruſtrà tentat & parat. à v. 27. ſicut cap. ſeq. p. 1 ebit.

TUm dixit Bileamus ad Balakum; ædifica mihi hic ſeptem altaria, & para mihi hìc ſeptem juvencos & ſeptem arietes.

2. Fecit ergò Balakus, quemadmodum locutus eſt Bileamus: & aſcendere fecerunt Balakus & Bileamus juvencum & arietem in altari (*quoq;*)

3. Tunc dixit Bileamus ad Balakum; Conſiſte apud holocauſtum tuum; ego autem abibo: fortè (*enim*) occurret JEHOVAH obviam mihi, & verbum aliquod monſtrabit mihi, quod indicem tibi: ita abivit in clivum.

4. Occurrit verò DEUS Bileamo, dixitque ad illum (*hic;*) ſeptem altaria diſpoſui, & aſcendere feci Juvencum & arietem in altari (*quoq;*)

5. Sed poſuit JEHOVAH verbum in os Bileami, dixitque; redi ad Balakum, & ſic loquere.

6. Rediit ergò ad eum; cum, ecce, ſtans eſſet apud holocauſtum ſuum, ipſe & omnes principes Moabi.

7. Edidit ergò enuntiatum ſuum, dixitque; E Syria adduxit me Balakus, Rex Moabi, de montibus orientis, (*inquiens;*) Ito, maledicito mihi Jacobo; ito, inquam, & abominabilem redde Iſraëlem.

8. Quomodo (*verò*) maledixerim, cui non maledixit JEHOVAH? Et quomodo abominatus ſim, (*quem*) non abominatur JEHOVAH?

9. Quando è capite petrarum video eum, & è collibus conſpicio eum, (*dicere cogor;*) En populum, qui ſolitarius habitabit, & inter gentes non numerabitur. *Jud: XXXIII. 28.*

10. Quis numerabit pulverem Jacobi, & numerum cum quiete Iſraëlis? Moriatur anima mea morte rectorum, & ſit poſtremum meum, ſicut ille.

11. Tum dixit Balakus ad Bileamum; Quid feciſti mihi? ad maledicendum hoſtibus meis accepi te; cum, ecce, benedixiſti benedicendo.

12. Sed reſpondit, dixitque; Nonne, quod ponit JEHOVAH in os meum, illud obſervaverim loqui?

13. Dixit verò ad eum Balakus; Ito, quæſo, mecum in locum alium, unde videbis eum (*quidem:*) (*ſed*) tantum extremitatem ejus videbis; at totum eum non videbis: inde ergò maledici illi mihi.

14. Sic aſſumſit eum in agrum Zophim (*h.e. ſpeculatorum*) in caput Piſgæ: ædificavitque ſeptem altaria, & aſcendere fecit juvencum & arietem in altari (*unoquoq;*)

15. Dixit itaque ad Balakum; conſiſte hic apud holocauſtum tuum; ego autem obviam ibo iſtuc.

16. Occurrit verò JEHOVAH Bileamo, ac poſuit verbum in os ejus, dixitque; Redi ad Balakum, & ſic loquere.

17. Cum itaque veniret ad eum, ecce, ille ſtans (*eſſet*) apud holocauſtum ſuum, & principes Moabi cum eo; diceretque illi Balakus; quid locutus eſt JEHOVAH?

18. Edidit enunciatum ſuum, dixitque, Sta, Balake, & audi; auſculta mihi, fili Zipporis:

19 Non vir (*eſt*) DEUS, ut mentiatur; aut filius hominis, ut pœniteat illum. Num ille dixerit, & non fecerit? aut locutus fuerit, & non ſtabiliverit illud.

20. Ecce, benedicere ſuſcepi: benedixit enim, ergone non reſpondeam illud?

21. Non perſpexit iniquitatem in Jacobo; nec vidit laborem (*malum*) in Iſraële: (*ideò*) JEHOVAH DEUS illius (*eſt;*) cum ipſo; unde conclamatio Regis in eo.

a) Num. 24. 8. 22. DEUS, inquam, qui eduxit eos ex Ægypto (*eſt cum eo:*) (*unde*) ſicut robora unicornis illi.

23. Non enim (*valet*) divinatio contra Jacobum, nec præſtigiæ contra Iſraëlem: (*ſed*) hoc ipſo tempore dicetur Jacobo & Iſraëli; quid fecerit DEUS?

24. En (*namq;*) populus (*hic*) ſicut vetus leo ſurget, & ſicut leo juvenis efferet ſe: non requieſcet, donec comederit rapinam, & ſanguinem confoſſorum biberit.

25. Tum dixit Balakus; Neque maledicendo maledices illi, neque benedicendo benedices illi.

26. Sed reſpondit Bileamus, dixitque ad Balakum; Nonne locutus ſum ad te, dicendo; omne quod locutus fuerit JEHOVAH, id facturus ſum?

27. Nihilominus dixit Balakus ad Bileamum; ito, quæſo; accipiam te in locum alium: fortè rectum erit in oculis DEI, ut maledicas illi mihi inde.

28. Sic accepit Balakus Bileamum, in caput Peoris, reſpicicus verſus facies Jeſchimonis.

29. Ubi dixit (*quidem*) Bileamus ad Balakum; ædifica mihi hic ſeptem altaria, & para mihi hic ſeptem juvencos, & ſeptem arietes; fecitque Balakus, ſicut dixit Bileamus, ut aſcendere fecerit juvencum & arietem ſuper altari (*unoquoq;*)

CAP. XXIV.

Bileamus I. amiſſis Balaki ſuiſq; prioribus præſtigiis Iſraëli in ſpiritu DEI benedicit tertiâ vice. à v. 1. Obquod II. Balako cum ipſo contendente, à v. 10. Ipſe III. De Iſraële contra Moabum prophetat. à v. 14. Itemq; IV. contra Edomitas, Amalekitas, Kenitas. à v. 17.

SEd cum videret Bileamus tamen, quod bonum (*eſſet*) in oculis JEHOVÆ benedicere Iſraëli, non ivit ſicut prioribus vicibus, obviam divinationibus; verùm direxit verſus deſertum facies ſuas

2. Cumque tolleret Bileamus oculos ſuos, videretque Iſraëlem habitantem juxta tribus ſuas; venit ſuper eum ſpiritus DEI;

3. Quare edidit enunciatum ſuum, dixitque; Dictum Bileami, filii Beoris; dictum, inquam, viri apertí oculos:

4. Dictum audientis verba DEI, qui viſionem Fulminatoris videt; qui procidit, & (*ſit*) revelatus oculos. *1 Sam: IX. 9. 11.*

5. Quam bona ſunt tabernacula tua, ô Jacobe; habitacula tua, ô Iſraël.

6. Sicut valles plantantur, ſicut horti juxta fluvium: ſicut ſantalos plantavit JEHOVAH; ſicut cedros juxta aquas.

7. Defluent aquæ è ſitulis ejus, & ſemen ejus (*erit*) inter aquas multas: unde exaltabitur præ Agago Rex ejus, & efferet ſe regnum ejus.

8. DEUS (*eſt*) qui eduxit eum ex Ægypto: undè ſicut robora unicornis illi: ut comedat gentes, hoſtes ſuos, & oſſa eorum frangat, telaque ejus (*hoſtis*) conterat.

9. Incurvat ſe, cubat ſicut leo, & ſicut leo vetus; quis ergò excitabit eum? Benedicentes tibi, benedictus (*quivis,*) at maledicentes tibi, maledictus (*quivis*)

10. Accenſa itaque eſt ira Balaki contra Bileamum, complositque manus ſuas; ac dixit Balakus ad Bileamum; Ad maledicendum hoſtibus meis vocavi te: at ecce, benedixiſti benedicendo his tribus vicibus.

11. Quare fuge tibi ad locum tuum. Dixeram (*quidem;*) honorando honorabo te: ſed, ecce, prohibuit te JEHOVAH ab honore

12. Sed dixit Bileamus ad Balakum; Nonne etiam ad legatos tuos, quos misisti ad me, locutus sum, dicendo:

a) Num. 22,18. 13. Si [a] dederit mihi Balakus plenitudinem domus suæ (*de*) argento & auro, non potero transgredi os JEHOVÆ, faciendo bonum aut malum ex corde meo: quod loquetur JEHOVAH, id locuturus sum?

14. Nunc ergò, Ecce, ego, (*sum quidem*) abiens ad populum meum: age (*tamen*) prædicam tibi, quid facturus sit populus hic populo tuo in posteritate dierum.

15. Edidit ergò enuntiatum suum, dixitque; Dictum Bileami, filii Beoris; dictum, inquam, viri aperti oculum:

16. Dictum audientis verba DEI, & scientis scientiam Altissimi: (*qui*) visionem Fulminatoris videt; qui procidit, & (*sit*) revelatus oculos.

17. Video eum, etsi non jam (*sit;*) conspicio eum, etsi non propinquus (*sit;*) b) Mat. 2,2. (*Nimirum*) orietur [b] stella ex Jacobo, & surget sceptrum ex Israële, quod conteret angulos Moabi, & destruet omnes filios Schethi.

18. Tum erit Edomus hereditas; erit, inquam, hereditas Seir hostibus suis: at Israël faciet robur. Psal. XXVI: 3.

19. Ita ut dominaturus sit de Jacobo, qui perditurus est residuum de urbe (*Edomi.*) Rom. IX: 26.

20. Post vidit Amalekum, edidítque enuntiatum suum, ac dixit; Primitiæ gentium (*est*) Amalek: sed [c] posteritas ejus usque in intereuntem (*desinet.*) c) 1. Sam. 15,7.

21 Cum porrò videret Kenitam, edidit etiam enuntiatum suum, ac dixit; Valida (*quidem*) est habitatio tua, & ponere in petra (*est*) nidus tuus:

22. Nihilominus erit ad extinguendum Kajinus; quousque Aschur captivum abducet te.

23. Tandem edidit enuntiatum suum, dixitque; ô, quis vivet, ex quo fundaverit eum Deus?

24. Tum (*quidem*) naves (*venient*) è loco Kitthæorum, & affligent Aschurem, & affligent Eberum; sed tamen etiam hic (*Kitthæus*) usque in intereuntem (*desinet.*)

25. Posteà surrexit Bileamus, abivitque, ut reverteretur in locum suum; sed & Balakus abivit in viam suam.

CAP. XXV.

Populus Israëlit. in Schittim scortatur. & Baal-Peori sacrificat. à v. 1. Ideo 11. Capitæ suspenduntur, & sacrificanter occiduntur. v. 4. 5. III. Pinchasus verò Simrium & Cosbiam hastâ transfodit. à v. 6. Unde IV. fœdus æterni Sacerdotij consequitur. à v. 10. Midianitæ V. cædi ab Israëlitis jubentur. à v. 16.

INterea consedit Israël in Schittim: ubi cepit populus scortari cum filiabus Moabi.

2. Vocarunt enim populum ad sacrificia deorum suorum: comedit autem populus, incurvavitque se diis earum.

3. Inprimis adjunxit se Israël [a] Baal-Peori: Ideò accensa est ira JEHOVÆ contra Israëlem. a) Deut. 4,3. Jos. 22,17

4. Quare dixit JEHOVAH ad Mosen; sume omnia capita populi, & suspende ea JEHOVÆ coram sole; ut avertatur excandescentia iræ JEHOVÆ ab Israële.

5. Unde dixit Moses ad Judices Israëlis; occidite vir (*quisque*) viros suos, qui se adjunxerunt Baal-Peori.

6. Ecce verò, vir de filiis Israëlis venit, & adduxit ad fratres suos Midjanitidem in oculis Mosis, & in oculis universæ concionis filiorum Israëlis; cum hi (*essent*) plorantes ad ostium tentorii Conventus.

7. Quod vidit [b] Pinchasus, filius Eleasaris, filii Aharonis Sacerdotis; ideò surrexit é medio concionis, sumsitque hastam in manum suam: b) Ps. 106,30.

8. Et ivit post virum Israëlis in lupanar, ac confodit ambos, virum Israëlis & fœminam in lupanari hujus. Ita inhibita est plaga desuper filiis Israëlis.

9. Fuerunt autem [c] mortui plaga quatuor & viginti millia. c) 1. Cor. 10,8.

10. Locutus verò est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

11. Pinchasus filius Eleasaris, filii Aharonis Sacerdotis, avertit excandescentiam meam desuper filiis Israëlis, per hoc quod Zelo

Zelo usus est pro me in medio eorum, ut non consumserim filios Israëlis in Zelo meo:

b) Sir. 45,30. 1. Mac. 2,54. 12. Propterea [d] dic: Ecce, ego (*sum*) dans illi fœdus meum, (*fœdus*) pacis:

13. Ut sit illi & semini ejus post eum fœdus Sacerdotii æternitatis; propterea quod Zelum exercuit pro DEO suo, expiavitque filios Israëlis.

14. Nomen autem viri Israëlis, qui percussus est cum Midjanitide, (*erat*) Simri, filius Salu, princeps domus patris Schimeonitis:

15. At nomen fœminæ; quæ percussa est, Midjanitidis, (*erat*) Kosbi, filia Zuris: qui caput gentium domus patris (*erat*) in Midjane.

16. Porrò locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

c) Num 31,2. 17. Infesta [e] Midjanitas, & percutite eos:

18. Quia infesti illi (*fuerunt*) nobis per insidias suas, quibus insidiati sunt vobis per negotium Peoris, & per factum Kosbi, filiæ principis Midjanis, sororis eorum, percussæ in die plagæ ob negotium Peoris. Cæterum factum est post plagam:

CAP. XXVI.

Tribus Israëliticæ per Mosen & Eleasarum jussu DEI propè Iordanem Ierichuntis recensentur. Et I. duo decim tribus, quibus terra Canaanis distribuenda. à v. 1. II. Tribus Levitica seorsim. à v. 57.

DIxit JEHOVAH ad Mosen, & ad Eleasarum, filium Aharonis Sacerdotis, dicendo:

2. Tollite summam totius concionis filiorum Israëlis, à filio viginti annorum & suprâ, juxta domum patrum eorum; omnis exeuntis in militiam in Israële.

3. Locutus itaque est Moses & Eleasar Sacerdos cum illis in planitiebus Moabi, propè Jordanem Jerichuntis, dicendo:

4. A filio viginti annorum, & supra (*recensensor:*) quemadmodum (*olim*) præcepit JEHOVAH Mosi & filiis Israël exeuntibus è terra Ægypti.

5. (*Nimirum*) [a] Rubeu primogenitus (*erat*) Israëlis: filius Rubenis; Chanocho (*fuit*) familia Chanochitæ: Palluo, familia Palluitæ; a) Gen. 29,1. 46,9. Ex. 6,14 Num. 1, 20. 1. Par. 5, 3.

6. Chezroni, familia Chezronitæ; Karmio, familia Karmitæ.

7. Hæ sunt familiæ Rubenitæ: quorum recensiti fuerunt tria & quadraginta millia, & septingenti, & triginta.

8. Ex filiis quidem Pallu erat etiam Eliab.

9. Filii autem Eliabi, Nemuel, & Dathan, & Abiramus: (*sed*) hic Dathan est & Abiramus nominati concionis, qui rixati sunt contra Mosen, & [b] contra Aharonem, in congregatione Korachi, quum rixarentur contra JEHOVAM: b) Num. 16, 2.

10. Aperuit autem terra os suum, & absorpsit eos, ac Korachum; quum moreretur concio; (*hoc est*) quum comederet ignis quinquaginta & ducentos viros, fieretque miraculum.

11. Filii tamen Korachi non sunt mortui.

12. Filii Schimeonis (*sunt*) juxta familias; Nemueli, familia Nemuelitæ; Jamini, familia Jaminitæ, Jachini, familia Jachinitæ: Jemuël.

13. Seracho, familia Serachitæ: Schauli, familia Schaulitæ. Zoraeh.

14. Hæ sunt familiæ Schimeonitæ; duo & viginti millia, & ducenti.

15. Filii Gadis juxta familias eorum: Zephoni, familia Zephonitæ: Chaggio, familia Chaggitæ: Schunio, familia Schunitæ: Zephon.

16. Osnio, familia Osnitæ: Erio familia Eritæ: Ezbon

17. Arodo, familia Aroditæ: Arelio, familia Arelitæ:

18. Hæ (*sunt*) familiæ filiorum Gadis; quantum ad recensitos eorum; quadraginta millia, & quingenti.

19. Filii [c] Judæ fuerunt Er & Onan; sed mortuus est Er, & Onan in terra Canaanis. c) Gen. 38,3-4

20. Fuerunt deinde filii Judæ secundum familias eorum: Schelæ, familia Schelonitæ: Perezo, familia Parzitæ: Seracho, familia Sarchitæ.

21. Porrò

21. Porrò fuerunt filii Perezi: (*quorum*) Chezroni, familia Chezronitæ: Chamuli, familia Chamulitæ.

22. Hæ ſunt familiæ Judæ: quantum ad recenſitos eorum, ſex & ſeptuaginta millia, & quingenti.

23. Filii Iſſacharis juxta familias eorum: Thola, (*cui*) familia Tholaitæ: Puæ, familia Punitæ:

24. Jaſchubo, familia Jaſchubitæ: Schimroni, familia Schimronitæ.

25. Hæ (*ſunt*) familiæ Iſſacharis; quantum ad recenſitos eorum, quatuor & ſexaginta millia, & trecenti.

26. Filii Sebulunis juxta familias eorum: Sered, familia Sarditæ: Eloni, familia Elonitæ: Jachleeli, familia Jachleelitæ.

27. Hæ (*ſunt*) familiæ Sebulunitæ, quantum ad recenſitos eorum, ſexaginta millia, & quingenti.

28. Filii Joſephi juxta familias eorum (*ſunt*) Menaſcheh & Ephrajim.

29. Filii Menaſcheh: Machiri, familia Machiritæ. Machir autem genuit Gileadem. Gileadi (*porrò*) familia Gileaditæ.

30. Hi (*ſunt*) filii Gileadis; Jeſer, (*unde*) familia Jeſritæ: (*porrò*) Chelekо, familia Chelkitæ:

31. (*Fuit*) item Aſriel, (*unde*) familia Aſrielitæ: & Schechem, (*unde*) familia Schichmitæ.

32. Et Schemida (*unde*) familia Schemi- d) Nu. 27, 1. 36, 2. raitæ; & [d] Chepher, (*unde*) familia Chephritæ.

33. Zelophehadi autem non fuerunt filii, ſed filiæ: Nomen verò filiarum Zelophehadis (*eſt*) Machla, & Noah, Choglah, Milkah, & Tirzah.

34. Hæ (*ſunt*) familiæ Menaſcheh: recenſiti autem eorum, duo & quinquaginta millia, & ſeptingenti.

35. Hi (*ſunt*) filii Ephrajimi ſecundum familias eorum: Schuthelacho, familia Schuthalchitæ: Bechero, familia Bichritæ: Thachani, familia Thachanitæ.

36. Hi porro (*ſunt*) filii Schuthelachi: Erani, familia Eranitæ.

37. Hæ (*ſunt*) familiæ filiorum Ephrajimi; quantum ad recenſitos eorum; duo & triginta millia, & quingenti. Hi ſunt filii Joſephi juxta familias eorum.

38. Filii Binjaminis ſecundum familias eorum (*ſunt*:) Belæ, familia Belitæ: Aſchbeli, familia Aſchbelitæ: Achiramo; familia Achiramitæ.

39. Schephuphamo, familia Schuphamitæ: Chuphamo, familia Chuphamitæ.

40. Porrò filii Belæ fuerunt, Ardus & Naaman; (*unde*) Ardo familia Arditæ, (&) Naamani, familia Naamitæ.

41. Hi ſunt filii Binjaminis juxta familias eorum; recenſiti autem eorum, quinque & quadraginta millia, & ſexcenti.

42. Hi ſunt filii Danis, juxta familias eorum: Schuchamo, familia Schuchamitæ. Hæ ſunt familiæ Danis, juxta familias eorum.

43. Omnes familiæ Schuchamitæ, quantum ad recenſitos eorum, (*fuerunt*) quatuor & ſexaginta millia, & quadringenti.

44. Filii Aſcheris juxta familias eorum. Jimnæ, familia Jimnitæ: Iſchvio, familia Iſchvitæ: Beriæ, familia Beriitæ.

45. Filiis Beriæ; Chebero, familia Chebritæ: Malkieli, familia Malkielitæ.

46. Nomen autem filiæ Aſcheris, Serach.

47. Omnes familiæ filiorum Aſcheris, quantum ad recenſitos eorum (*fuerunt*) tria & quinquaginta millia, & quadringenti.

48. Filii Naphthali juxta familias eorum: Jachzeeli, familia Jachzeelitæ; Gunio, familia Gunitæ:

49. Jezero, familia Jizritæ: Schillemo, familia Schillemitæ.

50. Hæ (*ſunt*) familiæ Naphthali, juxta familias eorum; at recenſiti eorum, quinque & quadraginta millia, & qua- e) Num. 1, 64. dringenti.

51. Hi (*ſunt*) recenſiti filiorum Iſraël, ſexcenta millia, & mille, ſeptingenti ac triginta.

52. Tum locutus eſt JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

53. His

53. His diſtribuetur terra in hereditatem, juxta numerum nominum.

54. Multo multiplicabitur hereditas ejus, & pauco diminuetur hæreditas ejus: viro (*cui ſi*) juxta recenſitos ejus dabitur hæreditas ejus.

55. Sed per ſortem diſtribuetur terra; juxta nomina tribuum patrum eorum accipient hereditatem.

56. Juxta ſortem (*inquam*) diſtribuetur hereditas ejus, inter multum & paucum.

f) Exod. 6, 16. Num. 3, 16. 57. Porrò (*hi*) ſunt recenſiti [f] Levitæ juxta familias eorum: Gerſchoni, familia Gerſchonitæ: Kehatho, familia Kehathitæ: Merario, familia Meraritæ.

58. Familiæ Levitæ (*reliquæ,*) familia Libnitæ, familia Chebronitæ, familia Machlitæ, familia Muſchitæ, familia Korchitæ; Kehathus porrò genuit Amramum.

g) Exod. 6, 20. 59. Nomen autem [g] uxoris Amrami (*fuit*) Jochebed, filia Levi, quam peperit (*mater*) (*ejus*) Levi in Ægypto. Peperit verò Amramo, Aharonem, & Moſen, & Mirjamam ſororem eorum.

60. Natus porro eſt Aharoni Nadabus, & Abihu, Eleaſar & Ithamar.

h) Lev. 10, 2. 1. Paral. 25, 2. 61. Sed mortuus eſt [h] Nadabus & Abihu, quum attulerunt ignem alienum ante JEHOVAM.

62. Fuerunt denique recenſiti eorum, tria & viginti millia: omnis (*ſcil.*) maſculus à filio menſis & ſupra: non enim recenſiti ſunt in medio filiorum Iſraëlis; quia non data eſt illis hereditas in medio filiorum Iſraëlis.

63. Hi ſunt recenſiti Moſis & Eleaſaris Sacerdotis, qui recenſuerunt filios Iſraëlis in planitiebus Moabi, propè Jordanem Jerichuntis.

i) Num. 14, 2. 64. In his verò non [i] fuit vir (*ullus*) de recenſitis Moſis & Aharonis; qui recenſuerunt filios Iſraëlis in deſerto Sinaj.

k) Numer. 14, 29. 65. Dixerat enim JEHOVAH [k] illis; moriendo morientur in deſerto: non itaque relictus eſt de illis vir (*ullus*) niſi Kalebus filius Jephunnch, & Jehoſchua filius Nunis.

CAP. XXVII.

Filiæ I. Zelophchadi hereditatem paternam in terra Canaan petunt. à v. 1. II. Cauſa ad Jehovam delatæ proipſis & generationibus definitur. à v. 5. Moſes III. Iubetur in montem Abarim aſcendere ad moriendum ibi. à v. 12. Qui IV. in ſui locum Iuſſu Jehova Jehoſchuam populo ducem præficit. à v. 15.

a) Num. 26, 33. 36, 2. Joſ. 17, 3. TUm acceſſerunt [a] filiæ Zelophchadi, filii Chepheri, filii Gileadis, filii Machiris, filii Menaſcheh, inter familias Menaſcheh, filii Joſephi: hæc autem ſunt nomina filiarum ejus, Machlah, Noah, & Choglah, & Milka, & Tirza.

2. Steterunt itaque coram Moſe & coram Eleaſaro Sacerdote, & coram principibus atque omni concione, ad oſtium tentorii Conventus, dicendo:

3. Pater noſter mortuus eſt in deſerto; nec fuit ille in medio concionis, qui congregarunt ſe [b] contra JEHOVAM in con- b) Num. 16, 33 cione Korachi; ſed in peccato ſuo mortuus eſt; filii autem non fuerunt illi.

4. Quare (*ergò*) diminuetur nomen patris noſtri è medio familiæ ejus, ideò quod non ſit filius illi? da (*itaq;*) nobis poſſeſſionem in medio fratrum patris noſtri.

5. Quare detulit Moſes cauſam earum ante JEHOVAM.

6. Dixit autem JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

7. Juſtum filiæ Zelophchadi (*ſunt*) loquentes: (*ideò*) dando dabis illis poſſeſſionem hereditatis in medio fratrum patris earum, faciesque tranſire hereditatem patris earum ad ipſas.

8. Ad filios etiam Iſraëlis loqueris, dicendo: Vir quando mortuus fuerit, nec filius illi, tranſire facietis hereditatem ejus ad filiam ejus.

9. Quod ſi nec filia illi (*fuerit:*) dabitis hereditatem ejus fratribus ejus.

10. Sin nec fratres illi: dabitis hereditatem ejus fratribus patris ejus.

11. Sin nec fratres patri ejus: dabitis hereditatem ejus conſanguineo proximo illi, de familia illius; qui hereditariò accipiet eam. Factum igitur eſt filiis Iſraëlis in ſtatutum judicii; quemadmodum præcepit JEHOVAH Moſi. 12. Poſt-

12. Posteà dixit Jehovah ad Mosen;
c) Deut. 32, 48. [c] ascende in montem Abarim (*h.e. transitum*) hunc, & vide terram, quam dedi filiis Jisraëlis.

13. Cùm enim videris eam, congregaberis ad populos tuos etiam tu; quemadmodum congregatus est Aharon frater tuus.

d) Nu. 20, 12. 14. Juxta quòd [d] rebellastis ori meo in deserto Zin, in contentione concionis, ut sanctificaretis me per aquas in oculis eorum: hæ sunt aquæ contentionis Kadesch in deserto Zin.

15. Quare locutus est Moses ad Jehovam, dicendo:

16. Præficiat (*ergò*) Jehovah Deus spirituum (*qui sunt*) omni carni, virum super concionem:

17. Qui exeat coram illis, & qui intret coram illis; & qui educat illos, & qui introducat eos: ut non sit concio Jehovæ, sicut grex, quibus non est pastor.

18. Dixit itaque Jehovah ad Mosen;
e) Deut. 3, 28. [e] Sume tibi Jehoschuam, filium Nunis, virum, in quo (*est*) Spiritus; & impone manum tuam super illum:

19. Deinde statues eum ante Eleasarum Sacerdotem, & ante universam concionem; præcipiesque ei in oculis eorum.

20. Ita dabis de gloria tua super eum, ut obediat ei omnis congregatio filiorum Jisraëlis.

21. Coram tamen Eleasaro Sacerdote
f) Exod. 28, 30. stabit, & interrogabit eum [f] per Judicium Usim, coram Jehovah: juxta os ejus exibunt, & juxta os ejus intrabunt; ipse & omnes filii Jisraëlis cum ipso, omnisque concio.

22. Fecit ergò Moses, quemadmodum præcepit Jehovah illi: sumsit enim Jehoschuam, ac statuit eum ante Eleasarum Sacerdotem, & ante universam concionem:

23. Imposuit etiam manus suas super illum, præcepitque illi; quemadmodum locutus est Jehovah per manum Mosis.

CAP. XXIIX.

Ignita Jehovæ in sua tempora distribuuntur, & determinantur. I. In singulos dies. à v. 1. II. In diem Sabbathi. v. 9. 10. III. In novilunia. à v. 11. IV. In festum Paschatis. à v. 16. V. In diem primitiarum. à v. 26.

Posteà locutus est Jehovah ad Mosen, dicendo:

2. Præcipe filiis Jisraëlis, & dic ad eos; Munus meum, panem meum, in ignita odoris quietationis observabitis, ut offeratis mihi in stato tempore suo.

3. Dic porrò ad eos; Hoc (*est*) ignitum, quod offeretis Jehovæ; agnos, filios anni, integros, duos in diem, holocaustum jugis.

4. Agnum (*nimirum*) unum facies sub auroram; & agnum alterum facies inter vesperas;

5. Cum decima Ephæ de similagine in Mincham, mixtam oleo contuso, cum quartâ Hinis.

6. Holocaustum jugis (*est*;) factum (*jam*) in monte Sinaj, in odorem quietationis ignitum, Jehovæ.

7. Cujus libamen (*est*) quarta Hinis in agnum unum: in sancto liba libamen vini, Jehovæ.

8. Sic agnum alterum facies inter vesperas; juxta Mincham matutæ, & juxta libamen eius facies, ignitum odoris quietationis, Jehovæ.

9. At in die Sabbathi duos (*facies*) agnos, filios anni, integros, & duas decimas de similagine (*in*) Mincham, mixtam oleo, & libamen ejus.

10. Holocaustum (*erit hoc*) Sabbathi in Sabbatho suo, præter holocaustum jugis, & libamen ejus.

11. Verum in noviluniis vestris offeretis (*in*) holocaustum, Jehovæ juvencos, filios anni, duos, & arietem unum; agnos, filios anni, septem, integros.

12. Cum tribus decimis de similagine (*in*) Mincham, mixtam oleo, in juvencum unum; duabus autem decimis de similagine (*in*) Mincham, mixtam oleo, in arietem unum.

13. Singulas denique decimas de similagine (*in*) Mincham, mixtam oleo, in agnum unum. Holocaustum (*hoc erit,*) odor quietationis ignitum, Jehovæ.

14. Libamina verò eorum (*erunt*) dimidium Hinis in Juvencum, & tertia Hinis in arietem, ac quarta Hinis in agnum, (*de*) vino. Hoc Holocaustum Novilunii in Novilunio suo, juxta Novilunia anni.

15. Item Hircum caprarum unum (*facies*) in Peccatum (*sacrificium pro peccato,*) Jehovæ; præter holocaustum fiet, & libamen ejus.

16. Porrò in mense primo, in quarto
g) Exod. 12, 18. Lev. 23, 5. Deuter. 16, 3. decimo die mensis, [g] Pasch (*erit*) Jehovæ:

17. Et in quinto decimo die mensis hujus, festum, (*quo*) septem dies azymi comedentur.

18. In die (*ergò*) primo convocatio sanctitatis (*erit:*) ullum laborem operis non facietis.

19. Offeretis autem ignitum, holocaustum, Jehovæ, juvencos (*scil.*) filios bovis, duos, & arietem unum, ac septem agnos filios anni; integri erunt vobis.

20. Cum Minchah eorum (*de*) similagine, mixtâ oleo: tres decimas in Juvencum, & duas decimas in arietem facietis.

21. Singulas (*autem*) decimas facies in agnum unum; quoad septem agnos.

22. Item hircum unum in Peccatum (*sacrificium pro peccato*) ad expiandum eos.

23. Præter holocaustum matutæ, quod est in holocaustum jugis, facietis ista.

24. Juxta hæc facietis in singulos dies de septem diebus; panis (*hoc est*) ignitum odoris quietationis Jehovæ: (*ideò*) præter holocaustum jugis fiet, cum libamine ipsius.

25. Insuper in die septimo convocatio sanctitatis erit vobis; (*undè*) ullum laborem operis non facietis.

26. Præterea in die primitiarum, quando offeretis Mincham novam Jehovæ, in septimanis vestris, convocatio sanctitatis erit vobis; (*ideò*) ullum laborem operis non facietis.

27. Offeretis autem holocaustum in odorem quietationis, Jehovæ; Juvencos (*scil.*) filios bovis, duos, arietem unum, agnos septem, filios anni;

28. Cum Minchah eorum, (*de*) similagine, mixtâ oleo: (*nim.*) tribus decimis in Juvencum unum, duabus decimis, in arietem unum:

29. Singulis decimis in agnum unum, quoad septem agnos.

30. Hircus (*item erit*) unus caprarum, ad expiandum illos.

31. Præter holocaustum jugis, & Mincham ejus, facietis. Integra erunt vobis. Tandem libamina eorum.

CAP. XXIX.

Continuatur hoc capite determinatio Ignitorum Jehovæ. Et I. quidem, in diem primum mensis septimi. à v. 1. II. In diem decimum eiusdem mensis. à v. 7. III. In singulos octo dierum Scenopegiæ. à v. 12.

Porrò [a] in mense septimo, in pri- a) Lev. 23, 24
mo die mensis convocatio sanctitatis erit vobis; ullum (*enim*) laborem operis non facietis: (*quia*) dies conclamationis erit vobis.

2. Facietis autem holocaustum in odorem quietationis, Jehovæ; Juvencum, filium bovis unum, arietem unum, agnos, filios anni, septem, integros.

3. Cum Minchah eorum, de similagine, mixta oleo; tribus decimis in Juvencum; duabus decimis in arietem;

4. Decima una in agnum, quoad septem agnos.

5. Item hircum caprarum unum in Peccatum (*sacrificium pro peccato,*) ad expiandum illos.

6. Præter holocaustum novilunii, Minchamque ejus, & holocaustum jugis Minchamque ejus: cum libaminibus eorum juxta morem eorum, in odorem quietationis, ignitum, Jehovæ.

7. In [b] decimo autem (*die*) mensis b) Lev. 16, 30
septimi hujus, convocatio sanctitatis erit vobis: ut affligatis animas vestras: ullum laborem non facietis.

8. Offeretis verò Holocaustum Jehovæ, (*in*) odorem quietationis; juvencum, filium bovis unum, arietem unum; agnos, filios anni septem; integri erunt vobis:

9. Cum Minchah eorum (*de*) similagine, mixtâ oleo; tribus decimis in Juvencum, duabus decimis arieti uni;

10. Sin-

10. Singulis decimis in agnum unum, quoad ſeptem agnos.

11. (*Item*) Hircum unum in Peccatum (*ſacrificium pro peccato:*) præter Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) Expiationum, & Holocauſtum Jugis, cum Minchah ejus: denique libamina eorum.

Lev. 23.34. Num. 7.12. 12. In [c] quinta decima porrò die menſis ſeptimi convocatio ſanctitatis erit vobis; ullum laborem operis non facietis; ſed feriabimini feſtum, Jehovæ, ſeptem dies.

13. Tum offeretis holocauſtum, ignitum (*in*) odorem quietationis, Jehovæ; juvencos, filios bovis, tredecim, arietes duos, agnos, filios anni, quatuordecim: integri erunt.

14. Et Mincham eorum (*de*) ſimilagine, mixtâ oleo; tres decimas in juvencum unum, quoad tredecim juvencos; duas decimas in arietem unum, quoad duos arietes;

15. Et ſingulas decimas in agnum unum, quoad quatuordecim agnos.

16. Item hircum captatum unum (*in*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato:*) præter holocauſtum Jugis, Mincham ejus, & libamen ejus.

17. In die autem ſecundo; Juvencos, filios bovis, duodecim, arietes duos, agnos, filios anni, quatuordecim, integros.

18. Mincham item eorum, & libamina eorum, in juvencos, in arietes, & in agnos, pro numero eorum, juxta morem.

19. Hircum denique captatum unum (*in*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato:*) præter holocauſtum Jugis Minchamque ejus: & libamina eorum.

20. Et in die tertio; juvencos undecim, arietes duos, agnos, filios anni, quatuordecim, integros.

21. Et Mincham eorum, ac libamina eorum, in juvencos, in arietes, & in agnos, pro numero eorum, juxtà morem.

22. Item hircum Peccati (*ſacrificij pro peccato*) unum: præter holocauſtum jugis, Minchamque ejus, & libamen ejus.

23. Et in die quarto; Juvencos decem, arietes duos, agnos, filios anni, quatuordecim; integros.

24. Mincham eorum & libamina eorum, in juvencos, in arietes, & in agnos, pro numero eorum juxta morem:

25. Item hircum captatum unum (*in*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato:*) præter holocauſtum Jugis, Mincham ejus, & libamen ejus.

26. Et in die quinto; juvencos novem, arietes duos, agnos, filios anni, quatuordecim, integros.

27. Ac Mincham eorum, & libamina eorum, in juvencos, in arietes, & in agnos, pro numero eorum juxta morem.

28. Item hircum (*in*) Peccatum (*ſacrificium pro peccato*) unum: præter holocauſtum jugis, & Mincham ejus, atque libamen ejus.

29. Et in die ſexto; juvencos octo, arietes duos, agnos, filios anni, quatuordecim; integros.

30. Minchamque eorum, & libamina eorum, in juvencos, in arietes, & in agnos, pro numero eorum, juxta morem.

31. Item hircum Peccati (*ſacrificij pro peccato*) unum: præter holocauſtum jugis, Mincham ejus, & libamina ejus.

32. Et in die ſeptimo; Juvencos ſeptem, arietes duos, agnos, filios anni, quatuordecim, integros:

33. Minchamque eorum, & libamina eorum, in juvencos, in arietes, & in agnos, pro numero eorum juxta morem eorum.

34. Item hircum Peccati (*ſacrificij pro peccato*) unum: præter holocauſtum Jugis, Mincham ejus, & libamen ejus.

35. In die (*tandem*) octavo clauſura erit vobis: ullum laborem operis non facietis.

36. Tum offeretis holocauſtum, ignitum odoris quietationis, Jehovæ; juvencum unum, arietem unum, agnos, filios anni, ſeptem; integros:

37. Mincham eorum, libammaque eorum, in juvencum, in arietem, & in agnos, pro numero eorum juxta morem:

38. Item hircum Peccati (*ſacrificij pro peccato*) unum: præter holocauſtum jugis, & Mincham ejus, ac libamen ejus.

39. Hæc facietis Jehovæ in feſtis ſtatis veſtris, præter votiva veſtra, & ſpontanea;

nea; quantum ad holocauſta veſtra, & quantum ad minchas veſtras, & quantum ad libamina veſtra, & quantum ad pacifica veſtra.

CAP. XXX.

De obligatione votorum hoc capite agitur. I. Viri, qui ſuæ poteſtatis eſt à v. 1. II. Mulieris, quæ in domo patris ſui. à v. 4. III. Mulieris, quæ in domo mariti ſui, à v. 7. IV. Mulieris viduæ vel repudiatæ. à v. 10.

Dixit itaque Moſes ad filios Iſraëlis; juxta omne, quod præcepit Jehovah Moſi.

2. Præterea locutus eſt Moſes ad capita tribuum, (*quæ*) filiis Iſraëlis, dicendo: Hoc (*eſt*) verbum, quod præcepit Jehovah.

a) Lev. 27.2. Deuter. 23.21. 3. Vir (*quis*) quando (a) voverit votum Jehovæ, aut juraverit juramentum ad ligandum vinculum ſuper animam ſuam, non profanabit verbum ſuum: (*ſed*) juxta omne, quod exivit ex ore ejus, faciet.

4. At mulier quando voverit votum Jehovæ, & ligaverit vinculum, in domo patris ſui, in adoleſcentia ſua,

5. Audiverit (*tamen*) pater ejus votum ejus, & vinculum ejus, quod ligavit ſuper animam ſuam, tacueritque illi pater ejus: tum ſtabunt omnia vota ejus; itemque omne vinculum, quod ligavit ſuper animam ſuam, ſtabit.

6 Quod ſi renuerit pater ejus illi in die, (*quo*) audierit omnia vota ejus, & vincula ejus, quæ ligavit ſuper animam ſuam, non ſtabit: Jehovah verò propitius erit illi; quia renuit pater ejus illi.

7. Quod ſi nubendo nupta fuerit viro, dum vota ejus ſuper ipſa, aut effatum labiorum ejus, quod ligavit ſuper animam ſuam;

8. Audiveritque maritus ejus in die, quo audiverit, tacueritque illi; ſtabunt etiam vota ejus; & vincula ejus, quæ ligavit ſuper animam ſuam, ſtabunt.

9. Sin in die, quo audiverit maritus ejus, renuerit (*ea*) illi, & ſolverit votum ejus, quod ſuper ea, & effatum labiorum ejus, quod ligavit ſuper animam ſuam: Jehovah propitius erit illi.

10. Votum autem viduæ aut repudiatæ (*quod attinet:*) omne quod ligaverit ſuper animam ſuam, ſtabit ſuper eâ.

11. Si verò in domo mariti ſui voverit aut ligaverit vinculum ſuper animam ſuam, per juramentum;

12. Audiveritque maritus ejus, & tacuerit illi, nec renuerit ei (*illud:*) ſtabunt omnia vota ejus; & omne vinculum, quod ligavit ſuper animam ſuam, ſtabit.

13. Sed ſi ſolvendo ſolverit illa maritus ejus, in die quo audiverit omne effatum labiorum ejus, quantum ad vota ejus & quantum ad vinculum animæ ejus, non ſtabit (*illum:*) (*quia*) maritus ejus ſolvit ea. Unde Jehovah propitius erit illi.

14. Omne votum, & omne juramentum vinculi, ad affligendum animam, maritus ejus ſtabilire, & maritus ejus ſolvere poterit.

15. Si tamen tacendo tacebit illi maritus ejus de die in diem, ſtabiliet omnia vota ejus, aut omnia vincula ejus, quæ ſuper illa: ſtabiliet (*inquam*) illa, quia tacuit illi in die, quo audivit.

16. Si verò ſolvendo ſolverit ea, poſtquam audivit, (*& tacuit,*) portabit iniquitatem illius.

17. Hæc (*ſunt*) ſtatuta; quæ præcepit Jehovah Moſi, inter maritum & uxorem ejus; inter patrem & filiam ejus, in adoleſcentia ejus, (*in*) domo patris ejus.

CAP. XXXI.

Moſes I. juſſu DEI emittit exercitum ad ſumendum vindictam de Midianitis. à v. 1. Exercitus II. parcit etiam præda mulierum, quæ à viris cognitæ, & infantium maſculorum: quæ propterea occidere jubentur. à v. 13. Et III. ſeatq; prædam reliquam purificare. à v. 18. Poſteà IV. præda purificata dividitur. à v. 25. Tandem V. principes exercitus ſpontaneum munus adferunt Iehovæ. à v. 48.

Poſteà locutus eſt Jehovah ad Moſen, dicendo:

a) Num. 25.17. 2. Sume (a) vindictam filiorum Iſraëlis de Midjanitis: poſteà colligeris ad populos tuos.

3. Locutus itaque eſt Moſes ad populum, dicendo: Armamini de vobiſcum viri in exercitum, ut ſint contra Midjanem, ad reddendam vindictam Jehovæ in Midjane.

4. Singula millia in ſingulas tribus,

quoad omnes tribus Jiſraëlis mittetis in exercitum.

5. Traditi itaque ſunt de millibus Jiſraëlis, mille in tribum, (*h.e.*) duodecim millia, armati exercitus.

6. Sic miſit eos Moſes, mille in tribum, in exercitum; ipſos & Pinchaſum, filium Eleaſaris Sacerdotis in exercitum, & vaſa ſanctitatis atque tubæ conclamationis in manu ejus (*erant.*)

7. Qui bellum geſſerunt contra Midjanem, ſicut præcepit JEHOVAH Moſi; occideruntque omnem maſculum.

b) *Ioſ.13. 21.* 8. [b] Reges quoque Midjanis occiderunt, præter confoſſos eorum; (*nempe*) Eviam, Rekemumque, & Zurem, & Churem, & Rebam, quinque Reges Midjanis: ſed & Bilcamum, filium Beoris, occiderunt gladio.

9. At captivas duxerunt filii Jiſraëlis mulieres Midjanis, & infantem eorum; item omnem beſtiam eorum, & omnia pecora eorum, & omnes facultates eorum prædati ſunt.

10. Omnes verò urbes eorum in habitationibus eorum, & omnes arces eorum combuſſerunt igne.

11. Sumſeruntque omnem prædam & omne captum de homine & de beſtia:

12. Et duxerunt ad Moſen, & ad Eleaſarem Sacerdotem, & ad concionem filiorum Jiſraëlis, captivitatem, & captum, & prædam, ad caſtra; in planities Moabi, quæ juxta Jordanem Jerichuntis.

13. Tum exiverunt Moſes & Eleaſar Sacerdos, & omnes principes concionis obviam illis foras extra caſtra.

14. Succenſuitque Moſes præfectis exercitus; principibus (*ſcil.*) chiliadum, & principibus centuriarum, redeuntibus è militia belli;

15. Dixitque ad illos Moſes; an vivificaſtis omnem fœminam?

c) *Num. 25.1.* 16. Atqui [c] illæ fuerunt filiis Jiſraëlis ex conſilio Bilcami ad tradendum (*illos*) prævaricationi contra JEHOVAM per negotium Peoris; unde fuit plaga in concione JEHOVÆ.

17. Quare nunc occidite omnem maſculum de infante; etiam omnem mulierem, quæ cognovit virum concubitu maris, occidite.

18. Omnem autem infantem inter mulieres, quæ non cognoverunt concubitum maris, vivificate vobis.

19. Vos verò manete foris extra caſtra ſeptem dies: omnis (*ſcil.*) qui occidit animam, & omnis qui tetigit confoſſum; purificate vos in die tertio, & in die ſeptimo, vos (*inquam*) & captivitas veſtra.

20. Item omnis veſtis, & omne vas pellis, & omne opus caprarum, & omne vas ligni purificabuntur vobis.

21. Dixit etiam Eleaſar Sacerdos ad viros exercitus, redeuntes è bello; Hoc (*eſt*) ſtatutum legis, quam præcepit JEHOVAH Moſi.

22. Omninò, aurum, & argentum, æs, ferrum, ſtannum, plumbumque:

23. Omne, (*inquam*,) quod venit in ignem, traducetis per ignem, ut mundum fiat; modò (*poſt*) per aquas ſeparationis purificetur. Omne autem, quod non venit in ignem, traducetis per aquas.

24. Lavabitis deinde veſtes veſtras in die ſeptimo, ut mundi ſitis; poſteà ingrediemini in caſtra.

25. Poſteà dixit JEHOVAH ad Moſen, dicendo:

26. Tolle ſummam capti captivitatis, in homine & in beſtia; tu & Eleaſar Sacerdos, & capita patrum concionis:

27. Et dimidia (*divide*) captum inter gerentes bellum, qui exiverunt in exercitum, & inter omnem concionem.

28. Tolles deinde portionem, JEHOVÆ à cum viris belli, qui exiverunt in exercitum, unam animam de quingentis; de homine, & de bove, & de aſinis, & de grege.

29. De dimidia parte eorum accipietis, dabiſque Eleaſari Sacerdoti, ſublationem JEHOVÆ.

30. Sed de dimidia parte filiorum Jiſraëlis accipies unum deprehenſum de quinquaginta; de homine, de bove, de aſinis, & de grege, de omni beſtia; dabiſque ea Levitis cuſtodientibus cuſtodiam habitaculi JEHOVÆ.

31. Fecit ergò Moſes & Eleaſar Sacerdos, quemadmodum præcepit JEHOVAH Moſi.

32. Fuit autem captum, reſiduum prædæ, quam prædati ſunt populus exercitus; Grex (*quidem*) ſexcenta millia, & ſeptuaginta millia, & quinque millia.

33. Et boves; duo & ſeptuaginta millia.

34. Aſini verò; unum & ſexaginta millia.

35. Anima verò hominis; in mulieribus, quæ non cognoverunt concubitum maris; omnis (*inquam*) anima, duo & triginta millia.

36. Unde fuit dimidia pars eorum, qui exiverunt in exercitu; numerus (*quidem*) gregis, trecenta millia, & triginta millia, & ſeptem millia, ac quingenta.

37. Adeoque fuit portio JEHOVÆ de grege; ſexcenta, quinque & ſeptuaginta.

38. Et bovis; ſex & triginta millia; adeoque portio eorum pro JEHOVAH, duo & ſeptuaginta.

39. Et aſinorum; triginta millia & quingenti; adeoque portio eorum pro JEHOVAH, unus & ſexaginta.

40. At animæ hominis; ſedecim millia; adeoque portio eorum pro JEHOVAH, duæ & triginta animæ.

41. Dedit autem Moſes portionem ſublationis JEHOVÆ Eleaſari Sacerdoti; quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

42. Verum de dimidia parte filiorum Jiſraëlis, quam dimidiavit Moſes de viris militantibus:

43. [Fuit autem dimidia pars concionis; de grege, trecenta millia, & triginta millia, ſeptem millia & quingenti.

44. Et (*de*) bove; ſex & triginta millia:

45. Et (*de*) aſinis; triginta millia & quingenti.

46. At anima hominis; ſedecim millia:]

47. Sumſit, inquam, Moſes de dimidia parte filiorum Jiſraëlis, deprehenſum, unum de quinquaginta, de homine & de beſtia; deditque ea Levitis cuſtodientibus cuſtodiam habitaculi JEHOVÆ; quemadmodum præceperat JEHOVAH Moſi.

48. Tunc acceſſerunt ad Moſen præfecti, qui (*fuerant*) chiliadibus exercitus; principes chiliadum, & principes centuriarum;

49. Dixeruntque ad Moſen; ſervi tui ſuſtulerunt ſummam virorum belli, qui ſub manu noſtra; nec deſideratus eſt de illis vir (*quiſquam.*)

50. Quare adduximus munus JEHOVÆ: vir (*quiſque*) qui invenit vas auri, periſcelidem, aut armillam; annulum, inaurem, aut cingulum; ad expiandum animas noſtras coram JEHOVAH.

51. Accepit ergo Moſes & Eleaſar Sacerdos aurum à-cum illis; omne vas operis.

52. Fuit autem omne aurum ſublationis, quod ſuſtulerunt JEHOVÆ, ſedecies mille, ſeptingenti & quinquaginta ſicli, à-cum principibus chiliadum & à-cum principibus centuriarum:

53. (*Quos*) viri exercitus prædati erant, vir (*quiſque*) ſibi.

54. Acceþit, inquam, Moſes & Eleaſar Sacerdos aurum à-cum principibus chiliadum & centuriarum; intuleruntque illud in tentorium Conventus, (*in*) memoriale filiis Jiſraëlis coram JEHOVAH.

CAP. XXXII.

Filij Rubenis, & Gadis cum dimidio tribu Menaſcheh petunt à Moſe in hereditatem terram trans-Iordanicam. à v. 1. Moſes II. propterea eos reprehendit. à v. 6. Sed tamen III. ſub conditionibus utrinq; initis mox concedit. à v. 16. Unde IV. eam occupant, & ædificant. à v. 33.

Deut. C. III. 12 ad Ioſ. XX. 19.

CÆterum pecus multum fuit filiis Rubenis, & filiis Gadis, numeroſum valdè; viderunt autem terram Jaëſer, & terram Gileadis, quod, ecce, locus (*eſſet*) locus pecoris.

2. Quare venerunt filii Gadis & filii Rubenis, dixeruntque ad Moſen & ad Eleaſarem Sacerdotem, & ad principes concionis, dicendo;

3. Ataroth, & Dibon, & Jaëſer, &

Nimrah, & Cheſchbon, & Eleale, & Sebam, & Nebo, & Beon;

4. Terra, quam percuſſit JEHOVAH coram concione Iſraëlis, terra pecoris illa (*eſt:*) jam ſervis tuis (*eſt*) pecus.

5. Porrò dixerunt; ſi invenimus gratiam in oculis tuis, detur terra hæc ſervis tuis in poſſeſſionem; nec traduc nos ultra Jordanem.

6. Verum dixit Moſes filiis Gadis & filiis Rubenis: Ergone fratres veſtri venient in bellum; vos autem ſedebitis hic?

7. Quare verò avertetis cor filiorum Iſraëlis à tranſeundo in terram, quam dedit illis JEHOVAH?

8. Sic fecerunt patres veſtri, quum ego mitterem eos e Kadeſch Barnea ad videndum terram.

a) *Num. 13,24.* 9. [a] Aſcenderunt enim uſque ad fluvium Eſchkol, videruntque illam; ſed b) *Num. 13,29.* [b] averterunt cor filiorum Iſraëlis, ut nollent ingredi in terram, quam dederat illis JEHOVAH.

10. Unde accenſa eſt ira JEHOVÆ in die illo, ut juraverit, dicendo;

c) *Num. 14,22.* 11. Si viderint [c] viri, qui aſcenderunt ex Ægypto, à filio viginti annorum, & ſuprà, terram, quam juravi Abrahamo, Jizchako & Jacobo; quia non impleverunt (*ire*) poſt me:

12. Præter Kalebum, filium Jephunneh, Kenſitam, & Jehoſchuam, filium Nunis; quia (*hi*) impleverunt (*ire*) poſt JEHOVAM.

13. Accenſa, inquam, eſt ira JEHOVÆ contra Iſraëlem, ut vagari eos fecerit in deſerto quadraginta annos, uſque dum conſumta eſt omnis generatio, quæ fecit malum in oculis JEHOVÆ.

14. Eu! tamen ſurrexiſtis loco patrum veſtrorum, multitudo hominum peccatorum, ad addendum amplius ſuper excandeſcentiam iræ JEHOVÆ contra Iſraëlem.

15. Recedere enim vultis à poſt ipſum, ut addat amplius relinquere eum in deſerto: quomodo perdetis totum populum hunc.

16. Acceſſerunt tamen ad eum, dixerunt que; Caulas gregis ædificabimus pecori noſtro hic; & urbes infanti noſtro.

17. Nos verò armabimur promti coram filiis Iſraëlis, uſque dum deduxerimus eos ad locum eorum. Interea manebit infans noſter in urbibus munitionis coram habitatoribus terræ.

18. Non revertemur ad domos noſtras priuſquam poſſederint filii Iſraëlis, vir hereditatem ſuam.

19. Non enim hereditatem accipiemus cum illis trans Jordanem, & ultra; ſed veniet hæreditas noſtra ad nos citra Jordanem verſus ortum.

20. Tum dixit ad eos Moſes; Si facere vultis verbum hoc; ſi (*nimirum*) [d] armabimini coram JEHOVAH ad bellum; d) *Joſ. 1, 13. 4, 12.*

21. Tranſibitque vobis omnis armatus Jordanem coram JEHOVAH, donec expulerit ille hoſtes ſuos coram ſe;

22. Quumque ſubacta fuerit terra coram JEHOVAH, tum demum revertemini: eritis abſoluti à JEHOVAH & ab Iſraële, eritque terra hæc vobis in poſſeſſionem coram JEHOVAH.

23. Si verò non feceritis ſic: ecce peccabitis JEHOVÆ: ideò ſcitote peccatum veſtrum, quod inventurum ſit vos.

24. Ædificate (*ergò*) vobis urbes pro infante veſtro, & caulas pro gregibus veſtris: ſed quod exivit ex ore veſtro, facite.

25. Quare dixerunt filii Gadis & filii Rubenis, dicendo: ſervi tui facient, quemadmodum dominus meus (*eſt*) præcipiens.

26. Infans (*nimir.*) noſter, uxores noſtræ, pecus noſtrum, & omnis beſtia noſtra, erunt ibi, in urbibus Gileadis:

27. Sed ſervi tui tranſibunt, omnis armatus exercitus coram JEHOVAH in bellum: quemadmodum dominus meus (*eſt*) loquens.

28. Tunc præcepit de illis Moſes, Eleaſari Sacerdoti, & Jehoſchuæ, filio Nunis, & capitibus patrum tribuum, (*quæ*) filiis Iſraëlis;

29. Ac dixit Moſes ad illos; [e] ſi tranſ- e) *Joſ. 4, 12.* iverint filii Gadi, & filii Rubenis vobiſcum Jordanem; omnis armatus, in bellum coram JEHOVAH; ſubactaque fuerit terra coram vobis: dabitis illis terram Gileadis in poſſeſſionem.

30. Si verò non tranſiverint armati vobiſcum? hereditatem accipient in medio veſtri in terra Canaanis.

31. Cui reſponderunt filii Gadis, & filii Rubenis, dicendo; (*juxta*) quod locutus eſt JEHOVAH ad ſervos tuos, ſic faciemus.

32. Nos (*enim*) tranſibimus armati coram JEHOVAH (*in*) terram Canaanis, apud nos autem poſſeſſio hereditatis noſtræ cis Jordanem.

f) *Deut. 3, 12. Joſ. 22, 4* 33. Sic [f] dedit illis Moſes, filiis (*fil.*) Gadis, & filiis Rubenis, & dimidiæ tribui Menaſcheh, filii Joſephi, regnum Sichonis, Regis Emoræi, & regnum Ogi, Regis Baſchanis: terram (*inquam*) quoad urbes ejus intra terminos, urbes terræ circumcirca.

Vers. Ill. vulg. Deo.

34 Ædificarunt ergò filii Gadis Dibonem, & Ataroth, & Aroërem.

35. Et Atroth-Schrupanam, & Jaëſerem, & Jogbeham:

36. Et Beth-Nimram, & Beth-haranam; urbes munitionis, & caulas gregis.

37. At filii Rubenis ædificarunt Cheſchbonem, & Elealem, & Kirjathajim.

38. Et Nebonem, & Baal-Meonem, Muſabboth-Schem, & Sibmam: appellaruntque nominibus nomina urbium, quas ædificarunt.

g) *Gen. 50, 23.* 39. Iverunt autem filii [g] Machiris, filii Menaſcheh, Gileadem, ceperuntque eam, ac expulerunt Emoræum, qui in illa.

40. Ideò dedit Moſes Gileadem Machiri, filio Menaſcheh; qui habitavit in eâ.

41. Jair item, filius Menaſcheh, abivit, cepitque villas eorum; vocavitque illas, villas Jairis.

42. Nobàch etiam abivit, & cepit Kenatham, & filias ejus, vocavitque eam Nobach de nomine ſuo.

CAP. XXXIII.

Duo hoc Capite habentur I. Itinera populi Iſraëlitici ex Ægypto uſq; ad Iordanem, cum quibuſdam in illo contingentibus, enarrantur. à v. 1. Mandatum II. ſcrium de expellendis & extirpandis Cananæis eidem populo datur. à v. 50.

HÆc ſunt itinera filiorum Iſraëlis, qui exiverunt è terra Ægypti; ſecundum exercitus ſuos per manum Moſis & Aharonis.

2. Scripſit enim Moſes exitus eorum, juxta itinera eorum, juxta os JEHOVÆ. Hæc itaque ſunt itinera eorum juxta exitus eorum.

3. Nimirum profecti ſunt [a] è Rameſes in menſe primo, in quinto decimo die menſis primi; poſtridie Paſchæ exiverunt filii Iſraëlis per manum excelſam in oculis omnium Ægyptiorum. a) *Exod. 12, 37.*

4. Ægyptii autem (*erant*) ſepelientes, quos percuſſerat JEHOVAH inter eos, omnes primogenitos: etiamque in diis eorum fecerat JEHOVAH judicia.

5. Profecti, inquam, ſunt filii Iſraëlis è Rameſes, & caſtrametati ſunt in Succoth.

6. Poſteà profecti ſunt [b] è Succoth, & caſtrametati ſunt in Etham, quod eſt in extremitate deſerti. b) *Exod. 13, 20.*

7. Poſteà profecti ſunt ex Etham, & reverſi ſunt ad Os-Chiroth, quod eſt ante facies Baal-Zephonis; & caſtrametati ſunt ante Migdol.

8. Poſteà profecti ſunt à facie bus [c] Chiroth, & tranſiverunt per medium maris in deſertum; iveruntque itinere trium dierum in deſerto Etham, & caſtrametati ſunt [d] in Marah. c) *Exod. 14, 22.* d) *Exod. 15, 27.*

9. Poſteà profecti ſunt è Marah, veneruntque [e] in Elim: in Elim autem (*erant*) duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta palmæ; ideò caſtrametati ſunt ibi. e) *Exod. 15, 23.*

10. Poſteà profecti ſunt ex Elim, & caſtrametati ſunt juxta mare Suph.

11. Poſteà profecti ſunt à mari Suph, & caſtrametati ſunt [f] in deſerto Sin. f) *Exod. 16, 1.*

12. Poſteà profecti ſunt è deſerto Sin, & caſtrametati ſunt in Dophka.

13. Poſteà profecti ſunt è Dophka, & caſtrametati ſunt in Aluſch.

14. Poſteà profecti ſunt ex Aluſch, & caſtrametati ſunt [g] in Rephidim: non autem fuit bi aqua populo ad bibendum. g) *Exod. 17, 1.*

15. Poſteà profecti ſunt è Rephidim, & caſtrametati ſunt in [h] deſerto Sinai. h) *Exod. 19, 1.*

16. Posteà profecti sunt è deserto Sinai,
i) Num. 33.34.35 & castrametati sunt [i] in Kibroth Thaavah (*h.e. sepulcris desiderij.*)

17. Posteà profecti sunt è Kibroth-
k) Num. 11,35. Thaavah, & castrametati sunt in Chazeroth.

18. Posteà profecti sunt è Chazeroth, & castrametati sunt in Rithmah.

19. Posteà profecti sunt è Rithmah, & castrametati sunt in Rimmon-Perez.

20. Posteà profecti sunt è Rimmon-Perez, & castrametati sunt in Libnah.

21. Posteà profecti sunt è Libnah, & castrametati sunt in Rissa.

22. Posteà profecti sunt è Rissa, & castrametati sunt in Kehelathah.

23. Posteà profecti sunt è Kehelatha, & castrametati sunt in monte Schepher.

24. Posteà profecti sunt è Schepher, & castrametati sunt in Charadah.

25. Posteà profecti sunt è Charadah, & castrametati sunt in Makheloth.

26. Posteà profecti sunt è Makheloth, & castrametati sunt in Thachath.

27. Posteà profecti sunt è Thachath, & castrametati sunt in Tharach.

28. Posteà profecti sunt è Tharach, & castrametati sunt in Mithkah.

29. Posteà profecti sunt è Mithkah, & castrametati sunt in Chaschmonah.

30. Posteà profecti sunt è Chaschmonah, & castrametati sunt in Moseroth.

31. Posteà profecti sunt è Moseroth, & castrametati sunt in Bene-Jaackan.

32. Posteà profecti sunt è Bene-Jaakan, & castrametati sunt in Chor-Gidgad.

33. Posteà profecti sunt è Chor-Gidgad, & castrametati sunt in Jotbathah.

34. Posteà profecti sunt è Jotbathah, & castrametati sunt in Abronah.

35. Posteà profecti sunt ex Abronah, & castrametati sunt in Ezion-Geber.

36. Posteà profecti sunt ex Ezion-Geber, & castrametati sunt in deserto Zin, hoc est Kadesch.

37. Posteà profecti sunt è Kadesch, & castrametati sunt in Hor monte, in extremitate terræ Edomi.

l) Num. 20,25. 38. Ubi [l] ascendit Aharon Sacerdos super Hor montem, juxta os JEHOVÆ, & mortuus est ibi in anno quadragesimo, postquam exiverunt filii Israëlis è terra Ægypti, in mense quinto, in primo (*die*) mensis.

39. Aharon autem (*erat*) filius trium & viginti & centum annorum, quum moreretur in Hormonte.

40. Tum audivit Canaanæus, Rex m) Nu. 21,1.
[m] Arad, qui (*erat*) habitans in meridie in terra Canaan, quod venirent filii Israëlis.

41. Posteà profecti sunt ab Hor monte, & castrametati sunt in Zalmonah.

42. Posteà profecti sunt è Zalmonah, & castrametati sunt in Punone.

43. Posteà profecti sunt è Punone, & castrametati sunt in Oboth.

44. Posteà profecti sunt ex Oboth, & castrametati sunt [n] in Ije-Abarim in ter- n) Nu. 21,11.
mino Moabi.

45. Posteà profecti sunt ex Ijim, & castrametati sunt in Dibon-Gad.

46. Posteà profecti sunt ex Dibon-Gad, & castrametati sunt in Almon-Diblathajema.

47. Posteà profecti sunt ex Almon-Diblathajema, & castrametati sunt in montibus Abarim ante Nebo.

48. Posteà profecti sunt à montibus Abarim, & castrametati sunt in planitiebus Moabi, juxta Jordanem Jerichuntis.

49. Castrametati autem sunt juxta Jordanem à Beth-Jeschimoth ad Abel-Schittim in planitiebus Moabi.

50. Ibi locutus est JEHOVAH ad Mo- Deut. III, 29. Cap. 35, 1.
sen in planitiebus Moabi, juxta Jordanem Jerichuntis, dicendo:

51. Loquere ad filios Israëlis, & dic ad
illos: quando [o] vos transeuntes (*eritis*) o) Nu. 35,10.
Jordanem in terram Canaanis;

52. Expelletis omnes habitatores terræ Deut. 7, 2.
coram vobis, & perdetis omnem speciem eorum; & omnes imagines fusilium eorum perdetis, & omnia excelsa eorum excindetis. Jos. 11,12

53. Hereditabitis (*inquam,*) terram, & habitabitis in eâ: quia vobis dedi terram, ut habitetis in eâ.

54. In hereditatem autem accipietis terram [p] per sortem, juxta familias p) Nu. 26,55. Jos. 14,2.
vestras; multo multiplicabitis hereditatem ejus, & pauco diminuetis hereditatem ejus: super quo exibit illi sors ejus, illius (*id*) erit; juxta (*autem*) tribus patrum vestrorum accipietis hereditatem.

55. Quod si non expuleritis habitatores terræ coram vobis; erunt, quos reliquos feceritis de iis, in spinas in oculis vestris, & in aculeos in latteribus vestris: angustabunt enim vos super terra, in qua habitantes vos (*eritis.*)

56. Imò fiet: quemadmodum cogitavi facere illis, faciam vobis.

CAP. XXXIV.

Fines & termini Terræ Canaanis populo Israëlitico distribuendæ ad quatuor mundi plagas accuratè definiuntur. &c. Capita II. tribuum duodecim denominantur, à quibus cum Eleazaro Sacerdote & Josua divisio per sortem fieri debeat. a vs 17.

PRæterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

2. Præcipe filiis Israëlis, & dic ad eos; Quando vos venientes (*eritis*) in terram Canaanis, hæc erit terra, quæ cadet vobis in hereditatem: terra (*scil.*) Canaanis juxta terminos ipsius.

3. Erit ergo vobis angulus meridiei
q) Jos. 15, 1. [a] à deserto Zin, juxta latera Edomi; ut sit vobis terminus meridiei ab extremitate maris salis versus ortum.

4. Inde circumibit vobis terminus a meridie ad ascensum Akrabbim, & præteribit ad Zin, ut sint exitus ejus à meridie Kadesch-Barneæ: ut exeat in Chazar-Addar, & transeat ad Azmonem.

5. Deinde circumibit terminus ab Azmone, ad fluvium Ægypti; eruntque exitus ejus ad mare.

6. At terminum maris (*occidentis quod attinet:*) erit vobis mare magnum, idemque terminus: hic erit vobis terminus maris (*occidentis.*)

7. Porro hic erit vobis terminus septentrionis: a mari (*scil.*) magno designabitis vobis usque ad Hor montem.

8. Ab Hor monte designabitis usque ad venitur Chamatham; ut sint exitus termini ad Zedad.

9. Unde exibit terminus ad Siphronem, ut exitus ejus sint ad Chazar-Enan. Hic erit vobis terminus septentrionis.

10. Hinc designabitis vobis pro termino Orientis, à Chazar-Enan (*usque ad*) Schephamam.

11. Inde descendet à Schephama ad Riblam ab ortu Ajinis; inde descendet terminus, & tanget humerum maris Kinnereth versus ortum.

12. Porrò descendet terminus ad Jordanem, ut exitus ejus sint ad mare salis. Hæc vobis erit terra juxta terminos ejus circumcirca.

13. Præcepit itaque Moses filiis Israëlis, dicendo; Hæc (*est*) terra, quam in hereditatem accipietis per sortem, quam præcepit JEHOVAH dare novem tribubus, & dimidiæ tribui.

14. Quia acceperunt [b] tribus filio- b) Nu. 32,33.
rum Rubenis juxta domum patrum eorum, & tribus filiorum Gaditæ juxta domum patrum eorum: item dimidium tribus Menascheh acceperunt (*jam*) hereditatem suam.

15. Duæ (*inquam*) tribus, & dimidium tribus acceperunt hereditatem suam trans Jordanem Jerichuntis ab oriente versus ortum.

16. Præterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

17. Hæc sunt [c] nomina virorum, c) Jos. 14, 1. qui in hereditatem dabunt vobis terram: Eleasar Sacerdos, & Jehoschua, filius Nunis;

18. Et principes singulos de tribu sumetis ad dandum in hereditatem terram.

19. Hæc autem sunt nomina virorum: tribui Judæ, Kalebus filius Jephunneh;

20. Tribui filiorum Schimeonis, Schemuel, filius Ammihudis;

21. Tribui Binjaminis, Elidar, filius Kislonis;

22. Tribui filiorum Danis, princeps, Bukki, filius Joglii.

23. Filiis Josephi; tribui filiorum Menascheh, princeps, Channiel, filius Ephodi.

24. At tribui filiorum Ephrajim, princeps, Kemuel, filius Schiphtanis;

25. Tribui filiorum Sebulunis, princeps, Elizaphan, filius Parnachi.

26. Tribui filiorum Jissacharis, princeps, Paltiel, filius Assanis;

27. Tribui filiorum Ascheris, princeps, Achihud, filius Schelomii;

28. Tribui filiorum Naphthali, princeps, Pedahel, filius Ammihudis;

29. Hi (*sunt*) quibus præcepit JEHOVAH, ut hereditatem darent filiis Israëlis in terrâ Canaanis.

CAP. XXXV.

VII. urbes quadraginta octo in terra Israëlitica tàm ex, quam ultra Jordanem, cum suburbiis suis, Levitis assignantur, præcipitur: ex quibus utrinq; sex urbes refugij. à v.1. Quis II. urbium refugij usus esse debeat, exponitur. à v.9. Fugientes ea III. legi præscribuntur. à v.25.

PRæterea locutus est JEHOVAH ad Mosen in planitiebus Moabi, juxta Jordanem Jerichuntis, dicendo:

a) *Ios. 21, 2.* 2. [a] Præcipe filiis Israëlis, ut dent Levitis de hereditate possessionis ipsorum urbes ad habitandum; & suburbium urbibus circa illas dabitis Levitis.

3. Ut sint urbes illis ad habitandum; at suburbia eorum sint pro bestia eorum, & pro facultatibus eorum, & pro omni animali eorum.

4. Suburbia autem urbium, quæ dabitis Levitis, (*erunt*) à muro urbis mille ulnarum circumcirca foras.

5. Metiemini itaque extra urbem angulum versus ortum bis mille ulnas, & angulum meridiei bis mille ulnas; & angulum maris (*Occidentis*) bis mille ulnas; & angulum septentrionis bis mille ulnas; ut urbs (*sit*) in medio: hoc erit illis (*in*) suburbia urbium.

b) *Deut. 4, 41. Ios. 20, 2.* 6. Urbes autem, quas dabitis Levitis, (*erunt*) [b] sex urbes refugii, quas dabitis, ut fugiat eò homicida; præter verò eas dabitis quadraginta & duas urbes.

7. Omnes urbes, quas dabitis Levitis, erunt quadraginta & octo urbes; ipsæ & suburbia earum.

8. Urbes autem, quas dabitis de possessione filiorum Israëlis, à cum multo multiplicabitis, & à cum pauco diminuetis: vir juxta hereditatem suam, quam accipiet, dabit de urbibus suis Levitis.

9. Præterea locutus est JEHOVAH ad Mosen, dicendo:

10. Loquere ad filios Israëlis, & dic ad eos: quando vos transeuntes (*eritis*) Jordanem in terram Canaanis:

11. Opportunas seligetis vobis urbes, quæ urbes refugii sint vobis, ut fugiat eò homicida, percutiens animam per errorem.

12. Erunt nimirum vobis urbes in refugium à vindice (*consanguineo,*) ne moriatur homicida, usque dum steterit coram concione in judicio.

13. Quantum autem ad urbes, quas dabitis: [c] sex urbes refugii erunt vobis. c) *Deut. 19, 2.*

14. Tres (*nimirum*) urbes dabitis trans Jordanem; & tres urbes dabitis in terra Canaanis: urbes (*inquam*) refugii erunt. *Ios. 20, 7.* *Psal. IV. 9. 8. 7.*

15. Filiis Israëlis, & peregrino, ac inquilino in medio eorum erunt sex urbes hæ in refugium; ut fugiat eò omnis percutiens animam per errorem.

16. Ut; si per instrumentum [d] ferri percusserit eum, ut moriatur, homicida (*quidem*) erit; (*ideò*) occidendo occidetur homicida. d) *Exod. 21, 12.*

17. Sic si lapide manus, quo moriatur, percusserit eum, ut moriatur, homicida erit: (*ideò*) occidendo occidetur homicida.

18. Aut si instrumento ligni, quo moriatur, percusserit eum, mortuusque fuerit, homicida erit: occidendo occidetur homicida.

19. Vindex sanguinis occidet homicidam: quando occurrerit illi, occidet eum.

20. Item, [e] si ex odio impulerit eum, aut projecerit super eum (*quid*) ex proposito, ut moriatur; e) *Deut. 19, 11.*

21. Aut in inimicitia percusserit eum manu sua, ut moriatur: occidendo occidetur percutiens; homicida (*enim*) est: vindex sanguinis occidet homicidam, ubi occurrerit illi.

22. Quod si verò ex [f] improviso citra inimicitiam impulerit eum, aut projecerit f) *Deut. 19, 5.*

cerit super eum quodcunque instrumentum, sine proposito;

23. Aut (*percusserit*) ullo lapide, quo mori possit, dum (*eum*) non vidit: ita ut cadere faciat super eum, moriaturque: cum tamen hostis illi non fuerit, nec quæsiverit malum ejus:

24. Tum judicabunt congregatio inter percutientem, & inter vindicem sanguinis, juxta judicia ista;

25. Ut eripiant congregatio homicidam è manu vindicis sanguinis: remittant tamen eum congregatio ad urbem refugii, quò refugerat; maneatque in ea usque ad mortem Sacerdotis magni, quem unxit (*ungens*) oleo sanctitatis.

26. Quod si exeundo exiverit homicida ultra terminum urbis refugii ejus, quò confugerat;

27. Inveneritque eum vindex sanguinis extra terminum urbis effugii ejus; & occiderit vindex sanguinis homicidam, non erit huic reatus sanguinis.

28. Quia in urbe refugii ejus manere debet, usque ad mortem Sacerdotis magni: post mortem autem Sacerdotis magni revertetur (*demum*) homicida ad terram possessionis suæ.

29. Erunt itaque hæc vobis in statutum judicii in generationes vestras, in omnibus habitationibus vestris.

30. Quod ad omnem percussorem animæ: juxta [g] os testium occidet (*judicium*) homicidam; unus autem testis non respondebit contra animam, ut moriatur. g) *Deut. 17, 6. 19, 15.*

31. Non tamen accipietis expiationem pro anima homicidæ, qui (*fuerit*) reus ad moriendum: sed occidendo occidetur.

32. Et ne (*quidem*) accipietis expiationem, pro fugiente ad urbem refugii sui, ut revertatur ad habitandum in terra, usque dum morietur Sacerdos.

33. Non enim profanare debetis terram, in qua vos (*eritis*) quia sanguis, hic, inquam, profanabit terram; terra autem non expiabitur à sanguine, qui effusus fuerit in eâ, nisi per sanguinem effundentis illum.

34. Quare non polluas terram, in quâ vos (*eritis*) habitantes, (*imò*) in cujus medio Ego (*sum*) habitans; Ego enim JEHOVAH (*sum*) habitans in medio filiorum Israëlis.

CAP. XXXVI.

Quæritur I. occasione filiorum Zelophchadis, quibus filia hereditatis paternæ in populo nubere debeant. à v.1. Quæstio II. à DEO per Mosen decidituir. à v.5. Cui III. decisioni sitæ Zelophchadis parent, & cognatis familiæ & tribus suæ nubunt. à v.10.

VEruntamen accesserunt capita patrum (*quæ erant*) tribui filiorum Gileadis, filii Machitis, filii Manascheh; de familiis filiorum Josephi; dixeruntque coram Mose, & coram Principibus, capitibus patrum, (*qui erant*) filiis Israëlis;

2. Dixeruntque; domino meo præcepit JEHOVAH, ut detur terra in hereditatem per sortem filiis Israëlis. Jam [a] dominus meus præceptum accepit à JEHOVAH, ut dent hereditatem Zelophchadis, fratris nostri, filiabus ejus. a) *Num. 27, 7. Ios. 17, 3.*

3. Si ergò fuerint alicui de filiis tribuum filiorum Israëlis in uxores: diminuetur hereditas earum de hereditate patrum nostrorum, & adderur ad hereditatem tribus, quibus contingent: adeoque de sorte hereditatis nostræ diminuetur.

4. Et licet fuerit Jubilæus filiis Israëlis: addetur tamen hereditas earum ad hereditatem tribus, quibus contingent; & denuò de hereditate tribus patrum nostrorum diminuetur hereditas earum.

5. Quare præcepit Moses filiis Israëlis juxta os JEHOVÆ, dicendo; rectè tribus filiorum Josephi (*sunt*) ioquentes:

6. Hoc itaque est verbum, quod præcepit JEHOVAH filiabus Zelophchadis, dicendo; Ei, qui bonus in oculis earum, erunt in uxores: veruntamen familiæ [b] patris earum erunt in uxores. b) *Tob. 1, 9. 7, 14.*

7. Ut non transeat hereditas filiis Israëlis à tribu ad tribum: quia vir in hæreditate tribus patrum; adhærebunt, (*inquam*) filii Israëlis.

8. Quare omnis filia, heres hereditatis de tribubus filiorum Israëlis; uni de familia tribus patris ejus erit in uxorem; ut in hereditatem accipiant filii Israëlis, vir (*quisq;*) hereditatem patris sui;

9. Neque transeat hereditas de tribu ad tribum aliam; Sed, vir (*quisq;*) in hereditate suâ, adhæreant tribus filiorum Jisraëlis.

10. Quemadmodum ergò præcepit JEHOVAH Mosi: sic fecerunt filiæ Zelophchadis.

11. Fuerunt enim Machlah, Thirzah, & Choglah, & Milkah, & Noah, filiæ Zelophchadis, filiis patruorum suorum in uxores.

12. (*Is, inquam, qui*) de familiis filiorum Menaschch, filii Josephi, fuerunt in uxores: atque sic mansit hereditas earum apud tribum familiæ patris earum.

13. Hæc sunt præcepta, & judicia, quæ præcepit JEHOVAH per manum Mosis filiis Jisraëlis, in planitiebus Moabi juxta Jordanem Jerichuntis.

DEUTERONOMIUM.

CAPUT I.

Deuteronomium Orationem Mosis ad populum valedictoriam continet, & inprimis repetitionem Legis. Cujus hoc capite habetur I. Exordium. a v. 1. Post quod II. incipitur narratio historica rerum ab exitu ex Ægypto gestarum. Et (1.) *quidem, itinerii à Chorebo a v. 6.* (2) *electorum 70. Senerum. à v. 9.* (3) *Rerum in Kadesch-Barneâ actarum super exploratione terræ à v. 20.*

HÆc sunt verba, quæ locutus est Moses ad omnes filios Jisraëlis trans Jordanem, in deserto, in planitie, è regione Suph, inter Paran, & inter Thophel, & Laban, & Chazeroth, & Di-Sahâb;

2. Undecim dies à Chorebo, viâ montis Seïr, usque ad Kadesch-Barnéa.

3. Factum itaque est in quadragesimo anno in undecimo mense, in primo (*die*) mensis: locutus est Moses ad filios Jisraëlis, juxta omne, quod præcepit JEHOVAH ipsi ad illos.

a) Nu. 21,24. 4. Postquam percusserat [a] Sichonem, Regem Emoræi, qui (*erat*) habitans in Cheschbone; & Ogum, Regem Baschanis, qui habitans (*erat*) in Astharoth, (*quæ*) in Edrëi.

5. Trans Jordanem, in terra Moabi suscepit Moses explicare Legem hanc, dicendo:

6. JEHOVAH Deus noster locutus est ad nos in Chorebo, dicendo; Nimium vobis *erit* sedere in monte hoc.

7. (*Quare*) prospicite, & proficiscimini vobis ut veniatis ad montem Emoræi & ad omnes vicinos ejus in planitie, in monte, in valle, & in meridie, & in tractu maris; terram (*nim.*) Canaanæi, & Libanum, usque ad fluvium magnum, fluvium Euphratem.

b) Gen. 15,18. 17,8. 8. Vide, [b] dedi coram vobis terram; intrate (*itaq;*) & hereditario possidete terram, quam juravit JEHOVAH patribus vestris, Abrahamo, Jizchako, & Jacobo, ad dandum ipsis, & semini eorum post ipsos.

c) Exod. 18,18. 9. [c] Dixi autem ad vos in tempore isto, dicendo: Non potero solus sustinere vos.

10. JEHOVAH enim Deus vester multiplicavit vos, adeò ut, ecce, vos hodie sitis sicut stellæ cœli, quoad multitudinem.

11. JEHOVAH (*quidem*) Deus patrum vestrorum addat super vos, sicut vos (*jam estis*) mille vicibus, & benedicat vobis, quemadmodum locutus est vobis.

12. Sed quomodo sustinuero solus laborem vestrum, & onus vestrum, & contentionem vestram?

13. Quare date vobis viros sapientes & intelligentes, & notos juxta tribus vestras, ut ponam eos in capita vestra.

14. Tum respondistis mihi, & dixistis; Bonum est verbum, quod locutus es, te facturum.

15. Accepi itaque capita tribuum vestratum, viros sapientes & notos, dedique eos capita super vos; principes chiliadum, & principes centuriarum, & principes quinquagenorum, & principes decuriarum, & moderatores, juxta tribus vestras.

16. Præcepique judicibus vestris in tempore illo, dicendo; Audite inter fratres vestros (*causas*), & [d] judicate justitiam inter virum, & inter fratrem ejus, & inter peregrinum ejus.

d) Lev. 19,15. Deuter. 16,18. 2. Paral. 19, 6. Proverb. 24,23. Sir. 42,2 Joh. 7, 24. 17. Non accipietis personam in judicio: ita parvum sicut magnum audietis; non timebitis vobis coram viro (*ullo:*) quia judicium DEO illud (*est:*) at verbum, quod difficilius vobis, deferte ad me, ut audiam illud.

18. Vobis autem præcepi in tempore isto omnia verba, quæ faceretis.

19. Post profecti sumus à Chorebo, ivimusque per totum desertum magnum & formidabile hoc, quod vidistis, via montis Emoræi, quemadmodum præcepit JEHOVAH Deus noster nobis, venimusque usque ad Kadesch-Barnéam.

20. Ubi dixi ad vos: Venistis ad montem usque Emoræi, quem JEHOVAH Deus noster dans (*est*) nobis.

21. Vide (*enim,*) dedit JEHOVAH Deus tuus coram te terram; ascende (*itaq;*) posside, sicut locutus est JEHOVAH Deus patrum tuorum tibi; ne time, nec consternare.

e) Num. 13,3. 22. Sed accessistis ad me omnes, ac dixistis; [e] mittamus viro coram nobis, qui explorent nobis terram, referantque nobis verbum, inprimis viam, in quâ ascendamus, & urbes ad quas veniemus.

23. Et bonum (*quidem*) fuit in oculis meis verbum: ideò accepi ex vobis duodecim viros, virum unum in tribum.

24. Qui facies suas direxerunt, ascenderuntque in montem, ac venerunt usque ad Num. 13,24. [f] fluvium Eschkol, exploraruntque eum (*terram.*)

25. Acceperunt etiam in manum suam de fructu terræ, quod descendere facerent ad nos: tandem retulerunt nobis verbum, dixeruntque; Bona est terra, quam JEHOVAH Deus noster (*est*) dans nobis.

26. Sed non voluistis ascendere, rebellastisque ori JEHOVÆ Dei vestri.

27. Provocastis enim ad iram DEUM vestrum, dum dixistis; ideò quod odit JEHOVAH nos, eduxit nos è terra Ægypti, ut tradat nos in manum Emoræi ad perdendum nos.

28. Quò nos (*erimus*) ascendentes? fratres nostri liquefecerunt cor nostrum, dicendo; Populus (*est*) magnus & excelsus præ nobis; urbes magnæ & munitæ in cœlum usque, etiamque filios Enakim vidimus ibi.

29. Dixi quidem ad vos; ne consternamini, neque timete vobis ab illis.

30. JEHOVAH (*enim*) Deus vester præit ante vos; ille pugnabit pro vobis; juxta omne, quod fecit vobiscum in Ægypto in oculis vestris,

31. Et in deserto vidisti, quod portaverit te JEHOVAH Deus tuus, sicut portat vir filium suum; in omni via, qua ivistis usque dum venistis ad locum hunc.

32. Ob verbum tamen hoc, non credidistis in JEHOVAM Deum vestrum.

g) Exod. 13,21. 33. Qui (*tamen*) [g] ibat ante vos in via ad investigandum vobis locum, quo castrametaremini, in igne nocte, ad monstrandam vobis viam, in qua incederetis; at in nube interdiu.

34. Cum ergo audiret JEHOVAH vocem verborum vestrorum excanduit, juravitque, dicendo:

h) Nu. 14,23. 16,65. Deut. 2, 14. Jos. 14,9. 35. Si videbit [h] vir (*ullus*) de viris his, generatione pravâ hac, terram bonam hanc, quam juravi daturum me patribus vestris

36. Præter Kalebum filium Jephunneh; hic videbit, & huic dabo terram, quam calcavit, & filiis ejus: propterea quod implevit (*ire*) post JEHOVAM.

i) Num. 20,12. 27,14. Deuter. 3, 27. 34,4. 37 (*Tandem*) etiam [i] mihi succensuit JEHOVAH propter vos, dicendo; Etiam tu non venies eò;

38. (*Sed*) Jehoschua, filius Nunis ſtans coram te, hic (*inquam*) veniet eò; (*idcò*) illum corrobora; hic enim in hereditatem dabit eam Iſraëli.

39. Infans autem veſter, de quo dixiſtis; in prædam erit; & filii veſtri, qui non ſciunt hodiè bonum & malum, hi ingredientur eò; his (*enim*) dabo eam, & hi in hereditatem accipient eam.

40. Quare vos reſpicite vobis, & proficiſcimini in deſertum, via maris Suph.

41. Reſpondiſtis quidem, dixiſtiſque ad me; peccavimus JEHOVÆ: nos (*tamen*) aſcendemus, & pugnabimus, juxta omne, quod præceperit nobis JEHOVAH Deus noſter; quin accinxiſtis, vir inſtrumentum belli ſui, & obſtinati fuiſtis ad aſcendendum in montem.

42. Verum JEHOVAH dixit ad me; dic illis; ne aſcendite, neque pugnate, quia Ego non (*ſum*) in medio veſtri; ne percutiamini coram hoſtibus veſtris.

43. Quod cum dicerem ad vos, non obediviſtis, ſed rebellaſtis ori JEHOVÆ, dum pertinaces fuiſtis, & aſcendiſtis (*nihilominus*) in montem.

k) Nu. 14,45. 44. Sed [k] exivit Emoræus, habitans in monte iſto obviam vobis, perſecutique ſunt vos, quemadmodum faciunt apes, ac contuderunt vos in Seïr uſque ad Chormam.

45. Quare veniſtis & fleviſtis coram JEHOVAH: ſed non exaudivit JEHOVAH vocem veſtram, neque aures præbuit vobis.

46. Ita conſediſtis in Kadeſch diebus multis: juxta dies, quibus ſediſtis.

CAP. II.

Continuatur Hiſtoria Exitus; narraturq́, itet I. circa terminos Edomitarum illeſos. à v. 1. II. Item circa terminos terræ Moabi cum pace. à v. 8. III. Nec non circa terminos filiorum Ammonis. à v. 17. IV. Cades Sichonis, & occupatio regni eius. à v. 24.

a) Num. 21, 4. POſteà reſperimus [a] & profecti ſumus in deſertum via maris Suph: quemadmodum locutus eſt JEHOVAH ad me: circumivimus autem montem Seïr, dies multos.

2 Donec dixit JEHOVAH ad me, dicendo;

3. Nimium vobis: circumito montem hunc, ac reſpicite vobis verſus ſeptentrionem.

4. [b] Populo autem præcipe, dicendo; Vos tranſeuntes (*eritis*) juxta terminum fratrum veſtrorum, filiorum Eſavi, habitantium in Seïr, qui timebunt ſibi à vobis: ſed cavebitis vobis valdè; b) Num. 20, 14.

5. Ne miſcete manus cum illis: non enim dabo vobis de terra eorum, uſque ad veſtigium volæ pedis: [c] eò quòd hereditatem dederim Eſavo montem Seïr. c) Gen. 36, 8.

6. Cibum (*quidem*) emetis ab illis argento, ut comedatis; etiamque aquas parabitis vobis ab illis argento, ut bibatis.

7. JEHOVAH namque Deus tuus benedixit tibi in omni opere manus tuæ: cognovitque ambulare tuum per deſertum magnum hoc; his quadraginta annis (*enim*) JEHOVAH Deus tuus (*fuit*) tecum, ut non deſtitutus fueris re (*ullâ.*)

8. Tranſivimus itaque à cum fratribus noſtris, filiis Eſavi, habitantibus in Seïr, à via planitiei, ab Elath, & ab Ezjon-gebers reſperimuſque, & tranſivimus via deſerti Moabi.

9. Ubi dixit JEHOVAH ad me; ne anguſtes Moabum, nec miſce manus cum eo per bellum: non enim dabo tibi de terra ejus (*in*) hereditatem: quia filiis Loti dedi Ar (*in*) hereditatem.

[10. (*Caterum*) Emim prius habitarunt in eâ, populus magnus, & multus, & excelſus, ſicut Enakim.

11. Rephäim habebantur etiam hi, ſicut Enakim; ſed Moabitæ vocant eos Emim.

12. In Seïr autem habitarunt [d] Choritæ prius: at filii Eſavi expulerunt eos, perdideruntque eos coram ſe, ac habitarunt loco eorum; quemadmodum fecit Iſraël terræ hereditatis ſuæ, quam dedit JEHOVAH illis.] d) Gen. 14, 6.

13. Nunc ſurgite (*ergò,*) & tranſite vobis fluvium Sered: tranſivimus itaque fluvium Sered:

14. Dies verò quibus ivimus à Kadeſch-Barnea, uſque dum tranſivimus fluvium Sered; (*ſunt*) triginta & octo anni, donec conſum-

e) Num. 14, 23 35 26, 65. conſumta eſt tota generatio, viri belli, è medio caſtrorum; quemadmodum [e] juravit JEHOVAH illis.

15. Nam etiam manus JEHOVÆ fuit contra eos, ad exturbandum illos, è medio caſtrorum, donec conſumerentur.

16. Factum itaque eſt, poſtquam conſumti ſunt omnes viri belli, moriendo è medio populi;

17. Ut locutus ſit JEHOVAH ad me, dicendo:

18. Tu tranſiens (*es*) hodiè terminum Moabi, Arem (*ſcil.*)

19. Et accedes propè filios Ammonis; ne anguſta (*etiam*) illos, nec conſere manus cum illis: quia non dabo de terra filiorum Ammonis tibi (*in*) hereditatem: filiis enim Loti dedi eam (*in*) hereditatem.

20. Terra Rephäim reputatur hæc quoque: Rephaim (*enim*) habitarunt in eâ prius; ſed Ammonitæ vocant eos Samſummim.

21. Populus (*fuerunt*) magnus, & multus, & excelſus, ſicut Enakim; ſed perdidit eos JEHOVAH coram illis, ut expellerent eos, & habitarent loco eorum:

22. Quemadmodum fecit filiis Eſavi, habitantibus in Seïr, coram quibus perdidit Choritas, ut expellerent eos, habitarentque loco eorum uſque ad diem hunc.

23. Et (*quemadmodum*) Ivveos habitantes in villis uſque ad Gazam, Caphthoræi, exeuntes è Caphthor, perdiderunt, habitaruntque loco eorum.]

24. Surgite (*ergò,*) proficiſcimini, & tranſite fluvium Arnonis: ecce, dedi in manum tuam, Sichonem, Regem Cheſchbonis, Emoræum, & terram ejus: incipe, expelle, & miſce cum eo bellum.

25. Die (*enim*) hoc incipiam dare avorem tui, & timorem tui, ante populos ſub omni cœlo, ut ſi (*modò,*) audiverint famam tuam, cohorreſcant & trepident coram te.

f) Num. 21, 21. Deuter. 20, 10. 26. Quare [f] miſi legatos è deſerto Kedemoth ad Sichonem, Regem Cheſchbonis, (*cum*) verbis pacis, dicendo;

27. Tranſibo per terram tuam, in via conſtanter ibo; nec recedam dextrorſum vel ſiniſtrorſum.

28. Cibum (*etiam*) argento vendes mihi, ut comedam, & aquas pro argento dabis mihi, ut bibam; tantum tranſibo pedibus meis.

29. Quemadmodum fecerunt mihi filii Eſavi, habitantes in Seïr; & Moabitæ, habitantes in Ar: donec tranſivero Jordanem, ad terram, quam JEHOVAH Deus noſter dans (*eſt*) nobis.

g) Num. 21, 23. Deuter. 2, 7. 30. Sed non voluit [g] Sichon, Rex Cheſchbonis, tranſitum dare nobis per ipſum; quia aggravaverat JEHOVAH Deus tuus ſpiritum ejus, & obfirmaverat cor ejus, ut daret eum in manum tuam, & ſicut die hoc (*patet.*)

h) Am. 2, 9. 31. Quare dixit JEHOVAH ad me; Vide, [h] incepi dare coram te Sichonem, & terram ejus; incipe, poſſide, ad poſſidendum terram.

32. Exivit quidem Sichon obviam nobis, ipſe & omnis populus ejus in bellum Jahzam:

33. Sed dedit eum JEHOVAH Deus noſter coram nobis, ut percuſſerimus ipſum, & filios ejus, & univerſum populum ejus:

34. Ceperimuſque omnes urbes ejus in tempore iſto, devotionique dederimus omnem urbem hominis, mulieresque & infantem: non (*enim*) reliquimus reſiduum.

35. Tantummodò beſtiam prædati ſumus nobis, & ſpolium urbium, quas cepimus;

36. Ab Aroëre; quæ (*eſt*) juxta litus fluvii Arnonis, & urbe, quæ eſt in valle, uſque ad Gileadem. Non fuit urbs (*ulla,*) quæ nimis alta fuerit nobis: omnes (*enim*) dedit JEHOVAH Deus noſter coram nobis.

37. Verùm ad terram filiorum Ammonis non acceſſiſti; (*quoad*) omnem ripam fluvii Jabboki, & urbes montis, & omnes quod præcepit JEHOVAH Deus noſter.

CAP. III.

Habetur hoc capite. I. hiſtoria cæſi & devoti Og, Regis Baſchaniæ, & occupatio terræ eius. à v. 1. II. Quæ cum regno Sichonis tribubus Rubenii, Gadi & dimidiæ Menaſcheh in hereditatem data, & qua conditione. à v. 9. III. Preces Moſis pro introitu ſuo in terram Canaan repudiatæ. à v. 25.

a) Num. 21,33. Deuter. 29,7. POsteà perreximus, ascendimusque via Baschanis: ubi exivit [a] Ogus, Rex Baschanis, adversus nos, ipse & omnis populus ejus in bellum (*in*) Edrëi.

2. Dixit autem JEHOVAH ad me; ne timeto eum; quia in manum tuam dedi, eum & omnem populum ejus, & terram b) Num. 21,24. ejus, ut facias illi, sicut fecisti [b] Sichoni, Regi Emoræi, qui habitans (*erat*) in Cheschbone.

3. Dedit itaque JEHOVAH Deus noster c) Num. 21,35. in manum nostram etiam [c] Ogum, Regem Baschanis, & omnem populum ejus: ut percussimus eum, usque dum non reliquimus illi residuum.

4. Cepimus quoque omnes urbes ejus in tempore isto: non fuit urbs, quam non ceperimus à-cum illis; sexaginta urbes (*fuerunt,*) universus (*nimirum*) tractus Argobi, regni Ogi in Baschane.

5. Omnes urbes hæ (*erant*) urbes munitæ muro alto, portis & vectibus, præter urbes apertas multas valdè.

6. Devotioni autem dedimus eos; quemadmodum fecimus Sichoni, Regi Cheschbonis; devotioni dando omnem urbem hominis, mulieres & infantem.

7. At omnem bestiam, & prædam urbium, prædati sumus nobis.

8. Sic cepimus in tempore isto terram è manu duorum Regum Emoræi, qui erant Jordanem, à fluvio Arnonis usque ad montem Chermonis.

9. [Zidonii vocant Chermonem Schirjon; Emoræi autem vocant eum Senir.]

10. Omnes urbes planitiei, & omnem Gileadem, & omnem Baschanem, usque ad Salcham & Edrëi, urbes regni Ogi in Baschan.

11. Tantummodò autem Ogus, Rex Baschanis relictus erat de reliquiis Rephaim: ecce sponda ejus sponda ferri (*est:*) nonne illa in Rabboth filiorum Ammonis? cujus longitudo novem ulnarum, & quatuor ulnarum latitudo ejus, in cubitis viri.

d) Num. 32,33. Deuter. 29,8. Iosue 12,2. 12. [d] Hanc itaque terram possedimus in tempore illo; (*quam*) ab Aroëre, quæ est ad fluvium Arnonis, & dimidium montem Gileadis, urbesque ejus dedi Rubenitæ & Gaditæ:

13. Reliquum autem Gileadis, & omnem Baschanem, regnum Ogi, dedi dimidio tribus Menascheh; omnem tractum Argobi, quoad Baschanem; qui vocatur terra Rephaim:

14. Jairus (*enim*) filius Menascheh, cepit omnem tractum Argobi, usque ad terminum Geschuræi, & Maachathitæ; vocavitque ea de nomine suo; Baschanem (*nimirum*) villas Jairi, usque ad diem hunc;

15. Machiri autem dedi Gileadem.

16. Sed Rubenitæ & Gaditæ dedi à Gileade usque ad fluvium Arnonis, intra fluvium & terminum; & usque ad Jabbokum fluvium, terminum filiorum Ammonis.

17. Item planitiem, & Jordanem, & terminum, à Cinnereth usque ad mare; planitiem nimirum, mare salis infra aquæductus Pisgæ, versus ortum.

18. Præcepi porrò vobis, in tempore isto, dicendo; JEHOVAH Deus vester dedit vobis terram hanc ad possidendum eam: (*Sed*) [e] armati transibitis coram e) Num. 32,17. fratribus vestris, filiis Israëlis, omnes (*qui estis*) filii roboris.

19. Veruntamen uxores vestræ & infans vester, & pecus vestrum [novi enim, quod pecus multum vobis,] habitabunt in urbibus, quas dedi vobis;

20. Usque dum quietem dederit JEHOVAH fratribus vestris, sicut vobis, ut possideant & ipsi terram, quam JEHOVAH, Deus vester, dans (*erit*) illis ultra Jordanem: tum (*enim*) revertemini, vir ad hereditatem suam, quam dedi vobis.

21. [f] Jehoschuæ verò præcepi in f) Num. tempore isto, dicendo; Oculi tui (*fuerunt*) 27,18.22 videntes omne, quod fecit JEHOVAH, Deus vester, duobus Regibus his: sic faciet JEHOVAH omnibus regnis, ad quæ tu (*es*) transiens.

22. Non ergò timebitis eos; quia JEHOVAH, Deus vester, ipse est pugnaturus pro vobis.

23. Insuper precatus (*quidem*) sum ad JEHOVAM in tempore isto, dicendo:

24. ADONAI JEHOVI, tu incepisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam, & manum tuam fortem: quis namque (*est*) Deus in cœlo & in terrâ, qui faciat secundum opera tua, & secundum virtutes tuas?

25. Transeam, quæso, & videam terram bonam, quæ est ultra Jordanem, montem bonum hunc, & Libanum.

g) Nu. 27,13. Deuter. 1,37. 4,21. 31,2. 26. [g] Sed succensuit JEHOVAH mihi propter vos, & non exaudivit me: dixit enim JEHOVAH ad me; Nimium tibi, ne addas loqui ad me amplius de verbo hoc.

27. Ascende in caput Pisgæ, & tolle oculos tuos versus mare (*occidentis*) & septentrionem, & meridiem, & orientem, & vide oculis tuis: sed non transibis Jordanem hunc.

h) Ios. 14,1. 28. Præcipe verò [h] Jehoschuæ, & conforta eum, & confirma eum; hic enim transibit ante populum hunc, idemque (*in*) hereditatem dabit illis terram, quam videbis.

29. Ita consedimus in valle è regione domus Peoris.

CAP. IV.

Mosis I. hortatur populum Israëliticum ad observandum præcepta Iehova omnia sine additamento & diminutione; inprimis, ad serviendum soli Iehovæ, non diis alienis ullis. à v.1. Idq; II. variis argumentis, tum beneficiorum Iehove, & promissionum; tum comminationum, & exemplorum pœnæ à v.3. III. Separat tres urbes refugij trans Iordanem. à. 41.

NAm ergò, ô Israël, audi statuta, & judicia, quæ ego (*sum*) docturus vos, ut faciatis: quò vivatis, & veniatis, & in hereditatem possideatis terram, quam JEHOVAH Deus patrum vestrorum, (*est*) daturus vobis.

a) Deut. 12,32. 2. Non [a] addetis super verbum, quod ego (*sum*) præcipiens vobis, neque diminuetis de eo; ut observetis præcepta JEHOVÆ, Dei vestri, quæ ego (*sum*) præcipiens vobis.

b) Nu. 25,3. Iosue 22,17 3. Oculi vestri videntes (*fuerunt*) quod [b] fecit JEHOVAH in Baal-Peor; quòd omnem virum, qui iverat post Baal-Peorem, perdiderit JEHOVAH Deus tuus è medio tui.

4. At vos, adhærentes JEHOVÆ Deo vestro, vivi (*estis*) omnes hodiè.

5. Vide, docui vos statuta & judicia; quemadmodum præcepit mihi JEHOVAH, Deus meus, ut faciatis sic in medio terræ, ad quam vos (*estis*) venturi, ad possidendum eam in hereditatem.

6. Observabitis itaque, & facietis; hæc enim est sapientia vestra, & intelligentia vestra in oculis populorum, qui audiverint omnia statuta hæc; dicent enim; Omninò populus sapiens & intelligens (*est*) gens magna hæc.

7. Quæ magna enim gens, Cui [c] Deus c) Psal. propinquus apud ipsam; sicut JEHOVAH 145,18. Deus noster in omnibus, in quibus invocavimus ipsum?

8. Aut [d] quæ est gens magna, cui d) Psal. (*sunt*) statuta & judicia justa, sicut omnis 147,19 lex hæc, quam ego daturus (*sum*) coram vobis hodiè.

9. Cave modò tibi, ut custodias animam tuam valdè, ne fortè obliviscaris verba, quæ viderunt oculi tui, & ne fortè recedant è corde tuo omnibus diebus vitæ tuæ; sed nota facias ea filiis tuis, ac filiis filiorum tuorum:

10. Diem (*inprimis*), quo [e] stetisti e) Exod. coram JEHOVAH, Deo tuo, in Chorebo; 19,16. quum dixit JEHOVAH ad me; congrega mihi populum, ut audire faciam eos verba mea, quæ discent, ut timeant me omnibus diebus, quibus illi viventes super terra: filios etiam suos doceant.

11. Accessistis autem, & stetistis sub monte: cùm [f] mons (*esset*) ardens igne, f) Exod. usque ad cor cœli; (*erant*) tenebræ (*erant,*) 19,16. nubes & caligo:

12. Locutus verò est JEHOVAH ad vos è medio ignis: vocem verborum vos (*eratis*) audientes: sed speciem non videntes præter vocem.

13. Tum indicavit vobis fœdus suum, quod præcepit vobis, ad faciendum; decem verba, quæ [g] scripsit super duas tabulas lapidum. g) Exod. 34,28.

14. Mihi autem præcepit JEHOVAH in tempore isto, ad docendum vos statuta & judicia, ut faciatis ea in terrâ, ad quam (*estis*) vos transituri ad possidendum eam in hereditatem.

15. Inprimis cavebitis valde vestris animabus:

mabus: non enim vidiſtis ullam ſpeciem, in die, quo locutus eſt JEHOVAH ad vos in Chorebo è medio ignis:

16. Ne forte corrumpatis vos, & faciatis vobis [h] ſculptile ſpecici ullius ſimilitudinis, figuram maris aut fœminæ: h) Exod. 20, 4.

17. Figuram ullius beſtiæ, quæ in terra; figuram ullius avis alæ, quæ volat ſub cœlo:

18. Figuram ullius reptilis in terra; figuram ullius piſcis, qui in aquis ſub terra.

19. Et ne forte tollas oculos tuos in cœlum, aſpiciasque ſolem, & lunam, & ſtellas; omnem exercitum cœlorum, & impellatis, incurveſque te illis, ac ſervias illis; quippe quæ diviſit JEHOVAH, DEUS tuus, omnibus populis ſub omnibus cœlis.

20. Vos autem ſumſit JEHOVAH, & eduxit vos è fornace ferriea Ægypto, ut ſis ipſi in populum hereditatis, juxta diem hunc.

21. Equidem JEHOVAH ſuccenſuit [i] mihi ob verba veſtra, juravitque, non tranſitutum me Jordanem, & non intraturum in terram bonam, quam JEHOVAH, DEUS tuus, daturus (*eſt*) tibi (*in*) hereditatem: i) Num. 20, 12. Deuter. 1, 37. 3, 26. 34, 4.

22. Sed ego moriturus ſum in terra hac, nec tranſiturus Jordanem; vos autem tranſituri (*eſtis,*) & in hereditatem poſſeſſuri terram bonam hanc.

23. Quare cavebitis vobis, ne obliviſcamini fœderis JEHOVÆ, DEI veſtri, quod excidit vobiſcum; & faciatis vobis ſculptile figuræ ullius (*rei,*) quemadmodum præcepit tibi JEHOVAH, DEUS tuus:

24. Nam [k] JEHOVAH, DEUS tuus, (*eſt*) ignis comedens, DEUS zelotes. k) Deut. 9, 3. Hebr. 12, 29.

25. Quum genueris filios, & filios filiorum, & inveteraveritis in terra; corruperitis autem vos, feceritiſque ſculptile figuræ (*rei*) ullius, adeoque feceritis malum in oculis JEHOVÆ DEI tui, ad irritandum eum:

26. Teſtes contra vos voco hodiè cœlum & terram, quod pereundo perituri ſitis citò deſuper terra, ad quam vos (*eſtis*) tranſituri Jordanem, ad poſſidendum eam in hereditatem; non prolongabitis dies ſuper ea, ſed perdendo perdemini.

27. Diſperget etiam JEHOVAH vos inter populos, ut ſuperſitis homines numeri (*exigui*) inter gentes, inter quas rejiciet JEHOVAH vos.

28. Ubi ſervietis diis, (*qui*) opus manuum hominis, lignum & lapis, qui neque vident, neque audiunt, neque comedunt, neque odorantur.

29. Si tamen quæretis inde [l] JEHOVAM, DEUM tuum, invenies; ſi quæſiveris eum in toto corde tuo, & in tota anima tua. l) Sap. 1, 2.

30. Quum (*inquam*) anguſtia (*erit*) tibi, & invenient te omnia verba iſta; in extremitate dierum cum reverteris ad JEHOVAM DEUM tuum, & obedies voci ejus.

31. DEUS namque miſericors (*eſt*) JEHOVAH DEUS tuus, non deſeret te, neque perdet te, neque obliviſcetur fœdus patrum tuorum, quod juravit illis.

32. Interroga namque, quæſo, de diebus prioribus, qui fuerunt ante te, inde à die, quo creavit DEUS hominem ſuper terra, & (*inde*) ab extremitate cœlorum uſque ad extremitatem cœlorum; num factum ſit juxta verbum magnum hoc, aut num auditum ſit juxta hoc?

33. Num (*nimirum*) [m] audiverit populus vocem DEI loquentis è medio ignis; quemadmodum audiviſti tu, & vivus manſerit? m) Ex. 19, 9. 20, 1.

34. Aut num tentaverit DEUS venire ad accipiendum ſibi gentem è medio gentis, per prodigia, per ſigna, & per miracula, & per bellum, & per manum fortem, & per brachium extenſum, & per tremenda magna; juxta omnia, quæ fecit vobis JEHOVAH, DEUS veſter, in Ægypto in oculis tuis.

35. (*Quæ*) tu videre factus es, ut ſcias, quod JEHOVAH ipſe ſit DEUS, nec amplius (*quiſquam*) præter illum.

36. E cœlo (*enim*) audire fecit te vocem ſuam, ad erudiendum te; ſuper terra autem videre fecit te ignem ſuum magnum, & verba ipſius audiviſti è medio ignis.

37. Propterea autem quod amavit patres tuos, elegit ſemen cujuſque poſt eum, ut

n) Exod. 13, 21. o) Exod. 23, 16. ut [n] eduxerit te coram ſe per [o] virtutem ſuam magnam ex Ægypto;

38. Ad expellendum gentes magnas & numeroſas præ te ante facies tuas, ad adducendum te, ad dandum tibi terram earum (*in*) hereditatem, juxta diem hunc.

39. Quare agnoſces hodiè, & reduces ad cor tuum, quod JEHOVAH ipſe ſit DEUS in cœlo ſuperius, & ſuper terra inferius; nec amplius (*quiſquam*:)

40. Ut cuſtodias ſtatuta ejus, & præcepta ejus, quæ ego præcipiens tibi hodie; quò benè ſit tibi, & filiis tuis poſt te; & ut prolonges dies ſuper terra, quam JEHOVAH DEUS tuus daturus (*eſt*) tibi omnibus diebus.

p) Nu. 35, 6. Deuter. 19, 2. Joſ. 20, 2. 41. Tunc ſeparavit Moſes [p] tres urbes trans Jordanem, verſus ortum ſolis:

42. Ut confugeret eò homicida, qui occidiſſet ſocium ſuum ſine ſcientia, cum non odiſſet illum heri & nudius tertius; confugeret ergò ad unam de urbibus his, & vivus maneret:

43. (*Nimirum*) Bezer in deſerto, in terra planitiei, Rubenitæ; & Ramoth in Gilead, Gaditæ; & Golanem in Baſchane, Menaſchitæ.

44. Cæterum hæc eſt lex, quam poſuit Moſes ante filios Iſraëlis:

45. Hæc (*ſunt*) teſtimonia, & ſtatuta, & judicia, quæ locutus eſt Moſes ad filios Iſraëlis, quum hi exirent ex Ægypto:

46. Trans Jordanem in valle, (*quæ*) è regione Beth Peoris, in terra Sichonis, Regis Emoræi, qui habitans (*erat*) in Cheſchbon; quem percuſſit Moſes & filii Iſraëlis, quum exirent ex Ægypto:

q) Nu. 21, 24. 47. Occuparuntque terram ejus, & [q] terram Og, Regis Baſchanis; duorum Regum Emoræi, qui trans Jordanem ab ortu ſolis;

48. Ab Aroëre, quæ ad ripam fluvii Arnonis, uſque ad montem Sionis, qui (*eſt*) Chermon:

49. Et omnem planitiem trans Jordanem verſus ortum uſque ad mare planitiei, infra aquæ ductus Piſgæ.

CAP. V.

Moſes I. coram Iſraële Decalogum de monte Sinai datum repetit, & inculcat. à v. 1. Poſtquam II. retexit, quomodo populus deprecatus ſit, ne amplius audiret vocem Iehova, ideoq; Moſen internuntium petiverit. à v. 20. DEUS autem III. eum exaudiverit, & deprecationem approbaverit. à v. 25.

CLamavit nimirum Moſes ad filios Iſraëlis, dixitque ad eos; Audi, ô Iſraël, ſtatuta & judicia, quæ ego (*ſum*) loquens in auribus tuis hodiè, ut diſcatis ea, & cuſtodiatis ea, faciendo ea.

a) Exod. 19, 5. 2. JEHOVAH DEUS noſter [a] excidit nobiſcum fœdus in Chorebo.

Deuter. 29, 1. 3 Non cum patribus noſtris excidit JEHOVAH fœdus hoc; ſed nobiſcum nos (*ſumus*) illi hic hodiè omnes vivi.

4. A facie ad faciem locutus eſt JEHOVAH vobiſcum, in monte è medio ignis.

5. Ego (*verò*) ſtans (*eram*) inter JEHOVAM & inter vos in tempore iſto, ad annuntiandum vobis verbum JEHOVÆ; quia timebatis vobis ab igne, nec aſcendiſtis in montem: (*Locutus, inquam, eſt*) dicendo;

b) Exod. 20, 2. 6. Ego (*ſum*) [b] JEHOVAH, DEUS tuus, qui eduxi te è terra Ægypti, è domo ſervorum;

7. (*Ideò*) non erit tibi DEUS alius coram faciebus meis.

8. Non facies tibi ſculptile ullius figuræ; quæ in cœlis ſuperius, & quæ in terra inferius, & quæ in aquis ſubter terram.

c) Exod. 34, 7. Ier. 32, 18. 9. Non incurvabis te illis, neque ſervies illis: quia [c] EGO JEHOVAH DEUS tuus; DEUS Zelotes, viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, & ſuper tertianos, & ſuper quartanos; (*ſcil.*) odio habentium me,

10. Faciens autem miſericordiam in millenos, (*ſcil.*) amantes me, & cuſtodientes præcepta mea.

d) Exod. 20, 7. Lev. 19, 12. 11. Non tolles [d] nomen JEHOVÆ DEI tui ſuper vanum: quia non habebit innocentem JEHOVAH eum, qui ſuſtulerit nomen ipſius ſuper vanum.

Matt. 5, 33. 12. Cuſtodi [e] diem Sabbathi, ut ſanctifices eum: quemadmodum præcepit JEHOVAH, DEUS tuus. e) Gen. 2, 3.

Ier. 17, 21. 13. Sex dies operaberis, & facies omne opus tuum.

Ex. 20, 10. 14. Sed dies ſeptimus (*erit*) Sabbathum

(i.e. *requies*) JEHOVÆ, DEO tuo: (*ideò*) non facies ullum opus; tu, & filius tuus, & filia tua, & servus tuus, & ancilla tua, & bos tuus, & asinus tuus, & omnis bestia tua, & peregrinus tuus, qui intra portas tuas; ut quiescat servus tuus, & ancilla tua, sicut tu.

15. Memento (*enim*,) quod servus fueris in terra Ægypti, eduxeritque te JEHOVAH DEUS tuus inde per manum fortem, & per brachium excelsum: ideò præcepit tibi JEHOVAH DEUS tuus facere diem Sabbathi.

f) *Exod. 20,12. Deut. 27,16. Matth. 15,4. Ephes. 6,2.* 16. Honora [f] patrem tuum, & matrem tuam, quemadmodum præcepit tibi JEHOVAH, DEUS tuus, ut prolongent se dies tui, & ut benè tibi sit super terra, quam JEHOVAH DEUS tuus (*est*) daturus tibi.

g) *Matt. 5,21.* 17. Non [g] occides: & non [h] mœchaberis: & non furaberis: & non respondebis contra socium tuum testis vanitatis.

h) *Matt. 5,27.*

i) *Exod. 20,17. Rom. 7, 7. 13, 9.* 18. Et non [i] concupisces uxorem socii tui; & non appetes domum socii tui, agrum ejus, & servum ejus, & ancillam ejus, bovem ejus, & asinum ejus, & omne, quod (*est*) socio tuo.

19. Verba hæc locutus est JEHOVAH ad omnem congregationem vestram in monte, è medio ignis, nubis & caliginis, voce magnâ, nec addidit (*plus:*) scripsit autem ea super duas tabulas lapidum, deditque mihi.

20. Sed factum est: quum audivistis vocem è medio tenebrarum, monsque (*fuit*) ardens igne: accessistis ad me, omnia capita tribuum vestrarum, & seniores vestri;

21. Dixistisque; En! videre fecit nos JEHOVAH, DEUS noster, gloriam suam, & magnitudinem suam; ac vocem ipsius audivimus è medio ignis; hoc die vidimus, quod loquatur DEUS ad hominem, ut (*tamen*) vivus maneat.

k) *Exod. 20,19.* 22. Veruntamen quare [k] moriemur; quia (*tandem*) comedet nos ignis magnus hic: si (*enim*) addentes (*fuerimus*) nos audire vocem JEHOVÆ, DEI nostri, amplius, utique moriemur.

23. Quis namque (*de*) omni carne (*est,*) qui audiat vocem DEI vivi, loquentem è medio ignis, sicut nos, & maneat vivus?

24. Accede tu, & audi omne, quod dicet JEHOVAH, DEUS noster, ad te: audiemus namque, & faciemus.

25. Audivit verò JEHOVAH vocem verborum vestrorum, quum loqueremini ad me: ideò dixit JEHOVAH ad me; audivi vocem verborum populi hujus, quæ locuti sunt ad te: benè fecerunt in omni, quod locuti sunt.

26. Quis dabit, ut sit cor eorum hoc ad timendum me, & ad custodiendum omnia præcepta mea omnibus diebus, ut benè sit ipsis & filiis eorum in sempiternum.

27. Abi, dic illis; redite vobis (*ergò*) in tentoria vestra.

28. Tu autem hic sta mecum, ut loquar ad te omnia præcepta, & statuta, & judicia, quæ docebis eos, ut faciant in terra, quam Ego (*sum*) daturus illis ad possidendum eam.

29. Quare custodietis facere, quemadmodum præcepit JEHOVAH DEUS vester vobis: non recedetis ad dextram aut sinistram.

30. In omni via, quam præcepit JEHOVAH, DEUS vester, vobis, ibitis, ut vivatis, & benè sit vobis, ac prolongetis dies in terra, quam possidebitis.

CAP. VI.

Mosis I. reliqua DEI præcepta, statuta & judicia populo Israëlitico expositurus, denuò eum ad constantem eorum observationem adhortatur. Imprimis II. ut Jehovam solum timeat, colat, nec eum tentet. à v.9. III. Præcipit, ut filios quoq; suos præcepta Jehovæ doceat, eademq; in inculcet. à v.20.

CÆterum hoc est præceptum, statuta & judicia, quæ præcepit JEHOVAH, DEUS vester, ad docendum vos, ut faciatis in terra, in quam vos (*estis*) transituri, ad possidendum eam:

2. Ut timeas JEHOVAM DEUM tuum, ad custodiendum omnia statuta ejus, & præcepta ejus, quæ ego (*sum*) præcipiens tibi; tu, & filius tuus, filiusque filii tui, omnibus diebus vitæ tuæ; & ut prolongent se dies tui.

3. Audies itaque, ô Jisraël, u custodias facere, ut benè sit tibi, & ut multiplicemini valdè: quemadmodum locutus est JEHOVAH, DEUS patrum tuorum, tibi, terram fluentem lacte & melle.

a) *Marc. 12,29.* 4. Audi, [a] Jisraël, JEHOVAH, DEUS noster, (*est*) JEHOVAH unus.

b) *Matt. 22,37. Marc. 12,30.* 5. [b] Diliges ergò JEHOVAM DEUM tuum, ex toto corde tuo, & ex tota animâ tua, & ex omnibus viribus tuis:

c) *Deut. 11,18,19.* 6. Ut sint omnia [c] verba hæc, quæ Ego (*sum*) præcipiens tibi hodiè, super corde tuo:

7. Et acuas ea filiis tuis, loquarisque de iis, quum sederis in domo tua, & quum ieris in via, & quum cubueris, & quum surrexeris:

8. Imò alliges ea in signum super manum tuam, ac sint in frontalia inter oculos tuos.

9. Scribasque ea super postes domus tuæ, & in portis tuis.

10. Fiat itaque: quum introduxerit te JEHOVAH, DEUS tuus, in terram, quam juravit patribus tuis; Abrahamo, Jizchako & Jacobo, daturum tibi; urbes magnas & bonas, quas non ædificasti;

11. Et domos plenas omni bono, quas non implevisti; & cisternas excisas, quas non exciderunt; vineas & oliveta, quæ non plantasti: comederisque & satiatus fueris:

12. Cave tibi, ne obliviscaris JEHOVÆ, qui eduxit te è terra Ægypti, è domo servorum.

d) *Deut. 10,20. Matt. 4, 10. Luc. 4,8* 13. JEHOVAM, DEUM tuum, timebis, & illi servies, ac in nomine ejus jurabis.

14. Non ibitis post deos, de diis populorum, qui (*erunt*) circum te.

e) *Mat. 4,7. Luc. 4, 12.* 15. Nam DEUS Zelotes (*est*) JEHOVAH DEUS tuus in medio tui: ne forte exardescat ira JEHOVÆ, DEI tui, contra te, & perdat te de super facie bus terræ.

f) *Exod. 17,2 Numer. 21,5.* 16. Non [e] tentabitis JEHOVAM, DEUM vestrum, quemadmodum [f] tentâstis in Massah.

17. Custodiendo custodietis præcepta JEHOVÆ, DEI vestri, & testimonia ejus, & statuta ejus, quæ præcepit tibi:

18. Ut facias rectum & bonum in oculis JEHOVÆ; quo benè sit tibi, veniasque, & possideas terram bonam, quam juravit JEHOVAH patribus tuis;

19. Impellendo omnes hostes tuos coram te; quemadmodum locutus est JEHOVAH.

20. Quando interrogaverit te filius tuus postridie, dicendo: Quid (*sunt*) Testimonia, statuta & judicia, quæ præcepit JEHOVAH DEUS noster, vobis?

21. Dices filio tuo; servi fuimus Pharaoni in Ægypto, sed eduxit nos JEHOVAH ex Ægypto per manum fortem.

22. Dedit enim JEHOVAH signa & prodigia magna & mala in Ægypto, in Pharaone & in omni domo ejus, in oculis nostris:

23. Atque sic eduxit nos inde, ut introduceret nos, ad dandum nobis terram, quam juraverat patribus nostris.

24. Ideò præcepit nobis JEHOVAH facere omnia statuta hæc, ad timendum JEHOVAM, DEUM nostrum; ut benè sit nobis omnibus diebus, (*&*) vivificet nos, juxta diem hunc:

25. Et justitia sit nobis, si custodierimus facere omne præceptum hoc coram JEHOVAH, DEO nostro; quemadmodum præcepit nobis.

CAP. VII.

Præcipitur I. populo Israëlitico, ut excindat Canaanæos, nec fœdus aut affinitatem cum iis ineat. à v.1. II. Electio DEI gratuita eidem inculcatur. à v.6. III. Amor & benedictio DEI, malorum autem aversio servanti præcepta ipsius promittitur. à v.11. Omnis IV. timor Canaanæorum eximitur, promissâ DEI præsentia & auxilio, usq; dum exciderit & Reges eorum, & deos eorum. à v.16.

CUm introduxerit te JEHOVAH, DEUS tuus, in terram, ad quam venies ad possidendum eam; & [a] excusserit gentes magnas coram te; Chitthæum (*scil.*) & Girgaschæum, & Emoræum, & Canaanæum, & Perisæum, & Chivvæum, & Jebusæum, septem gentes magnas, & numerosiores te; a) *Deut. 31,3.*

2. Dederitque eos JEHOVAH, DEUS tuus, coram te, ut percutias eos, devovendo devovebis eos: non (*enim*) excidet cum iis [b] fœdus, neque misereberis eorum: b) *Exod. 23,32. 34,12.*

3. Neque affinitatem contrahes cum illis;

illis; filiam tuam non dabis filio illius, & filiam illius non accipies filio tuo.

4. Idcò quod seducturus sit filium tuum à-post me, ut serviant diis aliis: quomodo exardescet ira JEHOVÆ contra vos, & perdet te citò.

5. Verum sic facietis illis: altaria eorum destruetis, & statuas eorum confringetis, ac lucos eorum succidetis, atque sculptilia eorum comburetis igne.

c) Exod. 19, 6. Deut. 4, 2. 26, 18. 6. Quia populus [c] sanctus tu (*es*) JEHOVÆ, DEO tuo: te (*enim*) elegit JEHOVAH DEus tuus, ut sis ipsi in populum proprietatis, ex omnibus populis, qui (*sunt*) super faciebus terræ.

7. Non (*namque*) propter multitudinem vestram præ omnibus populis desideravit JEHOVAH vos, ut eligeret vos; siquidem vos pauciores, (*estis*) omnibus populis.

8. Sed ex amore JEHOVÆ erga vos, & ut custodiret juramentum, quod juraverat patribus vestris, eduxit JEHOVAH vos per manum fortem, redemitque te è domo servorum, à manu Pharaonis, Regis Ægypti.

d) Exod. 20, 6. 34, 7. Deut. 5, 10. 9. Ut cognosceres, quod JEHOVAH, DEus tuus, ipse (*sit*) DEus; [d] DEus fidelis, custodiens fœdus & misericordiam diligentibus ipsum, & custodientibus præcepta ipsius, in mille generationes:

10. Retribuens autem odio habentibus ipsum ante facies ipsius, ad perdendum eum; non differet odio habenti ipsum, (*sed*) ante facies ipsius retribuet illi.

11. Idcò custodies præceptum, & statuta, & judicia, quæ ego (*sum*) præcipiens tibi hodiè, ad faciendum ea.

12. Fiet enim; quando audiveritis judicia hæc, ut custodiatis & faciatis ea: custodiet JEHOVAH, DEus tuus, tibi fœdus & [e] misericordiam, quam juravit patribus tuis:

e) Exod. 23, 22. Levit. 26, 3. Deuter. 28, 1. 13. Ut amet te, & benedicat tibi, & multiplicet te: benedicat, inquam, fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo, & musto tuo, & oleo tuo, fœtui boum tuorum, & arietum gregis tui, super terra, quam juravit patribus tuis, daturum tibi.

f) Exod. 23, 26. 14. (*Ita*) benedictus eris præ omnibus populis: non [f] erit in te (*vir*) infœcundus aut (*fœmina*) infœcunda; & in bestia tua.

15. Removebit etiam JEHOVAH à te omnem morbum; & omnes languores Ægypti malos, quos nosti, non ponet super te; sed dabit eos super omnes odores tuos.

16. Comedes ergò omnes populos, quos JEHOVAH, DEus tuus, traditurus (*est*) tibi: non parcet oculus tuus eis; neque servies diis eorum: laqueus namque hoc (*erit*) tibi.

17. Si dixeris in corde tuo; Magnæ sunt gentes hæ præ me: quomodo (*ergò*) potero expellere eas?

18. Non timebis tibi ab illis: recordando recordaberis eorum, quæ fecit JEHOVAH, DEus tuus, Pharaoni, & toti Ægypto;

19. Tentationum magnarum, quas viderunt oculi tui; & signorum atque prodigiorum, & manus fortis, & brachii extensi, quibus eduxit te JEHOVAH, DEus tuus. Sic (*enim*) faciet JEHOVAH, DEus tuus, omnibus populis, coram quibus tu tibi times.

20. Quin etiam crabronem mittet JEHOVAH, DEus tuus, in eos, usque dum pereant residui & absconditi coram te.

21. (*Quare*) non formidabis coram iis; JEHOVAH enim, DEus tuus, (*est*) in medio tui; DEus magnus & formidabilis.

g) Exod. 23, 23. Ios. 24, 11. 22. Excutiet tamen [g] JEHOVAH, DEus tuus, gentes illas coram te paulatim: non poteris perdere eas statim; ne fortè multiplicetur contra te feta agri.

23. Sed dabit eos JEHOVAH, DEus tuus, coram te, & conturbabit conturbatione magna, usque dum perdantur illi.

h) Ios. 10, 22. 11, 12. 12, 7. 24. Dabit, inquam, [h] Reges eorum in manum tuam, ut perdas nomen eorum de-sub cœlo: non consistet vir (*quisquam*) coram te, usque dum perdideris eos.

i) 2. Macab. 12, 40. 25. Sculptilia (*autem*) deorum illorum comburetis igne: non concupisces [i] argentum & aurum, (*quod*) super illis, ut accipias tibi; ne fortè illaqueris illo. Abominatio namque JEHOVÆ, DEI tui, illud:

26. Idcò non inferes abominationem in

in domum tuam, ut fias devotio, sicut illud; (*Sed*) abominando abominaberis illud, & abhorrendo abhorrebis ab illo; eò quod devotio illud (*sit.*)

CAP. IIX.

Moses adhortatur I. populum Israëlticum ad observationem præceptorum DEI, argumento (1.) præsentium DEI tentationum. à v. 1. (2.) terræ optimæ ipsi dandæ. à v. 6. Dehortatur II. ab oblivione DEI & præceptorum eius ex elatione animi; argumento (1.) beneficiorum DEI. à v. 10. (2.) periculi excisionis. à v. 19.

OMne præceptum, quod ego (*sum*) præcipiens tibi hodiè, custodietis facere: ut vivatis, & multiplicemini, ingrediaminique, & possideatis terram, quam juravit JEHOVAH, patribus vestris.

a) Deut. 29, 5. 2. Recordaberis enim omnis viæ, [a] quâ duxit te JEHOVAH, DEus tuus, his quadraginta annis in deserto; ut afflige ret te, & tentaret te, ut cognosceret, quod in corde tuo: num custoditurus esses præcepta ipsius; necne?

b) Exod. 16, 35. Numer. 11, 7. c) Mat. 4, 4. Luc. 4, 4. 3. Afflixit itaque te, & esurire fecit te, ut [b] cibaret te Man, quod non noveras, nec noverant patres tui: ut doceret te, quòd [c] non per panem solum vivat homo; sed per omne enunciatum oris JEHOVÆ vivat homo.

4. Vestis tua non inveterata est desuper te; & pes tuus non intumuit, his quadraginta annis.

5. Quare agnosces cum corde tuo quòd, quemadmodum castigat vir filium suum, JEHOVAH, DEus tuus, (*sit*) castigans te.

6. Quin custodies præcepta JEHOVÆ, DEI tui, eundo in viis ejus, & timendo ipsum:

7. Quia JEHOVAH, DEus tuus deducens te (*est*) ad terram bonam; terram fluviorum aquæ, fontium, & abyssorum, exeuntium è valle, & è monte:

8. Terram tritici & hordei, & vitis, & ficus, & malogranati; terram olivæ olei, & mellis:

9. Terram, in qua non cum defectu comedes panem; nec deerit tibi quicquam in eâ; terram, cujus lapides (*sunt*) ferrum; & ex montibus ejus excides æs.

10 Quando ergò comederis, & satiaberis, benedices JEHOVÆ, DEO tuo, super terra bona, quam dedit tibi.

11. Cave tibi, ne obliviscaris JEHOVÆ, DEI tui, ita ut non custodias præcepta ejus, & judicia ejus, & statuta ejus, quæ ego (*sum*) præcipiens tibi hodiè.

12. Ne fortè comedas, & satureris; & domos bonas ædifices, habitesque;

13. Et armentum tuum atque grex tuus multiplicentur; argentum etiam & aurum augeatur, quin omne, quod tibi, crescat:

14. Ideoque extollat se cor tuum, obliviscarisque JEHOVÆ, DEI tui, qui educens te (*fuit*) è terra Ægypti, è domo servorum:

15. Qui ducens te per desertum magnum & formidabile, (*desertum*) serpentis, presteris, & scorpionis, & sitis, ubi non (*sunt*) aquæ: qui [d] educens tibi aquas è petra scopuli:

d) Exod. 17, 6. Numer. 20, 11. 16. Qui cibans te Manè in deserto, quod non noverunt patres tui: ut afflige ret te, & ut tentaret te, ad benefaciendum tibi in posterioritate tuâ.

17. Si itaque dixeris in corde tuo; virtus mea & robur manus meæ fecit mihi potentiam hanc:

18. Memento JEHOVÆ, DEI tui, quod ille (*sit*) dans tibi virtutem faciendi potentiam, ut stabiliat fœdus suum, quod juravit patribus tuis, juxta diem hunc.

19. Contrà fiet; si obliviscendo oblitus fueris JEHOVÆ, DEI tui, iverisque post deos alios, ac servieris, atque incurvaveris te illis; testor contra vos hodiè, quod perecundo pereatis:

20. Sicut gentes, quas JEHOVAH (*est*) perdens coram vobis, ita peribitis; propterea quòd non obedietis voci JEHOVÆ, DEI vestri.

CAP. IX.

Dehortatur porrò Moses populum à præsumtione propriæ justitiæ; inculcando I. quod DEUS sit, qui propter promissionem suam gratuitam gentes expellat, & terram Israëli det. à v. 1. II. Quòd po-

pœnas nullam habeat juſtitiam. à v. 4. III. Adeò ut contrà indignum ſe fecerit provocato ad iram Jehovah, niſi Moſes interceſſiſſet. à v. 6.

AUdi, Iſraël, tu (*es*) tranſiens (*quidem*) hodiè Jordanem, ut venias ad poſſidendum gentes magnas, & numeroſas præ te; urbes magnas, & munitas uſque in cœlum:

2. Gentem (*inquam*) magnam & exceſſam, filios Enakim: quam tu noſti, & de (*qua*) tu audiſti; Quis conſiſtet coram filiis Enak?

a) *Deut. 4,24.* 3. Verùm ſcies hodiè, quod JEHOVAH, DEUS tuus, ipſe ſit tranſiens ante te, [a] ignis comedens: ille perdet eos, idemque humiliabit eos coram te, ut expellas eos, & perdas eos citò; quemadmodum locutus eſt JEHOVAH tibi.

4. (*Tum verò*) ne dicas in corde tuo, quando (*ſcilicet*) impulerit JEHOVAH, DEUS tuus, eos coram te, dicendo; Propter juſtitiam meam adduxit me JEHOVAH, ad poſſidendum terram hanc.

5. Non (*enim*) propter Juſtitiam tuam, & propter rectitudinem cordis tui, tu (*es*) veniens ad poſſidendum terram eorum: ſed propter malitiam gentium harum JEHOVAH, DEUS tuus, (*eſt*) expellens eos coram te; & ut ſtabiliat verbum, quod juravit JEHOVAH patribus tuis; Abrahamo, Jizchako & Jacobo.

6. Quare ſcito, quod non propter Juſtitiam tuam JEHOVAH, Deus tuus (*ſit*) dans tibi terram bonam hanc, ad poſſidendum eam: quia populus durus cervice tu (*es.*)

b) *Exod. 14,10. 16,2.* 7. Memento (*potius*) nec obliviſcere, quâ ratione [b] ad iram provocaveris JEHOVAM, DEUM tuum, in deſerto; inde (*enim*) à die, quo exiviſti è terra Ægypti, donec veniſtis ad locum hunc, rebelles fuiſtis cum JEHOVAH.

8. Nam (*jam*) in Chorebo ad iram provocaſtis JEHOVAM: ubi iratus fuit JEHOVAH contra vos, adeò ut perdere voluerit vos.

9. Quando (*nimirum*) aſcendi in montem, ad accipiendum tabulas lapidum, tabulas fœderis, quod excidit JEHOVAH vobiſcum; manſi autem in monte [c] quadraginta dies, & quadraginta noctes, (*quibus*) panem non comedi, nec aquas bibi; c) *Exod. 24,18. 34,28.*

10. Deditque JEHOVAH mihi [d] duas tabulas lapidum, ſcriptas digito DEI; ſuper quibus (*ſcriptum*) juxta omnia verba, quæ locutus eſt JEHOVAH vobiſcum in monte è medio ignis, in die congregationis. d) *Exod. 31,18. 34,29.*

11. Factum namque eſt à fine quadraginta dierum, & quadraginta noctium: dedit quidem JEHOVAH mihi duas tabulas lapidum, tabulas fœderis;

12. Sed dixit JEHOVAH ad me; Surge, deſcende citò hinc; quia corrupit ſe populus, quem eduxiſti ex Ægypto, (*dum*) receſſerunt ſubitò de viâ, quam præcepi eis; fecerunt (*enim*) ſibi fuſile.

13. Porrò dixit JEHOVAH ad me, dicendo; Vidi populum hunc: ſed, ecce, populus durus cervice ille (*eſt:*)

14. (*Quare*) deſiſte a me, ut perdam eos, & deleam nomen eorum de-ſub cœlo: contra faciam te in gentem numeroſam & magnam præ illo.

15. Reſpexi itaque, & deſcendi de monte, cum mons (*eſſet*) ardens in igne; duæ autem tabulæ fœderis ſuper duabus manibus meis:

16. Cumque viderem; ecce, peccaveratis JEHOVÆ, DEO veſtro; feceratis vobis vitulum fuſionis, receſſeratis ſubitò à via, quam præceperat JEHOVAH vobis.

17. Unde prehendi duas tabulas, & projeci eas de-ſuper duabus manibus meis, fregique eas in oculis veſtris.

18. Procidi tamen coram JEHOVAH, ſicut prius, quadraginta dies, & quadraginta noctes; panem non comedi, & aquas non bibi, propter omne peccatum veſtrum, quod peccaſtis, faciendo malum in oculis JEHOVÆ, ad provocandum ipſum ad iram.

19. Extimui namque propter iram, & excandeſcentiam, quâ iratus fuit JEHOVAH contra vos, ad perdendum: ſed exaudivit tamen JEHOVAH me etiam hac vice.

20. Quin etiam [e] contra Aharonem irâ motus eſt JEHOVAH valde, ad perdendum eum: oravi verò etiam pro Aharone in tempore iſto.

21. Peccatum denique veſtrum, quod feciſtis, vitulum, ſumſi, & combuſſi eum igne, contudique eum molendo probè, uſque dum attenuatus eſt in pulverem; pulverem autem ejus projeci in rivum deſcendentem è monte.

22. Præterea in Tabeera & in Maſſah, & in Kibroth Thaavah (*h. e. ſepulcris deſiderij*) [f] ad iram provocantes fuiſtis JEHOVAM. f) *Exod. 17,7. Numer. 11,4. 13,32.*

23. Item cum mitteret vos JEHOVAH è Kadeſch-Barnea, dicendo; aſcendite, & poſſidete terram, quam dedi vobis, rebellaſtis ori JEHOVÆ, DEI veſtri, nec credidiſtis illi, neque obedivi ſtis voci ejus.

24. (*Imò*) rebelles fuiſtis cum JEHOVAH, a die, quo cognovi vos.

g) *Exod. 32,11. Numer. 13,14.* 25. Oravi tamen [g] coram JEHOVAH quadraginta dies & quadraginta noctes, quibus procidi, quum dixiſſet JEHOVAH perdere vos:

26. Oravi, inquam, ad JEHOVAM, ac dixi; ADONAI JEHOVI, ne perde populum tuum, & hereditatem tuam, quam redemiſti per magnificentiam tuam, dum eduxiſti ex Ægypto per manum fortem.

27. Memento ſervorum tuorum, Abrahami, Jizchaki & Jacobi: ne reſpicias duritiem populi hujus, & malitiam ejus, & peccatum ejus.

28. Ne forte dicant, (*in*) terra, unde eduxiſti nos; propter impotentiam JEHOVÆ perducendi eos ad terram, de qua locutus erat illis, & propter odium ſuum erga illos eduxit eos ad occidendum eos in deſerto.

29. Atqui illi (*ſunt*) populus tuus, & hereditas tua, quam eduxiſti virtute tua magna, & brachio tuo exceſſo.

CAP. X.

Pergit Moſes hortari populum ad obſervationem præceptorum DEI; argumento (1.) reconciliati, interceſſione Moſis, Jehovæ. à v. 1. (2.) reſtituti cultus divini per ſucceſſionem Eleaſari, & diſpoſitionem Levitarum. à v. 6. (3.) Maieſtatis Jehovæ. à v. 14. qui (4.) futurus deinceps Iſai ipſius, ſicut hactenus. à v. 20.

IN tempore iſto dixit JEHOVAH ad me; [a] dola tibi duas tabulas lapidum, ſicut priores (*fuerunt,*) & aſcende ad me in montem; fac etiam tibi arcam ligni; a) *Exod. 34,1.*

2. Ut [b] ſcribam ſuper tabulas verba, quæ fuerunt ſuper tabulis prioribus, quas [c] fregiſti; ponas autem eas in arcâ. b) *Exod. 32,16.* c) *Exod. 32,19.*

3. Feci itaque arcam (*ex*) lignis Schittim, & dolavi duas tabulas lapidum, ſicut priores; deinde aſcendi in montem, & duæ tabulæ in manu meâ.

4. Tum ſcripſit (*Jehovah*) ſuper tabulas juxta ſcripturam priorem, decem verba, quæ locutus erat JEHOVAH ad vos in monte è medio ignis, in die congregationis; poſt dedit eas JEHOVAH mihi.

5. Ita reſpexi, & deſcendi de monte, poſuique tabulas in arca, quam feceram, ut eſſent ibi; quemadmodum præceperat mihi JEHOVAH.

6. Poſtea [d] profecti ſunt filii Iſraël is à puteis filiorum Jaakan Moſeram. Ibi mortuus eſt (*demum*) Aharon, ſepultuſque ibi, & ſacerdotium accepit [e] Eleaſar filius ejus, loco ejus. d) *Num. 33,30.* e) *Num. 20,28. 33,38.*

7. Inde profecti ſunt in Gudgod; & à Gudgod in Jotbeam, terram fluviorum aquarum.

8. In tempore iſto ſeparavit JEHOVAH tribum Levitæ, ad portandum arcam fœderis JEHOVÆ; ad ſtandum coram JEHOVAH; ad miniſtrandum illi; & ad benedicendum in nomine ipſius uſque ad diem hunc.

9. Propterea non contigit [f] Levita pars & hereditas cum fratribus ipſius: JEHOVAH (*enim*) ipſe (*eſt*) hereditas ejus; quemadmodum locutus eſt JEHOVAH, DEUS tuus illi. f) *Num. 18,20. Deuter. 18,1. & 18,7.*

10. Ego itaque ſteti in monte, ſicut diebus prioribus, quadraginta dies & quadraginta noctes; & exaudivit JEHOVAH me etiam vice hac: nec voluit JEHOVAH perdere te:

11. Sed dixit JEHOVAH ad me (*potius;*) ſurge, perge in iter coram populo, ut veniant, & poſſideant terram, quam juravi patribus eorum, daturum me illis.

12. Jam ergò, ô Iſraël, quid JEHOVAH, DEUS tuus, petens (*eſt*) à te? niſi ut timeas

timeas JEHOVAM, DEUM tuum, ad eundum in omnibus viis ipsius, & ad diligendum ipsum, & ad serviendum JEHOVÆ, DEO tuo, ex toto corde, & ex tota anima tua.

13. Ut custodias præcepta JEHOVÆ & statuta ejus, quæ ego *(sum)* præcipiens tibi hodiè, ut benè tibi sit.

14. Ecce! JEHOVÆ, DEO tuo, *(sunt)* cœli & cœli cœlorum, terra, & omnia, quæ in ea.

15. Attamen patribus tuis delectatus est JEHOVAH, ad diligendum eos; elegitque semen eorum post ipsos, vos *(scil.)* ex omnibus populis, juxta diem hunc.

g) *Deut. 30, 6. Act. 7, 51.*

16. Quare [g] circumcidite præputium cordis vestri, & cervicem vestram non indurate amplius.

17. Nam JEHOVAH, DEUS vester, ipse *(est)* DEUS deorum, & Dominus dominorum; DEUS magnus, potens & formidabilis, qui non acceptabit facies, & non accipiet munus.

h) *2. Paral. 19, 7. Iob. 34, 19. Sap. 6, 8. Sir. 35, 16. Rom. 2, 11. Gal. 2, 6.*

18. Faciens judicium orphani & viduæ; & diligens peregrinum, ad dandum illi panem & vestem.

19. Ideò diligetis peregrinum; quia peregrini fuistis in terra Ægypti.

i) *Deut. 6, 13. Matt. 4, 10. Luc. 4, 8.*

20. [i] JEHOVAM, DEUM tuum, timebis, illi servies; illique adhærebis, & in nomine ejus jurabis.

21. Ipse *(erit)* laus tua, idemque DEUS tuus, qui fecit tecum magna & formidabilia hæc, quæ viderunt oculi tui.

k) *Gen. 46, 27.*

22. In [k] septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum: Jam verò posuit te JEHOVAH, DEUS tuus, sicut stellas cœlorum, quod ad multitudinem.

CAP. XI.

Idem agit Moses adhortans populum, commonefaciendo I. de gestis Iehova in eductione ex Ægypto, & ad mare Suph. à v. 1. II. Contra Dathanem & Abiramum. à v. 6. III. De bonitate terræ dandæ. à v. 8. IV. De futuris beneficiis vel periculis. à v. 13. in monte Garisim solenniter confirmandis. à v. 29.

DIlliges itaque JEHOVAM, DEUM tuum, & custodies custodiam ejus, & statuta & judicia ejus, & præcepta ejus omnibus diebus.

2. Agnoscetis verò hodie, quod non cum filiis vestris, qui non noverint, & qui non viderint disciplinam JEHOVÆ DEI vestri, magnificentiam ejus, manum ejus fortem, & brachium ejus extensum:

3. Et signa ejus, & opera ejus, quæ fecit in medio Ægypti, Pharaoni Regi Ægypti, & toti terræ ejus:

a) *Exod. 14, 25. 27.*

4. Et quæ fecit [a] exercitui Ægypti, equis ejus, & currui ejus, super quorum facies defluere fecit aquas maris Suph, quum persequerentur vos, sed perdidit eos JEHOVAH usque ad diem hunc.

5. Et quæ fecit vobis in deserto, usque dum perveniſtis in locum hunc.

b) *Num. 16, 31. Psal. 106, 27.*

6. Et quæ fecit [b] Dathani, Abiramoque, filiis Eliabi, filii Rubenis, cum aperuit terra os suum, & absorpsit eos, & tentoria eorum, & omnem substantiam, quæ in potestate eorum, in medio filiorum Israëlis:

7. Sed *(quòd)* oculi vestri viderint omne opus JEHOVÆ magnum, quod fecit.

8. Ideò custodietis omne præceptum, quod Ego *(sum)* præcipiens tibi hodiè, ut corróboretis vos, veniatisque, & possideatis terram, ad quam vos *(estis)* transeuntes ad possidendum eam.

9. Et ut prolongetis dies super terra, quam juravit JEHOVAH patribus vestris; daturum ipsis, & semini ipsorum, [c] terram fluentem lacte & melle.

c) *Deut. 8, 7.*

10. Nam terra, in quam tu *(es)* veniens ad possidendum eam, non *(est)* sicut terra Ægypti, unde exiviſtis, in qua seras semen tuum, & potare cogaris labore tuo, sicut hortum oleris:

11. Sed terra, quò vos *(estis)* transituri, ad possidendum eam, *(est)* terra montium & vallium, *(quæ)* ad pluviam cœli bibit aquas.

12. Terra, quam JEHOVAH DEUS tuus, *(est)* requirens jugiter; & oculi JEHOVÆ, DEI tui, *(sunt)* super ea ab initio anni, usque ad extremum anni.

d) *Deut. 28, 12.*

13. Quare fiet: si [d] audiendo audieritis præcepta mea, quæ Ego *(sum)* præcipiens vobis hodiè; diligendo JEHOVAM,

VAM, DEUM vestrum, & serviendo illi ex tota anima vestra:

14. Dabit pluviam terræ vestræ in tempore suo, tempestivam & serotinam: ut colligas frumentum tuum, & mustum tuum, & oleum tuum.

15. Dabo etiam herbam in agro tuo pro bestia tua: ut comedas & satureris.

16. Cavete *(itaque)* vobis, nè fortè persuadeat *(vobis)* cor vestrum, ut recedatis & serviatis diis aliis, incurvetisque vos illis.

17. Excandescet enim ira JEHOVÆ contra vos, & concludet cœlum, ut non sit pluvia, & terra non det proventum suum: pereatisque cito desuper terra bona, quam JEHOVAH *(est)* daturus vobis.

e) *Deut. 6, 6.*

18. [e] Ponetis ergò verba mea hæc super cor vestrum; & super animam vestram; ligabitisque ea in signum super manum vestram, eruntque in frontalia inter oculos vestros.

19. Docebitis etiam ea filios vestros loquendo de illis, quum sederis in domo tua, & quum iveris in via, & quum cubueris, & quum surrexeris.

20. Imò scribes ea super postes domus tuæ, & in portis tuis:

21. Ut multiplicentur dies vestri, & dies filiorum vestrorum super terra, quam juravit JEHOVAH patribus vestris, daturum illis juxta dies cœlorum super terra.

22. Si namque custodiendo custodieritis omne præceptum hoc, quod Ego *(sum)* præcipiens vobis, ut faciatis illud; diligendo JEHOVAM, DEUM vestrum, eundo in omnibus viis ejus, & adhærendo illi:

23. Expellet JEHOVAH omnes gentes istas coram vobis, ut possideatis gentes magnas & numerosas præ vobis.

f) *Num. 34, 12. Ios. 1, 3. 14, 9.*

24. [f] Omnis locus, quem calcabit pes vester, vobis erit; à deserto & Libano, à fluvio, fluvio *(scil.)* Euphratis usque ad mare postremum erit terminus vester.

25. Non consistet vir coram vobis: pavorem *(enim)* vestri, & timorem vestri dabit JEHOVAH, DEUS tuus, super facies totius terræ, quam calcabitis; quemadmodum locutus est vobis.

26. Vide, Ego *(sum)* dans coram vobis hodiè benedictionem & maledictionem.

g) *Deut. 28, 1. 15.*

27. [g] Benedictionem; quando obedietis omnibus præceptis JEHOVÆ, DEI vestri, quæ Ego *(sum)* præcipiens vobis hodiè.

28. Maledictionem; si non obedieritis præceptis JEHOVÆ, DEI vestri, sed recesseritis à viâ, quam Ego præcipiens *(sum)* vobis hodiè; eundo post deos alios, quos non noviſtis.

h) *Deut. 27, 12. 28.*

29. Fiet verò: quum introduxerit te [h] JEHOVAH, DEUS tuus, in terram, quò tu *(es)* veniens, ad possidendum eam: dabis benedictionem super monte Gerisim, & maledictionem super monte Ebal.

30. Nonne illi *(sunt)* trans Jordanem post viam occasus solis, in terra Cananæi, habitantis in planitie, è regione Gilgalis, apud quercus Moreh?

31. Quando *(ergo)* vos transieritis Jordanem, ut veniatis ad possidendum terram, quam JEHOVAH, DEUS vester, *(est)* daturus vobis; possederitisque eam, & habitaveritis in eâ:

32. Custodietis facere omnia statuta, & omnia judicia, quæ Ego *(sum)* dans coram vobis hodiè.

CAP. XII.

Post narrationem historicam, & præmittendas adhortationes, Moses præcepta DEI populo repetit. Et hoc Capite quidem I. de eversione cultus idololatrici gentium. à v. 1. II. De loco cultus Iehovæ in terra eligendo, & visitando. à v. 5. III. De discrimine mactationis & comestionis sacrorum profanorumq;. à v. 15. IV. De non colendis unquam diis gentium. à v. 29.

HÆc autem sunt statuta & judicia, quæ custodietis facere in terra, quam dedit JEHOVAH, DEUS patrum tuorum, tibi ad possidendum eam omnibus diebus, quibus vos vivi super terra.

a) *Deut. 7, 5.*

2. Perdendo perdetis [a] omnia loca, ubi serviverunt gentes, quas vos *(eritis)* expellentes, diis eorum: super montibus excelsis, & super collibus, & sub omni arbore viridi.

3. Et destruetis altaria eorum, frange-

risque statuas eorum, & lucos eorum comburetis igne, & sculptilia deorum eorum succidetis, ut perdatis nomen eorum de loco hoc.

4. Non (*enim*) facietis sic Jehovæ Deo vestro:

b) *Exod. 20, 24. 2. Reg. 8, 29. 2. Par. 7, 12.*

5. Sed [b] locum, quem elegerit Jehovah, Deus vester, ex omnibus tribubus, ad ponendum nomen tuum ibi; habitaculum (*inquam*) ejus quæretis, & venietis eò

6. Quò adducetis holocausta vestra, & sacrificia vestra, & decimas vestras, & sublationem manus vestræ, & vota vestra, & voluntaria vestra, & primitias armenti vestri & gregis vestri.

7. Ibidemque comedetis coram Jehovah, Deo vestro, & lætabimini in omni missione manus vestræ; vos & domus vestræ; quòd benedixerit tibi Jehovah, Deus tuus.

8. Non facietis (*etiam*) juxta omne, quod nos (*sumus*) facientes hic hodie, vir omne, quod rectum in oculis ejus.

9. Non enim venistis huc usque ad requiem, & ad hereditatem, quam Jehovah, Deus tuus, daturus (*est*) tibi.

10. Sed quum transiveritis Jordanem, habitaveritisque in terra, quam Jehovah Deus vester, in hereditatem dabit vobis, & requiem dabit vobis ab hostibus vestris circumcirca, adeoque habitaveritis securè:

11. Tum fiet: ad locum, quem elegerit Jehovah, Deus vester, ad habitare faciendum nomen suum ibi, eò adducetis omne, quod ego (*sum*) præcipiens vobis; holocausta (*scil.*) vestra, & sacrificia vestra, & decimas vestras, & sublationem manus tuæ, & omne selectum votorum vestrorum, quæ vovebitis Jehovæ.

12. Gaudebitisque coram Jehovah, Deo vestro, vos & filii vestri, & filiæ vestræ, & servi vestri, & ancillæ vestræ,

c) *Num. 18, 20. Deuter. 10, 9. 18, 2.*

[c] & Levita, qui in portis vestris; quippe cui non est pars & hereditas vobiscum.

13. Cave (*itaq;*) ne ascendere facias holocausta tua, in ullo loco, quem videris (*tibi:*)

14. Sed in loco, quem eliget Jehovah, in aliqua tribuum tuarum, ibi ascendere facies holocausta tua; & ibi facies omne, quod Ego (*sum*) præcipiens tibi.

15. Equidem juxta omne desiderium animæ tuæ mactabis, & comedes carnem, secundum benedictionem Jehovæ, Dei tui, quam dederit tibi in omnibus portis tuis; immundus & mundus comedet illam, sicut capream & sicut cervum;

16. Modò [d] sanguinem non comedetis; (*sed*) super terram effunderitis sicut aquas.

d) *Lev. 3, 17. 17, 10. 19, 26. 7, 26.*

17. Veruntamen non poteris comedere in portis tuis decimas frumenti tui, & musti tui, & olei tui, & primogenita armenti tui & gregis tui, & omnia votiva tua, quæ vovebis, & voluntaria, & sublationem manus tuæ:

18. Sed coram Jehovah, Deo tuo, comedes illud, in loco, quem elegerit Jehovah, Deus tuus; tu, & filius tuus, & filia tua, & servus tuus, & ancilla tua, & Levita, qui in portis tuis; lætaberisque coram Jehovah, Deo tuo, in omni missione manus tuæ.

19. Cave (*autem*) tibi, ne deseras Levitam, omnibus diebus tuis, super terra tua.

20. Quando (*ergo*) dilatabit Jehovah, Deus tuus, [e] terminum tuum,

e) *Gen. 25, 14. Deuter. 19, 8.*

quemadmodum locutus est tibi; dicesque; comedam carnem, eò quod appetierit anima tua comedere carnem;

21. Quando (*nimirum*) procul aberit à te locus, quem elegerit Jehovah, Deus tuus, ad ponendum nomen suum ibi: mactabis de armento tuo, & de grege tuo, quæ dederit Jehovah tibi, sicut præcepi tibi; comedesque in portis tuis pro omni desiderio animæ tuæ:

22. Modò quemadmodum comeditur caprea aut cervus, ita comederis illud: immundus & mundus pariter comedet illud.

23. Confirma tamen te, ut non comedas sanguinem; quia sanguis est ipse, (*quasi*) anima: non itaque comedes animam cum carne.

24. (*Ideò*) non comedes illum, (*sed*) super terram effundes illum, sicut aquam.

25. Non (*inquam*) comedes illum, ut bene

bene sit tibi, & filiis tuis post te; eò quod feceris rectum in oculis Jehovæ.

26. Saltem sancta tua, quæ erunt tibi, & vota tua tolles, & venies ad locum, quem elegerit Jehovah:

27. Ut facias holocausta tua, carnem & sanguinem, super altari Jehovæ, Dei tui; sanguis enim sacrificiorum (*pacificorum*) tuorum effundetur super altare Jehovæ, Dei tui, carnem verò comedes.

28. Custodi (*itaq;*) & audi omnia verba hæc, quæ ego sum præcipiens tibi, ut benè sit tibi, & filiis tuis post te usque in æternitatem; eò quod facias bonum & rectum in oculis Jehovæ, Dei tui.

29. Quum exciderit Jehovah, Deus tuus, gentes, quò tu venturus, ad expellendum eas coram te, possederisque eas, & habitaveris in terra earum:

f) *Deut. 18, 9. Ios. 23, 7. Pſ. 106, 34, 35.*

30. [f] Cave tibi, ne forte illaqueeris post eas, postquam perditæ fuerint coram te, & ne fortè quæras deos earum, dicendo; quomodo servierunt gentes hæ diis suis, sic etiam faciam ego.

31. Non (*enim*) facies sic Jehovæ, Deo tuo: quia omnem abominationem Jehovæ, quam odit, fecerunt diis suis: quin etiam filios suos & filias suas combusserunt igne diis suis.

CAP. XIII.

Cultus Iehovæ divinus, in populo solus conservandus, ita stabilitur, ut pœnæ gravissimæ constituantur omnibus seductoribus. I. Falsis Prophetis. à v. 1. II. Proximis etiam cognatis. à v. 7. III. Integris urbibus. à v. 13.

OMne (*tantum*) verbum, quod ego (*sum*) præcipiens vobis; hoc (*inquam*) custodietis faciendo:

a) *Deut. 17, 5. 18, 20.*

[a] non addes super illud (*quicquam,*) nec diminues de eo.

2. Quando (*etiam*) surget in medio tui propheta, aut somnians somnium, qui dederit tibi signum aut prodigium:

3. Venietque signum aut prodigium, quod locutus est ad te, dicendo; eamus (*ergò*) ad deos alios, quos non novisti, & serviamus illis,

4. Non obedies verbis prophetæ hujus, aut somnianti somnium illi. Nam tentans (*est*) Jehovah, Deus vester, vos, ad cognoscendum, num sitis amantes Jehovam, Deum vestrum, ex omni corde vestro, & ex omni animâ vestrâ.

5. (*Quare*) post Jehovam Deum vestrum ibitis, ipsumque timebitis; ut præcepta ipsius custodiatis, vocemque ipsius audiatis, ac ipsi serviatis, & ipsi adhæreatis.

6. Propheta autem ille, aut somnians somnium ille, occidetur: propterea quòd locutus est defectionem contra Jehovam, Deum vestrum, qui (*fuit*) educens vos è terra Ægypti, & redimens te è domo servorum; ad depellendum te à via, quam præcepit tibi Jehovah, Deus tuus, ad ambulandum in eâ: ut removeas malum è medio tui.

7. (*Imò*) quando incitaverit te frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, aut filia tua, aut uxor sinus tui, aut socius tuus, qui fuerit sicut anima tua, occultè, dicendo; Eamus, & serviamus diis aliis, quos non nosti, tu & patres tui:

8. De diis populorum, qui (*fuerint*) circa vos circum; sive propinquorum ad te, sive longinquorum à te, ab extremitate terræ, usque ad extremitatem terræ:

9. Non acquiesces illi, neque obedies illi: quin non parcet oculus tuus illi, neque misereberis illius, neque celabis eum:

10. Sed occidendo occides illum, manus tua erit contra illum primò ad occidendum illum; manusque totius populi postea.

11. Lapidabitis nimirum illum lapidibus, ut moriatur: eò quòd impellere te quæsiverit ab-apud Jehovam, Deum tuum; qui (*fuit*) educens te è terra Ægypti, è domo servorum;

12. Ut universus Israël audiant, & timeant; nec addant facere juxta verbum malum hoc in medio tui.

13. Quando (*etiam*) audiveris de una urbium tuarum, quam Jehovah, Deus tuus, daturus tibi ad habitandum ibi, dicendo;

14. Exiverunt viri, filii Belial, è medio tui, & impulerunt habitatores urbis suæ,

dicendo; Eamus, & ſerviamus diis aliis, quos non noviſtis:

15. Inquireſque & inveſtigabis, ac interrogabis probè; tùm ſi veritas, (&) certa res; facta eſt abominatio hæc in medio tui:

16. Percutiendo percuties habitatores urbis illius ore gladii; devovendo devovebis illam, & omnem, qui in illa, etiamque beſtiam ejus, ore gladii;

17. Omnem autem prædam ejus comportabis in medium plateæ ejus; comburesque igne urbem, & omnem prædam illius in totum, JEHOVÆ, DEO tuo, ut ſit acervus æternitatis, nec ædificetur amplius;

18. Adeò ut non hæreat in manu tua quicquam de devotione: quò avertatur JEHOVAH ab excandeſcentia iræ ſuæ, & det tibi miſerationes, miſereaturque tui, & multiplicet te, quemadmodum juravit patribus tuis:

19. Eò quòd obedias voci JEHOVÆ, DEI tui, cuſtodiendo omnia præcepta ejus, quæ ego (*ſum*) præcipiens tibi hodiè, ad faciendum rectum in oculis JEHOVÆ, DEI tui.

CAP. XIV.

Inculcatur I. diſcrimen Ciborum: tum (1.) *de beſtiis, à v.1.* (2.) *depiſcibus, à v.9.to.* (3.) *de avibus, à v.11. II. Locus dandarum, comedendarum deponendarumq; decimarum de proventibus terræ, à v.22.*

a) *Lev. 19,28.*

FIlii vos (*eſtis*) JEHOVÆ, DEI veſtri: (*ideò*) non incidetis vos, neque [a] ponetis calvitiem inter oculos veſtros ſuper mortuo.

b) *Deut. 7,6. 26,18.*

2. Populus namque [b] ſanctus tu (*es*) JEHOVÆ, DEO tuo; teque elegit JEHOVAH, ut ſis ipſi in populum peculii ex omnibus populis, qui ſuper faciebus terræ.

3. Non (*etiam*) comedes ullam abominationem.

c) *Lev. 11,2.*

4. Hæc eſt [c] beſtia, quam comedetis: bos, pecus ovium, & pecus caprarum.

5. Cervus & caprea, & dama, & rupicapra, & pygargus, & bubalus, & camelopardalis.

6. Item, omnem beſtiam dividentem ungulam, & findentem fiſſuram in ungulas duas; ruminantem rumen in beſtia; hanc (*inquam*) comedetis.

7. Contrà, hæc non comedetis de ruminantibus rumen, & dividentibus ungulam fiſſam; camelum, & leporem, & cuniculum: quia ruminans rumen ſunt illa, ſed ungulam non dividunt: ideò immunda illa vobis.

8. Item ſuem; quia dividit (*quidem*) ungulam, ſed non rumen (*illi eſt:*) ideò immundus ille vobis. De carne illorum non comedetis, & cadaver illorum non tangetis.

9. Hæc comedetis de omnibus, quæ in aquis: omne, cui pinna & ſquama, comedetis.

10. Omne autem, cui non (*eſt*) pinna & ſquama, non comedetis: immundum hoc vobis.

11. Omnem avem mundam comedetis.

12. Hæ autem (*ſunt:*) de quibus non comedetis: Aquila, & oſſifraga, & Haliæetus:

13. Et cornix, & pica, & milvus juxta ſpeciem ejus:

14. Et omnis corvus, ſecundum ſpeciem ejus.

15. Et ulula, & hirundo, & æſalon, & accipiter ſecundum ſpeciem ejus.

16. Bubo, & noctua, & monedula:

17. Et platea, & merops, & mergus.

18. Et ciconia, & ardea ſecundum ſpeciem ſuam, & attagen, & veſpertilio.

19. Omne etiam reptile avis immundum vobis (*eſt:*) non comedentur.

20. Omnem (*ergò*) avem mundam comedetis.

d) *Lev. 7,24. 11,11.*

21. Non [d] comedetis (*tamen*) ullum cadaver: peregrino, qui in portis tuis, dabis illud, ut comedat illud; aut vende alienigenæ: quia populus ſanctus tu JEHOVÆ, DEO tuo. Non etiam elixabis [e] hœdum in lacte matris ſuæ.

e) *Exod. 23,19. 34,26.*

f) *Lev. 27,30.*

22. [f] Decimando decimabis omnem proventum ſeminis tui, quod educitur in agrum quotannis.

23. Comedes autem coram JEHOVAH, DEO tuo, in loco, quem elegerit, ad habitare faciendum nomen ſuum ibi, decimas frumenti tui, muſti tui, & olei tui, item primogenita armenti tui, & gregis tui, ut diſcas timere JEHOVAM, DEUM tuum, omnibus diebus.

24. Quod ſi multa fuerit præ te via, & ſi non poſſis ferre illud; quia longinquus ſit præ te locus, quem electurus erit JEHOVAH, DEUS tuus, ad ponendum nomen ſuum ibi; ſiquidem benedicturus tibi eſt JEHOVAH, DEUS tuus:

25. Tum mutabis in argentum, & colliges argentum in manum tuam, ibiſque ad locum, quem electurus eſt JEHOVAH, DEUS tuus:

26. Ubi dabis argentum pro omni, quod deſideraverit anima tua; pro bove (*ſcil.*) aut pro pecude, aut pro vino, aut pro ſicera, aut pro omni, quod petet a te anima tua: comedesque ibi coram JEHOVAH, DEO tuo, lætaberiſque tu & domus tua.

g) *Nu. 18,24. Deuter. 12,19.*

27. Levitam tamen, qui in portis tuis, non deſeres; quia [g] non (*eſt*) illi pars aut hereditas tecum.

28. A fine (*verò*) trium annorum, educes omnes decimas proventus tui in anno iſto, & repones in portis tuis:

h) *Deut. 31,2.*

29. Ut veniat Levita, cùm illi non (*ſit*) pars aut hereditas tecum; item peregrinus, & Orphanus, & vidua, qui in portis tuis; comedantque, & ſaturentur: quo benedicat tibi [h] JEHOVAH, DEUS tuus, in omni opere manus tuæ, quod facturus es.

CAP. XV.

Traduntur I. præcepta de ſeptimo intermiſſionis anno, quomodò inprimis ob eum erga fratrem egenum gerere qua ſe debeat. à v.1. II. De ſervo aut ancilla Hebræis dimittendis aut retinendis. à v.12. III. De loco comeſtionis primogenitorum; integrorum, in loco ſancto; vitioſorum, in portis profanis. à v.19.

a) *Lev. 25,1.*

A Fine ſeptem annorum facies [a] intermiſſionem.

2. Hæc autem ratio intermiſſionis: ut remittat omnis creditor manum ſuam, quando credidit quid ſocio ſuo; non urgeat ſocium ſuum vel fratrem ſuum; eò quod proclamata ſit intermiſſio JEHOVÆ.

3. Alienigenam urgebis quidem: ſed quantum ad id, quod fuerit tibi apud fratrem tuum, remittes manum tuam.

4. Equidem non erit inter te egenus, ſed benedicendo benedicet tibi JEHOVAH, DEUS tuus, in terra, quam JEHOVAH, DEUS tuus, daturus tibi (*in*) hereditatem, ad poſſidendum eam:

b) *Deut. 28,1,2.*

5. Si modò [b] obediendo obediveris voci JEHOVÆ, DEI tui, cuſtodiendo facere omne præceptum ejus hoc, quod Ego (*ſum*) præcipiens tibi hodie.

6. JEHOVAH enim, DEUS tuus benedicet tibi, quemadmodum locutus eſt tibi; ut oppignores gentes magnas, tu autem pignus non des (*illis;*) domineriſque gentibus magnis, in te autem non dominentur.

c) *Levi. 25,35. Matt. 5,42. Luc. 6,34.*

7. Quando (*tamen*) erit inter te [c] egenus, de uno fratrum tuorum, in una portarum tuarum, in terra tua, quam JEHOVAH, DEUS tuus, daturus tibi: non obfirmabis cor tuum, neque occludes manum tuam, à fratre tuo egeno:

8. Sed aperiendo aperies manum tuam illi, & dando pro pignore dabis illi ſufficientiam defectus illius, qui deeſt illi.

9. Cave tibi, ne ſit verbum cum corde tuo Belialis, dicendo: propinquus eſt annus ſeptimus, annus intermiſſionis; ut malus ſit tuus oculus contra fratrem tuum egenum, nec des illi: clamabit enim contra te ad JEHOVAM, DEUM tuum, eritque in te peccatum.

10. Dando (*itaq;*) dabis illi, nec erit cor tuum malum, quum dederis illi: nam propter rem hanc benedicet tibi JEHOVAH, DEUS tuus, in omnibus operibus tuis, & in omni miſſione manus tuæ.

d) *Matth. 26,11.*

11. Non enim deerit (*talis*) [d] egenus è medio terræ: ideò ego (*ſum*) præcipiens tibi, dicendo; Aperiendo aperies manum tuam fratri tuo, quantum ad miſerum & egenum in terra tua.

e) *Exod. 21,2. Levi. 25. 39,40. Ier 34, 14.*

12. [e] Quando vendetur tibi frater tuus Hebræus, aut Hebræa, ſerviet tibi ſex annos; ſed in anno ſeptimo dimittes eum liberum à te tecum.

13. Quumque dimittes eum liberum à-tecum, non dimittes eum vacuum.

14. Sed donando donabis illi de grege tuo, & de area tua, & de torculari tuo: de eo, quo benedixerit tibi JEHOVAH, DEUS tuus, dabis illi.

15. Nam memineris, quod servus fuisti in terra Ægypti; sed redemit te JEHOVAH DEUS tuus: ideò Ego (*sum*) præcipiens tibi verbum hoc hodiè.

16. Fiet tamen: quum dixerit ad te; Non exibo à-tecum; quia amo te, & domum tuam; bene namque mihi est tecum:

17. Sumes subulam, figesque eam per aurem ejus, & in ostium, ut sit tibi in servum æternitatis: etiamque ancillæ tuæ facies sic.

18. Non (*itaque*) durum erit in oculis tuis, quum dimiseris eum liberum à-tecum: nam duplum mercedis mercenarii servivit tibi sex annis. Ita benedicet tibi JEHOVAH, DEUS tuus, in omnibus, quæ feceris.

f) *Exod. 13,2. 22,30. Num. 3, 13.* 19. Omne [f] primogenitum, quod nascetur in armento tuo, & in grege tuo, masculum, sanctificabis JEHOVÆ, DEO tuo; non facies opus per primogenitum bovis tui; neque tondebis primogenitum gregis tui:

20. Sed coram JEHOVAH, DEO tuo, comedes illud quotannis, in loco, quem elegerit JEHOVAH; tu & domus tua.

g) *Lev. 22,21. Deuter. 17,1. Matth. 1,1.* 21. Quum tamen fuerit in eo [g] macula: (*ut sit, scil.*) claudum, aut cœcum, (*aut*) quæcunque (*in eo*) macula mala: non sacrificabis illud JEHOVÆ, DEO tuo:

22. (*Sed*) in portis tuis comedes illud; mundus & immundus æquè, sicut capream & sicut cervum.

b) *Lev. 17,10.* 23. Modò [h] sanguinem ejus non comederis; sed super terram effuderis, sicut aquam.

CAP. XVI.

Mandatur I. observatio Festorum Iehova. (1.) Pascha. à v.1. (2.) septem septimanarum. à v.9. (3.) Tabernaculorum. à v.13. II. Comparitio masculi omnis coram Iehovah trina in anno. v.16. III. Constitutio Iudicum justorum in portis à v.18. IV. Prohibetur autem plantatio Lucorum, & statuarum erectio. v.21.22.

CUstodi mensem Abib, ut facias [a] Pascha JEHOVÆ, DEO tuo; nam in mense Abib eduxit te JEHOVAH, DEUS tuus, ex Ægypto noctu. a) *Exod. 12,13. 23,14. Lev. 23, 5. Numer. 9, 2. 28,16.*

2. Mactabis autem Pascha JEHOVÆ, DEO tuo, (*itemq;*) pecudem & bovem (*quemcunq;*) in loco, quem elegerit JEHOVAH, ad habitare faciendum nomen suum ibi.

3. Non comedes cum eo fermentatum: (*sed*) septem diebus comedes præter illud azyma, panem miseriæ: nam cum festinatione existi è terra Ægypti: ut memineris diem exitus tui è terra Ægypti, omnibus diebus vitæ tuæ.

4. Non ergò videbitur tibi fermentatum in omni termino tuo septem diebus; neque pernoctabit de carne, quam sacrificabis in vespera, in die primo, usque manè

5. Non (*autem*) poteris [b] sacrificare Pascha, in ulla portarum tuarum, quas JEHOVAH, DEUS tuus, daturus tibi: b) *2. Par. 35,6*

6. Sed in loco, quem elegerit JEHOVAH, DEUS tuus, ad habitare faciendum nomen suum ibi, sacrificabis Pascha in vespera; quum occiderit sol; tempore stato exitus tui ex Ægypto.

7. Deinde coques, comedesque in loco, quem elegerit JEHOVAH, DEUS tuus; at respicies manè, & ibis in tentoria tua.

8. (*Deniq;*) sex diebus comedes azyma; ac in die septimo (*erit*) clausula JEHOVÆ, DEO tuo; non facies opus.

9. (*Posteà*) septem [c] septimanas numerabis tibi; ex quo (*scil.*) ceperit falx in segete, incipies numerare septem septimanas. c) *Lev. 23,15.*

10. Facieque festum septimanarum JEHOVÆ, DEO tuo; census voluntarii muneris manus tuæ, quem dabis; prout benedixerit tibi JEHOVAH, DEUS tuus:

11. Ut lætaris coram JEHOVAH, DEO tuo, tu, & filius tuus, & filia tua, & servus tuus, & ancilla tua, & Levita, qui in portis tuis; item peregrinus, & orphanus, & vidua, qui in medio tui; in loco quem elegerit JEHOVAH, DEUS tuus, ad faciendum ibi habitare nomen suum.

12. Memineris itaque, quod servus fueris in Ægypto: ut custodias & facias statuta hæc.

13. Festum (*porro*) tabernaculorum faciesibi septem diebus: quum collegeris de area tua & de torculari tuo.

14. Ut lætaris in festo (*hoc*) tuo; tu, & filius tuus, & filia tua, & servus tuus, & ancilla tua, & Levita; item peregrinus, & orphanus, & vidua, qui in portis tuis.

15. Septem dies feriaberis JEHOVÆ, DEO tuo, in loco, quem elegerit JEHOVAH: benedicet enim tibi JEHOVAH DEUS tuus, in omni proventu tuo, & in omni opere manuum tuarum. Quare eris omninò lætus.

d) *Exod. 23,17. 34,23.* 16. Tribus vicibus in anno comparebit omnis masculus tuus coram JEHOVAH, DEO tuo, in loco, quem elegerit: in festo (*scil.*) azymorum, & in festo septimanarum, & in festo tabernaculorum: non autem comparebit [e] vacuus coram JEHOVAH: e) *Exod. 23,15. 34,20. Deut. 35,6.*

17. Vir (*tamen quisq;*) juxta donum manus suæ, juxta benedictionem JEHOVÆ, DEI tui, quam dederit tibi.

18. Judices & moderatores dabis tibi in omnibus portis tuis, quas JEHOVAH, DEUS tuus, daturus (*est*) tibi, juxta tribus tuas: qui judicabunt populum judicio justitiæ.

f) *Exod. 23, 8. Lev. 19, 51. Deut. 1, 17. Sir. 20, 31.* 19. Non enim inclinabis judicium; non agnosces [f] facies; nec accipies munus, quia munus occœcabit oculos sapientum, & pervertet verba justorum.

20. Justitiam (*ergò,*) justitiam persequeris; ut vivas, & possideas terram, quam JEHOVAH, DEUS tuus, daturus tibi (*est.*)

21. Non plantabis tibi lucum, cujusc̃unque (*etiam*) ligni; apud altare JEHOVÆ, DEI tui, quod facies tibi.

22. Neque eriges tibi statuam; quippe quam odit JEHOVAH, DEUS tuus.

CAP. XVII.

Nullum I. vitiosum DEO offerendum. v.1. II. Vir aut fœmina deos alienos, inprimis astra, colens, judicialiter lapidandi. à v.2. III. Causæ inducij sublimiores ad locum à DEO electum deferendæ, ibiq; decidendæ, sub pœna inobedientium. à v.8. IV. Rex non nisi Israëlita eligendus, & à DEO quidem vocatus: cui etiam leges præscribuntur. à v.14.

NOn sacrificabis JEHOVÆ, DEO tuo, bovem, vel pecudem, in qua fuerit [a] macula ullius rei malæ: quia abominatio JEHOVÆ, DEO tuo, hoc. a) *Lev. 22,20. Deuter. 15,21. Matt. 1, 20.*

2. Quando invenietur in medio tui, in aliqua portarum tuarum, quas JEHOVAH, DEUS tuus, daturus tibi, vir aut fœmina, qui fecerit malum in oculis JEHOVÆ, DEI tui, transgrediendo fœdus ipsius;

3. Dum abiverit, & serviverit diis aliis, & incurvaverit se illis: inprimis Soli aut Lunæ, aut universo exercitui cœlorum; quod non præcepi:

4. Idque indicatum fuerit tibi, & audieris, ac inquisieris probè; sed ecce, veritas fuerit, certa res, facta hæc abominatio in Israële:

5. Tum educes virum istum, aut fœminam istam, qui fecerunt verbum malum, ad portas tuas; virum (*inquam*) istum aut fœminam istam; & [b] lapidabis eos lapidibus, ut moriantur. b) *Num. 35,30 Deuter. 13,9. 19,15. Matth. 18,16. Joh. 8,17 2. Cor. 13 Ebr. 10 28.*

6. Juxta os duorum testium aut trium occidetur occidendus: non (*autem*) occidetur juxta os testis unius.

7. Manus testium erit contra eum primò ad occidendum eum; manus verò totius populi posteà: ita removebis malum è medio tui.

8. Quando sublimis fuerit præ te res, quoad judicium, inter sanguinem & sanguinem, inter judicium & judicium, & inter plagam ac plagam, ita ut sint vota dissensuum in portis tuis: tum surges, & ascendes ad locum, quem JEHOVAH DEUS tuus elegerit;

9. Venieque ad [c] Sacerdotes Levitas, & ad judicem, qui erit in diebus illis, & quæres (*illos:*) qui indicabunt tibi verbum judicii. c) *2. Par. 19.*

10. Facies itaque juxta verbum, quod indicabunt tibi è loco isto, quem elegerit JEHOVAH, ac custodies facere juxta omne quod docuerint.

11. Juxta (*inquam*) legem, quam docebunt te, & juxta judicium, quod dixerint tibi.

tibi, facies: non recedes à verbo, quod indicabunt tibi, ad dextram vel ſiniſtram.

12. Vir namque, qui fecerit ex petulantia, ut non audiat Sacerdotem, ſtantem ad miniſtrandum ibi JEHOVÆ, DEO tuo, aut judicem; morietur, (*inquam*) vir iſte: ut removeas malum ex Iſraële;

13. Et (*ut*) omnis populus audiant, timeantque, nec petulanter agant amplius.

14. Quando veneris in terram, quam JEHOVAH, DEus tuus, daturus tibi (*eſt*,) poſſederiſque eam, & habitaveris in eâ; d) 1.Sa. 8,5. [d] dixeris autem; Ponam ſuper me Regem, juxta omnes gentes, quæ circa me:

15. Ponendo pones ſuper te Regem, quem elegerit JEHOVAH, DEus tuus: è medio fratrum tuorum (*enim*) pones ſuper te Regem; non poteris dare ſuper te virum alienigenam, qui non de fratribus tuis ſit.

16. Modò non multiplicet ſibi equos, nec reducat populum in Ægyptum, ut multiplicet equos: JEHOVAH enim dixit vobis; non addetis reverti in via hac amplius.

17. Non multiplicabit etiam ſibi uxores, ut recedat cor ejus: ſed nec argentum & aurum multiplicabit ſibi nimis.

18. Inprimis quando ſederit ſuper thronо regni ſui: ſcribet ſibi exemplar Legis hujus ſuper Librum, à coram Sacerdotibus Levitis.

19. Ut ſit cum ipſo, legatque in eo omnibus diebus vitæ ſuæ: quò diſcat timere JEHOVAM, DEUM ſuum, ad cuſtodiendum omnia verba legis hujus, & ſtatuta hæc, ſervando ea.

20. Ut non efferat ſe cor ipſius præ fratribus ipſius; & ut non recedat à præcepto ad dextram vel ſiniſtram: quo prolonget dies ſuper regno ſuo, ipſe & filii ejus, in medio Iſraëlis.

CAP. XIIX.

Agitur I. de hereditate Levitarum & Sacerdotum ex DEO dicta, eaque fruitione. à v.1. II. Devitandis gentilium incantationibus, & falſis Prophetis. à v.9. Promittitur III. Propheta magnus, qui omnibus audiendus. à v.15. IV. Traditur regula de cognoſcendis falſis Prophetis. v.21.22.

NOn erit [a] Sacerdotibus Levitis, (*&*) toti tribui Levi, pars & hereditas cum Iſraële: (*nam*) ignita JEHOVÆ & hereditatem illius comedent; a) Num. 18,20. Deuter. 10,9. 12,12. 14,27.

2. Ideò non erit ipſi in medio fratrum ipſius hereditas: JEHOVAH (*inquam*) ipſe hereditas ipſius (*eſt*,) ſicut locutus eſt ipſi. 1.Cor. 9. 13.

3. Cæterum hoc erit Jus Sacerdotum à-cum populo, à-cum ſacrificantibus ſacrificium, ſive bovem ſive pecudem: dabit ſcil. (*quilibet*) armum, & maxillas, & ingluviem.

4. (*Item*) primitias frumenti tui, muſti tui, & olei tui, primitiaſque tonſuræ pecoris tui dabis illi.

5. Quia illum elegit JEHOVAH, DEus tuus, ex omnibus tribubus; ut ſtet ad miniſtrandum in nomine JEHOVÆ, ipſe & filii ejus omnibus diebus.

6. Quando verò venerit Levita ex una portarum tuarum de omni Iſraële, ubi ille peregrinabitur; venerit autem in omni deſiderio animæ ſuæ ad locum, quem elegerit JEHOVAH:

7. Miniſtraveritque in nomine JEHOVÆ, DEI tui, ſicut omnes fratres ejus, Levitæ, ſtantes ibi coram JEHOVAH:

8. Partem ſicut partem (*aliorum*) comedent; exceptis venditionibus ſecundum patres.

9. Quando tu veneris ad terram, quam JEHOVAH, DEus tuus, daturus tibi: non diſces [b] facere, juxta abominationes gentium iſtarum. b) Levi. 18,26. Deuter. 12,31.

10. Non invenietur in te, qui traducat filium ſuum, aut filiam ſuam, per ignem, præſtigiator per præſtigias, [c] divinator, & hariolans, & veneficus; c) Lev. 20,27.

11. Et incantator incantationis, & interrogans Pythonem, & auguraus, & quærens mortuos. 1. Sam. 28,7.

12. Nam abominatio JEHOVÆ (*eſt*) omnis faciens iſta; & propter abominationes has JEHOVAH, DEus tuus, expellens (*eſt*) illos coram te.

13. Integer (*itaq;*) eris cum JEHOVAH, DEO tuo.

14. Nam gentes iſtæ, quas tu expelles, divinatoribus, & præſtigiatoribus obediunt:

diunt: tibi verò non ita tradidit JEHOVAH, DEus tuus.

d) Joh. 6, 14. Act. 3, 22. 7,37. 15. [d] Prophetam è medio tui, de fratribus tuis, ſicut me, excitabit tibi JEHOVAH, DEus tuus; huic obedietis:

e) Exod. 20,19. 16. Juxta omne, quod [e] petiiſti à cum JEHOVAH, DEO tuo, in Chorebo in die congregationis, dicendo: Non addam audire vocem JEHOVÆ, DEI mei; & ignem magnum hunc non videbo amplius, ne moriar.

17. Ubi dixit JEHOVAH ad me; Optime habent (*in eo,*) quod dixerunt.

f) Joh. 1, 45. 18. [f] Prophetam (*itaq;*) excitabo illis è medio fratrum illorum, ſicut te; daboque verba mea in os ejus, ut loquatur ad eos omne, quod præcepero illi.

19. Unde fiet: vir qui non obediverit verbis meis, quæ loquetur in nomine meo, Ego quæram à cum illo.

20. Verumenimverò Propheta, qui petulanter faciet, loquendo verbum in nomine meo, quod non præcepi illi loqui, & qui loquetur in nomine deorum aliorum; morietur, inquam, propheta ille.

21. Quod ſi dixeris in corde tuo; quomodo ſciemus verbum, quod non locutus ſit JEHOVAH?

22. Quando locutus fuerit Prophera in nomine JEHOVÆ; ſed non factum fuerit verbum, neque venerit; hoc (*eſt*) verbum, quod non locutus eſt JEHOVAH: petulanter locutus eſt illud propheta: (*ideò*) non timebis tibi ab illo.

CAP. XIX.

Præceptum hic I. habetur de Urbibus refugij tribus in terra ſeligendis; & addendis tribus aliis, auctis terminis. à v.1. II. De non movendis terminis. v.14. III. De Teſtibus in judicio adhibendis, examinandis, &c. ſi falſi fuerint, puniendis. à v.15.

QUando exciderit JEHOVAH, DEus tuus, gentes, quarum JEHOVAH, DEus tuus, daturus (*eſt*) tibi terram; expulerisque eas, & habitaveris in urbibus earum & in domibus earum:

a) Num. 35, 6. Deut. 4, 41. Joſ. 20, 2. 2. [a] Tres urbes ſeparabis tibi, in medio terræ tuæ, quam JEHOVAH, DEus tuus, daturus (*eſt*) tibi ad poſſidendum eam.

3. Parabis etiam tibi viam, & tertiabis terminum terræ tuæ, quam in hereditatem dabit tibi JEHOVAH, DEus tuus; ut poſſit fugere eò omnis homicida.

4. Hoc autem eſt verbum homicidæ, qui fugiet eò, ut vivat: quum percuſſerit (*quis*) ſocium ſuum præter ſcientiam, cum ipſe non (*fuerit*) oſor ejus heri & nudiustertius.

5. Cum (*ex. gr.*) venerit cum ſocio ſuo in ſilvam ad cædendum ligna; ſed dum impulſa fuerit manus ejus cum ſecuri, ad cædendum lignum, excuſſum fuerit ferrum à ligno, & invenerit ſocium ejus, ut moriatur: hic fugiet ad unam urbium harum, ut vivat;

6. Ne fortè perſequatur vindex ſanguinis poſt homicidam, dum incaluit cor ejus, aſſequaturque eum, eò quod longior via, percutiatque eum, quod animam; cum illi tamen judicium mortis non ſit; quippe qui non fuit oſor illi heri & nudiustertius.

7. Quare Ego (*ſum*) præcipiens tibi, dicendo: Tres urbes ſeparabis tibi.

8. Quum verò ampliaverit JEHOVAH, DEus tuus, terminum tuum, quemadmodum [b] juravit patribus tuis; dederitque tibi ominem terram, quam locutus eſt daturum patribus tuis. b) Gen. 28,14. Deuter. 12,20.

9. Dum cuſtodies omne præceptum hoc, ad faciendum illud, quod Ego (*ſum*) præcipiens tibi hodiè, diligendo JEHOVAM, DEUM tuum, & eundo in viis ejus omnibus diebus: tum addes tibi adhuc [c] tres urbes præter tres iſtas: c) Deut. 4,41. Joſ. 20,8.

10. Ut non effundatur ſanguis innocens in medio terræ tuæ, quam JEHOVAH, DEus tuus, daturus (*eſt*) tibi (*in*) hereditatem, ſintque ſuper te ſanguines.

11. Quando tamen vir fuerit [d] oſor ſocio ſuo, inſidiatuſque fuerit illi; ideoque inſurrexerit contra illum, ac percuſſerit eum quoad animam ejus, ut moriatur; licet fugerit ad unam urbium iſtarum: d) Num. 35,20.

12. Mittent tamen Seniores urbis ejus, & ſument eum inde; ac dabunt eum in manum vindicis ſanguinis, ut moriatur.

13. Non parcet oculus tuus illi, ſed removebis ſanguinem innocentem ab Iſraële, ut bene ſit tibi.

14. Non removebis terminum ſocii tui,

quem

cer castigaverint illum, non tamen obedi-
verit illis:

19. Apprehendent eum pater ejus & mater ejus; educentque eum ad Seniores urbis suæ, & ad portam loci sui;

20. Ac dicent ad Seniores urbis suæ; Filius noster hic contumax & rebellis non obedit voci nostræ; prodigus & ebriosus (*est.*)

21. Lapidabunt autem eum omnes viri urbis ejus lapidibus, ut moriatur. Ita removebis malum è medio tui; universus verò Israël audient, & timebunt sibi.

22. Præterea quum fuerit, in viro crimen, judicium mortis, occisusque fuerit, ita ut suspendas eum super ligno,

23. Non pernoctabit cadaver ejus super ligno, sed sepeliendo sepelies eum in die
a) *Gal.* eodem: nam [a] maledictio Dei (*est*) *3,13.* suspensus: non ergò pollues terram, quam Jehovah, Deus tuus, daturus (*est*) tibi (*in*) hereditatem.

CAP. XXII.

Leges hoc loco habentur variæ. I. De rebus proximi amissis, inveniis, restituendis. à v.1. II. De vestibus utriusq; sexus non permutandis. à v.5. III. De nido cum matre non capiendo. v.6.7. IV. Ambitu tecti faciendo domui. v.8. V. Non miscendis diversi generibus. à v.9. VI. Institis tegumenti. v.12. VII. Virgine ducta & diffamata, tum innocente, tum rea. à v.13. IIX. Adulteri pœnâ. v.22. IX. Comprimente desponsatam in urbe vel agro. à v.23. X. Comprimente virginem. v.28.29.

a) *Exod. 23,4.* NOn videbis [a] bovem fratris tui aut pecudem ejus impulsos, & occultabis te ab illis: (*sed*) reducendo reduces illos fratri tuo.

2. Si verò non propinquus (*sit*) frater tuus apud te aut non nosti eum: colliges id in medium domus tuæ, ut sit tecum, donec quæsiverit id frater tuus; tum restitues id illi.

3. Sic etiam facies asino ejus: sic etiam facies vesti ejus: sic etiam facies omni rei amissæ fratris tui, quæ amissa fuerit illi, tu
b) *Mat. 12,11. Luc. 14, 5.* verò eam inveneris: non (*enim*) poteris, te subtrahere.

4. Non videbis [b] asinum fratris tui, aut pecudem ejus, jacentia in via, & subtrahes te ab iis: (*sed*) erigendo eriges cum illo.

5. Non erit vestis viri super muliere: neque induet vir vestem mulieris: nam abominatio (*est*) Jehovæ Dei tui, quisquis faciens (*est*) illa.

6 Cum obvenerit nidus avis tibi in via, in quocunque ligno, aut super terra; sive pulli sive ova fuerint, ubi mater incubet super pullis aut super ovis: non sumes matrem cum pullis.

7. Sed dimittendo dimittes matrem; at filios sumes tibi: ut benè sit tibi, & prolonges dies.

8. Cum ædificaveris domum novam: facies ambitum tecto tuo; ne ponas sanguines in domum tuam, si ceciderit cadens ex illa.

9. Non conseres [c] vineam tuam in- c) *Lev. 19,19.* termixtim: ne sancta fiat collectio ex semine, quod seminaveris, & proventu vineæ.

10. Non arabis bove & asino simul.

11. Non indues mixtam vestem ex lana & lino simul.

12. [d] Institas facies tibi super quatuor d) *Num. 15,38. Matth. 23,5.* alas tegumenti tui, quo tegeste.

13. Quando ducet vir uxorem, intraveritque ad eam; sed (*mox*) oderit eam;

14. Ita ut imponat ei facinora verborum, & evulget contra eam nomen malum, dicatque; mulierem hanc ego (*quidem*) duxi, & accessi ad eam, sed non inveni ei virginitates:

15. Accipiet pater puellæ, & mater ejus, & producent virginitates puellæ ad Seniores civitatis ad portam:

16. Dicetque pater puellæ ad Seniores; Filiam meam dedi viro huic in uxorem; sed odit eam.

17. Unde, ecce, imposuit facinora verborum, dicendo; Non inveni filiæ tuæ virginitates: atqui hæ sunt virginitates filiæ meæ: expanderuntque (*simul*) vestem coram Senioribus urbis.

18 Tum sument Seniores urbis istius virum, & castigabunt eum;

19. Mulctabuntque eum centum (*siclis*) argenti, quos dabunt patri puellæ; pro eo quod

quod evulgavit nomen malum contra virginem Israëlis; manebit autem illi in uxorem; nec poterit repudiare eam omnibus diebus suis.

20. Quod si veritas fuerit verbum istud: non inventæ sunt virginitates puellæ:

21. Educent puellam ad ostium domus patris ejus, & lapidabunt eam viri urbis ejus lapidibus, ut moriatur: quia fecit stultitiam in Israële, scortando in domo patris sui. Ita removebis malum è medio tui.

e) *Lev. 20,10.* 22. Quum invenietur [e] concumbens cum muliere maritata marito: morientur etiam ambo; vir (*scil.*) concumbens cum muliere, & ipsa mulier. Ita removebis malum ex Israële.

23. Quum fiet, ut sit puella virgo, desponsata viro; sed invenerit eam vir (*alius*) in urbe, cubueritque cum ea:

24. Educetis ambos ad portam urbis illius, & lapidabitis eos lapidibus, ut moriantur; puellam (*quidem*) propter hoc, quod non clamavit in urbe; virum autem propter hoc, quod compressit uxorem socii sui. Ita removebis malum è medio tui.

25. Quod si tamen in agro inveneril vir puellam desponsatam, apprehenderitque eam vir hic, ac concubuerit cum illa: morietur vir, qui concubuit cum eâ solus:

26. Puellæ autem non facies quicquam: non (*enim erit.*) puellæ crimen mortis: quia, sicut cum surrexerit vir contra socium suum, & occiderit eum quoad animam, sic verbum hoc (*sebabet.*)

27. Nam in agro invenit eam; licet clamaverit puella desponsata, non tamen fuit liberans eam.

28. Quum invenerit vir puellam virginem, quæ non desponsata, apprehenderitque eam, ac cubuerit cum eâ, deprehensi autem fuerint:

f) *Exod. 22,16.* 29. Dabit [f] vir, concumbens cum eâ, patri puellæ, quinquaginta (*siclos*) argenti; eritque illi in uxorem pro eo, quod compressit eam; nec poterit repudiare eam omnibus diebus.

CAP. XXIII.

Sequuntur Leges. I. De non ducenda noverca. v.1. II. De non admittendis vel admittendis in congregationem (1.) contuso. v.2. (2) spurio. v.3. (3.) Ammonita & Moabita. à v.4. (4.) Edomita. v.8. 9. III. Mundicie castrorum in bello. à v.10. IV. Non concludendo servo in manum domini. v.16.17. V. Non ferendo prostituto & meritorio. v.18. VI. Non inferenda in domum Dei mercede meretricis & pretio canis. v.19. VII. De Usuris. à v.20.21. IIX. De votis. à v.22. IX. De itinere per agrum vel vineam. v.25.26.

a) *Levit. 18, 7. Deuter. 27,20.* NOn accipiet [a] vir uxorem patris sui: non emm revelabit alam patris sui.

2. Non veniet contusus contritione; aut excisus teste, in congregationem Jehovæ.

3. Non veniet spurius, in congregationem Jehovæ; etiam generatio decima non veniet illi in congregationem Jehovæ.

4. Non veniet Ammonita aut [b] Mo- b) *Num. 22, 5. Jos. 24,9.* abita in congregationem Jehovæ: etiam generatio decima non veniet illis in congregationem Jehovæ usque in æternum

5. Propter hoc, quod non prævenerunt vos pane & aqua, in via, quum exiretis ex Ægypto; & quod conduxerunt contra te Bileamum, filium Beors, ex Pethor Mesopotamiæ, ad maledicendum tibi:

6. Sed non voluit Jehovah, Deus tuus, audire Bileamum; quin [c] convertit Jehovah, Deus tuus, tibi maledictionem in benedictionem; eò quod dilexerit te Jehovah, Deus tuus. c) *Num. 22,12.*

7. Non (*itaq;*) quæres pacem eorum, & bonum eorum omnibus diebus tuis in æternum.

8. Non (*autem*) abominaberis Edomitam; quia [d] frater tuus ille (*est.*) Non d) *Gen. 25,25.* abominaberis Ægyptium; quia peregrinus fuisti in terra ejus.

9. (*Ideò*) filii, qui generabuntur illis generatione tertia, venient illis in congregationem Jehovæ.

10. Quum exiveris in castra contra hostes tuos: cavebis tibi ab omni re mala.

11. Si fuerit inter te vir, qui non fuerit

mundus casu noctis; exibit foras extra castra, nec veniet in medium castrorum.

12. Fiet autem; quum respexerit vespera, lavabit se aquis; cumque occiderit Sol, intrabit in medium castrorum.

13. Spatium autem esto tibi extra castra, quò foras exeas.

14. Clavus etiam erit tibi præter vasa tua, fietque; quum sederis foris, fodies per eum; atque sic sedebis, & conteges excrementum tuum.

15. Nam JEHOVAH, Deus tuus, ambulans (*erit*) in medio castrorum tuorum, ad servandum te, ad tradendum hostes tuos coram te; ut adeò castra tua sancta sint: quò non videat in te nuditatem rei, revertaturque à-post te

16. Non concludes servum domino ipsius; quando eripuerit se ad te à-cum domino suo:

17. Sed tecum sedeat in medio tui, in loco, quem eliget, in aliqua portarum tuarum, qui placuerit ipsi: nec opprimes eum.

18. Non erit prostibulum de filiabus Jisraëlis; neque erit meretorius de filiis Jisraëlis.

19. Non inferes mercedem scorti & pretium canis in domum JEHOVÆ, Dei tui, quoad votivum quodcunque: quia abominatio JEHOVÆ, Dei tui, etiam ambo.

e) *Exod. 22,25. Lev. 25, 36. Psal. 15,5.* 20. Non impones fratri tuo [e] usuram argenti, usuram cibi; usuram ullius rei, quæ imponitur.

21. Alienigenæ (*quidem*) impones usuram; sed fratri tuo non impones usuram: ut benedicat tibi JEHOVAH, DEus tuus, in omni missione manus tuæ super terrâ, quò tu (*ei*) veniens ad possidendum eam.

f) *Num. 30,3.* 22. Cum voveris [f] votum JEHOVÆ, Deo tuo, non differes exolvere illud: nam quærendo quæret hoc JEHOVAH, DEus tuus, a tecum; eritque in te peccatum.

23. Quando verò abstinebis à vovendo: non erit in te peccatum.

24. Effatum labiorum tuorum custodies, & facies: sicut vovisti JEHOVÆ, Deo tuo, voluntarium; quod locutus es ore tuo.

25. Cum veneris in vineam socii tui, comedes uvas juxta (*appetitum*) animæ tuæ, ad satietatem tuam: sed in vas tuum non dabis.

26. (*Sic*) cum [g] veneris in segetem socii tui, abripies spicas manu tua: sed falcem non mittes in segetem socii tui. g) *Mat. 12, 1. Marc. 2, 23.*

CAP. XXIV.

Leges iterum variæ. I. De non reducenda uxore repudiata. à v. 1. II. De privilegio novi mariti, v. 5. III. Pignore molæ, v. 6. IV. Plagiario. v. 7. V. Cavenda lepra. v. 8. 9. VI. Capiendo vel restituendo pignore mutui. à v. 10. VII. De non opprimendo mercenario, peregrino, orphano, viduâ, servo. à v. 14. IIX. De Spicilegio, excussione olivarum & racematione. à v. 19.

SI duxerit vir uxorem, & cognoverit eam: fiet autem; si non invenerit gratiam in oculis ipsius; eò quòd invenerit in eâ nuditatem rei; ut [a] scribat illi libellum repudii, detque in manum ejus, ac dimittat (*sic*) eam è domo suâ; a) *Mat. 5, 31. 19, 7. Marc. 10, 4.*

2. Exeat itaque è domo ipsius, eatque, & fiat alius viri;

3. Oderit autem eam vir posterior (*etiam,*) scripserit que illi libellum repudii, ac dederit in manum ejus; atque dimiserit eam è domo sua; aut si moriatur vir posterior, qui duxerat eam sibi in uxorem;

4. Non poterit maritus ejus prior, qui dimiserat eam, redire ad ducendum illam, ut sit ipsi in uxorem, post uam polluta fuit: quia abominatio hoc (*est*) coram JEHOVAH: ideò non facies peccare terram, quam JEHOVAH, DEus tuus, daturus (*est*) tibi (*in*) hereditatem.

5. Cum duxerit vir uxorem novam: non [b] exibit in exercitum, neque transibit (*onus*) super illum, quoad quamcunque rem: liber erit domui suæ, anno uno, ut lætificet uxorem suam; quam duxit. b) *Deut. 20, 7.*

6. Non in pignus accipiet (*quis*) molam aut molarem; nam (*quasi*) animam ille est accipiens in pignus.

7. Si invenietur vir, qui [c] furatus (*fuerit*) animam de fratribus suis, de filiis Jisraëlis, & quæstum fecerit in eo, dum vendiderit eum: occidetur fur hic; ut removeas malum è medio tui. c) *Exod. 21, 16. 1. Tim. 1, 10.*

8. Cave

d) *Lev. 13, 9. 14, 3. 2. Sam. 3, 29.* 8. Cave tibi à [d] plaga lepræ, cavendo valdè, & faciendo: juxta omne, quod docebunt vos Sacerdotes Levitæ, quemadmodum præcepi illis, custodietis facere.

e) *Num. 12, 10.* 9. Memento ejus, quod fecit [e] JEHOVAH, DEus tuus, Mirjamæ in viâ, cum exiretis ex Ægypto.

10. Si mutuo dederis socio tuo mutuum ullius rei: non intrabis in domum ejus ad capiendum pignus ejus:

11. Foris stabis; vir autem, cui tu mutuo das, educet ad te pignus foràs.

12. Quod si vir pauper ille (*sit,*) non cubabis super pignore ejus:

13. Sed restituendo restitues illi pignus, quum occiderit Sol, ut cubet in veste sua, & benedicat tibi: tibi namque erit justitia coram JEHOVAH, Deo tuo.

f) *Lev. 19, 13. Tob. 4, 15.* 14. Non opprimes [f] mercenarium, pauperem & egenum de fratribus tuis, aut de peregrino, qui in terra tua, in portis tuis.

15. In die ipsius dabis mercedem ejus, ita ut non occidat super eâ Sol: quia pauper ille, & ad eam tollens (*est*) animam suam: Ne itaque clamet contra te ad JEHOVAM, ut non sit in te peccatum.

g) *2. Paral. 25, 4. Ez. 18, 20.* 16. Non [g] morientur patres propter filios: & filii non morientur propter patres: vir (*quisque*) in peccato suo occidentur.

h) *Exod. 22, 21. Deuter. 27, 19. Es. 1, 17. 23. Ier. 5, 28. Ez. 22, 39.* 17. Non inclinabis [h] jus peregrini & orphani; nec pignori capies vestem viduæ.

18. Memento enim, quod servus fueris in Ægypto; sed redemerit te JEHOVAH, Deus tuus, inde: quamobrem Ego (*sum*) præcipiens tibi verbum hoc.

i) *Lev. 19, 9. 23, 22.* 19. Si messueris messem tuam in agro tuo; oblitus autem fueris [i] manipulum in agro: non reverteris ad recipiendum eum; (*sed*) peregrino, orphano & viduæ erit; ut benedicat tibi JEHOVAH, Deus tuus, in omni opere manuum tuarum.

20. Si excusseris olivas tuas, non ramos vises post te: sed peregrino, orphano & viduæ erit.

21. Si vindemiaveris vineam tuam; non racemabis post te; (*sed*) peregrino, orphano & viduæ erit.

22. Memento enim, quod servus fueris in terra Ægypti: quamobrem Ego (*sum*) præcipiens tibi ad faciendum verbum hoc.

CAP. XXV.

Leges aliæ. I. De lite forensi. v. 1. II. Filii impii v. 2. 3. III. Bove triturante. v. 4. IV. Leviratu præstito vel negato. à v. 5. V. Muliere pudenda viri ledente. v. 11. 12. VI. Iusto pondere & mensura à v. 13. VII. Excindenda memoria Amaleki. à v. 17.

CUm fuerit lis inter viros, accedent ad judicium, ut judicent eos: ubi justificabunt justum, & condemnabunt impium.

2. Fiet verò: si filius (*reus*) percussionum (*fuerit*) impius: dejici eum faciet Judex, & percutiet eum coram se, juxta meritum malitiæ ejus, quoad numerum.

3. [a] Quadragies (*tamen tantum*) percutiet eum, nec addet: ne fortè addat percutiendo eum super istas plagas plures, & vilis habeatur frater tuus in oculis tuis. a) *2. Cor. 11, 24.*

4. Non [b] obturabis os bovis, cùm triturat. b) *1. Cor. 9, 9. 1. Tim. 5, 18.*

5. Cùm habitaverint fratres unâ; mortuus autem fuerit unus de illis, nec filius illi: non [c] nubet uxor defuncti foràs viro alieno: (*sed*) Levir ejus intrabit ad eam, & accipiet eam sibi in uxorem, atque sic Leviratum præstabit illi. c) *Mat. 22, 24. Marc. 12, 19. Luc. 20, 28.*

6. Tum fiet: primogenitus, quem pepererit, stabit super nomine fratris ejus defuncti; ut non deleatur nomen ejus ex Jisraële.

7. Quod si non [d] voluerit vir ducere fratriam suam: ascendet fratria ejus ad portam ad Seniores, dicetque; Renuit Levir meus excitare fratri suo nomen in Jisraële: (*nam*) non vult Leviratum mihi præstare. d) *Ruth. 4, 4. 5. 9.*

8. Tum vocabunt eum Seniores urbis ejus, loquenturque ad ipsum: qui si steterit, dixeritque, Non cupio ducere eam:

9. Accedet fratria ejus ad illum in oculis Seniorum, & extrahet calceum ejus desuper pede ejus, & expuet in facies ejus; ac respondebit (*simul*), & dicet; Sic fiet viro, qui non ædificat domum fratris sui.

10. Unde

10. Unde vocabitur nomen ejus in Jisraële: domus exuti calceum.

11. Quando rixabuntur viri unà, vir & frater ejus; accedet autem uxor unius ad eripiendum virum suum è manu percussoris ejus; ita ut emittat manum suam, & apprehendat pudenda ejus:

12. Abscindes manum ejus; nec parcet oculus tuus.

c) *Lev. 19,36.* 13. Non [e] erunt tibi in loculo tuo diversi lapides; magnus & parvus:

14. Non erunt tibi in domo tua diversæ Ephæ; magna & parva.

15. Lapis perfectus & justitiæ erit tibi; Epha perfecta & justitiæ erit tibi: ut prolongentur dies tui super terra, quam JEHOVAH DEUS tuus, daturus (*est*) tibi.

16. Nam abominatio JEHOVÆ, DEI tui (*est*) omnis faciens ista; omnis faciens iniquitatem.

17 Memento ejus, quod fecit tibi f) *Exod. 17, 8.* [f] Amalek in via, quum exiistis ex Ægypto:

18. Quod (*nimirum*) occurrerit tibi in via, & decaudaverit in te omnes infirmos post te: cum tu (*esses*) fessus & lassus: nec timuit DEUM.

19. Fiet itaque: quum quietem dederit JEHOVAH, DEUS tuus, tibi ab omnibus hostibus tuis circumcirca, in terra, quam JEHOVAH, DEus tuus, daturus (*est*) tibi (*in*) hereditatem ad possidendum g) *1. Sa. 15, 2. 3.* eam: delebis memoriam [g] Amalecki de sub cœlo: non oblivisceris.

CAP. XXVI.

Describitur hic I. Modus offerendi primitias fructuum terræ in loco à DEO electo, cum piâ confessione coram Iehovah, & cum lætitia, à v. 1. II. Modus decimas separandi in anno tertio, dandique Levitis & pauperibus à v. 12. III. Inculcatur mutuum inter Iehovam & populum ipsius fœdus. à v. 16.

a) *Exod. 23, 19. 34, 26. Lev. 2, 14. 23, 10. Numer. 15, 20. Deuter. 18,* FIet etiam: quum veneris in terram, quam JEHOVAH, DEus tuus, daturus *est*) tibi (*in*) hereditatem, possederisque eam, & habitaveris in ea:

2. Sumes [a] de primitiis omnis fructus terræ, quas adduces de terra tua, quam JEHOVAH, DEUS tuus, daturus (*est*) tibi; ponesque in calatho, & ibis ad locum, quem elegerit JEHOVAH, DEUS tuus, ad faciendum habitare nomen suum ibi.

3. Quumque veneris ad Sacerdotem, qui erit in diebus istis, dices ad eum; Indico hodiè JEHOVÆ, DEO tuo, quod venerim in terram, quam juravit JEHOVAH patribus nostris, daturum illis:

4. Tum accipiet Sacerdos calathum è manu ejus, & statuet eum ante altare JEHOVÆ, DEI tui.

5. Postea respondebis, dicesque; Syrus periens (*erat*) pater meus; deinde [b] descendit in Ægyptum, peregrinatusque est ibi cum hominibus paucis: factus tamen est in gentem magnam, validam, & multam. b) *Gen. 46, 3.*

6. Cumque malè tractarent nos Ægyptii, affligerentque nos, ac darent super nos servitutem duram;

7. [e] Clamaremus verò ad JEHOVAM, c) *Exod. 2, 23.* DEUM patrum nostrorum: exaudivit JEHOVAH vocem nostram, viditque afflictionem nostram, & laborem nostrum, & oppressionem nostram;

8. Eduxitque nos JEHOVAH ex Ægypto per manum fortem, & per brachium extensum, & per terrorem magnum, & per signa atque prodigia.

9. Introduxit autem nos in locum hunc, deditque nobis terram hanc; terram fluentem lacte & melle.

10. Jam ergò, ecce, adduxi primitias fructus terræ, quam dedisti mihi, ô JEHOVAH. Atque ita relinques eum coram JEHOVAH, DEO tuo, & incurvabis te coram JEHOVAH DEO tuo:

11. Lætaberisque in omni bono, quod dederit tibi JEHOVAH, DEUS tuus, & domui tuæ; tu, & Levita, & peregrinus, qui in medio tui.

12. Quum [d] absolveris decimare omnes decimas proventus tui in anno tertio, anno decimarum: dabis Levitæ, peregrino, orphano, & viduæ, quod comedant in portis tuis, & saturentur. d) *Lev. 27, 30. Deuter. 14, 28.*

13. Dices autem coram JEHOVAH, DEO tuo; removi sanctum è domo, etiamque dedi Levitæ, & peregrino, orphano & viduæ, juxta omne præceptum tuum, quod præcepisti mihi: non transgressus sum

sum (*ullum*) de præceptis tuis, neque oblitus:

14. Non comedi in luctu meo de illo; nec removi de eo inter immundum; neque dedi de eo mortuo: sed obedivi voci JEHOVÆ, DEI mei, (*&*) feci juxta omne, quod præcepisti mihi:

15. Respicies (*ergò*) ex habitaculo sanctitatis tuæ, & benedic populo tuo, Jisraëli, & terræ, quam dedisti nobis: sicut juratsti patribus nostris; terram fluentem lacte & melle.

16. Die hoc JEHOVAH, DEUS tuus, præcipiens (*est*) tibi, facere statuta hæc, & judicia: custodies ergò, & facies ea in omni corde tuo, & in omni anima tua.

17. JEHOVAM contestatus es hodiè; ut sit tibi in DEUM; in cujus viis iturus sis, & custoditurus statuta ejus, & judicia ejus: obediturusque voci ejus.

18. At JEHOVAH contestatus tibi est e) *Exod. 19, 5. Deuter. 7, 6. 14, 2.* hodiè; [e] ut sis ipsi in populum peculii; sicut locutus est tibi; & ut custodias omnia præcepta ejus:

19. Ita daturum te excelsum super omnes gentes, quas fecit, in laudem, & in nomen, & in decus; & ut sis populus sanctus JEHOVÆ, DEO tuo; sicuti locutus est.

CAP. XXVII.

Describitur, quomodo fœdus cum Iehovah in montibus Gerisim & Ebal ineundum. Ubi est I. erectio lapidum in monte Ebal. à v. 1. II. Ædificatio altaris, & oblatio sacrificiorum super illo. à v. 5. III. Inscriptio legis super lapides. v. 8. IV. Obligatio populi ad obedientiam. v. 9. 10. V. Statio tribuum super montibus, sex super Gerisim, & sex super Ebal. à v. 11. VI. Mutua Levitarum & populi responsio. à v. 14.

POsteà præcepit Moses & Seniores Jisraëlis populo, dicendo; custodi omne præceptum, quod Ego (*sum*) præcipiens vobis hodiè.

2. Fiet ergò: In die, quo transibitis Jordanem in terram, quam JEHOVAH, DEUS tuus, daturus (*est*) tibi; erriges tibi lapides magnos, & incrustabis eos calce:

3. Deindescribes super illos omnia verba legis hujus; quum (*nimirum*) transveris; ut venias in terram, quam JEHOVAH, DEus tuus daturus (*est*) tibi; terram fluentem lacte & melle; quemadmodum locutus est JEHOVAH, DEus patrum tuorum, tibi:

4. Fiet, inquam, quum transiveritis Jordanem; erigetis lapides istos, quos Ego (*sum*) præcipiens vobis hodiè, in monte Ebal, & incrustabis eos calce.

5. Post [a] ædificabis ibi altare JEHO- a) *Exod. 20, 25. Ios. 8, 31.* VÆ, DEO tuo; altare lapidum, super quos non impelles ferrum, facies:

6. (*Ex*) lapidibus integris ædificabis altare JEHOVÆ, DEI tui; faciesque ascendere super eo holocausta JEHOVÆ, DEO tuo.

7. Sacrificabis etiam pacifica, ac comedes ibi: ut lætaris coram JEHOVAH, DEO tuo.

8. Scribes autem super lapides omnia verba legis hujus, probè exprimendo.

9. Præterea locutus est Moses, & Sacerdotes Levitæ, ad universum Jisraëlem, dicendo; Ausculta, & audi, ô Jisraël; Die hoc factus es in populum JEHOVÆ, DEO tuo.

10. Quare obedies voci JEHOVÆ, DEI tui; faciesque præcepta ejus, & statuta ejus, quæ Ego (*sum*) præcipiens tibi hodie.

11. Porrò præcepit Moses populo in die isto, dicendo;

12. Hi stabunt ad benedicendum populo super monte [b] Gerisim, quum b) *Deut. 11, 29.* transibitis Jordanem; Schimeon, & Levi, & Judah, & Jisschar, & Joseph, & Binjamin:

13. Hi verò stabunt ad maledictionem in monte Ebal; Ruben, Gad, & Ascher, & Sebulun, Dan, & Naphthali.

14. Respondebunt itaque Levitæ, & dicent ad omnem virum Jisraëlis voce alta;

15. Maledictus vir, qui fecerit sculptile aut fusile, abominationem JEHOVÆ, c) *Exod. 21, 17. Lev. 20, 9. Matth. 15, 4. Marc. 7, 10. Proverb. 20, 20.* opus manuum artificis; posueritque (*etiam*) in occulto: respondebunt autem omnis populus, & dicent; Amen.

16. [c] Maledictus, qui vilipendit patrem suum, vel matrem suam: dicetque omnis populus; Amen.

17. Maledictus, qui transfert terminum socii sui; dicetque omnis populus; Amen.

18. Maledictus, qui errare facit cœcum in via: dicetque omnis populus; Amen.

19. Maledictus, qui inclinat judicium peregrini, orphani & viduæ: dicetque omnis populus; Amen.

d) *Lev. 18, 17. Deuter. 22, 30.* 20. [d] Maledictus, qui concumbit cum uxore patris sui; quia revelavit alam patris sui: dicetque omnis populus; Amen.

21. Maledictus, qui coit cum ulla bestia: dicetque omnis populus; Amen.

22. Maledictus, qui concumbit cum sorore sua, filia patris sui, aut filia matris suæ: dicetque omnis populus; Amen.

23. Maledictus, qui concumbit cum socru sua; dicetque omnis populus; Amen.

24. Maledictus, qui percutit socium suum in occulto: dicetque omnis populus; Amen.

25. Maledictus, qui accipit munus ad percutiendum animam, sanguinem innocentis: dicetque omnis populus; Amen.

e) *Jer. 11, 3. Gal. 3, 10* 26. Maledictus, qui non stabiliverit verba Legis hujus, ad faciendum illa: dicetque omnis populus; Amen.

CAP. XXIIX.

Proponuntur hoc Capite populo Israëlitico. I. Promissiones omnis generis, tam spirituales tum corporales, si præceptis divinis obediverint, eaq; fecerint. à v. 1. II. Comminationes pœnarum variarum gravissimæ, si præceptis divinis non obediverint, eaque neglexerint, à v. 15.

a) *Lev. 26, 3.* FIet ergò: si obediendo [a] obediveris voci Jehovæ, Dei tui, custodiendo ad faciendum omnia præcepta ejus, quæ Ego (*sum*) præcipiens tibi hodiè: dabit te Jehovah, Deus tuus, excelsum super omnes gentes terræ.

2. Venient enim super te omnes benedictiones hæ, & assequentur te; si (*nim.*) obediveris voci Jehovæ, Dei tui:

3. Benedictus tu (*eris*) in urbe; & benedictus tu in agro.

4. Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, & fructus bestiæ tuæ; fœtus boum tuorum, & pecorum gregis tui.

5. Benedictus calathus tuus, & mulctra tua.

6. Benedictus tu, quum intraveris; & benedictus tu, quum exiveris.

7. Dabit Jehovah hostes tuos, insurgentes contra te, percussos coram te: in via una exibunt; sed in septem viis fugient coram te.

8. Præcipiet Jehovah tecum benedictioni in horreis tuis, & in omni missione manus tuæ; ut benedicat tibi in terra, quam Jehovah, Deus tuus, daturus (*est*) tibi.

9. Constituet te Jehovah sibi in populum sanctum: quemadmodum juravit tibi: quando (*nimirum*) custodies præcepta Jehovæ, Dei tui, & ieris in viis ejus.

10. Ut videant omnes populi terræ, quod nomen Jehovæ vocetur super te; timeantque tibi a te.

11. Abundare etiam te faciet Jehovah in bonum, quoad fructum ventris tui, & quoad fructum bestiæ tuæ, & quoad fructum terræ tuæ, super terra, quam juravit Jehovah patribus tuis, daturum illis.

12. (*Quin*) aperiet Jehovah tibi thesaurum suum bonum; cœlum, ad dandum pluviam terræ tuæ in tempore suo, & ad benedicendum omni operi manus tuæ: ut mutuo des populis multis; tu autem mutuo non petas.

13. Ita dabit te Jehovah in caput, & non in caudam: ut sis tantum sursum; non autem sis deorsum: quando (*nimirum*) obediveris præceptis Jehovæ, Dei tui, quæ Ego (*sum*) præcipiens tibi hodiè, ad custodiendum & ad faciendum (*illa:*)

14. Neque recesseris ab omnibus verbis, quæ Ego (*sum*) præcipiens vobis hodiè, ad dextram ad sinistram, aut eundum post deos alios, ad serviendum illis.

b) *Lev. 26, 14. Thren. 2, 17. Dan. 9 11. Mal. 2* 15. Contrà fiet: [b] si non obediveris voci Jehovæ, Dei tui, custodiendo ad faciendum omnia præcepta ejus, & statuta ejus, quæ Ego (*sum*) præcipiens tibi hodiè; venient super te omnes maledictiones hæ, & assequentur te.

16. Maledictus (*eris*) tu in urbe; & maledictus tu in agro.

17. Maledictus calathus tuus, & mulctra tua.

18. Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ; fœtus boum tuorum, & pecudum gregis tui.

19. Maledictus tu, quum intraveris; & maledictus tu, quum exiveris.

20. Mittet Jehovah in te maledictionem, conturbationem & increpationem, in omni missione manus tuæ, quam facies: usque dum perdaris, & intereas citò, propter malitiam operum tuorum, quibus deseruisti me.

21. Adhærere faciet Jehovah tibi pestem, donec consumserit te de super terra, ad quam tu venturus es ad possidendum eam.

22. Percutiet te Jehovah tabe, & febri calida, & febri ardente, & febri æstuante, & siccitate, & uredine, & aurigine: quæ persequentur te, usque dum pereas.

23. Eruntque cœli tui, qui super capite tuo, (*sicut*) æs; & terra, quæ sub te, (*sicut*) ferrum.

24. Dabit Jehovah, Deus tuus, pluviam terræ tuæ pulverem tenuem: (*qui*) de cœlo descender super te, usque dum perdaris.

25. Dabit te Jehovah percussum coram hostibus tuis: in via una exibis contra illum, sed per septem vias fugies coram eo: erisque in commotionem omnibus regnis terræ.

26. Quin erit cadaver tuum in cibum omni avi cœlorum, & bestiæ terræ; nec (*erit,*) qui abigat.

c) *Exod. 9, 9.* 27. Percutiet te Jehovah [c] ulcere Ægypti, & hæmorrhoidibus, & scabie, & prurigine, ut non possis sanari.

d) *Rom. 1, 28.* 28. Percutiet te Jehovah, [d] furore, & cœcitate, & stupore cordis.

29. Ut sis palpitans in meridie; sicut palpitat cœcus in tenebris: neque prosperas reddes vias tuas; sed eris oppressus & spoliatus omnibus diebus; nec (*erit*) liberans.

30. Uxorem desponsabis tibi, sed vir alius stuprabit eam: domum ædificabis, sed non habitabis in ea: vineam plantabis, sed non profanabis eam.

31. Bos tuus (*erit*) mactatus in oculis tuis, sed non comedes de eo: asinus tuus (*erit*) raptus, à coram te, neque redibit tibi: grex tuus dabuntur hostibus tuis, nec erit liberans tibi.

32. Filii tui, & filiæ tuæ (*erunt*) dati populo alii: oculique tui (*erunt*) videntes & contabescentes super iis omni die: neque pro Deo (*erit*) manus tua.

33. Eructum terræ tuæ & omnem laborem tuum comedet populus, quem non novisti; erisque tantum oppressus & contusus, omnibus diebus.

34. Quin fies insanus ab aspectu oculorum tuorum, quem aspicies.

35. Percutiet te Jehovah ulcere malo super genibus, & super femoribus, à quibus non possis sanari; (*imò*) à vola pedis tui, usque ad verticem tuum.

36. Abducet Jehovah te & Regem tuum, quem constitues super te, ad gentem, quam non novisti, tu & patres tui; & servies ibi diis aliis, ligno & lapidi.

37. Erisque in stuporem, in proverbium, & in dicterium inter omnes populos, quò te deduxerit Jehovah.

e) *Mich. 6, 15. Hag. 1, 6 2, 17.* 38. Semen [e] multum educes in agrum; sed parum colliges: quia consumet illud locusta.

39. Vineas plantabis & coles; sed vinum non bibes; neque congregabis: quia comedet illud vermis.

40. Oleæ erunt tibi in omni termino tuo: sed oleo non unges te: quia excutietur oliva tua.

41. Filios & filias genetabis; sed non erunt tibi: quia abibunt in captivitatem.

42. Omnem arborem tuam, & fructum terræ tuæ occupabit sideratio.

43. Peregrinus, qui in medio tui, ascendet supra te sursum magis magisque.

44. Ille mutuo tibi dabit; tu verò non dabis mutuo illi: ille erit in caput; tu autem eris in caudam.

45. Venient nimirum super te omnes maledictiones istæ, & persequentur te, atque assequentur te; usque dum perdaris: ideò quod non obediveris voci Jeho-

Dei tui, ad custodiendum præcepta ejus, & statuta ejus, quæ præcepit tibi.

46. Unde erunt in tein signum, & in prodigium; & in semine tuo in æternum usque.

47. Pro eo, quod non serviisti Jehovæ, Deo tuo, cum gaudio, & cum bonitate cordis, præabundantia omnium.

48. Ideò servies hostibus (*etiam*) tuis, quemcunque mittet Jehovah contra te, cum fame, & cum siti, & cum nuditate, & cum defectu omnium: dabitque jugum ferri super collum tuum, usque dum perdiderit te.

49. Extollet Jehovah supra te gentem à longinquo, ab extremitate terræ; sicut advolat aquila; gentem, cujus linguam non audies:

50. Gentem duram faciebus; quæ non acceptabit facies; senis aut pueri non miserebitur.

51. Hæc comedet fructum bestiæ tuæ, & fructum terræ tuæ, usque dum adeò perdaris, ut non residuum faciat tibi frumentum, mustum, & oleum; fœtum boum tuorum, & pecudum gregis tui: donec perire fecerit te.

52. Angustabit porrò te in omnibus portis tuis, donec dejiciantur muri tui alti & muniti, quibus tu (*eris*) confidens, in omni terra tua: angustabit te, inquam, in omnibus portis tuis, in tota terra tua, quam dederit tibi Jehovah, Deus tuus.

f) 1. Reg. 8, 28. 29. Thren. 4, 10. 53. Adeò ut [f] comedas fructum ventris tui, carnem filiorum tuorum, & filiarum tuarum, quos dederit tibi Jehovah, Deus tuus; in obsidione & angustia; quâ angustabit te hostis tuus.

54. Vir mollis in te, & delicatus valdè invidebit oculus fratri suo, & uxori gremii sui, & reliquiis filiorum suorum, quos habebit superstites:

55. Adeò ut non det uni de illis, de carne filiorum suorum, quam comedet, eò quod non residuum habeat quicquam, in obsidione & angustia, qua angustabit te hostis tuus in omnibus portis tuis.

56. Mollis in te & delicatæ, quæ non tentavit, plantam pedis sui statuere super terram, præ deliciis & præ mollitie, invidebit oculus marito gremii sui, & filio suo, & filiæ suæ;

57. Et secundinæ suæ, exeunti ab inter pedes ejus, & filiis hujus, quos pariet: sed comedet eos in defectu omnium in occulto: in obsidione & angustia, qua angustabit te hostis tuus in omnibus portis tuis.

58. Si (*porrò*) non custodies facere omnia verba legis hujus, scripta in libro hoc; ad timendum nomen venerabile & terribile hoc, Jehovam, Deum tuum:

59. Mirabilem reddet Jehovah plagam tuam, & plagas seminis tui, (*in*) plagas magnas & constantes, & (*in*) morbos malos & constantes.

60. Rejiciet scilicet in te omnem languorem Ægypti, à quibus times tibi, ut hæreant in te.

61. Imò etiam omnem morbum, & omnem plagam; quæ non scripta est in libro legis hujus, occultè mittet Jehovah super te, usque dum perdaris.

62. Ita residui eritis in hominibus paucis, pro eo, quòd fuistis sicut stellæ cœlorum quoad multitudinem: eò quòd non obediveris voci Jehovæ, Dei tui.

63. Quare fiet: quemadmodum lætatus fuit Jehovah super vobis, ad benefaciendum vobis, & ad multiplicandum vos: ita lætabitur Jehovah super vobis, ad perdendum vos, & ad delendum vos: ut extirpemini de super terra, quò veniens tu (*es*) ad possidendum eam.

64. Disperget namque te Jehovah inter omnes populos, ab extremitate terræ usque ad extremitatem terræ: ut servias ibi diis aliis, quos non novisti, tu & patres tui; ligno & lapidi.

65. Inter tamen gentes illas non acquiesces, neque erit quies volæ pedis tui; dum dabit Jehovah tibi ibi cor trepidans, & consumtionem oculorum, & dolorem animæ.

66. Unde erit vita tua molestiæ tibi coràm; ut timeas noctu & interdiu; nec certus sis de vita tua.

67. Manè dices; quis dabit vesperam? Et in vespera dices; Quis dabit mane? præ timore cordis tui, quem timebis; & præ aspectu oculorum tuorum, quem videbis.

68. Re-

68. Reducet te Jehovah in Ægyptum, in navibus, per viam, de qua dixi tibi; Non addes amplius videre eam: ubi venundemini hostibus vestris in servos, & in ancillas: nec tamen emtor (*erit.*)

69. Hæc sunt verba fœderis, quod præcepit Jehovah Mosi, ad excidendum cum filiis Jisraëlis, in terra Moabi; præter fœdus, quod excidit cum illis in Chorebo.

CAP. XXIX.

Exprobrat Moses populo Israëlitico I. duritiem cordis ad hoc usq; tempus duraniem: licet viderint miracula & facta Iehovæ, in Ægypto, in deserto, in Regibus Sichone & Og. à v. 1. II. Hortatur ad observantiam fœderis Iehovæ renovati in posterum. à v. 8. III. Comminatur inobedientibus denuò gravissimas, & posteris stupendas pœnas. à v. 17.

a) Exod. 19, 4. Porrò clamavit Moses ad universum Jisraëlem, dixitque ad eos; Vos vidistis [a] omnia; quæ fecit Jehovah in oculis vestris, in terra Ægypti; Pharaoni & omnibus servis ejus, & omni terræ ejus:

b) Deut. 7, 19. 2. Tentationes (*scilicet*) magnas, quas viderunt oculi tui; [b] signa & prodigia magna illa:

c) Es. 6, 10. 3. Non tamen dedit Jehovah vobis [c] cor, ad agnoscendum, & oculos ad videndum, ac aures ad audiendum, usque ad diem hunc.

d) Deut. 8, 2. 4. Licet duxerim (*etiam*) [d] vos quadraginta annos in deserto (*ita ut*) non inveteraverint vestes vestræ desuper vobis, & calceus tuus non inveteraverit desuper pede tuo:

5. Panem non comederitis, & vinum aut siceram non biberitis; ut agnoscere-tis, quod Ego (*sim*) Jehovah Deus vester.

e) Num. 21, 23. Deut. 3, 1 6. Ita perveniistis ad locum hunc; Et [e] exivit quidem Sichon, Rex Cheschbonis, & Ogus, Rex Baschanis adversus nos in bellum: sed percussimus eos:

7. Et cepimus terram eorum, dedimusque eam in hereditatem Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidio tribus Menaschitæ.

8. Quare custodite (*saltem deinceps*) verba fœderis hujus, & facite ea, ut prudenter agatis omnia, quæ facturi estis.

9. Vos (*estis*) stantes hodie, omnes, coram Jehovah, Deo vestro; capita vestra, tribus vestræ, Seniores vestri & moderatores vestri, omnis vir Jisraëlis:

10. Item infans vester, mulieres vestræ, & peregrinus vester, qui in medio castrorum, à fissore lignorum usque ad haurientem aquas:

11. Ad transeundum in fœdus Jehovæ, Dei tui, & in juramentum ejus; quod Jehovah, Deus tuus, excidens (*est*) tecum hodie:

f) Gen. 17, 7. 12. Ut [f] constituat te hodiè sibi in populum, ipseque sit tibi in Deum; quemadmodum locutus est tibi, & quemadmodum juravit patribus tuis, Abrahamo, Jizchako & Jacobo.

13. Et (*quidem*) non vobiscum solis Ego (*sum*) excidens fœdus hoc, & juramentum hoc:

14. Sed cum omni, qui hic est nobiscum stans hodiè coram Jehovah, Deo nostro; & cum eo, qui non hic nobiscum hodie.

15. Vos enim noviistis, quomodo habitaverimus in terra Ægypti, & quomodo transiverimus per medium gentium, per quas transiistis.

16. Vidistis etiam abominationes earum, & idola earum; lignum (*scil.*) & lapidem, argentum & aurum; quæ apud illas.

17. Ne igitur sit inter vos vir aut fœmina, aut familia, aut tribus; cujus cor respiciat hodiè à cum Jehovah, Deo nostro, abeundo ad serviendum diis gentium istarum; ne sit inter vos radix proferens fel & absinthium.

18. Fiet enim: quum iste audiverit verba adjurationis hujus, & (*nihilominus*) benedixerit sibi in corde suo, dicendo; Pax erit mihi, licet in obfirmatione cordis mei [g] ambulavero; ut consumat ebriam cum sitienti:

g) Act. 2, 23. Heb. 12, 15. 19. Non enim placebit Jehovæ, condonare illi; sed tum fumabit ira Jehovæ, & Zelus ejus, contra virum istum, & requiescet omnis maledictio super illo, scripta in libro hoc: ut deleat Jehovah nomen ejus de sub cœlis.

20. Quin ſeparabit illum JEHOVAH in malum, ex omnibus tribubus Iſraëlis; juxta omnes maledictiones fœderis, ſcripti in libro Legis hujus.

21. Ut dicat generatio poſterior filii (*ſcil.*) veſtri, qui ſurgent poſt vos: & alienigena, qui veniet è terra longinqua, quum videbunt plagas terræ hujus, & morbos ejus, quibus ægrotare faciet JEHOVAH in ea:

22. Sulphur dum erit, & Sal, (&) combuſtio tota terra ejus; adeò ut non conſeratur, nec germinet, nec aſcendat in eâ ulla herba; juxta [h] everſionem Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Zebojim, quas evertit JEHOVAH in ira & excandeſcentia ſua: h) Gen. 19,25.

23. [i] Dicant, inquam, omnes gentes; Quare fecit JEHOVAH ſic terræ huic? quæ excandeſcentia iræ magnæ hujus? i) 1.Reg. 9, 9. Ier. 22,8.

24. Reſpondeantque; propterea quod deſeruerunt fœdus JEHOVÆ, DEI patrum eorum, quod excidit cum iis, quum eduxit eos è terra Ægypti.

25. Dum abiverunt, & ſerviverunt diis aliis, & incurvarunt ſe illis; diis, quos non noverunt, nec partem dedit illis.

26. Hinc accenſa eſt ira JEHOVÆ contra terram hanc, ad adducendum ſuper eam omnem maledictionem, ſcriptam in libro hoc:

27. Adeò ut abjecerit eos de ſuper terra eorum, in ira, & in excandeſcentia, & in fervore magno; ac projecerit eos in terram aliam juxta diem hunc.

28. Abſcondita (*etiam*) JEHOVÆ, DEO noſtro (*nota ſunt;*) at revelata (*ſunt dicta*) nobis, & filiis noſtris in æternum uſque, ad faciendum omnia verba legis hujus. Pſ.147, 19.

CAP. XXX.

Moſes I. Iſraëlitis, ſi aliquando in captivitatem & exilium è terra ſua abducantur, pœnitentiam agentem tandem agant, certam ſpem venia & reſtitutionis à DEO facit. à v.1. II. Exceptioni eorum de difficultate præceptorum DEI occurrit. à v.10. III. Vitam & mortem cum ſeriâ obteſtatione proponit. à v.15.

Fiet tamen: quando venerint ſuper te omnia verba hæc, benedictio & maledictio, quæ dedi coram te; reduxeriſque ad cor tuum inter omnes gentes, quò expulerit te JEHOVAH, DEUS tuus.

2. Ut convertas te ad JEHOVAM, DEUM tuum, obediaſque voci ejus, juxta omnes, quod Ego (*ſum*) præcipiens tibi hodie, tu & filii tui, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua:

3. Reducet etiam [a] JEHOVAH, DEUS tuus, captivitatem tuam, & miſerebitur tui; ita ut revertatur, & congreget te ex omnibus populis, quò diſperſit te JEHOVAH, DEUS tuus. a) Pſa. 126, 4. Ier. 32, 37. 2. Mac. 2, 18.

4. Si namque fuerit expulſus tuus in extremitate cœlorum; inde tamen congregabit te JEHOVAH, DEUS tuus, & inde accipiet te;

5. Ut deducat te JEHOVAH, DEUS tuus, [b] ad terram, quam poſſederunt patres tui, & poſſideas eam: quin benefaciet tibi, & multiplicabit te præ patribus tuis. b) 2. Macab. 1, 29.

6. [c] Circumcidet quoque JEHOVAH, DEUS tuus, cor tuum, & cor ſeminis tui, ut diligas JEHOVAM, DEUM tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, quò vivas. c) Ier. 4, 4. 32, 39. Ez. 18, 19 36, 26. Rom. 2, 29.

7. Contrà dabit JEHOVAH, DEUS tuus, omnes maledictiones has, ſuper hoſtes tuos, & ſuper oſores tuos, qui perſecuti ſunt te.

8. Tu modò ſi reverteris & obedies voci JEHOVÆ, facieſque omnia præcepta ejus, quæ Ego (*ſum*) præcipiens tibi hodie:

9. Abundare faciet te JEHOVAH, DEUS tuus, in omni opere manus tuæ; in fructu ventris tui, & in fructu beſtiæ tuæ, & in fructu terræ tuæ, in bonum; quia revertetur JEHOVAH, ad gaudendum ſuper te, in bonum, quemadmodum lætatus fuit ſuper patribus tuis.

10. Si, inquam, obediveris voci JEHOVÆ, DEI tui, ad cuſtodiendum præcepta ejus, & ſtatuta ejus, ſcripta in libro Legis hoc; quando (*nimirum*) reverteris ad JEHOVAM, DEUM tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.

11. Nam

d) Rom. 10, 6.

11. Nam [d] præceptum hoc, quod Ego (*ſum*) præcipiens tibi hodie, non eſt mirabile præ te, neque longinquum illud:

12. Non in cœlo illud; (*ut dicas*) dicendo; quis aſcendet nobis in cœlum, & accipiet illud nobis, facietque audire nos illud, ut faciamus illud?

13. Neque (*eſt*) trans mare: (*ut dicas*) dicendo; Quis tranſibit nobis ad-trans mare, & accipiet illud nobis? & audire faciet illud nos, ut faciamus illud?

14. Sed propinquum apud te eſt valdè verbum, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud.

15. Vide, dedi hodiè coram te vitam & bonum, ac mortem & malum:

16. Quæ Ego (*ſum*) præcipiens tibi hodie, ut ames JEHOVAM, DEUM tuum, ad eundum in viis ejus, & ad cuſtodiendum præcepta ejus, & ſtatuta ejus, & judicia ejus; ut vivas, & multipliceris, benedicatque tibi JEHOVAH, DEUS tuus, in terrâ, quò tu (*es*) veniens, ad poſſidendum eam.

17. Quod ſi retroſpexerit cor tuum, & non obedieveris; ſed impulſus fueris, ut incurves te diis aliis, ſerviaſque illis:

18. Indico vobis hodie, quod pereundo perituri ſitis, nec prolongaturi dies ſuper terra, quò tu (*es*) tranſiens, ut venias, ad poſſidendum eam.

19. Teſtes (*denique*) contra vos hodiè voco cœlos & terram, quod vitam & mortem dederim coram te, benedictionem & maledictionem; ut eligas vitam, quò vivas, tu & ſemen tuum.

20. Ut ames (*nimirum*) JEHOVAM, DEUM tuum, ad obediendum voci ejus, & ad adhærendum illi: quia ille eſt vita, & longitudo dierum tuorum, ad habitandum ſuper terra, quam juravit JEHOVAH patribus tuis, Abrahamo, Jizchako, & Jacobo, daturum illis.

CAP. XXXI.

Moſes I. non tranſiturus Iordanem, ad tranſeundum & occupandum terram animat tùm populum, tùm Iehoſchuam. à v.1. II. Librum Legis ſcripsum commendat eiusq; lectionem ſolennem Sacerdotibus & Senioribus. à v.9. III. DEUS Moſi & Iehoſchuæ mandat ſcribere & docere filios Iſraëlis cantionem contra futuram eorum rebellionem. à v.14. Ad quod IV. audiendum, poſt confirmationem Iehoſchuæ, & repoſitionem libri Legis apud Arcam, congreganitur Seniores. à v. 23.

Cæterum cum iviſſet Moſes, & locutus fuiſſet omnia verba iſta ad univerſum Iſraëlem:

2. Dixit poſteà ad eos; filius [a] centum & viginti annorum Ego (*ſum*) hodiè: non poſſum amplius exire & intrare: inſuper [b] JEHOVAH dixit ad me; Non tranſibis Jordanem hunc. a) Deut. 34, 7. b) Deut. 3, 26. 32, 50. 34, 4.

3. JEHOVAH (*verò,*) DEUS tuus, ille tranſiens (*eſt*) ante te: ille perdet gentes has coram te, ut expellas eas: [c] Jehoſchua (*etiam*) ipſe tranſiens (*eſt*) coram te; quemadmodum locutus eſt JEHOVAH. c) Num. 27, 18.

4. Faciet autem JEHOVAH illis, [d] quemadmodum fecit Sichoni & Ogo, Regibus Emoræi, & terræ eorum; quos diſperdidit: d) Num. 21, 24.

5. Dabitque illas JEHOVAH coram vobis, [e] ut faciatis illis juxta omne præceptum, quod præcepi vobi e) Deut. 7, 2.

6. [f] Confirmamini (*modò*) & corroboramini; ne timete, neque conſternamini coram illis: quia JEHOVAH, DEUS tuus, ipſe (*eſt*) incedens tecum; non deſiſtet à te, neque deſeret te. f) Deut. 7, 21. Ioſ. 1, 5. 6 Heb. 13, 5

7. Deinde [g] vocavit Moſes Jehoſchuam, dixitque ad eum, in oculis totius Iſraëlis: Confirma & corrobora te: quia tu introduces populum hunc in terram, quam juravit JEHOVAH patribus eorum, daturum illis; tuque in hereditatem dabis eam illis. g) Deut. 3, 28.

8. JEHOVAH enim (*eſt*) incedens coram te, ipſe erit tecum; non deſiſtet à te, neque deſeret te: (*ideò*) ne time, neque conſternare:

9. Scripſit etiam Moſes legem hanc, deditque eam Sacerdotibus, filiis Levi, portantibus arcam fœderis JEHOVÆ; & omnibus Senioribus Iſraëlis,

10. Præcepit ſimul Moſes illis, dicendo: à fine ſeptem annorum in tempore ſtato anni dimiſſionis, in feſto tabernaculorum;

11. Quum venerit omnis Iſraël ad comparendum coram JEHOVAH, DEO

tuo,

tuo, in loco, quem elegerit, leges legem hanc coram omni Israële, in auribus eorum.

12. Congrega (*itaq;*) populum, viros, & mulieres, & infantem, & peregrinum tuum, qui in portis tuis: ut audiant, & ut discant, timeantque JEHOVAM, DEUM vestrum, ac custodiant facere omnia verba legis hujus.

13. Inprimis filii eorum, qui non scient, audient, & discent timere JEHOVAM, DEUM vestrum, omnibus diebus, quibus vos vivi super terra, ad quam vos (*estu*) transituri Jordanem, ad possidendum eam.

14. Posteà dixit JEHOVAH ad Mosen; Ecce, adverunt dies tui ad moriendum: (*quare*) voca Jehoschuam, & consistite in tentorio Conventus, ut præcipiam illi. Iverunt ergò Moses, & Jehoschua, constiteruntque in tentorio Conventus.

15. Tum apparuit JEHOVAH in tentorio, in columna nubis; stetitque columna nubis super ostio tentorii:

16. Ac dixit JEHOVAH ad Mosen; Ecce, tu (*eris*) cubans cum patribus tuis: surget autem populus hic, scortabiturque post deos alienigenæ terræ, quò ille (*est*) veniens, in medio ipsius; Me autem derelinquet, & irritum reddet fœdus meum, quod excidi cum ipso.

17. Sed excandesceat ira mea contra eum in die illo, ut deseram eos, occultemque facies meas ab ipsis; quò sit ad comedendum, inveniantque eum mala multa & angustiæ; ac dicat; Nonne propterea quod non est DEUS meus in medio mei, invenerunt me mala hæc?

18. Ego tamen occultando occultabo facies meas in die illo, propter omne malum, quod fecerint: (*inprimis*) quod retrospexerint ad Deos alios.

19. Jam ergò scribite vobis canticum hoc, & docete illud filios Israëlis; (*ac*) pone illud in os eorum: ut sit mihi canticum hoc in testem contra filios Israëlis.

20. Quod (*nimirum*) introduxerim eum in terram, quam juravi patribus ejus, fluentem lacte & melle: sed comederit, & saturatus sit, & pinguis factus; ac retrospexerit ad deos alios; quibus serviverint, Meque ad iram provocaverint; ac irritum reddiderit fœdus meum.

21. Fiet ergò, quum invenerint eum mala multa & angustiæ: tum respondebit canticum hoc coram illo in testem: non enim oblivioni dabitur ex ore seminis ejus. Cognovi namque figmentum ejus, quod ille (*erit*) faciens, hodiè, antequam introducam eum in terram, quam juravi.

22. Scripsit ergò Moses canticum hoc in die hoc, & docuit illud filios Israëlis.

23. Præcepit autem [h] Jehoschuæ filio Nunis (*Jehovah,*) dixitque; confirma te & corroborare: tu enim introduces filios Israëlis in terram, quam juravi illis; Ego enim ero tecum; h) *Iosue 1, 6.*

24. Factum verò est: quum absolvisset Moses scribere verba legis hujus super librum, usque dum consummavit ea:

25. Præcepit Moses Levitis portantibus arcam fœderis JEHOVÆ, dicendo;

26. Accipiendo (*accipite*) librum legis hujus, & ponite eum à latere Arcæ fœderis JEHOVÆ, DEI vestri, ut sit ibi contra te in testem.

27. Ego enim novi rebellionem tuam, cervicem tuam duram. En! (*namq;*) dum Ego (*sum*) vivus vobiscum hodiè; rebelles fuistis contra JEHOVAM; quantò ergò magis post mortem meam?

28. Congregate (*ergò*) ad me omnes Seniores tribuum vestrarum, & moderatores vestros: ut loquar in auribus eorum verba hæc, & testes contra eos cœlum & terram vocem.

29. Novi enim, quod post mortem meam corrumpendo corrupturi sitis vos, & recessuri à via, quam præcepi vobis; unde obventurum sit vobis malum in extremitate dierum; eò quòd feceritis malum in oculis JEHOVÆ, provocando eum ad iram per opus manuum vestrarum.

30. Locutus itaque est Moses in auribus omnis congregationis Israëlis verba cantici hujus, usque dum consummavit ea.

CAP. XXXII.

Moses I. cum Iehoschua canticum a DEO mandatum in auribus Seniorum & populi eloquitur. In quo (1.) *Extollitur Majestas & beneficia DEI erga Israëlem*

a v. 1. (2.) Ingratitudo & rebellio exprobratur populo à v. 15. (3.) Ira & pœna divinæ prædicuntur. à v. 19. (4.) Miseratio & vindicta DEI promittitur. à v. 35. II. Moses canticum universo denuò Israëli commendat. à v. 46. III. Jubetur à DEO ascendere in montem Abarim ad moriendum. à v. 48.

AUSCULTATE cœli; loquar enim: audiatque terra sermones oris mei.

2. Defluet (*namq;*) sicut pluvia doctrina mea; stillabit sicut ros verbum meum; sicut stillæ super gramen, & sicut guttæ super herbam.

3. Nam nomen JEHOVÆ prædicabo, (*dicens;*) Date magnitudinem DEO nostro.

4. Petra (*ille est;*) cujus perfectum opus est: omnes enim viæ ejus (*sunt*) judicium, DEUS fidelis veritatis (*ille;*) nec perversitas (*in eo;*) Justus & rectus ille.

a) *Esa. 1, 4.*

5. [a] Corrupit se illi, (*qui*) nihil; filii ejus (*sunt*) macula: generatio perversa & contorta.

6. Num JEHOVÆ rependitis hoc, ô populo stulte & non sapiens? nonne ille (*est*) pater tuus, (*qui*) possedit te? (*nempe*) ille fecit te, & paravit te

7. Memento dierum æternitatis; intelligite annos generationis & generationis: interroga patrem tuum, qui indicabit tibi; Seniores tuos, qui dicent tibi.

8. Quum hereditatem daret altissimus gentibus, quum separaret filios hominis: constituit terminos populorum, juxta numerum filiorum Israëlis.

9. Nam portio JEHOVÆ populus ejus, Jacob (*est*) funis hereditatis ejus.

10. Invenit eum in terra deserti, & in inanitate, ejulatu, (*&*) solitudine: circumduxit (*tamen*) eum, instruxit eum, custodivit eum sicut pupillum oculi sui.

b) *Exod. 19, 4.*

11. Sicut [b] aquila excitat nidum suum; super pullis ejus mortitat se; expandit alas suas; accipit eum; portat eum super ala sua:

12. (*Sic*) JEHOVAH solus ducit eum, nec (*est*) cum ipso DEUS alienus.

13. Equitare facit eum super excelsis terræ; & cibat (*eum*) proventu agrorum (*meorum;*) sugere facit eum mel è rupe, & oleum è saxo petræ.

14. Butyrum bovis, & lac gregis, cum adipe agnorum, & arietum filiorum Baschanis, & hircorum, cum adipe renum tritici; & sanguinem uvæ bibis, merum.

15. Sed cum pinguis factus est Jeschurun, recalcitravit; cum (*inquam*) pinguis factus es, crassus extitisti, obtectus es (*pinguedine:*) deseruit DEUM, (*qui*) fecit eum, & vilipendit petram salutis suæ.

16. Ad Zelum provocarunt illum per alienos (*Deos;*) per abominationes iratum reddiderunt eum.

17. (*Nam*) sacrificant [c] dæmonibus, c) *Psal. 106, 37.* (*qui*) DEUS non (*sunt;*) diis, (*quos*) non noverunt; novis, (*qui*) è propinquo venerunt, nec timuerunt eos patres vestri.

18. (*At*) petram, quæ genuit te, oblivioni dedisti, & oblitus es DEI formatoris tui.

19. Quod quum vidit JEHOVAH, sprevit eos, præ indignatione filiorum ipsius, & filiarum ipsius.

20. Ideò dixit; occultabo facies meas ab iis; videbo, quid posteritas eorum (*futura sit.*) Generatio enim perversionum illi, filii in quibus fidelitas non (*est.*)

21. Illi Zelum mihi moverunt per non DEUM: ad iram provocarunt me vanitatibus suis: ideò [d] Ego ad Zelum provocabo eos per non populum: per populum stultum iram movebo illis. d) *Rom. 10, 19.*

22. [e] Ignis enim accensus est in ira mea, & ardebit usque ad infernum infimum: accomodet terram proventumque ejus, ac inflammabit fundamenta montium. e) *Ier. 15, 14.*

23. Evacuabo super illis mala, sagittas meas consumam in iis.

24. Exhausti fame, & consumti ardore (*erunt*) & excidio tristi: insuper dentem bestiarum immittam in eos, cum veneno reptilium terræ.

25. Foris orbabit gladius, & ex conclavibus terror; tam juvenem, quam virginem; lactentem cum viro senii.

26. Dixerim; in extremos angulos ejiciam eos: cessare faciam ab homine memoriam eorum.

27. Nisi iram hostis timerem, nè forte abominentur inimici ejus; ne forte di-

cant; manus noſtra alta (*eſt*,) neque JEHOVAH fecit omnè hoc.

28. Namgens perdita conſiliis illi, nec (*eſt*) in illis intelligentia.

29. Utinam ſapiant, (*&*) intelligant hoc; animadvertant extremum ſui!

30. Quomodo unus mille; & duo fugant myriadem? nonne; quià petra eorum vendidit eos; & JEHOVAH concluſit illos?

31. Non enim ſicut petra noſtra (*eſt*) petra illorum; neque hoſtes noſtri (*ſunt ſicut*) judices (*noſtri.*)

32. Eò quòd de vite Sodomæ (*eſt*) vitis eorum, & de agris Gomorrhæ: uvæ ejus (*ſunt*) uvæ fellis, botri amaritudinum illis.

33. Venenum draconum vinum eorum (*eſt.*) & fel aſpidum crudele.

34. Nonne (*enim*) iſtud abſconditum apud me; obſignatum in theſauris meis?

35. Mihi (*eſt*) [f] vindicta & retributio, (*ideò*) in tempus nutabit pes eorum; propè namque eſt dies interitus eorum, & properant futura illis.

36. Quia judicabit JEHOVAH populum ſuum; & ſuper ſervis ſuis pœnitebit eum: cùm viderit, (*quod*) abierit manus, nec (*ſit*) clauſus & derelictus.

37. Quando dicetur; Ubi Dii eorum? petra, cui confiſi fuerunt:

38. Qui adipem ſacrificiorum eorum comederunt; biberunt vinum libaminis eorum: ſurgant, juventque vos; ſit ſuper vobis latibulum!

39. Videte (*verò*) nunc; quod [g] Ego, Ego ille (*ſim:*) & non DEUS mecum: [h] Ego occido, & vivifico; percuſſi, & Ego ſanabo: nec (*erit*) è manu mea eripiens.

40. Suſtuli namque ad cœlum manum meam; & dixi; (*Ita*) vivus Ego (*ſum*) in æternum;

41. Quod acuturus ſim fulgur gladii mei, & apprehenſuta judicium manus mea: reddam (*nimirum*) vindictam hoſtibus meis, & oſoribus meis retribuam.

42. Ebria faciam tela mea ex ſanguine; & gladius meus comedet carnem: ex ſanguine (*inquam*) confoſſi & captivitatis; ex felle ultionum hoſtis.

43. [i] Cantate (*itaq;*) gentes, populus ejus: quia ſanguinem ſervorum ſuorum ulciſcetur (*Jehovah.*) & vindictam reddet hoſtibus ſuis; at expiabit terram ſuam, populum ſuum.

44. Cum itaque venit Moſes, locutuſque eſt omnia verba cantici hujus in auribus populi; ipſe & Hoſchea, filius Nunis;

45. Abſolvitque Moſes loqui omnia verba hæc ad univerſum Iſraëlem:

46. Dixit ad eos; Ponite cor veſtrum ad omnia verba, quæ Ego (*ſum*) teſtificans contra vos hodiè; ut præcipiatis ea filiis veſtris, quò cuſtodiant facere omnia verba legis hujus.

47. Non enim verbum vanum illud prævobis; ſed illud vita veſtra (*eſt*,) & per verbum hoc prolongabitis dies ſuper terrâ, quo tranſeuntes vos (*eſtis*) ad poſſidendum eam.

48. Locutus eſt deinde JEHOVAH ad Moſen, ipſo hoc die, dicendo:

49. Aſcende in montem [k] Abarim hunc, montem Nebo, qui in terra Moabi, quæ è regione Jerichuntis: & vide terram Canaan, quam Ego daturus (*ſum*) filiis Iſraëlis in poſſeſſionem.

50. Et morere in monte, quò tu (*es*) aſcendens; ut colligaris ad populos tuos: [l] quemadmodum mortuus eſt Aharon, frater tuus, in Hor monte, collectuſque ad populos ſuos:

51. Propterea quod [m] prævaricati eſtis in me in medio filiorum Iſraelis.

52. Nam è regione (*quidem*) videbis terram: ſed eò non venies; in terram (*inquam,*) quam Ego daturus (*ſum*) filiis Iſraëlis.

CAP. XXXIII.

Moſes ante mortem ſuam I. valedicit & benedicit ſingulis duodecim tribubus Iſraëlis. à v. 1. II. Majeſtatem Jehovæ extollit, & Iſraëli de ſingulari gratia, auxilio & protectione ejus gratulatur, à v. 26.

CÆterum hæc eſt benedictio, qua benedixit Moſes, vir DEI, filiis Iſraëlis ante mortem ſuam.

2. Di-

2. Dixit nimirum: JEHOVAH de Sinai venit, & exortus eſt de Seir illis; exſplenduit de monte Paran, & venit ex myriadibus ſanctitatis; à dextra ipſius (*datus eſt*) ignis legis illis.

3. Etiam qui amat populos, in [a] tua manu (*ſunt*) omnes ſancti ejus: illi verò proſternuntur ad pedem tuum, accipiet de verbis tuis (*quiſq;*)

4. Legem præcepit nobis Moſes, hæreditatem congregationibus Jacobi.

5. Fuitque (*ille*) in Jeſchurun (*Iſraële*) Rex; cum congregarunt ſe capita populi, una tribus Iſraëlis.

6. Vivat (*quidem*) Ruben, & non moriatur: erit tamen, homines ejus, numerus (*exiguus.*)

7. Hæc autem (*benedictio eſt*) Judæ, quòd dixit; Audi, JEHOVAH, vocem Jehudæ, & [b] ad populum ejus deduc eum; manibus ſuis (*erit*) contendens pro ſe; at auxilium ab hoſtibus ejus eris (*tu.*)

8. De Levi porrò dixit; Thummim tui, & Urim tui (*erunt*) viro ſancto tuo (*ô Jehovah;*) quem tentaſti in Maſſa, contendiſti cum eo apud aquas Meriba.

9. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ; non vidi vos; & fratres ſuos non agnovit, ac filios ſuos non novit: nam cuſtodiverunt verbum tuum, & fœdus tuum ſervant.

10. Docebunt judicia tua Jacobum, & legem tuam Iſraëlem: ponent ſuffitum in naſum tuum, & holocauſtum ſuper altare tuum

11. Benedic, JEHOVAH, robori ejus, & opus manuum ejus accepta: percute lumbos inſurgentium contra eum, & oſorum ejus, ut non reſurgant.

12. Binjamini dixit; Dilectus (*es*) JEHOVÆ; habitabit ſecurè apud ipſum: obteget eum omni die; & inter humeros ipſius (*erit*) habitans.

13. Joſepho porrò dixit; Benedicta à JEHOVAH terra ejus, de pretioſis cœli, de rore: de abyſſo etiam, jacente inferius.

14. De pretioſis quoque proventuum ſolis, & de pretioſis productimenſium.

15. De primitiis item montium orientis, & de pretioſis collium æternitatis.

16. Ut & de pretioſis terræ, & plenitudine ejus; imprimis [c] beneplacitum habitantis in rubo. Veniant (*hæc*) capiti Joſephi, & vertici Naſiræi fratrum ipſius.

17. (*Sicuti*) primogenito bovis ejus, honos ipſi; & cornua monocerotis cornua ejus: his populos feriet una, uſque ad fines terræ. Hi nimirum (*ſunt*) myriades Ephrajimi; & hi chiliades Menaſcheh.

18. Sebulnni autem dixit; Lætare, Sebulun, in exitu tuo: & Iſſachar in tentoriis tuis (*lætetur.*)

19. Populos in montem vocabunt: ibi ſacrificabunt ſacrificia juſtitiæ; quia affluentiam maris ſugent, & obtecta occultorum arenæ.

20. Gadi verò dixit; Benedictus, qui latitudinem dedit Gadi: nam ſicut leo habitat, & rapit brachium, etiamque verticem.

21. Viditque primitias ſibi; ibi namque portio legislatoris abſconditi: unde venerunt (*eò*) capita populi; juſtitiam JEHOVÆ fecit, & judicia ejus cum Iſraële.

22. At Dani dixit; Dan (*eſt*) catulus leonis; qui proſilit ex Baſchane.

23. Naphthali porrò dixit; Naphthali (*eſt*) ſatur beneplacito, & plenus benedictione JEHOVÆ: occidentem & meridiem poſſide.

24. Aſcheri denique dixit; Benedictus præ filiis Aſcher; ſit acceptus fratribus ſuis; & intingens in oleum pedem ſuum:

25. Ferrum & æs calceus tuus, & ſicut dies tui fama tua.

26. Non eſt ſicut DEUS, ô Jeſchurun (*Iſraël*) equitans (*ſuper*) cœlo (*eſt*) in auxilio tuo; & in magnificentia ſua (*ſuper*) nubibus.

27. Habitaculum, DEI antiquitatis: & inferius brachia mundi: qui expulit coram te hoſtem; dixitque: diſperde (*eum.*)

28. Ita [d] habitavit Iſraël ſecurè, ſolitarius ad fontem Jacobi; in terra frumenti & muſti; etiam cœli ſtillabunt rorem.

29. Beatus tu, ô Iſraël! quis ſicut tu,

populus ſalvatus per JEHOVAM, (*qui*) ſcutum auxilii tui, & qui gladius magnificentiæ tuæ: ac fallentur hoſtes tui circa te; tu verò ſuper excelſa eorum calcabis.

CAP. XXXIV.

Moſes I. in montem Nebo ad Iehovam aſcendit. v. 1. Qui ipſi II. inde totam terram Canaan oſtendit. v. 1. 2. 3. 4. Poſtea III. Moſes ibi moritur, & à DEO ſepelitur ipſo. v. 5, 6, 7. IV. A populo Iſraëlitico lugetur, ſuccedente ipſi Iehoſchua. v. 8 9. V. Encomium Moſi. à v. 10.

DEinde aſcendit Moſes ex planitiebus Moabi ſuper montem Nebo, (*qui*) caput Piſgæ, (*qui*) verſus Jerichuntem: ubi [a] oſtendit illi JEHOVAH totam terram, Gileadem uſque ad Danem.

a) *Deut. 3, 27.* 2 *Mac. 2, 5.*

2. Et omnem Naphthali, ac terram Ephraim & Menaſcheh; omnem etiam terram Judæ uſque ad mare poſterius.

3. Item meridiem, & planitiem, & vallem Jerichuntis, urbis palmarum, uſque ad Zoar.

4. Dixitque JEHOVAH ad illum; Hæc (*eſt*) terra, quam juravi [b] Abrahamo, Itzchako & Jacobo, dicendo: ſemini tuo dabo eam. Videre feci te (*quidem*) oculis tuis: ſed eò non tranſibis.

b) *Gen. 12, 7. 13, 15. 15, 18. 26, 4.*

5. Ita mortuus eſt ibi Moſes, ſervus JEHOVÆ, in terra Moabi, juxta os JEHOVÆ.

6. [c] Sepelivit autem illum in valle, in terra Moabi, è regione Beth-Peoris: nec cognovit vir (*quiſquam*) ſepulchrum illius uſque ad diem hunc.

c) *Iudæ v. 9. Num. XXII. 28.*

7. Fuit verò Moſes filius [d] centum & viginti annorum, quum moreretur: non caligavit oculus ejus, nec fugit humor ejus.

d) *Deut. 31, 2.*

8. Defleruntque igitur filii Iſraëlis Moſen in planitiebus Moabi, triginta diebus. Cum verò conſummati ſunt dies fletus luctus Moſis:

9. Impletus eſt Jehoſchua, filius Nunis, ſpiritu ſapientiæ: nam impoſuerat Moſes manus ſuas ſuper ipſum: unde obediverunt illi filii Iſraëlis, feceruntque, ſicut præcepit JEHOVAH Moſi.

10. Non tamen ſurrexit Propheta amplius in Iſraële, ſicut Moſes; quippe quem cognovit JEHOVAH, facie ad faciem:

11. Quoad omnia ſigna, & prodigia, ad quæ miſit eum JEHOVAH, ad faciendum (*ea*) in terra Ægypti; Pharaoni & ſervis ejus, & toti terræ.

12. Quoad etiam omnem manum fortem, & quoad omnem terrorem magnum, quæ fecit Moſes in oculis totius Iſraëlis.

JOSUAH,

JOSUAH.

CAPUT I.

Iehovah I. Iehoſchua præcipit, ut Iordanem cum populo tranſeat: animumq; ad hæc ſubeundum larga ſua promiſſione confirmat, commendato ſerio legis libro. à v. 1. Iehoſchua II. Rubenitas, Gaditas & Menaſchitas admonet conditionis cum Moſe initæ, adeoq; officij. à v. 10. Qui III. promtos ſe offerunt, ſimulq; Iehoſchuam confirmant. à v. 16.

CÆterum factum eſt poſt mortem Moſis, ſervi JEHOVÆ, ut dixerit JEHOVAH ad Jehoſchuam, filium Nunis, miniſtrum Moſis, dicendo.

2. Moſes, ſervus meus, mortuus eſt: quare ſurge, tranſi Jordanem hunc, tu & univerſus populus hic, ad terram, quam Ego (*ſum*) dans illis, filiis (*inquam*) Iſraëlis.

3. Omnem (*enim*) locum, quem calcabit planta pedis veſtri, vobis dedi: quemadmodum locutus ſum ad Moſen.

a) *Deut. 11, 24. Ioſ. 14, 9.*

4. A [a] deſerto (*nimirum*) & Libano hoc, uſque ad fluvium magnum, fluvium Euphratis, univerſa terra Chitthæorum, & (*inde*) uſque ad mare magnum, ad occaſum Solis, erit terminus veſter.

5. Non conſiſtet vir (*quiſquam*) coram te, omnibus diebus vitæ tuæ. quemadmodum (*enim*) fui cum Moſe, (*ita*) ero tecum; non [b] remiſſum reddam te, neque deſeram te:

b) *Heb. 13, 5.*

c) *Deut. 31, 7.*

6. [c] Confirma (*ergò*) te, & corrobora te: tu enim hereditare facies populum hunc terram, quam juravi patribus eorum, daturum me illis.

7. Tantummodò confirma (*etiam*) te, & corrobora te ſtrenuè, ut obſerves facere juxta omnem legem, quam præcepit tibi Moſes ſervus meus. non recedes ab eo (*libro legis*) ad dextram aut ad ſiniſtram: ut prudenter agas in omnibus, quocunque ibis.

8. Non diſcedet liber legis hic ab ore tuo; ſed medites in eo interdiu & nocte; ut obſerves facere juxta omne, quod ſcriptum eſt in illo: tunc namque ſecundas reddes vias tuas; & tunc prudenter ages.

9. Nonnè (*modò*) præcepi tibi; confirma te, & corrobora te? (*quare*) non timebis tibi, nec conſternaberis: quoniam tecum eſt JEHOVAH Deus tuus in omnibus quocunque ibis.

10. Præcepit itaque Jehoſchua rectoribus populi, dicendo:

11. Tranſite per medium caſtrorum, & præcipite populo, dicendo; Parate vobis viaticum: quia intra tres dies vos (*eritis*) tranſeuntes Jordanem hunc, ut veniatis hereditaturi terram, quam JEHOVAH Deus veſter (*eſt*) daturus vobis ad hereditandum illam.

12. Rubenitæ autem, & Gaditæ, & dimidiæ tribui Menaſcheh dixit (*ipſe*) Jehoſchua, dicendo:

13. Memento (*quivis veſtrum*) verbi, quod præcepit [d] vobis Moſes, ſervus JEHOVÆ, dicendo; JEHOVAH, Deus veſter, quietem fecit vobis, deditque vobis terram hanc (*trans Iordanem.*)

d) *Num. 32, 20.*

14. Uxores (*itaq;*) veſtræ, infans veſter, & pecora veſtra ſedebunt quidem in terra, quam dedit vobis Moſes trans Jordanem. Vos autem tranſibitis armati ante fratres veſtros: omnis fortis robore bellico ut adjuvetis eos:

15. Uſque dum quietem dederit JEHOVAH fratribus veſtris, ſicut vobis, ut in hereditatem accipiant etiam ipſi terram, quam JEHOVAH, Deus veſter, (*erit*) dans illis: tum demum revertemini in terram hereditatis veſtræ, hereditarioque poſſi-

debitis eam; quam (*nimirum*) dedit vobis Moſes, ſervus JEHOVÆ, trans Jordanem verſus ortum ſolis.

16. Reſponderunt verò Jehoſchuæ, dicendo: omne quod præcepiſti nobis, faciemus; & ad quodcunque, ad quod miſeris, nos ibimus.

17. Juxta (*enim*) omne, in quo obedivimus Moſi, ſic obediemus tibi: ſit modò JEHOVAH Deus tuus tecum, quemadmodum fuit cum Moſe.

18. Omnis (*itaq;*) vir, qui rebellaverit ori tuo, nec audiverit verba tua, quoad omnia, quæ præceperis ei, occidetur: confirma modò te, & corrobora te.

CAP. II.

Iehoſchua I. duos Exploratores Ierichuntem mittit. v.1. Eos II. urbem ingreſſos & proditos Rahaba ſuſcipit abſcondit, & quærentes eludit. à v.1. III. Poſteà reſidens Rahaba cum pace, pacto jurato, & inſtructione dimittit. à v.8. Ita illi ad Iehoſchuam redierunt, & facta geſtorum relatione, cum ad tranſeundum Iordanem hortantur. à v.22.

DEinde miſit Jehoſchua, filius Nunis, ex Schittim duos viros exploratores clàm, dicendo: Ite, videte terram, inprimis Jerichuntem; qui iverunt, veneruntque (*ibi*) in domum mulieris [a] meretricis, cujus nomen Rachab; cubueruntque ibi.

a) *Iac. 2, 25. Heb. 11, 31.*

2. Sed dictum eſt Regi Jerichuntis, dicendo; Ecce, viri venerunt huc ſub noctem de filiis Iſraëlis, ad perſcrutandum terram.

3. Quare miſit Rex Jerichuntis ad Rachabam, dicendo; Produc viros, qui venerunt ad te, qui (*etiam*) ingreſſi ſunt in domum tuam: venerunt enim ad perſcrutandum terram univerſam.

4. Verùm poſtquam accepit mulier ambos viros, abſconditque ſingulos; dixit: Ita eſt, venerunt ad me viri, nec ſciveram, unde illi eſſent;

5. Sed quum porta claudenda eſſet, in tenebris etiam viri exiverunt; neſcio, quorſum iverint viri: perſequimini ocyus poſt illos; aſſequemini enim (*procul dubio*) eos.

6. Illa verò aſcendere fecerat eos in tectum, abſconderatque eos inter lina ligni, diſpoſita illi ſuper tecto.

7. Viri itaque perſecuti ſunt poſt illos, viâ Jordanis verſus tranſitus: portas autem clauſerunt, poſtquam exiverunt perſequentes poſt illos.

8. Cæterùm antequam cubuerunt, aſcendit ea ad illos ſuper tectum:

9. Dixitque ad viros; Novi, quod dederit JEHOVAH vobis terram; & quod ceciderit terror veſter ſuper nos; quodque liquefacti ſint omnes habitatores terræ coram vobis.

10. Audivimus enim, quod exiccaverit JEHOVAH [b] aquas maris Suph coram vobis, quum exiviſtis ex Ægypto: & quod fecerit duobus Regibus Emoræorum, qui trans Jordanem, Sichoni & Ogo, quos devotione [c] deleviſtis.

b) *Exod. 14, 21.*

c) *Num. 21, 24.*

11. Cum verò audivimus, liquefactum eſt cor noſtrum, nec conſtitit amplius ſpiritus in viro (*ullo*) coram vobis: eò quod JEHOVAH Deus veſter, ipſe Deus ſit in cœlis ſuprà, & in terra infrà.

12. Nunc ergo jurate, quæſo, mihi, per JEHOVAM; quoniam ego feci vobiſcum miſericordiam, quod facturi ſitis etiam vos cum domo patris mei miſericordiam, & daturi ſitis mihi ſignum veritatis:

13. Nimirum vivificabitis (*mecum*) patrem meum, & matrem meam, & fratres meos, & ſorores meas, & omnia, quæ ipſis ſunt: atque ita liberabitis animas noſtras à morte.

14. Tum dixerunt illi viri; Anima noſtra erit loco veſtrûm, ad moriendum; ſi non indicaveritis negotium noſtrum hoc, quod futurum ſit, ut, quando dederit JEHOVAH nobis terram, faciamus tecum miſericordiam & veritatem.

15. Tum ergò demiſit eos funè per feneſtram. Nam domus ejus in pariete muri (*erat,*) ita ut ſuper muro illa habitaret.

16. Dixitque (*ſimul*) illis; In montem abite, ne incidant in vos perſequentes: latitabitis autem ibi tribus diebus, uſque dum redierint perſequentes: deinde pergite in via veſtra.

17. Tum verò dixerunt ad illam viri; liberi

liberi nos erimus à juramento noſtro hoc, quo adjuraſti nos;

18. (*Hoc modo:*) Ecce, quando venerimus in terram, hunc funiculum filii coccinei ligabis in feneſtram, quo demiſeris nos; patrem autem tuum, & matrem tuam, & fratres tuos, & univerſam domum patris tui colliges ad te in domum.

19. Tunc eſto; Quiſquis exiverit extra januas domus tuæ, ejus ſanguis erit ſuper capite ipſius; nos autem liberi erimus. Quiſquis verò fuerit tecum in domo, ejus ſanguis erit ſuper capite noſtro, ſi manus injicietur in eum.

20. Quòd ſi indicaveritis (*poſteà*) negotium noſtrum hoc, etiam erimus liberi à juramento tuo, quo adjuraſti nos.

21. Ad quod dixit: ſicut verba veſtra (*habent:*) ita eſto iſtud. Cumque ita dimiſiſſet illos, ipſi vero iviſſent: ligavit funiculum coccineum in feneſtram.

22. Illi autem abiverunt, veneruntque in montem: ubi manſerunt tribus diebus, uſque dum reverſi ſunt perſequentes. Cum enim quæſiviſſent perſequentes per omnem viam, nec inveniſſent (*eos:*)

23. Redierunt duo viri, deſcenderuntque de monte; tranſiveruntque (*Jordanem,*) & pervenerunt ad Jehoſchuam, filium Nunis: cui narrarunt omnia, quæ contigiſſent ipſis.

24. Inſuper dixerunt ad Jehoſchuam; Certè dedit JEHOVAH in manum noſtram univerſam terram: quin etiam liquefacti ſunt omnes habitatores terræ coram nobis.

CAP. III.

Iehoſchua I. ad Iordanem profeciſcitur cum populo. v.1. II. Populum monet, ut ſe ad tranſeundum Iordanem præparent, & ſacerdotes. à v.2. III. Sacerdotes & populus à Iehovah & Iehoſchua ad tranſitum inſtruuntur. à v.6. Ita IV. tranſit Arcæ cum Sacerdotibus, & univerſus populus per exiccatum fluvium. à v.14.

QUare manè ſurrexit Jehoſchua ſub auroram; profectique ſunt ex Schittim, veneruntque ad Jordanem uſque, ipſe & omnes filii Iſraëlis. Pernoctarunt tamen ibi, antequam tranſirent.

2. Sed à fine trium dierum factum eſt, ut tranſirent moderatores per medium caſtrorum;

3. Præciperentque populo, dicendo: Quum videritis Arcam fœderis JEHOVÆ, Dei veſtri, & Sacerdotes Leviticos portantes illam (*profeciſcentes:*) vos etiam profeciſcemini è loco veſtro, ibiſque poſt eam.

4. Sed ſpatium tamen erit inter vos, & inter illam, quaſi bis mille ulnarum in menſura; non appropinquabitis ad illam (*propius,*) ut ſciatis viam, in qua ire debeatis; cum non tranſiveritis per viam, heri & nudius tertius.

5. Jehoſchua autem dixit ad populum; ſanctificate vos, quia cras faciet JEHOVAH in medio veſtri mirabilia.

6. (*Poſtridiè*) autem dixit Jehoſchua ad Sacerdotes, dicendo: tollite Arcam fœderis, & tranſite coram populo: ſuſtuleruntergò arcam fœderis, & iverunt coram populo.

7. Tum dixit JEHOVAH ad Jehoſchuam; Die hoc incipiam magnum facere te in oculis univerſi Iſraëlis, ut cognoſcant, quod, quemadmodum fui cum Moſe, futurus ſum tecum.

8. Tu ergo præcipe Sacerdotibus, portantibus Arcam fœderis, dicendo; quum veneritis uſque ad extremitatem aquarum Jordanis, in Jordane ſubſiſtetis.

9. Quare dixit Jehoſchua ad filios Iſraëlis; Accedite huc, & audite verba JEHOVÆ Dei veſtri.

10. Porrò dixit Jehoſchua; Per hoc cognoſcetis, quod Deus vivus in medio veſtri ſit; qui expellendo expulſurus ſit coram vobis Canaanæum, & Chittheum, & Chivæum, & Periſæum, & Girgaſchæum, & Emoræum, & Jebuſæum.

11. Ecce Arca fœderis Domini totius terræ, tranſiens (*erit*) coram vobis in Jordanem.

12. Jam itaque ſumite vos duodecim viros de tribubus Iſraëlis, virum unum, virum unum tribui.

13. Fiet enim, ut, quando quieverint plantæ pedum, Sacerdotum, portantium Arcam JEHOVÆ, Domini totius terræ, in aquis

aquis Jordanis, aquæ Jordanis (*descendentes*) excindantur : quod autem ad aquas descendentes desuper ; consistant cumulo uno.

a) *Act. 7,45.* 14. Factum itaque est : quum [a] proficisceretur populus è tentoriis suis ad transcundum Jordanem, Sacerdotes fuerunt portantes Arcam fœderis coram populo.

15. Cumque venissent portantes Arcam usque ad Jordanem, & pedes Sacerdotum portantium Arcam fœderis intincti essent in extremitatem aquarum : [Jordan

b) *Sir. 24,36.* [b] autem plenus esse solebat super omnibus ripis suis, omnibus diebus messis :]

c) *Psal. 114,3.* 16. [c] Steterunt aquæ descendentes desuper, steterunt (*inquam*) cumulo uno, elongando se valde ab Adama, urbe, quæ (*est*) à latere Zarethanis : at descendentes super mare planitiei, mare (*nempe*) salis, consumptæ, excisa sunt ; ita ut populus transire possent versus Jerichuntem.

17. Steterunt ergò Sacerdotes, portantes Arcam fœderis Jehovæ, in sicco in medio Jordanis, præparando (*viam,*) universus autem Israël (*fuerunt*) transeuntes in sicco, usque dum consummarunt tota gens transire Jordanem.

CAP. IV.

Jehovah I. præcipit Iehoschuæ, ut tollantur duodecim lapides, in Gilgale mox erigendi, ex Iordane : quod effectum est. à v.1. Eriguntur II, etiam duodecim in ipso Iordane. v.9. Subsistentibus III. adhuc Sacerdotibus in Iordane. v.10. Qui IV. post populum etiam transeunt. à v.11. Et V. ex Iordane in aridam ascendere jubentur. à v.15. Statimq; aquæ Iordanis redeunt. v.18. VI. Tempus transitus notatur. v.19. Et VII. duodecim lapides in Gilgale eriguntur. à v.20.

CUm verò consummassent omnis gens transire Jordanem, factum est, ut diceret Jehovah ad Jehoschuam, dicendo :

2. Accipite vobis (*selectos*) de populo duodecim viros, virum unum virum unum ex tribu (*quavis :*)

3. Et præcipite illis, dicendo : tollite vobis hinc è medio Jordanis, de statione pedum Sacerdotum, præparando duodecim lapides : quos transferetis vobiscum, & relinqueris in loco pernoctationis, in quo pernoctabitis noctu.

4. Vocavit itaque Jehoschua duodecim viros, quos paraverat de filiis Israëlis, virum unum virum unum de tribu (*quavis.*)

5. Dixitque illis Jehoschua ; Transite ante arcam Jehovæ, Dei vestri, in medium Jordanis, & tollite vobis vir lapidem unum super humerum suum, juxta numerum tribuum filiorum Israëlis :

6. Ut sit hoc signum inter vos : quando (*nimirum*) interrogabunt filii vestri cras, dicendo ; Quid (*volunt*) lapides hi vobis ?

7. Ut dicatis illis ; (*Hoc,*) quod excisæ sunt aquæ. Ita erunt lapides hi in memoriale filiis Israëlis usque in æternum.

8. Fecerunt ergò sic filii Israëlis, quemadmodum præcepit Jehoschua : sustulerunt enim duodecim lapides è medio Jordanis, sicut locutus erat Jehovah ad Jehoschuam, juxta numerum tribuum Israëlis, transtuleruntque eos secum in locum pernoctationis, ac deposuerunt eos ibi.

9. Insuper duodecim lapides erexit Jehoschua in medio Jordanis sub statione pedum Sacerdotum, portantium Arcam fœderis : ubi manserunt usque ad diem hunc.

10. Sacerdotes interim portantes Arcam, substiterunt in medio Jordanis, donec absolutum est omne verbum, quod præceperat Jehovah Jehoschuæ, ut loqueretur ad populum : juxta omne (*etiam,*) quod præceperat Moses Jehoschuæ. Populus verò festinavit & transivit.

11. Factum deinde est, postquam absolvit universus populus transire, ut proficisceretur (*etiam*) Arca Jehovæ, & Sacerdotes, (*ut essent*) ante populum ;

12. Transiverunt autem (*etiam*) filii [a] Rubenis, & filii Gadis, & dimidium tribus Menascheh, armati, coram filiis Israëlis ; quemadmodum locutus erat ad eos Moses :

a) *Num. 32,29.*

13. Quasi quadraginta millia accinctorum belli, transiverunt coram Jehovah ad bellum, ad planities Jerichuntis.

14. In die (*ergò*) hoc magnum fecit Jehovah Jehoschuam in oculis totius Israëlis ; ut timuerint eum, quemadmodum timuerant Mosen, omnibus diebus vitæ ejus.

15. Tandem locutus est Jehovah ad Jehoschuam, dicendo :

16. Præcipe Sacerdotibus, portantibus Arcam testimonii, ut ascendant ex Jordane.

17. Præcepit itaque Jehoschua Sacerdotibus, dicendo ; ascendite ex Jordane.

18. Factum verò est ; quum ascenderent Sacerdotes ; portantes Arcam fœderis Jehovæ è medio Jordanis ; avellerentur, inquam, (*vix,*) plantæ pedum Sacerdotum in aridam, redierunt aquæ Jordanis in locum suum, iveruntque sicut heri & nudius tertius super omnibus ripis suis.

19. Ascendit autem populus ex Jordane, in decimo (*die*) mensis primi ; castraque metati sunt in Gilgale in extremitate Orientis Jerichuntis.

20. Lapides verò duodecim illos, quos sumserunt ex Jordane, erexit Jehoschua in Gilgale :

21. Dixitque ad filios Israëlis ; Quando interrogaverint filii vestri cras patres suos, dicendo ; Quid lapides hi (*sibi volunt ?*)

22. Notum facietis filiis vestris dicendo : In arida transivit Israël Jordanem hunc.

23. Exiccavit enim (*ut scitis*) Jehovah, Deus vester, aquas Jordanis coram vobis, usque dum transivistis : quemadmodum fecit Jehovah, Deus vester,

b) *Exod. 14,21.* [b] mari Suph, quod exiccavit coram nobis, donec pertransivimus :

24. Ut sciant omnes populi terræ manum Jehovæ, quod fortis sit ; (*inprimis*) ut timeatis (*vos*) Jehovam, Deum vestrum, omnibus diebus.

CAP. V.

Canaanæi Reges. I. transitu Iisraëlis per Iordanem perterriti sunt. v.1. II. Populus secundùm circumcisus est à v.2. Cuius rei III. Causa redditur. à v.4. IV. Populo de proventibus terræ comedente, Manna desiit. à v.10. V. Princeps exercitus Iehovæ apparet Iehoschuæ, eumq; confirmat adventu suo. à v.13.

FActum etiam est ; quum audiverunt omnes Reges Emoræorum, qui trans Jordanem versus mare, & omnes Reges Canaanæorum, qui juxta mare, quod exiccasset Jehovah aquas Jordanis coram filiis Israëlis, usque dum transivissent ; [a] liquefactum est cor eorum, ita ut non esset amplius in illis spiritus coram filiis Israëlis.

a) *Iosu. 11,20.*

2. In tempore illo dixit Jehovah ad Jehoschuam ; Fac tibi gladiolos petrarum, & itera, circumcide filios Israëlis secundum.

3. Fecit ergò sibi Jehoschua gladiolos petrarum, circumciditque filios Israëlis super colle præputiorum.

4. Hæc autem causa est, quare circumcidit (*eos*) Jehoschua : Omnis populus, qui exivit ex Ægypto, masculi ; omnes viri belli, mortui sunt in deserto in itinere, quum exivissent ex Ægypto :

5. Jam circumcisi fuerunt omnis populus, egredientes : at omnis populus, nati in deserto in itinere, quum exivissent ex Ægypto, non circumcisi fuerunt.

6. Quadraginta enim annis ambularunt filii Israëlis in deserto, usque dum [b] consummati sunt omnis gens virorum belli, egressorum ex Ægypto ; eò quod non obedivissent voci Jehovæ ; quia juraverat Jehovah illis, non facturum videre eos terram, quam juravit Jehovah patribus eorum, daturum illis, terram fluentem lacte & melle.

b) *Num. 14,23.*

7. Filios itaque eorum excitavit loco eorum : non enim circumciderunt eos in itinere.

8. Factum verò est : quum absolvissent omnis gens circumcidi, manserunt sub se in castris, usque dum convaluissent.

9. Jehovah autem dixit ad Jehoschuam ; Hodie devolvi opprobium Ægypti à super illis : unde vocavit nomen loci hujus Gilgal usque ad diem hunc.

10. Castra itaque metati sunt filii Jisraëlis in Gilgale, fecerunteque Pesach in decimo quarto die mensis, in vespera, in planitiebus Jerichuntis.

11. Comederunt autem de proventu terræ postridie palchatis, azyma & spicas tostas: in ipso die (*inquam*) hoc.

12. Unde cessavit Man postridie (*paschatis,*) quum comederent de proventu terræ; ita ut non esset amplius filiis Jisraëlis Man; sed comederunt de proventu terræ Canaanis in anno hoc.

13. Cæterum factum est: quum esset Jehoschua in Jerichunte, sustulit oculos
e) *Exod. 23,23* suos, viditque: cum, ecce, [c] vir stans (*esset*) e regione ipsius, cujus in manu gladius evaginatus: Cumque iret Jehoschua ad eum, diceretque ei; num noster tu (*es,*) an hostium?

14. Dixit; Non (*hostium:*) Ego enim princeps exercitus JEHOVÆ nunc veni. Quare cecidit Jehoschua super facies suas in terram, & incurvavit se, dixitque illi; Quid Dominus meus loquens (*est*) ad servum suum?

d) *Exod. 3,5.* 15. Dixit verò princeps exercitus JEHOVÆ ad Jehoschuam; [d] exue calceum tuum à super pede tuo; quoniam locus, super quo (*es*) stans, sanctitas ille (*est*): fecit ergò Jehoschua sic.

CAP. VI.

Urbem Jerichuntem, portas claudentem, quomodo excindere debeat I. instrus Jehovah Jehoschuam. à v. 1. Jehoschua II. Mandatum exequitur Jehova, circumeundo urbem, cum Arca, sacerdotibus & populo per dies septem. à v. 6. III. Die septimo muri urbis subsidunt, & urbi capitur devoveturq; à v. 16. IV. Rahaba vero cum suis servatur. v. 22 23. 25. V. Urbs tandem exuritur; & reædificatori maledicitur. v. 24. 26.

CÆterum Jericho claudens se (*erat*) & clausa (*manſit*) coram filiis Jisraëlis, ita ut nec (*esset*) exiens nec intrans (*quisquam.*)

2. Verum dixit JEHOVAH ad Jehoschuam; Vide, dedi in manum tuam Jerichuntem & Regem ejus, (*licet*) fortes robore.

3. Circumibitis autem urbem omnes viri belli, circumdando urbem vice unâ; sic facies sex dies.

4. Septem vero Sacerdotes portabunt septem buccinas jubilantium coram Arca. Sed in die septimo circumibitis urbem septem vicibus, ita ut Sacerdotes clangant buccinis.

5. Fiet autem: dum adhuc traxerint cornu Jubili, audieritisque vocem buccinæ, vociferabuntur universus populus vociferatione magna; cadetque murus urbis subter se, ut ascendant populus è regione sua.

6. Vocavit itaque Jehoschua, filius Nunis, Sacerdotes, & dixit ad eos: Portate Arcam fœderis; septem autem Sacerdotes portabunt septem buccinas jubilantium coram Arca fœderis.

7. Sed ad populum dixit; prætenite, & circumite urbem, ita ut expeditus prætereat coram Arca fœderis.

8. Factum ergò est: cumprimum dixit Jehoschuâ (*istud*) ad populum; septem Sacerdotes, portantes septem buccinas jubilantium ante JEHOVAM, prætereiverunt, & clanxerunt buccinis; post quos arca fœderis JEHOVÆ (*erat*) incedens:

9. Expeditus autem incedens (*erat*) ante Sacerdotes clangentes buccinis; sed claudens agmen (*erat*) incedens post Arcam, eundo & clangendo buccinis.

10. Populo tamen præcepit Jehoschua, dicendo; Non vociferabimini, neque audiri facietis vocem vestram, neque exibit ex ore vestro verbum, usque ad diem, quo dixero ad vos; Vociferamini; tum demum vociferabimini.

11. Ita circumivit (*hoc die*) Arca JEHOVÆ urbem, circumdando vice unâ: post quam venerunt in castra, & pernoctarunt in castris.

12. Manè verò surrexit Jehoschua sub auroram, & portarunt Sacerdotes Arcam.

13. Septem autem Sacerdotes, portantes septem buccinas jubilantium, ante Arcam JEHOVÆ incedentes (*erant*) eundo, & clanxerunt buccinis; ante quos expeditus incedens (*erat;*) at claudens agmen incedens

incedens (*erat*) post Arcam JEHOVÆ, eundo & clangendo buccinis.

14. Sic circumiverunt urbem in die (*etiam*) secundo; reversique sunt in castra. Ita fecerunt sex diebus.

15. Verum factum est in die septimo: surrexerunt manè, cùm ascenderet aurora, circumiverunteque urbem pro more eodem, septem vicibus: tantum in die illo circumiverunt urbem septem vicibus.

16. Factum autem est in vice septimâ: clanxerunt Sacerdotes buccinis, cùm dixit Jehoschua ad populum; vociferamini; dedit enim JEHOVAH vobis urbem.

17. Erit autem urbs devotio, ipsa, & omnia, quæ in illa sunt, JEHOVÆ: tan-
a) *Jos. 2. 14. Hebr. 11, 31.* tum [a] Rachaba meretrix vivet, ipsa & omnis, qui cum eâ in domo; ideò quod occultavit legatos, quos misimus.

18. Veruntamen vos cavete vobis à
b) *Lev. 27,28.* [b] devotione, ne devotionem causetis, & accipiatis de devotione: ponatisque castra Jisraëlis in devotionem, perturbetisque ea.

19. Omne tamen argentum, & aurum, & vasa æris ac ferri, sanctitas erunt JEHOVÆ; in thesaurum JEHOVÆ venient.

20. Omnis itaque populus vociferati sunt, clanxeruntque buccinis: factumque est, cum audiret populus vocem buccinæ, vociferarenturque populus vocife-
e) *Hebr. 11,30.* ratione magna, ut concideret [c] murus
d) *2. Macab. 12, 15.* subter se, [d] ascenderetque omnis populus in urbem, quisque è regione sui, caperentque urbem.

21. Tum devotioni dederunt omnia, quæ in urbe erant, à mare usque ad fœminam, à puero usque ad senem, & usque ad bovem ac pecudem asinumque ore gladii.

22. Verum duobus viris, qui exploraverant terram, dixit Jehoschua; Intrate in domum mulieris meretricis, & educite inde mulierem, & omnes, qui cum eâ, sicut juraſtis illi.

23. Quare intrarunt pueri explorato-
c) *Jos. 2, 14. Hebr. 11, 31.* res, eduxeruntque [e] Rachabam, & patrem ejus, & matrem ejus, & fratres ejus, & omnes, qui illi erant; adeoque omnes familias ejus eduxerunt, & manere fecerunt eos extra castra Jisraëlis.

24. Urbem autem combusserunt igne, & omnia, quæ in illa erant: tantummodò argentum, & aurum, & vasa æris ac ferri dederunt in thesaurum domus JEHOVÆ.

25. Atque sic Rachabam meretricem, & domum patris ejus, & omnes, qui illi erant, vivificavit Jehoschua; sedit que in medio Jisraëlis usque ad diem hunc: ideò quod abscondisset legatos, quos miserat Jehoschua ad explorandum Jerichuntem.

26. Cæterum adjuravit Jehoschua in tempore isto, dicendo: maledictus vir coram JEHOVAH, qui surget, & ædificabit urbem hanc, Jerichuntem; [f] pro filio f) *1. Reg. 16,34.* suo primogenito fundabit eam; & pro filio minimo statuet valvas ejus.

27. Fuit ergò JEHOVAH cum Jehoschua, & facta est fama ejus (*magna*) in omni terra.

CAP. VII.

Achan I. de devotione Jerichuntis aliquid furatus iram DEI contra Jisraëlitas accendit. v. 1. Unde hi II. Aiam oppugnantes cæduntur & fugantur. à v. 2. Propter quod III. Jehoschua cum Senioribus coram Jehovah luget. à v. 6. Cui IV. Jehovah causam aperit, & quomodo removenda instruit. à v. 16. Jehoschua V. mandatum Jehovæ exequitur, & deprehensus sorte est reus Achan. à v. 16. Qui VI. examinatus & confessus cum invento furto omnibusq;, quæ illi erant, lapidatur & comburitur. à v. 19.

SEd transgressi sunt filii Jisraëlis transgressionem in devotione: sumsit e-
a) *Jos. 22, 20. 1. Par. 2, 7.* nim [a] Achan, filius Karmi, filii Sabdi, filii Serachi, de tribu Judæ, de devotione: quare accensa est ira JEHOVÆ adversus filios Jisraëlis.

2. Posteà misit Jehoschua viros è Jerichunte ad Ajam, quæ est propè Beth-Aven, ab oriente Bethelis, dixitque illis, dicendo; ascendite & explorate terram. Ascenderunt itaque viri, & exploraruntAjam:

3. Redieruntque ad Jehoschuam, ac dixerunt ad illum: ne ascendat universus populus: quasi duo millia virorum aut quasi tria millia virorum ascendant, percutiantque Ajam; ne defatiges eò universum populum; quoniam pauci illi sunt.

4. Quare aſcenderunt de populo eò quaſi tria millia virorum: qui verò fugerunt coram viris Ajæ.

5. Percuſſerunt enim de iis viri Ajæ quaſi triginta ſex viros, perſecutique eos ſunt ante portam uſque ad Schebarim, percuſſeruntque eos in deſcenſu. Unde liquefactum eſt cor populi, factumque eſt in aquas.

6. Jehoſchua autem diſcidit veſtes ſuas, ceciditque ſuper facies ſuas in terram, ante Arcam JEHOVÆ, uſque ad veſperam; ipſe & Seniores Iſraëlis. ac aſcendere fecerunt pulverem ſuper caput ſuum.

7. Dixit verò Jehoſchua; Ah, ADONAI JEHOVI, quare tranſire feciſti tranſire faciendo populum hunc Jordanem, ut traderes nos in manus Emoræorum ad perdendum nos? Utinam ergò, acquieviſſemus, ut ſederemus trans Jordanem. Gen. XV. 16.

8. Per me, ADONAI; quid dicam, poſtquam vertit Iſraël tergum coram hoſtibus ſuis?

9. Audient enim Cananæus, & omnes habitatores terræ, circumdabuntque nos, ac exeindent nomen noſtrum de terra. Quid verò facies nomini tuo magno?

10. Sed dixit JEHOVAH ad Jehoſchuam; ſurge, tibi: quare (*namq;*) tu jaces ſuper facibus tuis?

11. Peccavit Iſraël, tum quod tranſgreſſi ſunt fœdus meum, quod præcepi illis; tum quod ſumſerunt de devotione; cum quod furati ſunt; tum quod diſſimularunt; tum quod poſuerunt inter vaſa ſua.

12. Unde non poterunt filii Iſraëlis conſiſtere coram hoſtibus ſuis; tergum vertent coram hoſtibus ſuis; eò quòd devotio facti ſunt: non (*enim*) addam eſſe vobiſcum, ſi non deleveritis devotionem è medio veſtri.

13. (*Quare*) ſurge, ſanctifica populum, dicque; ſanctificate vos in craſtinum: ita namque dixit JEHOVAH, Deus Iſraëlis; Devotio eſt in medio tui, ô Iſraël: (*ideò*) non poteris conſiſtere coram hoſtibus tuis, donec removeritis devotionem è medio veſtri.

14. Appropinquabitis ergò in matutâ, juxta tribus veſtras: deinde tribus, quam deprehendet JEHOVAH, appropinquabit juxta familias: iterumque familia, quam deprehendet JEHOVAH, appropinquabit juxta domos; tandemque domus, quam deprehendet JEHOVAH, appropinquabit juxta viros.

15. Fiet verò: quiſquis deprehenſus fuerit in devotione, combureturigne, ipſe & omne, quod ipſi eſt: quia tranſgreſſus eſt fœdus JEHOVÆ; & quia fecit ſtultitiam in Iſraële.

16. Surrexit ergò mane Jehoſchua ſub auroram, & appropinquare fecit Iſraëlem juxta tribus ejus: deprehenſaque eſt tribus Judæ.

17. Deinde appropinquare fecit familiam (*quamq;*) Judæ; deprehenſaque eſt familia Sarchitæ: iterumque appropinquare fecit familiam Sarchitæ juxta viros; deprehenſuſque eſt Sabdita.

18. Tandem appropinquare fecit domum ejus, juxta viros; deprehenſuſque eſt Achan, filius Karmi, filii Sabdi, filii Serachi de tribu Judæ.

19. Tum dixit Jehoſchua ad Achanem; fili mi, tribue, quæſo, gloriam JEHOVÆ, DEO Iſraëlis, ut edas ipſi confeſſionem, indiceſque mihi nunc, quid feceris; ne celes me.

20. Reſpondit ergò Achan Jehoſchuæ, dixitque: Utique ego peccavi JEHOVÆ, DEO Iſraëlis; nam ſecundum hoc & ſecundum hoc feci.

21. Dum vidi in præda togam Sinearis unam pulchram, ac ducentos ſiclos argenti, & linguam auri unam, cujus pondus quinquaginta ſicli; deſideravique ea, ac ſumſi ea: quæ, ecce, abſcondita ſunt ſub terra in medio tabernaculi mei; ita ut argentum ſit ſub illa (*togâ.*)

22. Quare miſit Jehoſchua legatos; qui cucurrerunt in tabernaculum; ubi, ecce, abſcondita erat (*toga*) in medio tabernaculi, & argentum ſub illa.

23. Sumſerunt verò ea è medio tabernaculi, attuleruntque ea ad Jehoſchuam, & ad omnes filios Iſraëlis, ac ſtatuerunt ea coram JEHOVAH.

24. De-

24. Deinde ſumſit Jehoſchua Achanem, filium Serachi, & argentum, & togam, & linguam auri; filios item ejus, & filias ejus, & bovem ejus, & aſinum ejus, & pecudem ejus, & tabernaculum ejus, & omne, quod illi erat; Omnis verò Iſraël cum ipſo erat; qui aſcendere fecerunt eos in vallem Achor.

25. Ubi dixit Jehoſchua; Quare perturbaſti nos? perturbabit ergò te JEHOVAH in die hoc. Tum lapidarunt eum univerſus Iſraël lapide, combulleruntque illos igne: cumque lapidaſſent eos lapidibus;

26. Erexerunt ſuper eo acervum lapidum magnum uſque ad diem hunc. Ita reverſus eſt JEHOVAH ab excandeſcentia iræ ſuæ. Propterea vocavit nomen loci illius, Vallis Achor, uſque ad diem hunc.

CAP. IIX.

Jehovah Jehoſchuam I. promiſſione conſolatus, eum cum populo contrà Aiam mittit, & de expugnatione per inſidias inſtruit v. 1. 2. II. Jehoſchua mandatum Jehovæ ita exequitur. ut (1.) ponat inſidias cum præcepto. à v. 3. (2.) ipſe cum populo & novis inſidiis ad Aiam accedat. à v. 10. (3.) Fugam ſimulet coram Rege Aiæ. à v. 14. (4.) urbem per inſidias capiat, hoſtes omnes occidat devoveatque. à v. 18. (5.) urbem, ſervata præda, exuratq; Regemq; ejus ſuſpendat. à v. 27. III. Fœdus Jehovæ in montibus Ebal & Gerizim renovatur. à v. 30.

a) *Deut. 7, 18. 20, 3.* POſteà dixit JEHOVAH ad Jehoſchuam: non [a] timebis, neque conſternaberis; ſume tecum univerſum populum belli, & ſurge, aſcende ad Ajam: vide, dedi in manum tuam Regem Ajæ, & populum ejus, & urbem ejus, & terram ejus.

b) *Joſ. 6, 20, 21.* 2. Tunc facies Ajæ & Regi ejus, quemadmodum feciſti [b] Jerichunti & Regi ejus; niſi quod prædam ejus, & beſtiam ejus prædabimini vobis. Pone tibi inſidiatorem urbi poſt illam.

3. Surrexit itaque Jehoſchua, & univerſus populus belli, ad aſcendendum ad Ajam: ubi elegit Jehoſchua triginta millia virorum, fortium robore; miſitque eos noctu.

4. Præcepitque illis, dicendo; Videte, vos eritis inſidiantes urbi à-poſt urbem; ne (*igitur*) elongate vos ab urbe nimis; & eſtote omnes parati.

5. Ego enim, & univerſus populus, qui mecum eſt, appropinquabimus ad urbem. Quando ergò fiet, ut egrediantur contra nos, quemadmodum prius, fugiemus coram illis;

6. Ut exeant poſt nos, uſque dum avulſerimus eos ab urbe, dum dicent; fugientes ſunt coram nobis, quemadmodum prius; fugiemus, inquam, coram illis.

7. Tum verò vos ſurgetis ex inſidiis, & occupabitis urbem; dabit enim eam JEHOVAH in manum veſtram.

8. Quum ergo fiet, ut capiatis urbem, accendetis urbem igne: juxta verbum JEHOVÆ facietis; videte, præcepi vobis.

9. Ita emiſit eos Jehoſchua: qui iverunt ad inſidias; conſederuntque inter Beth-Elem & inter Ajam à mari (*occidentali*) reſpectu Ajæ. At Jehoſchua pernoctavit in nocte hac, in medio populi.

10. Mane autem ſurrexit Jehoſchua ſub auroram, & recenſuit populum, aſcenditque, ipſe & Seniores populi coram populo, Ajam.

11. Cumque univerſus populus belli, qui cum ipſo erat, aſcendiſſent, appropinquarunt, veneruntque contra urbem, ac caſtra poſuerunt à ſeptentrione reſpectu Ajæ, ita ut vallis eſſet inter ipſum, & inter Ajam.

12. Poſtquam deinde ſumſiſſet (*Jehoſchua*) quaſi quinque (*adhuc*) millia virorum, poſuiſſetque (*etiam*) hos in inſidiis inter Beth-Elem & inter Ajam à mari (*occidente*) reſpectu Ajæ;

13. Poſuiſſetque populus univerſa caſtra, quæ à Septentrione urbis, ita ut extremitas ejus eſſet à mari reſpectu urbis; perrexit Jehoſchua in nocte iſta per medium vallis.

14. Quod ubi vidit Rex Ajæ, factum eſt, ut feſtinarent, & manè ſurgerent, ac exirent viri Ajæ contra Iſraëlem in prælium; ipſe & omnis populus ejus ad conſtitutum locum coram planitie: ſed non ſcivit ille, quod inſidiæ ipſi eſſent à-poſt urbem.

15. Tum verò percuſſos ſe geſſerunt Jehoſchua & univerſus Iſraël coram illis, fugeruntque via deſerti.

16. Quare conclamarunt univerſus populus, qui in urbe, ad perſequendum poſt illos: dumque perſecuti ſunt poſt Jehoſchuam, avulſi ſunt ab urbe:

17. Ita ut non relictus ſit vir in Aja & in Beth-Ele, qui non exiviſſent poſt Iſraëlem, reliquerintque urbem apertam. At cùm ita perſecuti ſunt poſt Iſraëlem:

18. Dixit JEHOVAH ad Jehoſchuam; Extende lanceam, quæ in manu tua verſus Ajam: quia in manum tuam dabo eam. Cum ergò extenderet Jehoſchua lanceam, quæ in manu ipſius, verſus Ajam:

19. Inſidiæ ſurrexerunt ocyus è loco ſuo, cucurreruntque, cumprimum extenderet manum ſuam, veneruntque ad urbem, & ceperunt eam; feſtinaruntque ac accenderunt urbem igne.

20. At viri Ajæ, ubi reſpexerunt poſt ſe, videruntque, cum, ecce, aſcenderet fumus urbis verſus cœlum, non fuit illis ſpatium ad fugiendum huc vel illuc; eò quod populus fugiens verſus deſertum convertit ſe ad perſequentem.

21. Jehoſchua enim & univerſus Iſraël viderunt, quod inſidiæ cepiſſent urbem, & quod aſcenderet fumus urbis: ideòque reverſi ſunt, percuſſeruntque viros Ajæ:

22. Iſti autem exiverunt ex urbe obviam illis, ut eſſent Iſraëli in medio; hi hinc, & illi illinc: atque ita percuſſerunt eos, uſque dum non reliquerunt illis reſiduum aut eteptum.

23. Regem autem Ajæ ceperunt vivum, adduxeruntque eum ad Jehoſchuam.

24. Tandem factum eſt: ubi abſolvit Iſraël occidere omnes habitatores Ajæ, in agro, in deſerto, quo perſecuti ſunt eos, cecideruntque ore gladii, uſque dum conſumti ſunt; reverſi ſunt univerſus Iſraël ad A m, percuſſeruntque eam ore gladii.

25. Ut eſſent, qui ceciderunt in die iſto, à viro uſque ad fœminam, duodecim millia, omnes homines Ajæ.

26. Jehoſchua namque non retraxit manum ſuam, quam extendit cum lancea, uſque dum devotioni dedit omnes habitatores Ajæ.

27. Tantummodo beſtiam & prædam urbis hujus prædati ſunt ſibi Iſraël; juxta verbum JEHOVÆ, quod præceperat Jehoſchuæ.

28. Poſteà combuſſit Jehoſchua Ajam, poſuitque eam acervum æternitatis, vaſtitatem, uſque ad diem hunc.

29. Regem autem Ajæ ſuſpendit ſuper ligno uſque ad tempus veſperæ: poſtquam autem occidit Sol, præcepit Jehoſchua, ac deſcendere fecerunt [c] cadaver ejus de ligno, projeceruntque illud ad portam urbis; ubi erexerunt ſuper eo acervum lapidum magnum uſque ad diem hunc. c) *Deut. 21, 23.*

30. Tunc ædificavit Jehoſchua altare JEHOVÆ, DEO Iſraëlis, in monte Ebal.

31. Quemadmodum præcepit [d] Moſes, ſervus JEHOVÆ, filiis Iſraëlis; juxta ſcriptum in libro legis Moſis: altare (*nimirum*) lapidum integrorum, ſuper quos non moverat (*quiſquam*) ferrum, ſuper hoc ergo aſcendere fecerunt holocauſta JEHOVÆ, ſacrificaruntque pacifica. d) *Exod. 20, 24. Deuter. 27, 5.*

32. Deinde ſcripſit ibi ſuper lapide copiam Legis Moſis, quam ſcripſit coram filiis Iſraëlis.

33. Denique omnis populus Iſraëlis, & Seniores ejus, & moderatores, & judices ejus (*fuerunt*) ſtantes, hinc & illinc reſpectu Arcæ, è regione Sacerdotum Leviticorum, portantium Arcam fœderis JEHOVÆ, tàm peregrinus quàm indigena; dimidium ejus è regione montis Geriſim, & dimidium ejus è regione montis Ebal; quemadmodum [e] præceperat Moſes, ſervus JEHOVÆ, ad benedicendum populo Iſraëlis primò.

34. Poſteà autem legit omnia verba Legis, benedictionem & maledictionem, juxta omne ſcriptum in libro legis.

35. Non fuit verbum de omnibus, quæ præcepit Moſes, quod non legerit Jehoſchua coram univerſa congregatione Iſraëlis, & mulieribus, & liberis, & peregrino, ambulanti in medio eorum.

CAP.

CAP. IX.

Reges I. Cananæi cis Jordanici conſilium belli contra Joſuam capiunt. v. 1. 2. Sed Gibeonita II. per dolum pacem ab eo juratam quærunt & obtinent. à v. 3. III. Detecto mox dolo, non percutiuntur quidem ab Iſraelitis ob juramentum. à v. 16. Fiunt tamen IV. ob dolum cæſores lignorum, & hauſtores aquæ Iſraëli. à v. 23. Qua etiam V. ſorte ſua contenti ſunt. à v. 24.

CÆterum factum eſt: Quum audiverunt (*hæc*) omnes Reges, qui cis Jordanem, in monte, & in planitie, & in omni tractu maris magni, è regione Libani; Chitthæus, & Emoræus, Cananæus, Periſæus, Chivvæus, & Jebuſæus.

2. Congregati quidem ſunt unà ad gerendum bellum cum Jehoſchua & cum Iſraële, uno ore.

3. Sed habitatores Gibeonis audiverunt, quod fecit Jehoſchua Jerichunti & Ajæ:

4. Ideò fecerunt etiam illi (*aliquid*) per uſtutiam; abiverunt nimirum, & legationem effinxerunt: Acceperunt enim ſaccos inveteratos pro aſinis ſuis, & utres vini inveteratos, ac fiſſuris plenos, conſutoſque.

5. Calceos etiam inveteratos, & maculis plenos in pedibus ſuis, & veſtes inveteratas ſuper ſe; omnis verò panis viatici eorum (*erat,*) aridus, (*ac*) fuit micæ factus.

6. Ita iverunt ad Jehoſchuam ad caſtra in Gilgalem; dixeruntque ad eum, & ad virum Iſraëlis: E terra longinqua venimus: jam ergo excidite nobiſcum fœdus.

7. Dixerunt quidem vir Iſraëlis ad Chivvæum: Fortè in medio mei tu (*eris*) habitans: quomodo ergò excidero tibi fœdus?

8. Sed dixerunt ad Jehoſchuam; ſervi tui nos, (*ſi non verum dicimus,*) Dixit (*quidem*) denuò ad eos Jehoſchua, qui (*eſtis*) vos, & unde venitis.

9. Tunc (*verò iterum*) dixerunt ad illum; (*utiq;*) E terra longinqua valdè venerunt ſervi tui, propter nomen JEHOVÆ DEI tui; quia audivimus famam ejus, ſcilicet omnia, quæ fecit in Ægypto:

10. Omnia etiam, quæ fecit duobus Regibus Emoræi, qui trans Jordanem (*erant,*) [a] Sichoni, Regi Cheſchbonis, & Ogo Regi Baſchanis, qui in Aſchtharoth. a) *Nu 21, 24. Deut. 2, 33.*

11. Ideò dixerunt ad nos Seniores noſtri, & omnes habitatores terræ noſtræ, dicendo; Accipite in manus veſtras viaticum in iter, & abite obviam illis, ac dicite ad illos; ſervi veſtri nos; jam ergò excidite nobis fœdus.

12. Hunc panem noſtrum calidum in viaticum ſumſimus è domibus noſtris, in die, quo exivimus ad eundum ad vos: nunc autem, ecce, aridus eſt, & in micas factus eſt.

13. Hi etiam utres vini ſunt, quos implevimus nos: ſed, ecce, (*jam*) diffiſi ſunt: hæ item veſtes noſtræ & calcei noſtri inveterarunt præ longitudine viæ valdè.

14. Sumſerunt ergò viri (*Iſraëlis*) de viatico eorum; nec os JEHOVÆ interrogarunt.

15. Quare fecit cum illis Jehoſchua [b] pacem, exciditque illis fœdus ad vivificandum illos; quin juraverunt illis principes congregationis. b) *2. Sa. 21, 2.*

16. Sed factum eſt: à fine trium dierum, poſtquam exciderant illis fœdus, audiverunt, quod propinqui illi apud ipſum (*Iſraëlem,*) & in medio ipſius illi habitantes.

17. Cum enim proficiſcerentur Iſraël, venerunt ad urbes eorum die tertio: urbes autem eorum (*erant*) Gibeon, & Kephirah, & Beeroth, & Kirjathjearim.

18. Non tamen percuſſerunt eos filii Iſraëlis; eò quod juraſſent illis principes congregationis per JEHOVAM, DEUM Iſraëlis: murmurarunt quidem univerſa congregatio contra principes.

19. Dixerunt enim omnes principes ad univerſam congregationem; Nos juravimus illis per JEHOVAM, DEUM Iſraëlis: jam itaque non poſſumus percutere eos.

20. Hoc (*autem*) faciemus illis, ut vivificemus eos, nec ſit ſuper nobis ira propter juramentum, quod juravimus illis.

21. Di-

21. Dixerunt, (*inquam*,) ad illos principes; vivant. sed facti (*tamen*) sunt cæsores lignorum, & haurientes aquas toti congregationi, quemadmodum locuti sunt illis principes.

22. Vocavit enim eos Jehoschua, & locutus est ad illos, dicendo; Quare decepistis nos, dicendo; Longinqui nos (*sumus*) a vobis valdè? atqui vos in medio nostri habitantes (*estis.*)

23. Quapropter maledicti vos (*eritis,*) ita ut non excindatur ex vobis servus, & cæsores lignorum, & haurientes aquas domui Dei mei.

24. Respondentes verò Jehoschuæ, dixeruntque; utique indicando indicatum est servis tuis, quod præcepit Jehovah Deus tuus Mosi, daturum vobis universam terram, & perditurum omnes habitatores terræ coram vobis; ideò timuimus valdè animabus nostris coram vobis, fecimusque rem hanc.

25. Jam verò, ecce, nos (*sumus*) in manu vestra, juxta quod bonum, & juxta quod rectum in oculis tuis ad faciendum nobis, fac.

26. Fecit itaque illis sic: atque ita eripuit eos è manu filiorum Israëlis, ut non occiderent eos.

27. Dedit, inquam, eos Jehoschua in die hoc, cæsores lignorum, & haurientes aquas congregationi; inprimis altari Jehovæ, usque ad diem hunc, ad locum, quem electurus esset.

CAP. X.

Reges I. Cananæi, autore Adonizedeko, Gibeonem, partim ex timore partim ex odio, obsident & oppugnant. a v. 1. II. Gibeonita à Iosua auxilium petunt. v. 6. III. Quod Iosua illis promissione Iehovæ fretus fert, & Reges noctu obruit, ac Iehovah fugatos ingenti grandine interficit. à v. 7. sqq. IV. Fugientes persequens etiam Iosua stationem Solis & Lunæ à Iehovah obtinet, & Gilgalem revertitur. à v. 12. V. Reges Cananæi in spelunca fugiunt. v. 16. In qua VI. custodiuntur, tandem a, suspenduntur. à v. 17. VI. Urbes Regum quinq, capiuntur. à v. 28. VII. Alij etiam cæduntur, & terræ eorum occupantur. à v. 40.

VErum factum est ubi audivit Adoni-Zedek, Rex Hierosolymæ, quod cepisset Jehoschua Ajam, devotionique dedisset eam; quemadmodum fecisset Jerichunti & Regi ejus, sic fecisset Ajæ & Regi ejus; item, quod pacem fecissent habitatores Gibeonis cum Israële, ut essent in medio eorum:

2. Extimuerunt (*Hierosolymitani*) valde; nam urbs magna (*erat*) Gibeon, sicut una urbium regni, quin illa major, quàm Aja, omnesque viri ejus fortes.

3. Ideò misit Adonizedek, Rex Hierosolymæ ad Hohamum, Regem Chebronis; & ad Pireamum, Regem Jarmuthæ; & ad Japhia, Regem Lachischæ; & ad Debirum, Regem Eglonis, dicendo;

4. Ascendite ad me, auxiliamini mihi, ut percutiamus Gibeonem; ideò quod pacem fecit cum Jehoschua, & cum filiis Israëlis.

5. Congregati itaque sunt, & ascenderunt quinque Reges Emoræorum; Rex Hierosolymæ, Rex Chebronis, Rex Jarmuthæ, Rex Lachischæ, Rex Eglonis; ipsi & omnia castra eorum: castraque metati sunt contra Gibeonem, & oppugnarunt eam.

6. Quare miserunt viri Gibeonis ad Jehoschuam, ad castra, in Gilgalem, dicendo; ne remittas manus tuas à servis tuis: ascende ad nos cyus, & serva nos, ac auxiliare nobis; quia congregati sunt contra nos omnes Reges Emoræorum, habitantes in monte.

7. Ascendit ergò Jehoschua ex Gilgale; ipse & omnis populus belli, & omnes fortes robore.

8. Jehovah enim dixit ad Jehoschuam; ne timeas tibi ab illis; quia in manum tuam dedi eos; non consistet vir (*quisquam*) de illis coram te,

9. Unde venit super eos Jehoschua subito: (*dum*) tota nocte ascendit ex Gilgale.

10. Jehovah autem conturbavit eos coram Israële: qui percussit eos clade magna in Gibeone; & persecutus est eos via ascensus Beth-Choronis; percussitque eos (*porrò*) usque ad Asekam, & usque Makedam.

11. Factum verò est, cum fugerent coram Israële: illi erant in descensu Beth-Choronis, Jehovah projecit super eos lapides magnos è cœlis, usque ad Asekam, ut morerentur: plures fuerunt, qui mortui sunt lapidibus grandinis, quàm quos occiderunt filii Israëlis gladio.

12. Tunc locutus est Jehoschua Jehovæ, in die, quo dedit Jehovah Emoræum coram filiis Israëlis, dixitque in oculis Israëlis; Sol in Gibeone quiesce, & luna in valle Ajalonis.

a) Esa. 28, 21. Sir. 46, 5 13. Et [a] quievit quidem Sol, & Luna stetit, usque dum ulta est gens hostes suos. Nonne hoc scriptum est super libro Recti? Stetit autem Sol in medio Cœli, nec festinavit occidere quasi diem integrum.

14. Nec fuit sicut dies hic ante ipsum, & post ipsum; ut exaudiverit Jehovah vocem viri; Jehovah enim pugnabat pro Israële.

15. Deinde reversus est Jehoschua, & universus Israël cum ipso ad castra in Gilgalem.

16. Verum fugerunt quinque Reges illi, & absconderunt se in spelunca in Makeda.

17. Quod ubi nuntiatum est Jehoschuæ, dicendo; inventi sunt quinque Reges abscondit in spelunca in Makeda:

18. Dixit Jehoschua; Volvite lapides magnos ad os spelunæ, & constituite juxta eam viros ad custodiendum eos.

19. Vos interea ne subsistite, (*sed*) prosequimini post hostes vestros, ut decaudetis eos; nec date eos intrare in urbes eorum; dedit enim eos Jehovah, Deus vester in manum vestram.

20. Posteà autem factum est: cum absolvisset Jehoschua & filii Israëlis percutere eos clade magna valdè, usque dum consumserunt eos; nisi quod residui de illis facti (*pauci*) sunt, intraruntque in urbes munitionis:

21. Reversi sunt omnis populus ad castra, ad Jehoschuam, in Makedam cum pace; (&) non movit (*quisquam*) filiis Israëlis, (*ulli*) viro, linguam ejus.

22. Tum demum dixit Jehoschua; aperite os spelunæ, & educite ad me quinque Reges istos ex spelunca.

23. Fecerunt ergò sic, eduxeruntque ad ipsum quinque Reges istos è spelunca; Regem Hierosolymæ, Regem Chebronis, Regem Jarmuthæ, Regem Lachischæ, Regem Eglonis.

24. Factum autem est: quum eduxissent Reges istos ad Jehoschuam, vocavit Jehoschua omnem virum Israëlis, dixitque ad rectores virorum belli, qui iverant cum ipso; appropinquate, ponite pedes vestros super colla Regum horum. Cumque appropinquassent posuissentque pedes suos super colla eorum:

25. Dixit ad illos Jehoschua; ne timete, nec consternamini; (*sed*) confirmate vos, & corroborate vos: quia sic faciet Jehovah omnibus hostibus vestris, quibus cum vos bellum geretis.

26. Postea verò percussit eos Jehoschua, occiditque eos, ac suspendit super quinque ligna, fueruntque suspensi super lignis usque ad vesperam.

27. Factum tamen est: sub tempus occasus solis præcepit Jehoschua; desumserunt eos à super lignis, projeceruntque eos in speluncam, ubi absconditi erant, poluerunt que lapides magnos super os speluncæ usque ad ipsum diem hunc.

28. Porrò Makedam cepit Jehoschua in die isto, percussitque ore gladii, & Regem ejus devotioni dedit; illos & omnem animam, quæ in ea; non reliquit residuum. Ita fecit Regi Makedæ, quemadmodum fecerat [b] Regi Jerichuntis. b) Ios. 6, 21.

29. Inde transiit Jehoschua, & universus Israël cum eo, à Makeda Libnam; pugnavitque cum Libna.

30. Dedit autem Jehovah etiam hanc in manum Israëlis, & Regem ejus: unde percussit eam ore gladii, & omnem animam, quæ in illa: non reliquit in ea residuum. Ita fecit Regi ejus, quemadmodum fecerat Regi Jerichuntis.

31. Inde transiit Jehoschua & universus Israël cum eo à Libna Lachischam, & castra posuit contra eam, impugnavitque eam.

32. Jehovah autem dedit Lachischam in manum Israëlis, ut ceperit eam die secundo, percussitque ore gladii, & omnem animam

animam, quæ in ea; juxta omne, quod fecit Libnæ.

33. Tunc ascendit (*quidem*) Choramus Rex Geseris, ad auxiliandum Lachischæ: sed percussit eum Jehoschua, & populum ejus, usque dum non reliquit illi residuum.

34. Inde transiit Jehoschua, & universus Israël cum eo à Lachischa Eglonem: castraque metati sunt contra eam, & impugnarunt eam.

35. Ac ceperunt eam in die isto; percusseruntque eam ore gladii, atque omnem animam, quæ in eâ, devotioni dedit; juxta omne, quod fecerat Lachischæ.

36. Inde ascendit Jehoschua, & universus Israël cum eo ab Eglone Chebronem, pugnaveruntque contra hanc:

37. Ceperuntque eam, & percusserunt eam ore gladii, & Regem ejus, & omnes urbes ejus, & omnem animam, quæ in eâ: non reliquit residuum; juxta omne, quod fecerat Egloni: sed & devotioni dedit eam, & omnem animam, quæ in eâ.

38. Posteà reversus est Jehoschua & universus Israël cum eo Debiram, oppugnavitque eam.

39. Cumque cepisset eam, & Regem ejus, & omnes urbes ejus, percusserunt eos ore gladii; ita ut devotioni dederint omnem animam, quæ in ea; non reliquit residuum: quemadmodum fecerat Chebroni, & Regi ejus, sic fecit Debiræ & Regi ejus; & quemadmodum fecerat Libnæ, & Regi ejus.

40. Deinde percussit Jehoschua omnem terram, montem, & meridiem, & planitiem, & ductus aquarum, & omnes Reges eorum; non reliquit residuum; ita ut omnem animam devotioni dederit; quemadmodum præceperat [c] JEHOVAH, Deus Israëlis. c) *Deut. 20,16*

41. Percussit, inquam, eos Jehoschua à Kadesch-Barnea usque ad Gazam; omnemque terram Goschen usque ad Gibeonem:

42. Omnes autem Reges istos & terram eorum cepit Jehoschua una vice: quia JEHOVAH, Deus Israëlis, pugnabat pro Israële.

43. Postrediit Jehoschua, & universus Israël cum eo ad castra in Gilgalem.

CAP. XI.

Reliqui I. Reges Canaanis, motore Rege Chazoris contra Iosuam & Israëlem exeunt, & castra ponunt, à v. 1. II. Iehovah victoriam Iosuæ promittit, & eum, quomodo eâ utendum, instruit. v. 6. III. Obedienti Iosuæ Iehovah promissionem præstat. à v. 7. IV. Deinde Iosua Chazorem capit, & occiso ejus Rege, devotam comburit. v. 10, 11. V. Quod etiam reliquas Regibus, & eorum urbibus, exceptis in tumulis stantibus & prædo, fecit. à v. 12. Quantum VI. terræ à Iosua occupatum, Canaanæo parcem non patentibus, describitur, à v. 17. Tandem VII. post casos in montibus Anakim, terra à bello diuturno quievit. à v. 21.

FActum verò est: quum audivit hæc Jabin, Rex Chazoris, misit ad Jobabum, Regem Madonis, & ad Regem Schimronis, & ad Regem Achschuphæ;

2. Et ad Reges, qui (*erant*) à Septentrione, in monte & in planitie; à meridie Cinneroth, & in planitie (*hujus;*) & in tractibus Doræ à mari:

3. Canaanæos ab oriente, & à mari; Et Emoræos, & Chitthæos, & Perisæos & Jebusæos in monte; & Chivvæos sub Chermone, in terra Mizpæ.

4. Et exiverunt (*quidem*) hi & omnia castra eorum cum iis; populus multus sicut arena, quæ juxta littus maris, quod ad multitudinem: equus item & currus multus valdè:

5. Conjunctique sunt Reges isti omnes, veneruntque, & castrametati sunt unà, juxta aquas Merom, ad pugnandum cum Israële.

6. Sed dixit JEHOVAH ad Jehoschuam; Non timebis tibi ab illis; quia cras juxta tempus hoc Ego dans (*ero*) omnes confossos coram Israële: equos eorum subnervabis, & currus eorum combures igne.

7. Venit itaque Jehoschua, & omnis populus belli cum eo super illos juxta aquas Merom subitò, & obruerunt eos:

8. Deditque JEHOVAH eos in manum Israëlis, ut percusserint eos, persecutique sint eos usque ad Zidonem magnam, & usque ad combustiones aquarum, & usque ad vallem Mizpæ versus ortum: percusserunt enim eos, usque dum non reliquit illis residuum.

9. Fecitque illis Jehoschua, quemad modum dixerat illi JEHOVAH: equos eorum subnervavit, & currus eorum combussit igne.

10. Deinde reversus est Jehoschua in tempore illo, cepitque Chazorem, Regemque ejus percussit gladio: nam Chazor ante hac fuit caput omnium regnorum istorum.

11. Percusserunt autem omnem animam, quæ in illa, ore gladii devotioni dando; non relictâ est ulla anima: ipsamque Chazorem combusserunt igne:

12. Omnes etiam urbes Regum istorum, omnesque Reges eorum cepit Jehoschua, & percussit eos ore gladii, (*ac*) devotioni dedit eos, quemadmodum præceperat [a] Moses servus JEHOVÆ. a) *Num. 33,52 Deut. 7, 2.*

13. Tantummodò urbes stantes super tumulo suo non combussit Israël; nisi quòd Chazorem solam combussit Jehoschua.

14. Omnem verò prædam urbium istarum, & bestiam prædati sunt sibi filii Israëlis: tantum (*enim*) omnem hominem percusserunt ore gladii, usque dum perdiderunt eos; non reliquerunt ullam animam.

15. Quemadmodum præceperat JEHOVAH [b] Mosi, servo suo; sic præcepit Moses Jehoschuæ; & sic fecit Jehoschua; non rejecit verbum de omnibus, quæ præcepit JEHOVAH Mosi. b) *Exod. 34,12. Deut. 7, 2.*

16. Cepit itaque Jehoschua omnem terram hanc; montem, & omnem meridiem, & omnem terram Goschen, & planitiem, & campum; itemque montem Israëlis, & planitiem ejus:

17. A monte glabro, ascendente ad Seïr, usque ad Baal-Gad in valle Libani sub monte Chermone: omnes verò Reges eorum cepit, percussitque eos, & occidit eos.

18. Diebus multis (*quidem*) fecit Jehoschua cum omnibus Regibus istis bellum:

19. Non (*enim*) fuit urbs, quæ pacem fecisset cum filiis Israëlis, præter [c] Chivvæum, habitatores Gibeonis; omnes ceperunt bello. c) *Ios. 9, 18.*

20. Nam à cum JEHOVAH factum est, ut obfirmarent cor suum contra bellum cum Israële, ut devotioni darent eos, adeò ut non esset illis miseratio: sed ut perderent eos, quemadmodum præceperat JEHOVAH Mosi.

21. Venit etiam istoc tempore Jehoschua, exciditque [d] Anakim de monte; de Chebrone (*nimirum,*) de Debira, de Anab, & de omni (*reliquo*) monte Judæ, deque monte Israëlis: cum urbibus eorum dedit eos devotioni Jehoschua. d) *1. Sam. 17, 4. 2. Sam. 21, 20.*

22. Non relictus est Anakim, in terra filiorum Israëlis; nisi quòd tantum in Gaza, in Gath, & in Aschdod relicti sunt.

23. Occupavit ergò Jehoschua universam terram; juxta omne, quod locutus est JEHOVAH ad Mosen; deditque eam Jehoschua in hereditatem Israëlis, juxta divisiones eorum per tribus eorum. Tum terra quievit à bello.

CAP. XII.

Enumerantur Reges terræ à Israëlitis percussi, acceptæ in hereditatem terræ eorum. I. Trans Iordanem; Sichon & Og, qui percussi à Mose. à v. 1. II. Cis Iordanem; percussi à Iosua qui numero triginta & unus. à v. 9.

CÆterum hi sunt Reges terræ, quos percusserunt filii Israëlis, in hereditatemque acceperunt terram eorum; trans Jordanem versus ortum Solis: à fluvio Arnonis usque ad montem Chermonis, & totam planitiem versus ortum.

2. [a] Sichon (*nimirum*) Rex Emoræi; habitans in Cheschbone; dominans ab Aroëre, quæ est ad ripam fluvii Arnonis, & medio fluvii, & dimidio Gileadis, usque ad [b] Jabbokum fluvium, terminum filiorum Ammonis. a) *Num. 21,24. Deut. 3, 6.* b) *Gen. 32,23.*

3. Item planitiei usque ad mare Kinneroth versus ortum, & usque ad mare planitiei, (*scil.*) mare salis, versus ortum, via Beth-Jeschimoth; & a Themane infra aquæ ductus Pisgæ.

4. Deinde (*in*) confinio: Og Rex Baschanis, de reliquiis Rephaim; habitans in Aschtharoth, & in Edrëi.

5. Dominans autem in monte Chermone,

mone, & in Salcha, & in tota Baschane, usque ad terminum Geschuræi, & Maachathæi; & dimidio Gileadis, (*ad*) terminum Sichonis Regis Cheschbonis.

6. Moses, servus JEHOVÆ, & filii Israëlis percusserunt eos: & dedit eam (*terram*) Moses, servus JEHOVÆ, hereditatem, Rubenitæ, & Gaditæ, & dimidiæ tribui Menascheh.

7. Hi autem sunt Reges terræ, quos percussit Jehoschua & filii Israëlis cis Jordanem versus occidentem; a Baal-Gad in valle Libani, usque ad montem glabrum, ascendentem in Sëir: quam (*terram*) dedit Jehoschua tribubus Israëliis (*in*) hereditatem, juxta divisiones eorum;

8. In monte nimirum, & in planitie, & in campo, & in aquæductibus, & in solitudine, & in meridie: Chittæum, Emoræum, & Canaanæum, Perisæum, Chivvæum & Jebusæum.

9. Rex (*nempe*) Jerichuntis, unus; Rex Ajæ, quæ est à latere Beth-Elis, unus.

10. Rex Hierosolymæ, unus: Rex Chebronis, unus.

11. Rex Jarmuthæ, unus: Rex Lachischæ, unus.

12. Rex Eglonis unus: Rex Geseris, unus.

13. Rex Debiræ, unus: Rex Gederæ, unus.

14. Rex Chormæ, unus: Rex Aradæ, unus.

15. Rex Libnæ, unus: Rex Adullamæ, unus.

16. Rex Makedæ, unus: Rex Bethelis, unus.

17. Rex Thappuachæ, unus: Rex Chepheræ, unus.

18. Rex Aphekæ, unus: Rex (*qui*) Saroni, unus.

19. Rex Madonis, unus: Rex Chazoris, unus.

20. Rex Schimronis Meronis, unus: Rex Achschaphæ, unus.

21. Rex Thaanachæ, unus: Rex Megiddonis, unus.

22. Rex Kedeschæ, unus: Rex Jokneamæ ad Karmelem, unus.

23. Rex Doræ in tractu Dor, unus: Rex gentium (*qui*) Gilgali, unus,

24. Rex Thirzæ, unus. Omnes Reges, triginta & unus.

CAP. XIII.

Præcipit Jehovah I. Iosuæ, ut novem & dimidiæ tribubus Israëlis eis Jordanem terram in hereditatem sorte dividat. à v. 1. II. Rubenitis autem, Gaditis & dimidiæ tribui Menascheh hereditatem trans Jordanem denuò confirmat. à v. 8. III. Sicut Moses dedit (1.) Rubenitis juxta familias à v. 15. (2.) Gaditis. à v. 23. (3.) dimidiæ tribui Menaschen. à v. 29. IV. Exceptis ubiq; Levitis. v. 14. 33.

CUm verò consenuisset Jehoschua, intravissetque in dies: dixit JEHOVAH ad eum: Tu consenuisti (*&*) intrasti in dies; terra autem superest multa valdè, ad occupandum eam *in* hereditatem.

2. Hæc (*namque*) est terra, quæ superest: Omnes termini Philistæorum, & omnis Geschuræus.

3. A Schichore, qui est ante facies Ægypti, usque ad terminum Ekronis versus Septentrionem Canaanæo deputabatur: (*nimirum*) quinque principes Philistæorum, Gazæus, Aschdodæus, Eschkelonæus, Gitthæus, Ekronæus, & Ivim.

4. A meridie: omnis terra Canaanæi, & spelunca, quæ Zidoniis (*erat*) usque ad Aphekam, usque terminum Emoræi.

5. Item terra Giblæorum, & universus Libanus versus ortum Solis, a Baal-Gad sub monte Chermonis, usque dum venitur Chamatham.

6. Omnes habitatores montis, à Libano usque ad combustiones aquarum, omnes Zidonii. Ego expellam eos coram filiis Israëlis: sortire modò eam Israeli in hereditatem; quemadmodum præcepi tibi.

7. Jam ergo divide terram hanc in hereditatem novem tribubus, & dimidiæ tribui Menascheh.

8. Præterea (*Israëlem novem & dimidiæ tribuum*) [a] Rubenita, & Gadita, acceperunt hereditatem suam, quam dedit illis Moses trans Jordanem versus ortum; quemadmodum dedit illis Moses, servus JEHOVÆ.

a) *Num. 32, 33. Deut. 3, 12. Ios. 1, 12. 12, 1. 22, 4.*

9. Ab Aroëre, quæ est ad ripam fluvii Arnonis, & urbe, quæ in medio fluvii, & omni planitie Medeba, usque ad Dibonem:

10. Deinde omnes urbes Sichonis Regis Emoræorum, qui regnavit in Cheschbone, usque ad terminum filiorum Ammonis.

11. Item Gileadem, & terminum Geschuræi, & Maachathæi, & omnem montem Chermonis, & omnem Baschanem, usque ad Salcham.

12. Omne regnum Ogi in Baschane, qui regnavit in Aschtharoth, & in Edrei: iste relictus est de reliquiis Rephaim. Hos percussit Moses, & expulit eos.

13. Sed non expulerunt filii Israelis Geschuræos & Maachathæos: ut habitaverit Geschur & Maachath in medio Israelis usque in diem hunc.

b) *Nu. 18, 20, 21. Deuter. 10, 9. 18, 2.* 14. Cæterum tribui [b] Levitæ non dedit hereditatem: (*nam*) ignita JEHOVÆ, DEI Israelis; hoc, (*inquam*) est hereditas ejus; quemadmodum locutus est illi.

15. Dedit scilicet Moses tribui filiorum Rubenis juxta familias eorum:

16. Ut esset illis terminus, ab Aroëre, quæ est ad ripam fluvii Arnonis; & (*dedit*) urbem, quæ in medio fluvii, & omnem planitiem juxta Medebam.

17. (*Item*) Cheschbonem, & omnes urbes ejus, quæ in planitie; Dibonem, & Bamoth-Baal, & Beth-Baal-Meon:

18. Et Jahza, & Kedemoth, & Mephaath:

19. Et Kirjathajim, & Sibma, & Zereth-Schachar, in monte vallis:

20. Et Beth-Peor, & aquæductus Pisgæ, & Beth-Jeschimoth.

21. Et omnes urbes planitiei, atque adeò omne regnum Sichonis, Regis Emoræorum, qui regnavit in Cheschbone, quem (*verò*) percussit [c] Moses Principesque Midjanis, (*nimirum*) Evium, Rekemumque, & Zurem, & Churem, & Rebaum, principes Sichonis, habitantes in terrâ.

c) *Nu. 31, 8.*

22. Bileamum etiam, filium Beoris, præstigiatorem, occiderunt filii Israelis gladio, super consossos eorum.

23. Denique fuit terminus filiorum Rubenis, Jordan & terminus (*reliquus.*) Hæc est hereditas filiorum Rubenis, juxta familias eorum; urbes & villæ earum.

24. Porrò dedit Moses tribui Gad; (*scil.*) Filiis Gad juxta familias eorum.

25. Ut esset illis terminus, Jaaser, & omnes urbes Gileadis, & dimidium terræ filiorum Ammonis, usque ad Aroërem, quæ est ante facies Rabbæ:

26. Item à Cheschbone usque ad Ramath-Mizpæ, & Betonim: & à Machanajim usque ad terminum, qui Debiræ.

27. In valle verò, Beth-Haram, & Beth-Nimra, & Succoth, & Zaphon; residuum Regni Sichonis, Regis Cheschbonis: Jordan & terminus (*reliquus:*) usque ad extremitatem maris Kinneroth, trans Jordanem versus ortum.

28. Hæc est hereditas filiorum Gadis, juxta familias eorum; urbes & villæ eorum.

29. Denique dedit Moses dimidio tribus Menascheh; quod esset dimidio tribus Manassis, juxta familias eorum.

30. Fuit itaque terminus eorum, à Machanajim, omnis Baschan, omne regnum Ogi, Regis Baschanis, & omnes villæ Jairis, quæ in Baschane, sexaginta urbes.

31. Item dimidium Gileadis, & Aschtharoth, & Edrei; urbes Regni Ogi in Baschane (*fuerunt*) filiis Machiris, (*h. e.*) dimidio filiorum Machiris, juxta familias eorum.

32. Hæc sunt, quæ in hereditatem dedit Moses in planitiebus Moabi; trans Jordanem Jerichuntis versus ortum.

d) *Nu. 18, 20. 26, 62.* 33. Rursus (*hic*) tribui [d] Levitæ non dedit Moses hereditatem: JEHOVAH (*enim*) DEus Israelis, ipse est hereditas eorum; quemadmodum locutus est illis.

CAP. XIV.

Incipit I. divisio hereditatum filiorum Israëlis. Ubi (1.) Divisores cum Iosua. v. 1. (2.) Modus dividendi; per sortem. v. 2. (3.) Quibus divisio facta. v. 3. 4. 5. II. Kalebus cum filiis Anak occisis, petita hereditatem jam olim à Mose promissam. à v. 6. Cui III. datur Chebron, olim Kirjath-Arba. v. 13. 14.

HÆc verò sunt, quæ in hereditatem acceperunt filii Israelis (*reliqui*) in terra Canaanis: quæ in hereditatem dederunt illis Eleasar, Sacerdos, & Jehoschua, filius Nunis, & capita patrum tribuum, quæ filiis Israelis;

a) *Num. 33,53. 34,13.* 2. [a] Per sortem (*dederunt*) hereditatem eorum: quemadmodum præcepit JEHOVAH per manum Mosis: (*nimirum*) novem tribuum, & dimidii Menascheh.

3. Postquam dedisset Moses hereditatem duarum tribuum, & dimidii tribus trans Jordanem. Levitis tamen (*iterum*) non dedit hereditatem in medio eorum.

b) *Gen. 48,5.* 4. Nam facti sunt filii Josephi duæ tribus; [b] Menascheh & Ephrajim: unde non dederunt partem Levitis in terra; sed

c) *Num. 35,2-3. Ios. 21,2.* [c] urbes (*tantum*) ad habitandum, & suburbia earum pro pecoribus eorum, & pro supellectilibus illorum.

5. Quemadmodum præceperat JEHOVAH Mosi: sic fecerunt filii Israëlis, quando divisérunt terram.

d) *Num. 14,24.* 6. Accesserunt itaque filii Judæ ad Jehoschuam in Gilgale: ad quem dixit Kalebus, filius Jephunnes Kenisita: Tu novisti verbum, quod locutus est [d] JEHOVAH ad Mosen, virum DEI, mei causa, & tui causa, in Kadesch Barnéa.

7. Filius (*nimirum*) quadraginta annorum (*eram*) ego, quum mitteret Moses, servus JEHOVÆ, me, ex Kadesch Barnea, ad explorandum terram; retulique illi verbum, quomodo cum corde meo (*erat.*)

8. Fratres quidem mei, qui ascenderant mecum, liquefecerunt cor populi: Ego tamen implevi (*ire*) post JEHOVAM, DEUM meum.

9. Quare juravit Moses in die illo, dicendo: Si non terra, quam calcavit pes tuus, erit tibi in hereditatem, & filiis tuis in æternum: ideò quod implevisti post JEHOVAM, DEUM meum.

10. Jam ergò, ecce, vivificavit JEHOVAH me, quemadmodum locutus est, his quadraginta & quinque annis, ex quo locutus est JEHOVAH verbum hoc ad Mosen, quibus ambulavit Israël in deserto.

e) *Sir. 46,11.* 11. Equidem, ecce, [e] ego hodie validus (*sum,*) sicut (*sui*) in die, quo misit me Moses: quale (*fuit*) robur meum tunc, tale etiam (*est*) robur meum nunc; quoad bellum, & quoad exeundum atque intrandum.

12. Quare da mihi montem hunc, de quo locutus est JEHOVAH in die illo. Tu namque audivisti (*quidem*) in die illo, quod Anakim ibi, & urbes magnæ munitæque; forte (*tamen*) JEHOVAH (*erit*) mecum, ut expellam eos, quemadmodum locutus est JEHOVAH.

13. Tum benedixit illi Jehoschua; deditque Chebronem Kalebo, filio Jephunne, in hereditatem.

f) *Ios. 21, 12. 1. Macc. 2,56.* 14. Propterea fuit [f] Chebron Kalebo, filio Jephunne, Kenisitæ, in hereditatem usque ad diem hunc; ideò quod implevit (*ire*) post JEHOVAM DEUM Israëlis.

15. Nomen verò Chebronis prius (*erat*) Kirjath-Arba, qui (*Arba*) homo (*erat*) magnus inter Anakim. Terra autem quieverat (*jam*) à bello.

CAP. XV.

Sors I. Tribus Judæ describitur secundum omnes plagas & terminos suos. à v. 1. II. Kalebus (1.) ex hereditate suâ expellit filios Enaki à v. 13. (2.) capit Kirjath-Sepher h.e. Debirem. à v. 15. (3.) Dat filiam suam, Achsam, Othnieli eum duce. à v. 17. III. Urbes sortis Judæ recensentur. à v. 20.

COntigit autem sors (*ipsi*) tribui filiorum Judæ, juxta familias eorum, juxta [a] terminum Edomi, a) *Num. 34,3.* desertum Zinis, versus Austrum ab extremitate Themanis.

2. Contigit, inquam, illis terminus Austri, ab extremitate maris salis, à sinu spectante versus Austrum.

3. Inde exivit ad ab austro respectu ascensus Akrabbim, transivitque ad Zin, & ascendit ab austro ad Kadesch Barnea; hinc transiit Chezronem, & ascendit ab austro ad Addar, circumivitque ad Karka.

4. Unde transiit Azmonem, exivitque ad fluvium Ægypti, ut fuerint exitus termini (*hujus*) ad mare. Hic (*dixit Jehoschua*) erit vobis terminus Austri.

5. Sed terminus versus orientem (*erit*) mare salis, usque ad extremitatem Jordanis: at terminus pro angulo versus septentrionem, à sinu maris (*erit*) extremitas Jordanis.

6. Unde ascendit terminus ad Beth-Choglam, transivitque à Septentrione ad Beth-Arabam, ac ascendit terminus ad Eben-Bochan, filius Rubenis.

7. Hinc ascendit terminus ad Debir à valle Achoris, & versus Septentrionem spectantem ad Gilgalem, quæ (*est*) è regione ascensus Adummim, qui (*est*) ab Austro fluvii: unde transivit terminus ad aquas En-Schemesch, ut fuerint exitus ejus ad En-Rogel.

8. Hinc ascendit terminus ad vallem Ben-Hinnom, ad latus Jebusæi ab Austro; hæc (*est*) Hierosolyma: ascenditque terminus ad caput montis, qui est versus vallem Hinnom ergà mare, quod (*est*) in extremitate vallis Rephaim versus Septentrionem.

9. Inde descriptus est terminus à capite montis ad fontem aquarum Nephthóach, exivitque ad urbes montis Ephronis, ut descriptus sit terminus ad Baalam, quæ est Kirjath-Jearim.

10. Circumivitque terminus à Baala versus mare ad montem Seir, transivitque ad latus montis Jearim à Septentrione, quæ est Kesalon; descendit autem (*in*) Beth-Schemesch, ac transiit Thimnam.

11. Inde exivit terminus ad latus Ekronis, versus Septentrionem, & descriptus est terminus ad Schicceronem, & transivit montem Baalæ, exivitque ad Jabneelem, ut essent exitus termini ad mare.

12. Hinc terminus maris versus mare magnum, quod ipsum terminus. Hic est terminus filiorum Judæ circumcirca juxta familias eorum.

13. Kalebo ergò, filio Jephunneh, dedit partem in medio filiorum Judæ, juxta os JEHOVÆ ad Jehoschuam; (*scil.*) Kirjath-Arbam, patris Enaki, quæ est Chebron.

b) *Iud. 1, 10 et 20.* 14. Expulit verò [b] Kalebus inde tres filios Enaki, Scheschajum, & Achimanem, & Thalmajum, natos Enaki.

15. Ascenditque inde ad habitatores Debiris; nomen autem Debiris anteà (*fuit*) Kirjath-Sepher.

16. Dixit autem Kalebus; Quisquis percusserit Kirjath-Sepher, ceperitque eam, illi dabo Achsam, filiam meam, in uxorem.

17. Cepit ergo eam Othniel, filius Kenasi, fratris Kalebi: cui dedit Achsam, filiam suam, in uxorem.

18. Factum verò est, quum veniret illa, incitavit eum ad petendum à patre ipsius agrum: quin demisit se (*ipsa*) de super asino. Cumque diceret illi Kalebus; Quid (*est*) tibi?

19. Dixit (*illa;*) Da mihi benedictionem: nam terram Austri dedisti mihi, da mihi etiam scaturigines aquarum. Dedit ergò illi Gulloth (h.e. *scaturigines*) superiores, & Gulloth (h.e. *scaturigines*) inferiores.

20. Hæc est hereditas tribus filiorum Judæ, juxta familias eorum.

21. Fuerunt autem (*in ea*) urbes; ab extremitate tribus filiorum Judæ, ad terminum Edomi versus Austrum, Kabzeel, & Eder, & Jagur;

22. Et Kinah, & Dimonah, & Aduda;

23. Et Kedesch, & Chazor, & Jithnam;

24. Siph, & Telem, & Bealoth;

25. Et Chazor-Chadatha, & Kerioth; Chezron (*autem*) est Chazor.

26. Amam, & Schema, & Molada;

27. Et Chazar-Gadda, & Chesehmon, & Beth-Pelet.

28. Et Chazar Schual, & Beerscheba, & Bicjothjah;

29. Baalah, & Ijim, & Ezem.

30. Et Elthoład, & Kesil, & Chormah;

31. Et Ziklag, & Madmannah, & Sansannah;

32. Et Lebaoth, & Schilchim, & Ajin, & Rimmon: Omnes urbes viginti & novem, cum villis earum.

33. In planitie (*erant;*) Eschthaol, & Zareah, & Aschnah;

34. Et Sanoach, & En-gannim, Thappuach, & Enam;

35. Jarmuth, & Adullam, Sochah & Aschah.

36. Et Schaarajim, & Adithajim, & Gederah;

Gederah, & Gederothajim: urbes quatuordecim, cum villis earum.

37. Zenan, & Chadaſchah, & Migdal-Gad;

38. Et Dilan, & Mizpeh, & Jokthеel.

39. Lachiſch, & Bozkath, & Eglon;

40. Kabbon, & Lachmam, & Kithliſch.

41. Et Gederoth, Beth-Dagon, & Naamah, & Makkedah; Urbes ſedecim cum villis earum.

42. Libna, & Ether, & Aſchan;

43. Et Jiphthach, & Aſchnah, & Nezib;

44. Et Keïlah, & Achzib, & Mareſchah: urbes novem cum villis earum.

45. Ekron, & filiæ ejus, & villæ ejus.

46. Ab Ekron verſus mare, omnes (*urbes*) quæ ad latus Aſchdodi, & villæ earum;

47. Aſchdodum, filiæ ejus, & villæ ejus: Gaſa, Filiæ ejus, & villæ ejus, uſque ad fluvium Ægypti, & mare magnum, quod terminus (*eſt.*)

48. In monte verò; Schamir, & Jatthir, & Sochoh;

49. Et Dannah, & Kirjath-Sannah, quæ eſt Debir.

50. Et Anab, & Eſchthemoh, & Anim;

51. Et Goſchen, & Cholon, & Giloh: urbes undecim, & villæ earum.

52. Arab, & Dumah, & Eſchan;

53. Et Janus, & Beth-Thappuach, & Aphekah;

54. Et Chumtah, & Kirjath-Arba, quæ eſt Chebron, & Zior: urbes novem, & villæ earum.

55. Maon-Carmel, & Siph, & Jutah;

56. Et Jiſreël, & Jokdeam, & Sanoach;

57. Hakkajin, Gibeah, & Thimnah; urbes decem: & villæ earum.

58. Chalchul; Beth-Zur, & Gedor;

59. Et Maarath, & Beth-Anoth, & Eltheкon: urbes ſex, & villæ earum.

60. Kirjath-Baal, quæ eſt Kirjath-Jearim, & Harabbah: urbes duæ, & villæ earum.

61. In deſerto; Beth-Arabah, Middin, & Sichacha;

62. Nibſchan, & Urbs ſalis, & En-Gedi: Urbes ſex, & villæ earum.

63. Verùm Jebuſæos, habitatores Hieroſolymæ, non potuerunt filii Judæ expellere: ſed habitavit Jebuſæus cum filiis Judæ in Hieroſolyma, uſque ad diem hunc.

CAP. XVI.

Sors hereditatis filiorum Joſephi deſcribitur. Et quidem I. in genere, juxta communes utriuſq; terminos. à v. 1. II. In ſpecie Ephraimi; juxta terminos proprios, & urbes. à v. 5. Canaanæi quidem non expellentur. v. ult.

POrrò exivit ſors filiis Joſephi: à Jordane verſus Jerichuntem, ad aquas Jerichuntis verſus ortum: deſertum (*ſcil.*) aſcendens à Jerichunte in montem Bethelis.

2. Inde exivit è Bethele in Lus; & tranſiit ad terminum Arkæi, (*in*) Ataroth:

3. Hinc deſcendit verſus mare ad terminum Japhlethæi, uſque ad terminum Beth-Choronis inferioris, & uſque ad Geſer; ut eſſent exitus ejus ad mare.

4. Hereditatem itaque (*hanc*) acceperunt filii Joſephi, Menaſcheh & Ephrajim.

5. Sed (*diſtinctim*) fuit terminus filiorum Ephrajim, juxta familias eorum: fuit, inquam, terminus hereditatis eorum verſus ortum; Attoth-Addar, uſque ad Beth-Choronem ſuperiorem:

6. Inde exivit terminus verſus mare, (*ad*) Michmethath à Septentrione; & circumivit terminus verſus ortum, (*ad*) Thaanath Schiluntis; tranſivitque illum ab oriente ad Januach:

7. Hinc deſcendit à Januach, ad Ataroth, & Naaratham; & occurrit in Jerichuntem, exivitque ad Jordanem.

8. A Thappuach ivit terminus verſus mare, (*ad*) fluvium Kanah; ut eſſent exitus ejus ad mare. Hæc (*eſt*) hereditas tribus filiorum Ephrajim, juxta familias eorum.

9. In medio hereditatis filiorum Menaſcheh: omnes urbes, & omnes villæ earum.

10. Verum

10. Verum non expulerunt Canaanæum habitantem in Geſer: ſed habitavit Canaanæus in medio Ephrajimi uſque ad diem hunc: fuit tamen in tributum ſervientis.

CAP. XVII.

Diſtinctim I. exponitur Sors Menaſcheh, filij Joſephi primogeniti (1.) trans Jordanem: tum Machiri. v. 1. 6. tum filiabus Zelophchadi. v. 3. 4. (2.) Cis Jordanem, filiis Abieſeri. v. 2. 5. quorum deſcribuntur termini. à v. 7. e quibus tamen non expulerunt Canaanæos. v. 12. II. Querela filiorum Joſephi de ſortis angultia; ſed fruſtanea. à v. 14.

COntigit verò (*diſtinctim*) ſors tribus Menaſcheh; nam fuit hic primogenitus Joſephi: Machiri quidem, [a] primogenito Menaſcheh, a) Num. 26, 29. patri Gileadis; fuit namque hic vir belli: contigit, inquam, hnic, Gilead & Baſchan.

2 Contigit autem filiis Menaſcheh reliquis juxta familias eorum; filiis (*nimirum*) Abieſeris & filiis Cheleki, & filiis Aſchrielis, & filiis Schechemi, & filiis Chepheris, & filiis Schemiræ; Hi (*enim fuerunt*) filii Menaſcheh, filii Joſephi, maſculi, juxta familias eorum.

b) Num. 26, 33. 27, 1. 36, 2. 3. [b] Zelophchado verò, filio Chepheris, filii Gileadis, filii Machiris, filii Menaſcheh, non fuerunt filii, ſed filiæ: hæcque (*ſunt*) nomina filiarum ejus: Machla, & Noa, Choglah, Milcah & Thirzah.

4. Quæ acceſſerunt ad Eleaſarem, & ante Jehoſchuam, filium Nunis, & ante principes, dicendo: JEHOVAH præcepit Moſi, ad dandum nobis hereditatem in medio fratrum noſtrorum. Dedit ergò illis juxta os JEHOVÆ hereditatem in medio fratrum patris illarum.

5. Cæterum ceciderunt funes Menaſcheh decem, præter terram Gileadis, & Balchanis, quæ trans Jordanem.

6. Nam (*ut dictum*) filiæ Menaſcheh acceperunt hereditatem in medio filiorum ejus: terra autem Gileadis contigit filiis Menaſcheh reliquis.

7. Contigit, inquam, terminus Menaſcheh ab Aſcher ad Michmarh, quæ eſt ante facies Schechemi: unde perrexit terminus ad dextram, ad habitatores En-Thappuach.

8. Menaſcheh (*enim*) contigit terra Thappuach: Thappuach autem (*quæ eſt*) juxta terminum Menaſcheh (*eſt*) filiorum Ephrajim.

9. Inde deſcendit terminus ad fluvium Kanah, verſus meridiem fluvii. [Urbes hæ Ephrajimi (*erant*) in medio urbium Menaſcheh.] Terminus autem Menaſcheh (*erat*) à ſeptentrione fluvii: ut eſſent exitus ejus mare.

10. Verſus meridiem (*quod erat,*) (*erat*) Ephrajimi; ſed verſus ſeptentrionem (*quod erat,*) (*erat*) Menaſcheh; ac terminus ejus mare fuit: Aſcherem verò attigerunt à ſeptentrione, at Iſſachar ab ortu.

11. Ita ut eſſet [c] Menaſcheh in Iſſa- c) Iud. 1, 27. char & in Aſchere, Beth Schean & filiæ ejus, & Jibleam ac filiæ ejus; & habitatores Thaanach, ac filiæ hujus; & habitatores Megiddo, ac filiæ hujus; tres tractus.

12. Non autem potuerunt filii Menaſcheh expellere urbes iſtas; ſed obtinuit Canaanæus habitare in terra hac.

13. Factum tamen eſt: quum invaluerunt filii Iſraëlis, dederunt Canaanæum ſub tributum; expellendo verò non expulit eum.

14. Cæterum locuti (*quidem*) ſunt filii Joſephi cum Jehoſchua, dicendo: Quare dediſti mihi hereditatem, quæ (*eſt*) ſors una, & funis unus? cum ego (*tamen ſim*) populus magnus, adeo ut huc uſque benedixerit mihi JEHOVAH.

15. Sed dixit ad eos Jehoſchua; Si populus magnus tu (*es,*) aſcende tibi in ſylvam, & excinde tibi ibi in terra Periſæi, & Rephaim, quando anguſtus tibi mons Ephrajim.

16. Cumque dicerent filii Joſephi; Non invenitur nobis mons: jam currus ferri (*eſt*) inter omnes Canaanæos, habitantes in terra vallis; iis (*nimirum*) qui in Beth-Schean, filiabuſque ejus, & iis, qui in valle Jeſreelis.

17. Verum dixit Jehoſuhua ad domum

Joſephi, Ephrajimum & Menaſchen, dicendo: Populus (*quidem*) magnus tu, & vires magnæ tibi; (*ſed*) non erit tibi ſors una.

18. Nam mons erit tibi, quippe qui ſilva (*eſt:*) excludite ergò eam, ut ſint tibi exitus ejus: expelles enim Canaanæum, licet currus ferri illi, licet fortis ille.

CAP. XIIX.

Emittuntur I. viri ad deſcribendam pro hereditatibus & diſtribuendam terram reliquam. à v. 1. Viri II. e. iſti fideliter id exequuntur, & redeunt. à v. 8. III. Sors ſeptem tribuum jacitur in Schilunte. v. 9. Prodit IV. Sors filiorum Beniaminis: quæ deſcribitur (1.) quoad terminos. à v. 10. (2.) quoad urbes. à v. 21.

POſteà congregati ſunt omnis congregatio filiorum Iſraëlis (*in*) Schiluntem; & habitare fecerunt ibi Tabernaculum Conventus: terra enim (*jam*) ſubacta erat coram illis.

2. Cumque ſupereſſent inter filios Iſraëlis, qui partiti non erant hereditatem ſuam, ſeptem tribus:

3. Dixit Jehoſchua ad filios Iſraëlis; quo uſque vos remiſſi eſtis, ad veniendum ad hereditatem capiendam in terra, quam dedit vobis JEHOVAH, DEUS patrum veſtrorum?

4. Date vobis tres viros in tribum, quos mittam; ut ſurgant, & circumeant per terram, deſcribantque eam juxta hereditatem eorum; veniantque ad me;

5. Et diſtribuant eam in ſeptem partes: Jehudah (*nam*) ſtabit ſuper termino ſuo à meridie; & domus Joſephi ſtabunt ſuper termino ſuo à ſeptentrione.

6. Vos ergò deſcribite terram in ſeptem partes, & adducite ad me huc; ut jaciam vobis ſortem hic coram JEHOVAH, DEO noſtro.

a) *Num. 18,20. Deuter. 10,9. 18,2. Joſ. 13,14.* 7. Non enim (*erit*) pars [a] Levitis in medio veſtri: ſed Sacerdotium JEHOVÆ (*eſt*) hereditas eius (*Levitæ:*) jam Gad, & Ruben, & dimidi in tribus Menaſcheh acceperunt hereditatem ſuam trans Jordanem, verſus ortum, quam dedit illis Moſes, ſervus JEHOVÆ,

8. Surrexerunt ergo viri, abieruntque. Præcepit autem Jehoſchua abeuntibus ad deſcribendum terram, dicendo: ite, & circumite per terram, ac deſcribite eam, rediteque ad me: hic enim jaciam vobis ſortem coram JEHOVAH in Schilunte.

9. Quare abiverunt viri, tranſiveruntque per terram, ac deſcripſerunt eam, juxta urbes, in ſeptem partes, ſuper libro: adduxeruntque ad Jehoſchuam, ad caſtra (*in*) Schiluntem.

10. Tum jecit illis Jehoſchua ſortem in Schilunte coram JEHOVAH; diſtribuitque ibi Jehoſchua terram filiis Iſraëlis juxta partes eorum.

11. Aſcendit itaque ſors tribus filiorum Binjaminis, juxta familias eorum: exivitque terminus ſortis eorum inter filios Judæ, & inter filios Joſephi.

12. Fuit nimirum illis terminus, ad angulum ſeptentrionis à Jordane; aſcenditque (*inde*) terminus ad latus Jerichuntis à ſeptentrione; unde aſcendit in monte verſus mare, ut eſſent exitus ejus verſus deſertum Beth-Aven.

13. Indeque tranſiit terminus ad Luſam, ad latus Luſæ verſus meridiem: hæc (*Lus*) eſt Beth-El. Inde deſcendit terminus (*ad*) Atroth-Addar, juxta montem, qui (*eſt*) à meridie Beth-Choronis inferioris.

14. Inde proceſſit terminus, & circumivit ad angulum maris verſus meridiem, à monte, qui (*eſt*) ante facies Beth-Choronis, verſus meridiem: ut eſſent exitus ejus ad Kirjath-Baal, quæ eſt Kirjath-Jearim, urbs filiorum Judæ: hic eſt angulus maris.

15. Angulus verò verſus meridiem; à fine Kirjath-Jearim; unde exivit terminus verſus mare, exivitque ad fontem aquarum Nephthoach.

16. Inde deſcendit terminus ad finem montis, qui (*eſt*) ante facies vallis Ben-Hinnom, quæ (*eſt*) in valle Repham verſus ſeptentrionem; deſcendit autem vallis Hinnom ad latus Jebuſæi, verſus meridiem; ac deſcendit ad En-Rogel.

17. Proceſſit porrò à ſeptentrione, exivitque ad En-Schemeſch; unde exivit ad Geli-

Geliloth, quæ (*eſt*) è regione Aſcenſus Adummim; unde deſcendit ad lapidem Bohan, filii Rubenis.

18. Hinc tranſivit ad latus verſus planitiem, verſus ſeptentrionem; inde deſcendit in planitiem.

19. Unde deſcendit terminus ad latus Beth-Choglæ, verſus ſeptentrionem; ut eſſent exitus ejus, terminus apud ſinum maris ſalis, verſus ſeptentrionem, apud finem Jordanis verſus meridiem. Hic (*eſt*) terminus meridiei.

20. Jordan tandem terminos illi dedit ad angulum Orientis. Hæc (*eſt*) hereditas filiorum Binjaminis, juxta terminos ejus circumcirca, juxta familias ipſorum.

21. Fuerunt autem urbes tribui filiorum Binjaminis, juxta familias ipſorum; Jericho, & Beth Choglah, & vallis Keziz.

22. Et Beth-Arabah, & Zemarajim, & Bethel.

23. Item Ivim, & Parah, & Ophrah.

24. Et Kepher-Ammonah, & Ophni, & Geba: urbes duodecim cum villis ſuis.

25. (*Porrò*) Gibeon, & Ramah, & Beroth.

26. Et Mizpeh, & Kephirah, & Mozah.

27. Et Rekem, & Jirpeel, & Tharalah.

28. Et Zela Eleph, & Jebuſæus, quæ eſt Hieroſolyma, collis Kirjath: urbes quatuordecim cum villis ſuis. Hæc (*eſt*) hereditas (*inquam*) filiorum Binjaminis juxta familias ipſorum.

CAP. XIX.

Habetur hoc capite. I. Sors tribus Schimeonis, juxta Urbes & terminos. à v. 1. II. Sebulunis, juxta terminos & urbes. à v. 10. III. Iſſacharis; juxta etiam terminos & urbes. à v. 13. Similiter IV. Aſcheris. à v. 24. Nec non V. Naphthali. à v. 32. Tandemq; VI. Danis. à v. 40. Ita VII. finita eſt diviſio terræ inter tribus Iſraëliticas. à v. 49.

POſt exivit ſors ſecunda Schimeoni; tribui, (*inquam*) Schimeonis juxta familias eorum: fuitque hereditas eorum in medio hereditatis filiorum Judæ.

2. Fuit enim illis in hereditate eorum Beer-Scheba, & Scheba, & Moſadah,

3. Et Chazar-Schual, & Balah, & Ezem:

4. Et Ettholad, & Bethul, & Chormah:

5. Et Ziklag, & Beth-Markaboth, & Chazar Suſah:

6. Et Bethel Lebaoth, & Scharuchen: Urbes tredecim, & villæ earum.

7. (*Item*) Ajin, Rimmon, & Ether, & Aſchan: urbes quatuor, & villæ earum.

8. Item omnes villæ, quæ circa urbes has, uſque ad Baalath-Beer, Ramath-Negeb. Hæc (*eſt*) hereditas tribus filiorum Schimeonis, juxta familias eorum.

9. De fune filiorum Judæ (*fuit*) hereditas filiorum Schimeonis; quia fuit pars filiorum Judæ magna præ illis; ideò hereditatem acceperunt filii Schimeonis in medio hereditatis ipſorum.

10. Dein aſcendit ſors tertia filiis Sebulunis, juxta familias eorum. Fuit autem terminus hereditatis eorum uſque ad Sarid.

11. Aſcendit enim terminus eorum verſus mare, & Marala, & occurrit in Dabbeſcheth: unde occurrit ad flumen, quod eſt ante facies Jokneam.

12. Unde reverſus eſt à Sarid verſus Orientem ad ortum ſolis, juxta terminum Kisloth (*in*) Thabor: unde exivit ad Dobrath, aſcenditque in Japhia.

13. Ac inde tranſiit verſus orientem ad ortum, in Gath-Chepher, Itthah, Kazin; exivitque ad Rimmon Methoar, Neah:

14. Circumivitque cum eo terminus à ſeptentrione (*in*) Channathon; ut eſſent exitus ejus (*in*) valle Jiphthach-El.

15. Et (*inde perrexit in*) Kattah, Nahalal, & Schimronem, & Jidalah, & Bethlechem: (*quæ ſunt*) Urbes duodecim, & villæ earum.

16. Hæc (*eſt*) hereditas filiorum Sebulunis, juxta familias eorum: urbes iſtæ & villæ earum.

17. Iſſachari exivit ſors quarta; filiis (*inquam*) Iſſacharis juxta familias eorum.

18. Fuit autem terminus eorum; Jiſreel, & Keſulloth, & Schunem,

19. Et Chaphrajim, & Schion, & Anaharath;
20. Et Rabbith, & Kiſchjon, & Ebez;
21. Et Remeth, & En-Gannim, & En-Chaddah, & Beth-Pazez;
22. Porrò occurrit terminus in Thabor, & Schachazimah, Et Bethſchemeſch: ut eſſent exitus termini eorum, Jordan: Urbes ſedecim & villæ earum.
23. Hæc (*eſt*) hereditas tribus filiorum Iſſacharis, juxta familias eorum; urbes & villæ earum.
24. Poſtea exivit ſors quinta tribui filiorum Aſcheris, juxta familias eorum.
25. Fuit autem terminus eorum, Chelkath, & Chali, & Betea, & Achſchaph;
26. Et Allamelech, & Amad, & Miſchal: unde occurrit in Karmel verſus mare, & in Schihor, (*&*) Libnath:
27. Hinc convertit ſe ad ortum Solis (*ad*) Beth-Dagon, occurritque ad Sebulunem, & in vallem Jiphthach-El, verſus ſeptentrionem, Domum vallis, & Neiel, unde exivit ad Kabul à ſiniſtra;
28. Et (*ad*) Ebron, & Rechob, & Chammon, & Kanah, uſque ad Zidonem magnam.
29. Inde convertit ſe terminus Ramam, & uſque ad urbem Mibzar-Zor. Hinc convertit ſe terminus Choſam; ut eſſent exitus ad mare, à Chebel ad Achſib;
30. Et (*ad*) Ummam, & Aphek, & Rechob: Urbes viginti & duæ, cum villis earum.
31. Hæc (*eſt*) hereditas tribus filiorum Aſcheris, juxta familias eorum; Urbes hæ, & villæ earum.
32. Filiis Naphthali exivit ſors ſexta: filiis (*inquam*) Naphthali, juxta familias eorum.
33. Fuit autem terminus eorum; à Cheleph, (*&*) ab Allon, in Zaanannim, & Adami, Nethek, & Jabneel, uſque Lakkum; ut exitus ejus eſſet Jordan.
34. Unde convertit ſe terminus verſus mare, (*in*) Aſnoth-Thabor, exivitque inde in Chukkok; ac occurrit ad Sebulunem à meridie; & ad Aſcherem occurrit à mari, & ad Judam, (*uſq; ad*) Jordanem ad ortum ſolis.
35. (*Erant*) verò urbes munitionis, Ziddim, Zer, & Chammath, Rakkath, & Cinnereth.
36. Et Adamah, & Ramah, & Chazor;
37. Et Kedeſch, & Edrei, & En-Chazor;
38. Et Iiron, & Migdal-El, Charem, & Beth-Anath, & Beth Schemeſch: Urbes novendecim, & villæ earum.
39. Hæc (*eſt*) hereditas tribus filiorum Naphthali, juxta familias eorum: Urbes & villæ earum.
40. Tribui filiorum Danis, juxta familias eorum, exivit ſors ſeptima.
41. Fuit autem terminus hereditatis eorum; Zareah, & Eſchthaol, & Ir-Schemeſch;
42. Et Schaalabbin, & Ajalon, & Jithlah.
43. Et Elon, & Thimnath, & Ekron;
44. Et Elthekeh, & Gibbethon, & Baalath;
45. Et Jehud, & Bne-Berak, & Gath-Rimmon;
46. Et Aquæ Jarkon, & Rakkon, cum termino verſus Japho.
47. Exivit autem terminus filiorum Danis ultra ipſos: nam aſcenderunt filii Danis, & pugnarunt cum Leſchem, ceperuntque eam, ac percuſſerunt eam ore gladii, ac hereditati ſuæ addiderunt eam, habitaruntque in ea: vocarunt autem Leſchem Danem, juxta nomen Danis, patris ipſorum.
48. Hæc (*eſt*) hereditas tribus filiorum Danis, juxta familias eorum; Urbes hæ, & villæ earum.
49. Cum itaque abſolviſſent hereditate terram, juxta terminos ejus: dederunt filii Iſraëlis hereditarem, Jehoſchuæ, filio Nunis, in medio ipſorum:
50. Juxta os Jehovæ dederunt illi urbem, quam petiit, Thimnath-Serach, in monte Ephrajim: qui ædificavit urbem, habitavitque in eâ.
51. Hæ ſunt hereditates, quas diſtribuerunt hereditatió Eleaſar Sacerdos, & Jehoſchua, filius Nunis, & capita patrum, juxta tribus filiorum Iſraëlis per ſortem, in Schilunte ante Jehovam, ad oſtium tabernaculi conventus. Ita abſolverunt dividere terram.

CAP. XX.

Iehovah I, Iehoſchuæ præcepit, ſanctificari citra & trans Iordanem urbes refugii, v. 1. 2. II. Quibus eò fugere liceat, docet à v. 3. Sanctificantur ergò III. tum citra tum trans Iordanem. à v. 7.

Poſteà locutus eſt Jehovah ad Jehoſchuam, dicendo:
2. Loquere ad filios Iſraëlis, dicendo: Date vobis urbes refugii, (*de*) quibus locutus ſum ad vos per manum (a) Moſis;
a) *Exod.* 21. 14. *Numer.* 35. 9. *Deuter.* 4. 41. 19. 2.
3. Ut fugiat eò homicida percutiens animam per errorem, ſine ſcientia: ut ſint vobis in refugium à redemptore ſanguinis.
4. Fugiet nimirum ad unam de urbibus his, ſtabitque (*ad*) oſtium portæ urbis, loqueturque in auribus ſeniorum urbis illius verba ſua; qui recipient eum intra urbem ad ſe, dabuntque illi locum, ut habitet cum ipſis.
5. Quando autem perſequetur redemptor ſanguinis poſt eum, non concludent homicidam in manum ejus; quia ſine ſcientia percuſſit ſocium ſuum, nec oſor (*fuit*) ipſe illi heri (*&*) nudius tertius.
6. Manebit ergo in urbe hac, uſque dum ſteterit coram congregatione in judicio, (*&*) uſque dum morietur Sacerdos magnus, qui fuerit in diebus illis; tunc (*enim*) revertetur homicida, veniétque ad urbem ſuam, & ad domum ſuam; ad urbem (*in quam*) unde fugerat.
7. Sanctificarunt itaque Kedeſch in Galilea, in monte Naphthali, & Schechem in monte Ephrajim & Kirjath-Arba, quæ (*eſt*) Hebron, in monte Judæ.
8. Trans Jordanem autem Jerichuntis verſus ortum, dederunt (b) Bezer in deſerto, in planitie, de tribu Rubenis; & Ramoth in Gilead, de tribu Gadis, & Golan in Baſchane de tribu Menaſcheh.
b) *Deut.* 4. 43.
9. Hæ fuerunt urbes conſtitutionis pro omnibus filiis Iſraëlis; & pro peregrino, peregrinante in medio eorum, ut fugeret eò omnis percutiens animam per errorem, ac moreretur per manum redemptoris ſanguinis, uſque dum ſtaret coram congregatione.

CAP. XXI.

Capita I. Patrum Levitarum ab Eleaſare, Iehoſchua & Senioribus Iſraëlis petunt urbes habitationum, v. 1. 2. Quæ II. illis dantur per ſortem, juxta (1.) tribus Iſraeliticas; tum & Sacerdotibus, tum Kehathitis, tum Gerſchonitis, tum Merarita. à v. 3. (2.) juxta urbium numina per omnes tribus. à 9. III. Ita terram totam Iehovah Iſraëli dedit & diſtribuit. à v. 41.

Deinde acceſſerunt capita patrum Levitarum ad Eleaſarem Sacerdotem, & ad Jehoſchuam, filium Nunis, & ad capita patrum tribuum, (*qui erant*) filiis Iſraëlis:
2. Ac locuti ſunt ad eos in Schilunte, in terrâ Canaanis, dicendo: (a) Jehovah præcepit per manum Moſis, ut dentur nobis urbes ad habitandum, & ſuburbia earum pro beſtia noſtra,
a) *Num.* 35. 2.
3. Dederunt ergò filii Iſraëlis Levitis de hereditate ſua, juxta os Jehovæ, urbes has, & ſuburbia earum.
4. Nimirum exiit ſors familiis Kehathitæ; contigeruntq; filiis Aharonis Sacerdotis ex Levitis (*iſtis,*) de tribu Judæ, & de tribu Schimeonitæ, & de tribu Binjaminis, per ſortem, urbes tredecim.
5. Filiis autem Kehathi reliquis, de familiis tribus Ephraim, & de tribu Danis, & de dimidio tribus Menaſcheh, per ſortem, urbes decem,
6. Filiis deinde Gerſchonis, de familiis tribus Iſſacharis, & de tribu Aſcheris, & de tribu Naphthali, & de dimidio tribus Menaſcheh in Baſchane per ſortem urbes tredecim.
7. Filiis Merari iuxta familias eorum, de tribu Rubenis, & de tribu Gadis, & de tribu Sebuluuis, urbes duodecim.
8. Dederunt, inquam, filii Iſraëlis Levitis urbes has, & ſuburbia earum; quemadmodum præcepit Jehovah per manum Moſis, per ſortem.
9. Dederunt nimirum de tribu filiorum Jehudæ, & de tribu filiorum Schimeonis, urbes has, quas vocavit nomine:
10. Contigit enim filiis (b) Aharonis, ex familiis Kehathitæ, ex filiis Levi (nam his fuit ſors prima,)
b) *1. Paral.* 7. 54.

11. Dederunt, inquam, his Kiriath-Arba, patris Enaki, quæ (*eſt*) (c) Hebron, in monte Judæ, & ſuburbia ejus circum eam;

12. Sed agrum urbis, & [d] villas ejus dederunt Kalebo, filio Jephunneh, in poſſeſſionem ejus.

13. Sic filiis Aharonis Sacerdotis dederunt urbem refugii homicidæ, Chebronem, & ſuburbia ejus; item Libnam, & ſuburbia ejus;

14. Et Jatthir ac ſuburbia ejus; Et Eſchthemoam, ac ſuburbia ejus;

15. Et Cholonem ac ſuburbia ejus; & Debirem ac ſuburbia ejus;

16. Et Ajinem ac ſuburbia ejus; Et Juttam ac ſuburbia ejus; Et Beth Schemeſch ac ſuburbia ejus: novem urbes de duabus tribubus iſtis.

17. De tribu verò Benjaminis; Gibeonem ac ſuburbia ejus; Gebam ac ſuburbia ejus;

18. Anathoth ac ſuburbia ejus; & Almonem ac ſuburbia ejus: urbes quatuor.

19. Omnes urbes filiorum Aharonis, Sacerdotum, [*fuerunt*] tredecim urbes & ſuburbia earum.

20. Porrò quod ad familias filiorum Kehathi, Levitarum, reſiduorum de filiis Kehathi: fuerunt urbes ſortis eorum de tribu Ephrajimi.

21. Dederunt namque illis urbem refugii homicidæ, Schechem ac ſuburbia ejus in monte Ephrajim; & Geſer ac ſuburbia ejus;

22. Et Kibzajim ac ſuburbia ejus; & Beth Choronem ac ſuburbia ejus: urbes quatuor.

23. Item de tribu Danis, Eltheken ac ſuburbia ejus; Gibbethonem ac ſuburbia ejus;

24. Ajalonem & ſuburbia ejus; Gath-Rimmonem ac ſuburbia ejus: Urbes quatuor.

25. De dimidio verò tribus Menaſchch, Thaanach ac ſuburbia ejus; & Gath Rimmonem ac ſuburbia ejus: urbes duas.

26 Omnes urbes decem [*ſunt*,] & ſuburbia earum, pro familiis filiorum Kehathi reliquorum.

27. Sed filiis Gerſchonis, de familiis Levitarum (*dederunt*,) de dimidio tribus Menaſcheh, Urbem refugii homicidæ, Golanem in Baſchane, ac ſuburbia ejus; & Beeſchtheram ac ſuburbia ejus: Urbes duas.

28. Item de tribu Jiſſacharis, Kiſchjonem ac ſuburbia ejus; Dobrath ac ſuburbia ejus;

29. Jarmutham ac ſuburbia ejus; En-Gannim ac ſuburbia ejus: urbes quatuor.

30. At de tribu Aſcheris; Miſcheal, & ſuburbia ejus; Abdonem, ac ſuburbia ejus.

31. Chelkath ac ſuburbia ejus; & Rechob ac ſuburbia ejus: urbes quatuor.

32. Denique de tribu Naphthali, urbem refugii homicidæ, Kedeſch in Galilæa, ac ſuburbia ejus, & Chammoth-Dor ac ſuburbia ejus, & Karthan ac ſuburbia ejus: Urbes tres.

33. Omnes Urbes Gerſchunnitæ, juxta familias eorum (*fuerunt*) tredecim urbes ac ſuburbia earum.

34. Porrò familiis filiorum Merari, Levitis reliquis (*dederunt*,) de tribu Sebulunis; Jokneam ac ſuburbia ejus, Kartham ac ſuburbia ejus;

35. Dimnam ac ſuburbia ejus; Nahalalem ac ſuburbia ejus: Urbes quatuor.

36. Item de tribu Gadis, Urbem refugii homicidæ, Ramoth in Gilead, ac ſuburbia ejus; & Machanaiim ac ſuburbia ejus;

37. Cheſchbonem ac ſuburbia ejus; Jaéſerem ac ſuburbia ejus: omnes Urbes quatuor.

38. Quod ad omnes urbes filiorum Merari, juxta familias eorum, reſiduorum de familiis Levitarum: fuit ſors eorum urbes duodecim.

39. Univerſæ (*autem*) urbes Levitarum in medio poſſeſſionis filiorum. Jiſraëlis (*fuerunt*) urbes quadraginta & octo, ac ſuburbia earum.

40. Fuerunt (*verò*) urbes hæ, ſingulæ cum ſuburbiis ſuis circum eam: ſic (*fuerunt*) omnibus urbibus his.

41. Sic dedit JEHOVAH Jiſraëli omnem terram, quam (c) juraverat daturum patribus eorum: poſſederunt itaque eam hereditatio, & habitarunt in ea.

42. Inſuper quietè dedit Jehovah illis à circuitu, juxta omne, quod juraverat patribus eorum, nec conſiſtebat vir (*ullus*) coram illis, de omnibus hoſtibus eorum: (*Sed*) omnes hoſtes eorum dedit JEHOVAH in manum eorum.

43. Non (*ergò*) cecidit verbum (*ullum*) de omni verbo bono, quod locutus erat JEHOVAH ad domum Jiſraelis; (*ſed*) evenit omne.

c) 1. Par. 7.55.56.

d) Joſ. 14.14.

e) Gen. 12.7. 13.15. 15.18. 26.3. 28.13. Deuter. 34.4.

CAP. XXII.

Jehoſchua 1. Rubenitas, Gaditas, & dimidium tribus Menaſcheh domum dimittit, cum laude, ad monitione, & mandata. à v. 1. Illi II. revertentes ad Jordanem altare extruunt; ideò ſuſpicionem defectionis à DEO incurrunt. à v. 9. Sed III. propterea à reliquis tribubus valdè commotis per Pinchaſum & legates compellati optimè ſe excuſant. à v. 11. Quæ IV. excuſatio cum gaudio ab omnibus admiſſa eſt. à v. 30.

TUnc vocavit Jehoſchua Rubenitam, & Gaditam, & dimidium tribus Menaſcheh:

2. Ac dixit ad illos; Vos cuſtodiviſtis omne, quod præcepit vobis Moſes, ſervus JEHOVÆ: obediviſtis enim voci meæ, quoad omne, quod præcepi vobis:

3. Non deſeruiſtis (*etiam*) fratres veſtros his diebus multis, uſque ad diem hunc: cuſtodiviſtis, inquam, cuſtodiam præcepti JEHOVÆ, DEI veſtri.

4. Cum ergò jam quietem dederit JEHOVAH fratribus veſtris, quemadmodum locutus eſt illis: ideò convertite vos, & abite vobis in tentoria veſtra, ad terram poſſeſſionis veſtræ, quam dedit vobis [a] Moſes, ſervus JEHOVÆ, in tranſitu Jordanis.

5. Studete modo valdè, facere præceptum, & legem, quam præcepit vobis Moſes, ſervus JEHOVÆ, ut diligatis JEHOVAM, DEUM veſtrum, & ambuletis in omnibus viis ejus, cuſtodiatiſque præcepta ejus, & adhæreatis ei, ſerviatiſque ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra.

6. Tum benedixit illis Jehoſchua, & dimiſit illos: abiverunt ergò ad tentoria ſua.

7. Cæterum [b] dimidio tribus Menaſcheh dederat Moſes in Baſchanc (*hereditatem*:) at dimidio ejus dedit Jehoſchua cum fratribus eorum citra Jordanem, verſus mare. Inſuper verò, quùm dimiſit eos Jehoſchua ad tentoria eorum, benedixitque illis:

8. Dixit ad eos Jehoſchua, dicendo: Cum opibus multis (*quidem*) revertimini ad tentoria veſtra, & cum pecore valdè multo, cum argento, & cum auro, & cum ære, & cum ferro, & cum veſtibus multis valdè: (*ſed*) dividite prædam hoſtium veſtrorum cum fratribus veſtris.

9. Reverſi itaque ſunt, abiveruntque filii Rubenis, & filii Gadis, & dimidium tribus Menaſcheh à filiis Jiſraelis è Schilunte, quæ (*eſt*) in terra Canaanis, ad abeundum in terram Gileadis, ad terram poſſeſſionis eorum, quam poſſederunt in eâ, juxta os JEHOVÆ per manum Moſis.

10. Sed cum venerunt ad terminos Jordanis, qui in terra Canaanis; ædificarunt filii Rubenis, & filii Gadis, & dimidium tribus Menaſcheh, ibi altare juxta Jordanem; altare magnum quoad ſpeciem.

11. Audiverunt verò filii Jiſraëlis, (*qui dixerunt*) dicendo: Ecce, ædificarunt filii Rubenis, & filii Gadis, & dimidium tribus Menaſcheh altare è regione terræ Canaanis, ad terminos Jordanis, à tranſitu filiorum Jiſraëlis.

12. Cum ergò audiverunt filii Jiſraëlis: congregati ſunt univerſus cœtus filiorum Jiſraëlis Schiluntem, ad aſcendendum contra illos in exercitum.

13. Miſerunt tamen (*prius*) filii Jiſraëlis ad filios Rubenis, & ad filios Gadis, & ad dimidium tribus Menaſcheh, ad terram Gileadis, Pinchaſum, filium Eleaſaris Sacerdotis.

14. Et decem principes cum eo; principes ſingulos in domum patris, quod ad omnes tribus Jiſraëlis; erant verò vir (*quiſque*) caput domus patrum ſuorum, pro millibus Jiſraëlis.

15. Qui venerunt ad filios Rubenis, & ad filios Gadis, & ad dimidium tribus Menaſcheh, ad terram Gileadis; locutique ſunt cum illis, dicendo:

16. Sic dixerunt univerſus cœtus JEHOVÆ; Quid tranſgreſſio hæc, quâ tranſgreſſi

a) Num. 32,33 Deut. 3, 12. Joſ. 13,8.

b) Num. 32,33. Joſ. 18,7.

greſſi eſtis contra Deum Iſraëlis, avertendo vos hodie a-poſt Jehovam; dum ædificaſtis vobis altare, ut rebelletis hodiè contra Jehovam.

c) Nu. 25,3. 17. Num parum eſt nobis cum [c] iniquitate Peoris, à qua nondum mundati ſumus, uſque ad diem hunc: licet facta ſit plaga in cœtu Jehovæ?

18. Jam vos avertitis vos hodie à-poſt Jehovam, fiet ergò; (*quia*) vos rebellatis hodie contra Jehovam, cras (*ille*) contra totum cœtum Iſraëlis irascetur.

19. Quod ſi verò immunda videtur terra poſſeſſionis veſtræ, tranſite vobis ad terram poſſeſſionis Jehovæ, ubi habitat habitaculum Jehovæ, & poſſeſſionem accipite in medio noſtri: tantummodò contra Jehovam ne rebellate, & contra nos ne rebellate, ædificando vobis altare, præter altare Jehovæ Dei noſtri.

d) Ioſ. 7, 1. 1 Par. 2, 7. 20. Nonne [d] Achan, filius Serachi, tranſgreſſus eſt tranſgreſſione in devotione, & contra univerſum cœtum Iſraëlis orta eſt ira? Licet enim vir unus (*eſſet:*) non (*tamen ſolus*) expiravit ob iniquitatem ſuam.

21. Tum reſponderunt filii Rubenis, & filii Gadis, & dimidium tribus Menaſcheh, locutique ſunt ad capita Chiliadum Iſraëlis.

22. Deus Deus Jehovah, Deus Deus Jehovah, ipſe novit, & Iſraël noverit; ſi per rebellionem, & ſi per prævaricationem contra Jehovam (*fecimus,*) ne ſerver nos die hoc!

23. (*Nimirum*) ædificando nobis altare ad avertendum nos a-poſt Jehovam. Si, inquam, (*hoc fecimus*) ad offerendum ſuper eo holocauſtum & Mincham; aut ſi (*hoc fecimus,*) ad faciendum ſuper eo ſacrificia pacificorum; Jehovah ipſe requirat!

24. Et ſi non ex ſolicitudine ob rem (*certam*) fecimus hoc, dicendo: Cras dicent fortè filii veſtri filiis noſtris, dicendo: Quid vobis & Jehovæ, Deo Iſraëlis?

25. Atqui limitem dedit Jehovah inter nos, & inter vos, ó filii Rubenis, & filii Gadis, Jordanem (*ſcilicet.*) Non ergo vobis eſt pars in Jehovah. Quomodo ceſſare facturi eſſent filii veſtri filios noſtros, ut non timerent Jehovam.

26. Ideò diximus; ſuſcipiemus, age, nobis ædificare altare, non pro holocauſto, neque pro ſacrificio (*ullo:*)

27. Sed teſtis (*erit*) illud inter nos & inter vos, & inter generationes noſtras poſt nos, ut ſerviamus ſervitium Jehovæ coram ipſo, per holocauſta noſtra, & per ſacrificia noſtra, & per pacifica noſtra; ne dicant filii veſtri cras filiis noſtris; Non eſt vobis pars in Jehovah.

28. Diximus enim: Fiet ergo: quum dixerint ad nos, & ad generationes noſtras cras (*tale quid:*) dicemus; Videte figuram altaris Jehovæ, quod fecerunt patres noſtri, non pro holocauſto, neque pro ſacrificio (*ullo;*) ſed teſtis illud (*eſt*) inter nos & inter vos.

29. Abſit (*ergò*) nobis à nobis rebellare contra Jehovam, & averti hodiè a-poſt Jehovam, ædificando altare pro holocauſto, pro Mincha, & pro ſacrificio, præter altare Jehovæ, Dei noſtri, quod (*eſt*) ante habitaculum ejus.

30. Cum itaque audiret Pinchaſus Sacerdos, & principes cœtus, & capita Chiliadum Iſraëlis, qui cum ipſo, verba, quæ locuti ſunt filii Rubenis, & filii Gadis, & filii Menaſcheh; bonum fuit in oculis eorum.

31. Ideò dixit Pinchaſus, filius Eleaſaris Sacerdotis, ad filios Rubenis, & ad filios Gadis, & ad filios Menaſcheh; Hodie cognovimus, quod in medio noſtri (*ſit*) Jehovah; quia non prævaricati eſtis contra Jehovam prævaricationem hanc: tunc eripuiſtis filios Iſraëlis è manu Jehovæ.

32. Quare reverſus eſt Pinchaſus, filius Eleaſaris Sacerdotis, & principes, à-cum filiis Rubenis, & a-cum filiis Gadis, è terra Gileadis ad terram Canaanis, ad filios Iſraëlis, retuleruntque illis verbum.

33. Fuitque bonum verbum in oculis filiorum Iſraëlis; quare benedixerunt Deo filii Iſraëlis; nec dixerunt (*amplius,*) aſcenſuros contra illos in exercitum, ad perdendum terram, in qua filii Rubenis, & filii Gadis (*erant*) habitantes.

34. Ideò

34. Ideò vocarunt filii Rubenis, & filii Gadis, altare; Omninò teſtis illud (*eſt*) inter nos, quod Jehovah (*ſit*) Deus.

CAP. XXIII.

Iehoſchua jam ſenex Seniores & capita filiorum Iſraëlis convocatos confirmat I. ad expellendum reliquias gentium Canaanæarum à v. 1. Ad adhærendum II. ſoli Iehovæ, non diis gentium; ſervandumq; legem Moſis à v. 6. Additâ gratâ partim promiſſione. v. 9. 10. partim gravi comminatione. à v. 11.

FActum deinde eſt poſt dies multos, poſtquam quietem dedit Jehovah Iſraëli ab omnibus hoſtibus eorum circumcirca; ac Jehoſchua ſenex (*factus*) venit in dies.

a) Ioſ. 24, 1. 2. Vocavit Jehoſchua univerſum Iſraelem, Seniores ejus, & capita ejus, & moderatores ejus, dixitque ad eos; Ego conſenui, intravi in dies:

3. Vos ergò vidiſtis omne, quod fecit Jehovah, Deus veſter, omnibus gentibus his coram vobis; quod (*nimirum*) Jehovah, Deus veſter, ipſe pugnaverit pro vobis.

4. Videte (*ergò;*) ſorte diviſi vobis gentes reliquas iſtas in hereditatem juxta tribus veſtras; (*gentes, inquam*) à Jordane, & omnes gentes, quas excidi, & mare magnum (*ab*) occaſu ſolis.

5. Jehovah autem, Deus veſter, ipſe impellet eas coram vobis, ut poſſideatis terram earum; ſicut locutus eſt Jehovah, Deus veſter, vobis.

6. Confirmate modò vos valdè, ad cuſtodiendum, & ad faciendum omne, quod ſcriptum (*eſt*) in libro legis Moſis, ut non recedatis ab eo ad dextram aut ſiniſtram;

7. Ne intretis ad gentes has; reliquas (*inquam*) has vobiſcum; nec nomen deorum earum memoretis; nec adjuretis, nec ſerviatis illis, nec incurvetis vos illis:

8. Sed Jehovæ, Deo veſtro, adhæretis; ſicut feciſtis uſque ad diem hunc;

b) Lev. 26,7.8. Deuter. 28,7. 9. [b] Expulitque Jehovah coram vobis gentes magnas & numeroſas; coram vobis autem non conſtitit vir (*quiſquam*) uſque ad diem hunc.

10. Vir unus de vobis perſequetur mille: quia Jehovah, Deus veſter, Ipſe (*erit*) pugnans pro vobis; ſicut locutus eſt vobis.

11. Quare cavebitis valdè animabus veſtris, ut diligatis Jehovam, Deum veſtrum.

12. Si namque avertendo averteritis vos, & adhæſeritis reliquiis gentium iſtarum, reliquiis iſtarum vobiſcum; & affinitatem contraxeritis cum illis, intraveritisque ad illas, & illæ ad vos:

13. Sciendo ſcietis, quod non additurus ſit Jehovah, Deus veſter, expellere gentes iſtas coram vobis; ſed futuræ ſint vobis in laqueum, & in offendiculum, & in flagellum in lateribus veſtris, & in ſpinas in oculis veſtris, donec pereatis de-ſuper terra bona hac, quam dedit vobis Jehovah, Deus veſter.

14. Ecce, ego quidem (*ſum*) abiens hodiè in via omnis terræ; ſcitis verò in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra, quod non ceciderit verbum ullum de omnibus verbis bonis, quæ locutus eſt Jehovah, Deus veſter, ſuper vos; ſed omnia venerint vobis: non (*inquam*) ceciderit de eo verbum ullum.

15. Fiet ergò: quemadmodum venit ſuper vos omne verbum bonum, quod locutus eſt Jehovah, Deus veſter, ad vos: ſic venire faciet Jehovah ſuper vos omne verbum malum, donec perdiderit vos de-ſuper terra bona hac, quam dedit vobis Jehovah, Deus veſter.

16. Propterea quod tranſgreſſi fueritis fœdus Jehovæ, Dei veſtri, quod præcepit vobis, abiveritiſque, & ſerviveritis diis aliis, ac incurvaveritis vos iis: Exardeſcet enim ira Jehovæ contra vos, ut pereatis citò de-ſuper terra bona, quam dedit vobis.

CAP. XXIV.

Iehoſchua ante mortem ſuam. I. convocat tribus Iſraëliticas cum Senioribus & Capitibus. v. 1. II. Convocatis inculcat ingentia Iehovæ beneficia, ipſis & patribus ipſorum præſtita. à v. 2. III. Ut Iehovæ ſecum ſerviant, monet, data tamen optione libera. à v. 14. IV. Cum Iehovam in DEUM ſuum eligentibus fœdus excidit. à v. 24. Ipſe

postea V. moritur & sepelitur. v. 29. VI. Ossa etiam Josephi sepeliuntur. v. 30. VII. Eleasarus etiam moritur & sepelitur. v. 31.

TAndem congregavit Jehoschua omnes tribus Jisraëlis in Senechem; vocavitque Seniores Jisraëlis, & capita ejus, & judices ejus, & moderatores ejus; constiteruntque coram DEO.

2. Dixit autem Jehoschua ad universum populum; Sic dixit JEHOVAH DEus Jisraëlis: Trans fluvium (*Euphratem*) habitarunt patres vestri à seculo; Therachus (*inprimis,*) pater Abrahami, & pater Nachoris; serviveruntque diis aliis.

a) *Gen. 11,31. 22, 1.* 3. Sed [a] accepi patrem vestrum Abrahamum, à trans fluvium, deduxique eum per totam terram Canaanis, multiplicavique semen ejus, ac dedi illi (*inprimis*)

b) *Gen. 21, 2.* [b] Jizchakum.

c) *Gen. 25,25.26* 4. Dedi autem Jizchako, [c] Jacobum & Esavum: & dedi (*quidem*) [d] Esavo

d) *Gen. 36, 8.* montem Seir, ad possidendum hereditario illum: sed [e] Jacobus & filii ejus descenderunt in Ægyptum.

e) *Gen. 46,6.*

f) *Exod. 3, 10.* 5. Quò misi [f] Mosen & Aharonem, percussique Ægyptium, sicut feci in medio ejus, posteaque eduxi vos.

g) *Exod. 12,33.* 6. [g] Eduxi, inquam, patres vestros ex Ægypto: sed cum venerunt ad mare, persecuti sunt Ægyptii post patres vestros, cum curru, & cum equitibus, usque ad mare Suph.

h) *Exod. 14,9.* 7. Sed cùm [h] clamarent ad JEHOVAM, posui caliginem inter vos & inter Ægyptium, & adduxi super hunc mare, quod obtexit eum: viderunt autem oculi vestri omne, quod feci in Ægypto. Deinde morati estis in deserto diebus multis.

i) *Num. 21,24.29* 8. Posteà deduxi vos ad [i] terram Emoræi, habitantis in (*terrâ*) trans Jordanem; qui pugnarunt vobiscum, sed dedi eos in manum vestram, ut caperetis hereditariò terram eorum: perdidi enim eos coram vobis.

9. Dein surrexit Balak, filius Zippor, Rex Moabi, & bellum molitus est contra

k) *Num. 22,5.* Jisraëlem: misit enim, [k] vocavitque Bileamum, filium Beoris, ad maledicendum vobis,

10. Sed non volui audire Bileamum: quin benedixit benedicendo vobis; sic liberavi vos è manu ejus.

l) *Jos. 3, 14. 6, 1. 11,3.* 11. Posteà transivistis [l] Jordanem, & venistis ad Jerichuntem: ubi pugnarunt (*quidem*) contra vos cives Jerichuntis; (*itemq;*) Emoræus, & Perisæus, & Canaanæus, & Chitthæus, & Girgaschæus, Chivvæus, & Jebusæus: sed dedi eos in manum vestram.

m) *Ex. 23,28. Deut. 7, 20.* 12. Imò misi coram vobis [m] crabronem, qui expulit eos coram vobis, (*inprimis*) duos Reges Emoræi: non per gladium tuum, neque per arcum tuum (*id fecisti.*)

13. Ita dedi vobis terram, pro quâ non laborasti; & urbes, quas non ædificastis, ut habitaretis in iis; vineas & oleas, quas non plantastis, vos (*estis*) comedentes.

14. Nunc ergò timete JEHOVAM, & servite illi in sinceritate & veritate; removete autem deos, quibus serviverunt patres vestri in (*terrâ*) trans fluvium, & in Ægypto; servité verò JEHOVÆ.

15. Quòd si malum (*sit*) in oculis vestris servire JEHOVÆ; eligite vobis hodiè, cui servituri sitis; num diis, quibus serviverunt patres vestri, qui erunt in (*terrâ*) trans fluvium; an verò diis Emoræi, quorum in terra vos (*estis*) habitantes? Ego autem, & domus mea serviemus JEHOVÆ.

16. Tum respondit populus, dixitque; Absit nobis, ut deseramus JEHOVAM, ad serviendum diis aliis.

17. JEHOVAH DEus noster est, qui ascendere fecit nos, & patres nostros è terra Ægypti, è domo servorum, & qui fecit in oculis nostris signa magna illa, custoditque nos in tota via, in qua ivimus, & in omnibus populis, per quorum medium transivimus;

18. Insuper expulit JEHOVAH omnes populos, Emoræum (*scil.*) habitantem in terra, coram nobis: (*ideò*) etiam nos serviemus JEHOVÆ; quia ille DEus (*est.*)

19. Cumque diceret Jehoschua ad populum; Non poteritis servire JEHOVÆ; quia DEus sanctus ille (*est*) DEus Zelotes ille; non condonabit prævaricationem vestram, & peccata vestra;

20. Quando (*ergò*) deseueritis JEHOVAM,

VAM, & serviveritis diis alienigenæ, avertetur, & malum faciet vobis, & consumet vos, postquam benè fecit vobis:

21. Dixit populus ad Jehoschuam; Non, sed JEHOVÆ serviemus.

22. Quare dixit Jehoschua ad populum; Testes (*ergò*) vos (*estis*) contra vos, quod vos elegeritis vobis JEHOVAM, ad serviendum illi: qui dixerunt; Testes (*sumus.*)

23. Jam ergò (*perrexit*) removete deos alienigenæ, qui in medio vestri, & inclinate cor vestrum ad JEHOVAM, DEum Jisraëlis.

24. Cumque dicerent populus ad Jehoschuam; JEHOVÆ, DEo nostro, serviemus, & voci ejus obediemus:

25. Excidit Jehoschua fœdus populo in die hoc, posuitque illi statutum, & judicium in Schechemo.

26. Scripsit etiam Jehoschua verba hæc in librum legis DEI, accepitque lapidem, ac erexit eum ibi sub quercu, quæ (*erat*) in sanctuario JEHOVÆ.

27. Denique dixit Jehoschua ad universum populum: Ecce, lapis hîc erit nobis in testem: audivit enim ille omnes sermones JEHOVÆ, quos locutus est nobiscum; erit, inquam, in testem contra vos, ne abnegetis DEum vestrum.

n) *Jud. 2,6.* 28. Ita dimisit Jehoschua [n] populum, virum (*quemq;*) in hereditatem suam.

29. Cæterum factum est post verba hæc; ut mortuus sit Jehoschua, filius Nunis, servus JEHOVÆ; filius centum & decem annorum.

30. Quem sepeliverunt in termino hereditatis ejus, in Thimnath Serach, quæ in monte Ephrajim (*est*) à septentrione montis Gaasch.

o) *Jud. 2,7.* 31. [o] Servivit autem Jisraël JEHOVÆ omnibus diebus Jehoschuæ, & omnibus diebus Seniorum, qui prolongarunt dies post Jehoschuam, & qui noverunt omne opus JEHOVÆ, quod fecit Jisraëli.

p) *Gen. 50,25. Ex. 13, 19.* 32. Ossa etiam [p] Josephi, quæ ascendere fecerunt filii Jisraëlis ex Ægypto, sepeliverunt in Schechemo, in parte agri, quem emit [q] Jacobus à filiis Chamoris, patris Schechemi, centum nummis; factaque fuerunt (*ista*) filiis Josephi in hereditatem.

q) *Gen. 33,19.* 33. Eleasar quoque, filius Aharonis, mortuus est: quem sepeliverunt in Gibea Pinchasi, filii ejus, quæ data fuit illi in monte Ephrajim.

JUDICUM

CAPUT I.

Jehovah I. interrogatus tribum Juda declarat principem. v. 1. 2. Tribus Juda II. inito pacto cum tribu Schimeonii (1.) in sorte sua cadit & capit Adonibesekum, Hierosolymam comburit, montem, Austrum & planitiem occupat. à v. 3. Per Kalebum autem expugnat Chebronem Debiremq;, & Kenitis dat locum in deserto. à v. 10. (2.) Schimeonem in sorte ipsius juvat. à v. 17. III. Tribus Ephrajim occupat Bethelem. à v. 22. IV. Canaanæos non expulerunt Beniamin. v. 21. Menascheh v. 27. 28. Ephrajim. v. 29. Sebulun. v. 30. Ascher. v. 31. 32. Naphthali. v. 33. Dan. à v. 34.

FActum autem est post mortem Jehoschuæ (*id, quod sequitur:*) Interrogaverant (*pridem*) filii Jisrael JEHOVAM, dicendo; Quis ascendet nobis ad Canaanæum in principio ad pugnandum contra eum?

2. Et dixit JEHOVAH; Juda ascendet: ecce dedi terram in manum ejus.

3. Tum dixit Juda Schimeoni, fratri suo; ascende mecum in sorte meâ, ut pugnemus adversus Canaanæum; posteà ibo etiam ego tecum in sorte tuâ: ivit ergo cum ipso Schimeon.

4. Cumque ascendit Juda, dedit JEHOVAH Canaanæum & Perisæum in manum eorum, ut percuterent eos in Besek, decem millia virorum.

5. Invenerunt enim Adonibesekum in Besek, & pugnarunt cum eo, percusseruntque Canaanæum & Perisæum.

6. Fugit autem Adonibesekus: sed persecuti sunt eum, & ceperunt eum, & inciderunt pollices manuum ejus & pedum ejus.

7. Tum dixit Adonibesekus; septuaginta Reges, pollices manuum eorum & pedum eorum concisi, fuerunt colligentes sub mensa meâ, sicut feci, ita retribuit mihi DEus. Cum vero deduxissent eum Hierosolymam, mortuus ibi est.

8. Oppugnaverunt deinde filii Judah Hierosolymam, & ceperunt eam; & percusserunt eam, ore gladii, urbique immiserunt ignem.

9. Posteà descenderunt filii Judah ad pugnandum cum Canaanæo habitante montem, & Austrum, & planitiem.

10. Ivit autem Judah adversus Canaanæum habitantem in Chebron [nomen autem Chebronis olim fuit Kirjath-Arba] & [a] percusserunt Scheschajum, & Achimanem, & Thalmajum. a) *Ios. 15, 14.*

11. Tum ivit inde ad Habitatores Debir: nomen autem (*urbis*) Debir olim fuit Kirjath-Sepher.

12. Ibi dixit Kalebus; qui percusserit Kirjath-Sepher, & ceperit eam, ei dabo Achsam, filiam meam, in uxorem.

13. Cepit itaque eam Othniel, filius Kenasi, fratris Kalebi, eo minoris: deditque ei Achsam, filiam suam, in uxorem.

14. Factum [b] autem est, cum veniret illa, ut incitaret eum ad petendum à patre suo agrum, & dejiceret se à super asino: cui dixit Kalebus; Quid tibi? b) *Ios. 15, 18.*

15. Tum dixit ei; da mihi benedictionem: quia terram meridiei dedisti mihi, da mihi etiam Gulloth (*h.e. scaturigines aquarum.*) Dedit ergo ei Kalebus Gulloth Illith (*h.e. scaturigines superiores,*) & Gulloth Thachthith (*h.e. scaturigines inferiores.*)

16. Et filii [c] Kenitæ, affinis Mosis, ascenderunt ex urbe palmarum cum filiis Judah, in desertum Judah, quod est in meridie Aradi; ivitque, & habitavit cum populo. c) *Exod. 18, 1. Numer. 10, 29.*

17. Deinde ivit Judah cum Schimeone fratre suo: & percusserunt Canaanæum habitantem in Zephath, & devoverunt eam; vocavitque nomen urbis Chorma.

18. Cepit etiam Judah Gazam terminumque ejus.

19. Ita fuit JEHOVAH cum Judah, ut expelleret montem: quia non (*potuit*) expellere habitatores vallis; eò quod currus ferri illis essent.

20. [d] Dederunt autem Kalebo Chebronem, quemadmodum dixit Moses, & expulit inde tres filios Enaki. d) *Num. 14, 24. Ios. 14, 13. 15, 13.*

21. Sed Jebusæum habitantem Hierosolymam non expulerunt filii Benjaminis: habitavit itaque Jebusæus cum filiis Benjaminis in Hierosolyma usque ad diem hunc.

22. Ascenderunt similiter domus Josephi etiam ipsi Beth-Elem: fuitque JEHOVAH cum illis.

23. Et exploraverunt domus Josephi Beth-Elem, (nomen autem urbis olim fuit Lus.)

24. Et viderunt observatores virum exeuntem ex urbe: dixeruntque ei; monstra nobis nunc introitum urbis: tum faciemus tecum misericordiam.

25. Tum monstravit illis introitum urbis: & percusserunt urbem ore gladii: virum verò & totam familiam ejus dimiserunt.

26. Ivit autem vir in terram Chitthæorum; ædificavitque urbem: cujus vocavit nomen Lus; quod est nomen ejus usque ad hunc diem.

27. Sed non expulit Menascheh Beth-Scheanem, filiasque ejus; & Thaanacham, filiasque ejus; & habitatorem Dor, filiasque ejus; & habitatores Jibleami, filiasque ejus; & habitatores Megiddo, filiasque ejus: cepitque Canaanæus habitare in terra hac.

28. Factum quidem est, quando fortior factus est Jisraël, ut adigeret Canaanæum ad tributum; expellendo tamen non expulit eum.

29. Ephrajim quoque non expulit Canaanæum habitantem in Geser: sed habitavit Canaanæus in medio ejus in Geser.

30. Sebulun non expulit habitatores Kitronis, habitatores Nahalolis: sed habitavit Canaanæus in medio ejus; fuerunt tamen in tributum.

31. Ascher non expulit habitatores Acconis, & habitatores Zidonis, & Achlabam, & Achsibam, & Chelbam, & Aphikam, & Rechobam.

32. Sed habitavit Ascherita in medio Canaanæorum habitantium terram; non enim expulit eum.

33. Naphthali non expulit habitatores Beth-Schemesch, & habitatores Anathæ: sed habitavit in medio Canaanæorum habitantium terram: habitatores tamen Beth-Schemesch, & habitatores Anathæ fuerunt ipsis in tributum.

34. Quin repressérunt Emoræi filios Danis in montem: non enim permisit illi descendere in vallem.

35. Cepitque Emoræus habitare in Har-Chéres, in Ajalon, & in Schaalbim: gravis tamen facta est manus domus Josephi, ut essent in tributum.

36. Terminus autem Emoræi ab ascensu Akrabbim, à petra & sursum.

CAP. II.

Angelus Iehovæ. I. in Bochim reprehendit filios Israëlis ob non expulsos Canaanæos. à v. 1. II. Filij Israëlis Iehovæ servierunt, dum Iehoschua & coævi Seniores vixerunt, posteà verò eum deseruerunt, & hostibus traditi sunt. à v. 6. III. Liberati à Iehovah per Iudices, hi mortuis ad vomitum redierunt. à v. 16. Unde IV. Iehovah ira accensus reliquos Canaanæos non expulit amplius. à v. 20.

IDeò ascendit Angelus JEHOVÆ ex Gilgal ad Bochim: dixitque; ascendere feci vos ex Ægypto, & adduxi vos ad terram, quam jurato promisi patribus vestris: ac dixi; non irritum faciam fœdus meum vobiscum in æternum,

2. Vos autem [a] ne ferite fœdus cum habitatoribus terræ hujus; [b] altaria eorum destruite: sed non obedivistis voci meæ: quare hoc fecistis? a) *Deut. 7, 2.* b) *Num. Hos. 8.*

3. Ideò etiam dixi; Non expellam eos coram vobis: unde erunt vobis in spinas, & dii eorum erunt vobis in laqueum.

4. Et factum est, cum loqueretur Angelus JEHOVÆ verba hæc ad omnes filios Jisraelis, ut tollerent populus vocem suam, & flerent.

5. Unde vocarunt nomen loci hujus Bochim (*q. d. locus Flentium:*) sacrificaveruntque JEHOVÆ.

6. Cæterum postquam dimisit [c] Jehoschua populum, iveruntque filii Jisraëlis, quilibet in hereditatem suam, ad hereditandum terram, c) *Ios. 24, 28.*

7. Servierunt quidem populus JEHOVÆ omnibus diebus Jehoschuæ, & omnibus diebus Seniorum, qui prolongarunt dies post Jehoschuam; quotquot viderunt omne opus JEHOVÆ magnum, quod fecit Jisraëli.

8. Sed postquam mortuus est Jehoschua, filius Nun, servus JEHOVÆ, filius centum & decem annorum:

9. [d] Et sepeliverunt eum in termino hereditatis ejus, in Thimnath Cheres, in monte Ephrajim; à septentrione montis Gaasch. d) *Ios. 24, 29. 30.*

10. Similiterque omnis generatio illa congregati sunt ad patres suos; surrexit autem generatio alia post eos, qui non cognoverunt JEHOVAM, etiamque opus, quod fecit Jisraëli:

11. Tum verò fecerunt filii Jisraëlis malum in oculis JEHOVÆ, & serviverunt Baalim.

12. Deseruerunt enim JEHOVAM, DEUM patrum suorum, qui eduxit eos è terra Ægypti: iveruntque post Deos alios de diis populorum, qui in circuitibus ipsorum, & incurvarunt se illis, & ad iram provocarunt JEHOVAM.

13. Deseruerunt, inquam, JEHOVAM, & servierunt Baali atque Astharoth.

14. Ideò accensa est ira JEHOVÆ; ut

traderet eos in manum deprædantium, qui deprædarentur eos; ac venderet eos in manum hostium eorum in circuitu, ut non possent amplius stare coram hostibus suis.

e) Lev. 26,17. Deuter. 28,25. 15. In omni quo exiverunt, [e] manus JEHOVÆ fuit contra eos in malum: quemadmodum locutus est JEHOVAH, & quemadmodum juravit JEHOVAH eis: unde angustia fuit ipsis magna.

16. Tum demum suscitavit JEHOVAH Judices, & liberarunt eos è manu deprædantium eos.

17. Veruntamen etiam Judicibus ipsorum non obediverunt; sed scortati sunt post Deos alios, & incurvaverunt se illis: recesserunt citò à via, in qua ambularunt patres eorum, obediendo præceptis JEHOVÆ; non fecerunt sic.

18. Quando enim suscitavit JEHOVAH illis Judices, fuit JEHOVAH cum judice, & liberavit eos è manu hostium eorum omnibus diebus judicis: quia pœnituit JEHOVAM ex gemitu eorum, propter oppressores eorum & impulsores eorum.

19. Sed factum est, quando mortuus est judex, aversi sunt, & corruperunt se præ patribus suis, ad eundum post Deos alios, serviendo illis, & incurvando se illis: non cadere fecerunt de operibus eorum, & de via eorum gravi.

20. Accensa porrò est ira JEHOVÆ contra Israëlem, ut dixerit; propterea quod transgressi sunt populus hic fœdus meum, quod præcepi patribus eorum, nec obediverunt voci meæ:

21. Etiam Ego non addam expellere virum coram ipsis de gentibus, quas reliquit Jehoschua, cum mortuus est.

22. Ad tentandum per eas Israëlem; Num custodientes (*futuri sint*) illi viam JEHOVÆ, ad eundum in iis, quemadmodum custodiverunt patres eorum; annon?

23. Reliquitque JEHOVAH gentes istas, ut non expelleret eas citò; quas nimirum non dederat in manum Jehoschuæ.

CAP. III.

Recensentur I. populi in terra relicti, à v.1. II. Filij Israëlis, Canaanæis mixti & Bealim servientes, à Iehovah irati tradiuntur in manum Kuschan-Rischathajim octo annos. à v.5. E quâ III. pœnitentes per Othnielem liberantur. à v.9. Sed IV. denuò malum facientes Eglæni, Regi Moabi, servire coguntur octodecim annos. à v.12. Pœnitentes iterum V. per Ehudem, occiso Eglone, liberantur. à v.15. VI. Posteà à Philistæis etiam per Samgarem servantur. v.31.

a) Deut. 7.22. HÆ autem sunt [a] gentes, quas reliquit JEHOVAH, ad tentandum per eas Israëlem; omnes, qui non cognoverunt omnia bella Canaanis.

2. Veruntamen ut cognoscerent generationes filiorum Israëlis, ad docendum eos bellum; cum ii, qui prius fuerunt, non cognoverint eas (*gentes.*)

b) Deut. 3,8. Ios. 11,3. 3. Quinque Satrapæ Philistæorum, & omnis Canaanæus, & Zidonius, & Chivvæus, habitans montem Libanon, [b] à monte Baal-Hermon, usque dum venitur Chamatham.

4. Et fuerunt ad tentandum per eos Israëlem, ad cognoscendum, num auditurі essent præcepta JEHOVÆ, quæ præceperat patribus eorum per manum Mosis.

5. Itaque filii Israëlis habitaverunt in medio Canaanæi, Chitthæi, & Emoræi, & Perisæi, & Chivvæi, & Jebusæi.

6. Et sumserunt filias eorum sibi in uxores, & filias suas dederunt filiis eorum, & serviverunt diis eorum.

7. Et fecerunt filii Israëlis malum in oculis JEHOVÆ, & obliti sunt JEHOVÆ DEI ipsorum, servieruntque Bealim & lucis.

8. Ideò accensa est ira JEHOVÆ erga Israëlem, venditque eos in manum Kuschan-Rischathajim, Regis Syriæ fluviorum (*Mesopotamiæ:*) serviveruntque filii Israëlis Kuschan-Rischathajim octo annos.

9. Cum autem clamarent filii Israëlis ad JEHOVAM: suscitavit JEHOVAH servatorem filiis Israëlis, ut servaret eos, Othnielem, filium Kenasi, fratris Kalebi, minoris eo.

10. Fuit enim super eum spiritus JEHOVÆ, & judicavit Israëlem, & exivit in bellum; & dedit JEHOVAH in manum ejus Kuschan-Rischathajim, & confortata est manus ejus super Kuschan-Rischathajim.

11. Et quievit terra quadraginta annos: & mortuus est Othniel, filius Kenasi.

12. Deinde addiderunt filii Israëlis facere malum in oculis JEHOVÆ: itaque corroboravit JEHOVAH Eglonem, Regem Moabi, supra Israëlem; propterea quod fecerunt malum in oculis JEHOVÆ.

13. Et congregavit ad se filios Ammonis, & Amalekum: ivitque & percussit Israëlem; & possederunt urbem palmarum.

14. Et serviverunt filii Israëlis Egloni, Regi Moabi, octodecim annis.

15. Tandem clamaverunt filii Israëlis ad JEHOVAM: excitavitque JEHOVAH eis servatorem, Ehudem, filium Gera, Benjaminitam; virum clausum manu dexteræ suæ. Miserunt enim filii Israëlis per manum ejus munus Egloni, Regi Moabi.

16. Tum fecit sibi Ehud gladium, cui binæ acies, longitudo cubitus: accinxitque eum subter vestibus suis super femur dextrum.

17. Attulit itaque munus Egloni, Regi Moabi (Eglon autem erat vir obesus valdè.)

18. Verum factum est: postquam absolvit offerre munus, dimisit populum, portantes munus.

19. Ipse autem reversus est à Pesilim (*hoc est, sculptilibus,*) quæ propè Gilgalem sunt; & dixit; Verbum secreti alicujus mihi ad te est, Rex: unde dixit (Rex,) ecce; exiveruntque à-juxta ipsum omnes stantes juxta ipsum.

20. (Ehud autem ingressus fuerat ad ipsum, cum ipse sederet in cœnaculo refrigerii, quod ipsi soli erat:) dixit ergò Ehud; Verbum DEI mihi est ad te; tum surrexit è throno.

21. Et misit Ehud manum sinistræ suæ, accepitque gladium à-super femore dextræ suæ, & fixit illum in ventrem ejus.

22. Intravitque etiam capulus post aciem, ac clausit adeps post aciem (quoniam non extraxit gladium è ventre ejus;) exivit autem ab aversa parte.

23. Exivit autem Ehud in conclave ordinum: clausitque januas cœnaculi, & occlusit.

24. Vix ille egressus fuit, cum servi ejus venerunt, viderunteque: sed, ecce, januæ cœnaculi occlusæ erant: dixerunt ergò; Utique tegens est ille pedes suos in conclavi cœnaculi æstivi.

25. Itaque expectarunt, donec puderet (*eos:*) sed ecce, non erat ille aperiens januas cœnaculi: ideò sumserunt clavem, & aperuerunt; cum, ecce, Dominus eorum jacens in terra erat mortuus.

26. Ehud autem evaserat, dum illi morati sunt; cumque præteriisset Pesilim (*locum,*) evasit (*inde porrò*) in Schëiram.

27. Et factum est, quum ille venisset (*eò,*) clanxit buccina in monte Ephrajim; descenderuntque cum ipso filii Israëlis de monte, ipseque coram iis.

28. Et dixit ad eos; Persequimini post me; quia dedit JEHOVAH hostes vestros, Moabum, in manum vestram: descenderunt itaque post eum, & ceperunt transitus Jordanis versus Moabum, nec dederunt viro transire.

29. Et percusserunt Moabum, in tempore illo, tanquam decem millia virorum, omnem validum & omnem virum strenuitatis; & non evasit vir (*quisquam.*)

30. Humiliatusque est Moabus in die illo sub manum Israëlis: quievitque terra octoginta annis.

c) Iud. 3, 5, 6. 31. Post eum autem fuit Samgar (*Schamgar*) [c] filius Anath: & percussit Philistæos, sexcentos viros stimulo bovis: & servavit etiam ipse Israëlem.

CAP. IV.

Filij Israëlis I. addunt malum facere, & traduntur in manum Iubini: ob quem tamen ad Iehovam clamant. à v.1. II. Idcò Debora nomine Iehova Barakum adurna vocat: qui sine illâ ire renuit à v.4. Unde III. Debora cum ipso pergit. à v.9. Contrà quos IV. Sisera exit in bellum, à Iehovah conturbatus, & victus. à v.12. Parakus V. fugientem persequitur usq; ad tentorium Iaëlis: in quo à Iaële occiditur. à v.16. Ita VI. Israël liberatur v.23.24.

SEd addiderunt filii Iſraël facere malum in oculis JEHOVÆ: (Ehud autem erat mortuus:)

a) 1 Sa. 12, 9.

2. Ideò [a] vendidit eos JEHOVAH in manum Jabini, Regis Canaanis, qui regnavit in Chazor: princeps autem exercitus ejus fuit Siſera; & hic erat habitans in Charoſcheth gentium.

3. Et clamarunt filii Iſraëlis ad JEHOVAM: quia nongenti currus ferri illi (*fuerunt,*) & ille oppreſſit filios Iſraëlis cum violentia viginti annos.

4. At Debora mulier Prophetiſſa, uxor Lappidoth, hæc (*inquam, erat*) judicans Iſraëlem in tempore hoc.

5. Hæc enim ſedebat ſub palma Deboræ, inter Ramam & inter Beth-Elem, in monte Ephrajim: aſcenderunt autem ad eam filii Iſraëlis in (*propter*) judicium.

6. Hæc miſit, & vocavit Barakum, filium Abinoami de Kedeſch Naphthali, dixitque ad eum; Annon præcepit JEHOVAH, Deus Iſraëlis; abi, & trahe (*buccinam*) in monte Thabor, & ſume tecum decem millia virorum de filiis Naphthali, & de filiis Sebulun?

7. Traham autem ad te ad torrentem Kiſchon Siſeram, principem exercitus Jabini, & currum ejus, & multitudinem ejus; & dabo eum in manum tuam.

8. Tum dixit ad eam Barakus; ſi iveris mecum, ibo: ſed ſi non iveris mecum, non ibo.

9. Dixit ergo; Eundo ibo tecum; niſi quod non erit gloria tua ſuper via, qua tu ibis; ſed in manum fœminæ vendet JEHOVAH Siſeram. Surrexitque Debora, & ivit cum Barako in Kedeſch.

10. Tum convocavit Barakus Sebulunem, & Naphthali in Kedeſch: fecitque aſcendere ſub pedibus (*ductu*) ſuis decem millia virorum: ac aſcendit cum ipſo Debora.

11. Cæterum Cheber Kenita ſeparaverat ſe à Kajin, à filiis Chobabi, affinis Moſis: & tetenderat tentorium ſuum uſque ad Alon, in Zaananim, quæ propè Kedeſch.

12. Annuntiaverunt verò Siſeræ; Quia aſcendit Barakus, filius Abinoami, in montem Thabor.

13. Convocavit itaque Siſera omnes currus ſuos (*ſcil.*) nongentos currus ferri, & omnem populum, qui cum ipſo, è Charoſcheth gentium ad torrentem Kiſchon.

14. Tum dixit Debora ad Barakum; ſurge, nam hic eſt dies ille, quo tradidit JEHOVAH Siſeram in manum tuam. Nonne JEHOVAH exivit ante te? deſcenditque Barakus de monte Thabor, & decem millia virorum poſt eum.

15. Et [b] conturbavit JEHOVAH Siſeram, & omnes currus, & univerſa caſtra ore gladii coram Barako: ut deſcenderet Siſera de curru, & fugeret pedibus ſuis.

b) Pſ. 83. 10.

16. Barakus autem perſecutus eſt poſt currus, & poſt caſtra uſque ad Charoſcheth gentium: cecideruntque univerſa caſtra ore gladii; non relictus eſt uſque ad unum (*quiſquam.*)

17. Siſera verò fugit pedibus ſuis ad tentorium Jaëlis, uxoris Cheberi Kenitæ; quoniam pax erat inter Jabinum Regem Chazoris, & inter domum Cheberi Kenitæ.

18. Et exivit Jaël in occurſum Siſeræ, dixitque ad eum; ſecede, Domine mi, ſecede ad me; ne timeas: ſeceſſit itaque ad eam in tentorium, obtexitque eum veſte ſtragula.

19. Tum dixit ad eam; præbe mihi bibendum, quæſo, parum aquæ; quia ſitio: illa verò aperuit utrem lactis, præbuitque ei potum, & obtexit eum.

20. Dixit verò ad illam; conſiſte in oſtio tentorii: eritque, ſi vir venerit, interrogaveritque te, & dixerit; num eſt hic vir? tum dic; Non.

21. Sed ſumſit Jaël, uxor Cheberi, paxillum tentorii, & poſuit malleum in manu ſua, intravitque ad eum ſenſim, ac fixit paxillum in tempore ejus, ut penetraret in terram: ille verò ſomno obrutus, & feſſus fuit, mortuuſque eſt.

22. Ecce verò Barakus perſequebatur Siſeram: exivit itaque Jaël in occurſum ejus, dixitque ei; ito (*huc,*) & monſtrabo tibi virum, quem tu (*es*) quærens. Intravit ergò ad eam; & ecce, Siſera (*erat*) jacens mortuus, ac paxillus in tempore ejus.

23. Humiliavit itaque Deus in die hoc Jabinum, Regem Canaanis, coram filiis Iſraëlis.

24. Ivitque manus filiorum Iſraëlis eundo ingraveſcendoque ſuper Jabinum, Regem Canaanis, uſque dum exciderunt Jabinum, Regem Canaanis.

CAP. V.

Eſt in hoc Capite Canticum Deboræ & Baraki. In quo I. indicatur miſer ſtatus terræ & populi, poſt exordium. à v. 6. II. Excitantur tum ad laudandum DEUM, tum ad ſuccurrendum cum Deborâ & Barake tribus Iſraëlitica, laudanturque, & quies ei promittitur. à v. 9. III. Mirabilis pugna deſcribitur contra hoſtes. à v. 19. IV. Sicut pugnam abnuentibus maledicitur: ita Jaëli benedicitur. à v. 23. V. Inſultatur Matri Siſeræ, & mulieribus ejus. à v. 28.

TUm cecinit Debora, & Barakus, filius Abinoami, in die iſtoc, dicendo:

2. Pro ulciſcendo ultiones in Iſraële, pro offerendo ſponte ſe populi, benedicite JEHOVÆ.

3. Audite Reges, auribus percipite Dominatores: Ego JEHOVÆ, ego canam; cantabo JEHOVÆ Deo Iſraëlis.

a) Deut. 2, 29. Pſ. 68, 9. 114, 7.

4. JEHOVAH, [a] quando exiviſti è Seïr, quando egreſſus es ex Agro Edomi, terra contremuit, etiam cœli ſtillarunt, etiam nubes ſtillarunt aquas.

5. Montes defluxerunt coram JEHOVAH: hic Sinai coram JEHOVAH, Deo Iſraëlis.

b) Jud. 3, 31.

6. In diebus [b] Schamgaris, filii Anathi, in diebus Jaëlis, ceſſarunt viæ, & euntes ſemitas iverunt vias tortuoſas.

7. Ceſſarunt vici in Iſraël, ceſſarunt: donec ſurrexi Debora, ſurrexi mater in Iſraël.

8. Elegit DEos novos, tum (π) oppugnare portas (*cœpit.*) [c] Clypeus num viſus eſt aut haſta in quadraginta millibus in Iſraël?

c) 1. Sa. 13, 22.

9. Cor meum ad Legislatores Iſraëlis, qui promtos ſe exhibuerunt in populo: benedicite JEHOVÆ.

10. Qui equitatis ſuper aſinabus candidis, qui ſedetis ſuper Middin, & qui ambulatis ſuper via, meditamini.

11. Præ voce cogentium greges inter hauſtra, modulabuntur ibi juſtitias JEHOVÆ, juſtitias pagi ejus in Iſraël: tunc deſcendent ad portas populus JEHOVÆ.

12. Excitare, excitare, Debora; excitare, excitare, loquere canticum: Surge Barak, & captivam duc captivitatem tuam, fili Abinoami.

13. Tunc dominabitur reſiduus; magnificis populus: JEHOVAH dominabitur mihi inter fortes.

d) Exod. 17, 13.

14. Ex [d] Ephrajimo (*erunt,*) quorum Radix in Amalek; poſt te, Binjamin, (*erit*) in populis tuis; ex Machir deſcendent Legislatores; & ex Sebulun trahentes ſceptrum ſcribæ.

15. Et principes in Iſſachar cum Debora; & Iſſachar, ſic cum Barako, in valle mitteretur ſub pedibus ejus: in claſſibus Rubenis, magni (*quoad*) ſtatuta cordis.

16. Quare ſederes inter onera ad audiendum ſibila gregum? claſſibus Rubenis ſunt magni perveſtigationibus cordis.

17. Gilead in tranſitu Jordanis habitans (*erit;*) & Dan cur timebit naves? Aſcher ſedebit ad portum marium; & ſuper rupturis ſuis habitabit.

18. Sebulun, populus, qui devovit animam ſuam ad moriendum, & Naphthali, ſuper altitudinibus agri (*habitabunt.*)

19. Venerunt Reges, pugnarunt, tunc pugnarunt Reges Canaanis, in Thaanach juxta aquas Megiddo: quæſtum argenti non acceperunt.

20. E cœlo pugnarunt: ſtellæ de viis ſuis pugnarunt cum Siſera.

21. Torrens Kiſchonis ſubvertit eos; torrens præventionum, torrens Kiſchonis: calcata es anima mea robur.

22. Tunc contuſæ ſunt plantæ equi; complosi ſunt plauſus robuſtorum ejus.

23. Maledicite Meros, inquit Angelus JEHOVÆ, maledicite maledicendo habitatoribus ejus: quia non venerunt in auxilium JEHOVÆ, in auxilium JEHOVÆ in fortibus.

24. Benedicta ſit præ mulieribus Jaël, uxor Cheberi Kenitæ: præ mulieribus in tentorio benedicta ſit.

25. Aquas petiit, lac dedit: in simpulo magnificorum attulit butyrum.

26. Manum suam ad paxillum emisit, & dextram suam ad malleum laborantium, & contudit Siseram, percussit caput ejus: & feriit, & perforavit tempus ejus.

27. Inter pedes ipsius incurvavit se; in quo incurvavit se, ibi cecidit vastatus.

28. Per fenestram prospexit, exclamavitque mater Siseræ per cancellos; quare tardat currus ejus venire? quare morantur incessus curruum ejus.

29. Sapientes principum ejus respondent illi: etiam ipsa respondit verba sua sibi:

30. Annon invenient, dividentque prædam? puellam puellarum capiti viri? prædam colorum Siseræ; prædam colorum (&) acupicti, colorem acupictorum collis prædæ?

31. Sic pereant omnes inimici tui, JEHOVAH: sed amantes te (*sint*) sicut oriri solis in robore ipsius. Quievit verò terra quadraginta annos.

CAP. VI.

Israël I. à Iehovah desciens traditur in manus Midjanitarum, & misère afficitur. à v.1. Cujus rei causam II. Iehovah populo per Prophetam exprobrat. à v.7. III. Angelus Iehovæ apparet Gideoni, eumq; ad liberandum Israëlem vocat. à v.12. IV. Idem petenti Gideoni signum dat in sacrificio, & salvum præstat. à v.17. V. Iehovah Gideoni destructionem altaris & luci Baalu, & extructionem altaris Iehovæ mandat. v. 26. 27. Quod hic VI. facit nocte & à patre contra insultantes defenditur inde Ierubbaal dictus. à v.28. Tandem VII. Spiritu Iehovæ contra hostes induitur, exercitum convocat, & signo velleris duplici confirmatur. à v.32.

FEcerunt autem (*porrò*) filii Israëlis malum in oculis JEHOVÆ: ideò dedit eos JEHOVAH in manum Midjanis septem annos.

2. Et invaluit manus Midjanis super Israëlem: (*ideò*) propter Midjanem fecerunt sibi filii Israëlis speluncas, quæ in montibus, & antra & munitiones.

3. Factum enim est; quando sementim fecit Israël; mox ascendit Midjan, & Amalek, & filii Oriental; ascenderunt, inquam, adversus illum,

4. Et castra posuerunt adversus illos, & corruperunt proventum terræ, usque dum veneris ad Gazam: neque residuum fecerunt victum in Israële, aut pecudem, aut bovem, aut asinum.

5. Nam ipsi & pecora ipsorum ascenderunt, & tentoria eorum; veneruntque instar locustarum, quoad multitudinem, ita ut ipsis & camelis ipsorum non esset numerus: venerunt, inquam, in terram ad perdendum eam.

6. Cum ergò attritus esset Israël valdè coram Midjanitis, clamaverunt filii Israëlis ad JEHOVAM.

7. Et factum est; cum clamarent filii Israëlis ad JEHOVAM super rebus Midjanitarum:

8. Misit JEHOVAH virum Propheram ad filios Israëlis, qui dixit illis; sic dixit JEHOVAH, DEUS Israëlis; Ego ascendere feci vos ex Ægypto, & eduxi vos è domo servorum.

9. Et liberavi vos è manu Ægyptiorum, & è manu omnium oppressorum vestrorum, & expuli eos coram vobis: & dedi vobis terram horum.

10. Et dixi vobis; Ego (*sum*) JEHOVAH DEUS vester; non timebitis deos Emoræorum, in quorum terra vos habitantes (*estis:*) sed non obedivistis voci meæ.

11. Venit autem Angelus JEHOVÆ, & concedit sub quercu, quæ in Ophra, quæ Joaschi Abi-Esritæ fuit: Gideon autem, filius hujus, excutiebat triticà, in torculari, ut absportaret coram Midjanitis.

12. Et apparuit illi Angelus JEHOVÆ, & dixit ad eum; JEHOVAH tecum, potens robore.

13. Sed dixit ad eum Gideon; Quæso, Domine mi. Esto utique JEHOVAH nobiscum: quare vero invenit nos omne hoc? &, ubi sunt omnia mirabilia, quæ enarrarunt nobis patres nostri, dicendo; Nonne ex Ægypto ascendere fecit nos JEHOVAH? Atqui nunc dereliquit nos JEHOVAH, & dedit nos in manum Midjanis.

14. Tum aspexit eum JEHOVAH, dixitque; [a] Ito in robore tuo hoc, & libera Israëlem è manu Midjanis: nonne misi te?

a) *v. Sæ. 13,18.*

15. Sed

15. Sed dixit ad eum; In me, Domine, per quid liberabo Israëlem? Ecce mille meum attenuatissimum (*est*) in Menascheh; & ego minimus (*sum*) in domo patris mei.

16. Tum dixit ad eum JEHOVAH; Atqui ero tecum; ut percutias Midjanitas quasi virum unum.

17. Dixit ergo ad eum; si, quæso, inveni gratiam in oculis tuis, facies mihi signum, quod Tu sis, qui loquitur ad me.

18. Ne, quæso, discedas hinc, usque dum venero ad te: educam enim munus meum; & deponam coram te. Tum dixit; Ego sedebo, donec revertaris:

19. Gideon itaque venit (*domum,*) fecitque hœdum capratum, & Ephâm farinæ (*in*) azyma; carnem posuit in canistro, & jus posuit in olla: ac eduxit ad eum, ad sub quercum, & apposuit.

20. Dixit autem ad eum Angelus DEI, sume carnem, & azyma, ac pone supra petram hanc; jus verò funde (*super illa:*) fecit ergo sic.

21. Tum emisit Angelus JEHOVÆ extremitatem baculi, qui in manu ipsius, attigitque carnem & azyma: ac ascendit ignis de petra, comeditque carnem & azyma, Angelus autem JEHOVÆ abiit ex oculis ejus.

22. Vidit ergo Gideon, quod Angelus JEHOVÆ? unde dixit Gideon; Ah, Domine JEHOVA! quandoquidem vidi Angelum JEHOVÆ, faciem ad faciem!

23. Sed dixit ipsi JEHOVAH; Pax tibi; noli timere: quia non morieris.

24. Ideò ædificavit ibi Gideon altare JEHOVÆ, vocavitque id, JEHOVAH pax: usque ad diem hunc adhuc illud in Ophra Abiesritæ.

25. Factum porrò est in nocte ista, ut diceret ei JEHOVAH; sume juvencum bovem, qui patri tuo est, & juvencum secundum, septem annorum: & destrue altare Baalis, quod patri tuo est, & lucum, qui juxta illud est, excinde.

26. Ædificabis autem altare JEHOVÆ DEO tuo super summitate forsalitii hujus in dispositione: tumque accipies (*illum*) cum juvenco secundo, & offeres in holocaustum per ligna luci, quem exciderit.

27. Sumsit itaque Gideon decem homines de servis suis, & fecit, quemadmodum locutus est ad eum JEHOVAH: sed factum est, quum timeret domum patris sui, & homines urbis, quò minus faceret interdiu, ut faceret noctu.

28. Cum autem manè surrexissent homines urbis sub auroram, ecce, destructum erat altare Baalis, & lucus, qui juxta illud fuerat, excisus erat: juvencus autem secundus in holocaustum oblatus erat super altari extructo.

29. Tum dixerunt alter ad alterum; quis fecit rem hanc? cumque inquirerent investigarentque, dixerunt (*aliqui;*) Gideon, filius Joaschi, fecit rem hanc.

30. Dixerunt itaque viri urbis ad Joaschum; Educ filium tuum, ut moriatur: propterea quod destruxit altare Baalis, & quod excidit lucum, qui juxta illud erat.

31. Sed dixit Joaschus omnibus, qui steterunt contra eum; num vos contendetis pro Baale? num vos servabitis eum? quisquis contenderit pro eo, moriatur usque ad manè: si DEUS ille, contendat pro seipso, quod destructum sit altare ejus.

32. Ideò vocavit eum in die hoc Jerubbaal, dicendo; contendat contra eum Baal, quod destruxerit altare ejus.

33. Cæterum omnis Midjan, & Amalek, & filii Orientis congregati sunt unà, transiveruntque (*Jordanem,*) castraque metati sunt in valle Jisreel.

34. Tum Spiritus JEHOVÆ induit Gideonem, & clanxit buccinâ: CONVOCATUS autem est Abieser post ipsum.

35. Insuper nuntios misit in totum Menaschen, convocatusque etiam hic est post ipsum: nuntios itidem misit in Aschetem, & in Sebulunem, & in Naphthali, ascenderuntque in occursum ejus.

36. Tum dixit Gideon ad DEUM; si Tu es servans per manum meam Israëlem, quemadmodum locutus es:

37. Ecce, ego erigam vellus lanæ in area: si ros fuerit super vellere solo, & super tota terra siccitas; cognoscam, quod servaturus sis per manum meam Israëlem, quemadmodum locutus es.

38. Et factum est ita: cum enim manè

nè surrexit (*Gideon*) postero die, expressit vellus, excepitque rorem è vellere, plenitudinem simpuli aquæ.

39. Dixit tamen Gideon ad Deum; ne excandescat ira tua adversus me, ut loquar tantummodò hac vice: tentabo, quæso, tantùm hac vice per vellus; sit, quæso, siccitas super vellere solo; sed super tota terra sit ros.

40. Fecit itaque Deus sic in nocte ista: facta enim est siccitas super vellere solo, sed super tota terra fuit ros.

CAP. VII.

Iehovah I. exauctorat exercitum Gideonis ita, ut trecentos tantùm viros illis relinquat; cum promissio ne tamen, liberaturum per eos Israelem. à v. 1. Quam II. illi confirmat per somnium eiusq; interpretationem in castris hostilibus. à v. 9. Sic III. Gideon confirmatus hostes stratagemate aggreditur, & fugat. à v. 15. Fugatos IV. persequitur Israël, & Ephraim, captis Sebo & Orebo Regibus. à v. 23.

MAnè itaque surrexit Jerubbaal [hic est Gideon,] & totus populus, qui cum ipso, castraque metati sunt juxta En-Charod: castra autem Midjanis fuerunt ipsi à Septentrione, à colle Moreh in valle.

2. Tum dixit Jehovah ad Gideonem; numerosior est populus, qui tecum est, quam ut dem Midjanem in manum eorum: ne fortè glorietur contra me Israël, dicendo; manus mea servavit me.

3. Quare proclama nunc in auribus populi, dicendo; Quisquis [a] timidus est & trepidans, revertatur, & abeat ocyus de monte Gileadis: reversa itaque sunt de populo viginti duo millia, & decem millia remanserunt.

a) *Deut. 20, 8. 1. Mace. 3, 56.*

4. Sed dixit Jehovah ad Gideonem; Adhuc populus nimis multus est: descendere fac eos ad aquas, ut probem eos tibi ibidem. Esto namque; quem dixero ad te, hic ibit tecum, is eat tecum; quemcunque autem dixero ad te, hic non ibit tecum, is non eat tecum.

5. Cum ergò descendere fecisset (*Gideon*) populum, dixit Jehovah ad Gideonem; Quisquis lambet lingua sua aquas, quemadmodum canis lambit, cum statues seorsim: sic, quisquis incurvaverit se super genua sua ad bibendum.

6. Fuitque numerus lambentium in manu sua ad os suum, trecenti viri: omne autem residuum populi incurvaverunt se super genua sua ad bibendum aquas.

7. Tum dixit Jehovah ad Gideonem; Per trecentos viros, qui fuerunt lambentes, servabo vos, daboque Midjanem in manum tuam; universus autem (*reliquus*) populus abibunt, quisque in locum suum.

8. Acceperunt itaque commeatum populus in manus suas, & buccinas suas: omnemque virum Israëlis dimisit (*Gideon*) quemque in tentoria ipsius: trecentos autem viros sibi retinuit. Cæterum castra Midjanis fuerunt illi infra in valle.

9. Factum autem est in nocte ista, ut diceret Jehovah ad ipsum (*Gideonem;*) Surge, descende ad castra, quia dedi ea in manum tuam.

10. Quod si timens (*es*) tu descendere; descende tu, & Purah minister tuus ad castra.

11. Et audies, quæ loquentur: posteaque confirmabunt se manus tuæ, ac descendes cum castris. Descendit itaque ipse, & Purah minister ejus, ad extremitatem armatorum, qui in castris erant.

12. Midjan autem, & Amalek, & omnes filii Orientis posuerant se in valle, sicut locusta quoad multitudinem: & camelis eorum non erat numerus; sicut arena (*erant,*) quæ juxta litus maris, quoad multitudinem.

13. Cum ergo pervenit Gideon (*eò:*) eccè vir (*aliquis*) recensens (*erat*) socio suo somnium, dicebatque; Ecce, somniando somniavi; & ecce, tostus panis hordeorum volvebat se in castra Midjanis, venitque ad tentorium usque, ac percussit illud, ut concideret, evertitque illud sursum; atque sic concidit tentorium.

14. Respondit autem socius ejus, dixitque; non hoc (*aliud est*) nisi gladius Gideonis, filii Joaschi, viri Israëlis: dedit DEus in manum ejus Midjanem, & universa castra.

15. Tum

15. Tum factum est; postquam audivit Gideon enarrationem somnii, interpretationemque ejus, incurvavit se, reversusque est ad castra Israëlis, dixitque; surgite, quia dedit Jehovah in manum vestram castra Midjanis.

16. Divisit verò trecentos viros in tria agmina; deditque buccinam in manum uniuscujusque eorum, & hydrias vacuas, facesque in medio hydriarum.

17. Et dixit ad eos; ex me videbitis, & sic facietis: ecce, enim; Ego venturus sum ad extremitatem castrorum; tum fiat; quemadmodum fecero, sic facietis:

18. Ita ut, si clanxero buccina ego, & omnes, qui mecum sunt, clangatis buccinis etiam vos circa universa castra, dicatisque; Jehovæ & Gideoni.

19. Venit itaque Gideon, & centum viri, qui cum ipso erant, in extremitatem castrorum, (*sub*) initium custodiæ (*vigiliæ*) mediæ, cum constituendo constituerunt (*hostes*) custodes; clanxeruntque buccinis, & diffringendo (*diffregerunt*) cados, qui in manibus eorum erant.

20. Cumque clangerent tria agmina buccinis, frangerentque cados, tenerentque (*posteà*) in manu sinistra sua faces, & in manu dextra sua buccinas ad clangendum, ac clamarent; gladius Jehovæ & Gideon.

21. Constiteruntque (*adhuc*) vir subter se (*suo loco*) circa castra: [b] discurrerunt universa castra, & conclamaverunt, & fugerunt.

b) *Tsal. 83, 10. Es. 9, 4.*

22. Cumque porrò clangerent trecentis buccinis; posuit Jehovah gladium viri contra socium ipsius, & contra universa castra; fugeruntque (*sic*) castra usque ad Beth-Schittah versus Zereram, & usque ad ripam Abel-Mecholæ, juxta Tabbath.

23. Conclamatum autem est à viris Israëlis ex Naphthali, & ex Aschere, & ex omni Menascheh, persecutique sunt Midjanem.

24. Insuper nuntios misit Gideon in universum montem Ephrajim, dicendo; Descendite adversus Midjanem, & præoccupate illis aquas usque ad Beth-Barah, & Jordanem: convocati itaque sunt viri Ephrajimitæ, ceperuntque aquas usque ad Beth-Barah, & Jordanem.

25. Et ceperunt duos Principes Midjanis, [c] Orebum & Seebum; occiderunt que Orebum in petra Oreb; & Seebum occiderunt in torculari Seebi; ac persecuti sunt Midjanem: caput autem Orebi & Seebi attulerunt ad Gideonem cis Jordanem.

c) *Tsal. 83, 12. Es. 10, 26*

CAP. IIX.

Ephrajimitæ I. cum Gideone contendunt: quos hic benè verbis mitigat. Dein II. Midjanitas persequens petit à Succothitis & Tnuelitis commeatum, & negantibus comminatur. à v. 4. III. In persecutione capit Sebachum & Zalmunam, fusè eorum exercitu residuo. à v. 10. Reversus IV. Succothitas & Tnuelitas graviter punit. à v. 13. V. Reges etiam Sebachum & Zalmunam ipse occidit. à v. 18. VI. Regnum oblatum repudiat, contentus munere inaurium hostium. à v. 22. Ex quibus VII. facto Ephodo scandalum præbet Israëlis. à v. 27. Tandem IIX. Gideoni mortuo Israël ingratus est, & Iehovæ, serviendo Bealim. à v. 30.

TUm dixit ad eum Vir Ephrajimi; Quare rem hanc fecisti nobis, ut non vocaveris nos, quum iviisti ad pugnandum contra Midjanem; contenderuntque cum eo cum vehementia.

2. Sed dixit ad illos; Quid feci nunc; sicut vos? nonne melius quid sunt racemationes Ephrajimi, quam vindemia Abieseris?

3. In manum vestram dedit DEus principes Midjanis, Orebum & Seebum: quid ergò potui facere, sicut vos? Tunc remisit spiritus eorum ab adversus illum; quum loqueretur verbum hoc.

4. Venit autem Gideon ad Jordanem; transiens (*erat*) ipse, & trecenti viri, qui cum ipso, fessi & persequentes.

5. Dixit itaque viris (*urbis*) Succoth; Date, quæso, tractas panis populo, qui in pedibus meis est: quia fessi sunt illi; Ego verò persequens (*sum*) Sebachum & Zalmunam Reges Midjanis.

6. Sed dixerunt principes Succoth; Num manus Sebachi & Zalmunæ jam est in manu tua? ut demus exercitui tuo panem?

7. Quare dixit Gideon; Ideò quando dederit Jehovah Sebachum, & Zalmunam in manum meam, triturabo carnem veſtram, & ſpinas deſerti, & tribulos.

8. Aſcendit autem inde in Penuel, locutuſque eſt ad eos, ſicut iſtud (*h. e. id ipſum:*) ſed reſponderunt illi viri Penuelis, quemadmodum reſponderant viri Succoth.

9. Quare dixit etiam viris Penuel, dicendo; quando reverſus fuero in pace, deſtruam turrim hanc.

10. Cæterum Sebachus & Zalmuna (*erant*) in Karkor, & caſtra eorum cum iis, quaſi quindecim millia; omnes reſidui de univerſis caſtris filiorum orientis: illi autem, qui ceciderant, (*erant*) centum & viginti millia virorum extrahentium gladium.

11. Aſcendit autem Gideon via habitantium in tentoriis, ab Oriente Nobachi & Jogbehæ: & percuſſit caſtra; caſtra namque fuerunt ſecura.

12. Cumque fugerent Sebachus & Zalmuna, perſecutus eſt eos (*Gideon*) cepitque duos (*hos*) Reges Midjanis, Sebachum & Zalmunam; univerſum autem exercitum perterrefecit.

13. Reverſus ergò eſt Gideon, filius Joaſchi, è bello ante aſcenſum ſolis.

14. Cepit autem puerum de viris Succoth, interrogavitque eum; qui ſcripſit ipſi Principes Succoth, & Seniores ejus, ſeptuaginta & ſeptem viros.

15. Venit ergò ad viros Succoth, dixitque: Ecce Sebachum & Zalmunam; quorum cauſa probro me affeciſtis, dicendo; Num vola Sebachi & Zalmunæ jam in manu tua eſt; ut demus viris tuis feſſis panem?

16. Tum ſumſit Seniores Urbis, & ſpinas deſerti, & tribulos, erudivitque illis viros Succoth.

17. Turrim autem Penuelis deſtruxit, & occidit viros urbis.

18. Cæterum dixit ad Sebachum & Zalmunam; Quales (*erant*) viri, quos occidiſtis in Thabor? dixerunt autem; Sicut tu, ita illi: unuſquiſque ſicut filii Regis.

19. Tum dixit; Fratres mei, filii matris meæ (*erant*) illi: vivit Jehovah, ſi vivos ſervaſſetis eos, non occiſurus fuiſſem vos.

20. Dixit ergo Jethero, primogenito ſuo; Surge, occidè eos: ſed non extraxit puer gladium ſuum: timebat enim; eò quod adhuc puer erat.

21. Dixit itaque Sebachus & Zalmuna; Surge tu, & incurre in nos: quia ſicut vir, robur ejus eſt. Tum ſurrexit Gideon, & [a] occidit Sebachum ac Zalmunam, accepitque lunulas, quæ in collis camelorum eorum (*erant.*) a) *Pſal. 83, 12.*

22. Deinde dixerunt viri Iſraëlis ad Gideonem; Dominare in nos, tum tu, tum filius tuus, tum filius filii tui: quoniam liberaſti nos è manu Midjanis.

23. Sed dixit ad eos Gideon; non dominabor in vos ego: neque dominabitur filius meus in vos: Jehovah dominabitur in vos.

24. Præterea dixit ad eos Gideon; Petam à vobis petitionem: date nimirum vir (*quilibet*) inaurem prædæ ſuæ: [nam inaures auri (*erant*) illis; ſiquidem Iſchmaëlitæ (*erant*) illi.]

25. Dixerunt ergò; Dando dabimus: expanderuntque veſtem, & conjecerunt eò vir (*quilibet*) inaurem prædæ ſuæ.

26. Fuit autem pondus inaurium auri, quas petiit, mille & ſeptingenti (*ſicli*) auri; præter lunulas, & myrothecidia, & veſtes purpuræ, quæ ſuper Regibus Midjanis erant; & præter torques, qui in collis camelorum eorum.

27. Cæterum fecit ex eo Gideon Ephodum: erexitque hoc in urbe ſua, in Ophra: ſcortati autem ſunt univerſus Iſraël poſt illud ibi; fuitque Gideoni & domui ejus in laqueum.

28. Ita humiliatus eſt Midjan coram filiis Iſraëlis; ita ut non addiderint efferre caput ſuum: quievit autem terra quadraginta annos in diebus Gideonis.

29. Abivit ergò Jerubbaal, filius Joaſchi, & habitavit in domo ſua.

30. Cæterum Gideoni fuerunt Septuaginta filii, egreſſi femur ejus: quia uxores multæ erant illi.

31. Præ-

31. Præterea pellex ejus, quæ in Sichem erat, peperit ei etiam ipſa filium; impoſuitque illi nomen, Abimelech.

32. Mortuus tandem eſt Gideon, filius Joaſchi, in ſenectute bona: ſepultuſque eſt in ſepulchro Joaſchi, patris ipſius, in Ophra, Abieſrita.

33. Factum verò eſt; cum mortuus eſſet Gideon, reverſi ſunt filii Iſraëlis, & ſcortati ſunt poſt Bealim; ac poſuerunt ſibi Baal-Berithum in Deum.

34. Et non meminerunt filii Iſraëlis Jehovæ Dei ſui, qui eripiens (*erat*) eos è manu omnium hoſtium eorum circumcirca.

35. Neque etiam fecerunt miſericordiam cum domo Jerubbaalis Gideonis; juxtà omne bonum, quod fecerat cum Iſraële:

CAP. IX.

Abimelechus I. regnum in Iſraële affectat, & à Schechemitis, & domo Millo, obtinet; occiſis 70. fratribus, excepto Iothamo. à v. 1. Quare Is. à Iothamo redarguitur, eig, & Schechemitis maledicitur. à v. 7. Unde III. orto inter Abimelechum & Schechemitas odio & bello, Schechemitæ caduntur & everruntur cum domo Millo. à v. 22. Abimelechus verò IV. Thebezum expugnans à muliere, factâ per iniectum lapidem cranio, vulneratur, & ab armigero occiditur. à v. 50.

ABivit enim Abimelechus, filius Jerubbaalis, in Schechem ad fratres matris ſuæ; locutuſque eſt ad eos, & ad univerſam familiam domus patris matris ſuæ, dicendo:

2. Loquimini, quæſo, in auribus omnium civium Schechemi; quid bonum vobis? num, dominari in vos ſeptuaginta viros, omnes filios Jerubbaalis; an dominari ſuper vos virum unum? & recordamini, quod os veſtrum & caro veſtra ego (*ſim.*)

3. Locuti ergo ſunt fratres matris ejus de eo in auribus omnium civium Schechemi omnia verba iſta: inclinavitque cor eorum poſt Abimelechum; qui dixerunt; frater noſter ille (*eſt.*)

4. Dederunt ergò illi ſeptuaginta (*numnos*) argenti e domo Baal Berithi: conduxitque iis Abimelechus homines inanes & temerarios; qui iverunt poſt illum,

5. Cumque veniſſet in domum patris ſui, in Ophram: occidit fratres ſuos, filios Jerubbaalis, ſeptuaginta viros, ſuper lapide uno; remanſit tamen Jotham, filius Jerubbaalis minimus; quia occultatus fuit.

6. Poſt congregati ſunt omnes cives Schechemi, & univerſa domus Millo: iveruntque, & conſtituerunt Abimelechum Regem, juxta quercum ſtatuæ, quæ in Schechemo (*eſt.*)

7. Cum autem annuntiaſſent (*hoc*) Jothamo: abivit, ſteteritque in capite montis Geriſim, ac ſuſtulit vocem ſuam, clamavitque, & dixit iis; audite me, cives Schechemi, ut audiat vos Deus.

8. Euntes iverunt ligna ad ungendum ſuper ſe Regem; dixeruntque oleæ; regna ſuper nos.

9. Sed dixit eis olea; num ceſſare faciam pinguedinem meam, quam in me honorant Deus & homines: iboque, ut vager ſuper lignis?

10. Dixerunt ergò ligna ad ficum; ito tu, (&) regnato ſuper nos.

11. Sed dixit ad illa ficus; num ceſſare faciam dulcedinem meam, & proventum meum bonum; & ibo ad vagandum ſuper lignis?

12. Tum ergo dixerunt ligna viti; ito tu, & regnato ſuper nos.

13. Verum dixit illis vitis; Num ceſſare faciam muſtum meum, lætificans Deum & homines; iboque ad vagandum ſuper lignis?

14. Quare dixerunt omnia ligna ad rhamnum; ito tu, (&) regnato ſuper nos.

15. Verum dixit rhamnus ad ligna; ſi in veritate vos (*eſtis*) ungentes me in Regem ſuper vos, venite, (&) confidite in umbra mea: ſi verò non, exeat ignis è rhamno, & comedat cedros Libani.

16. Nunc ergò, ſi in veritate & in integritate feciſtis, quando Regem conſtituiſtis Abimelechum; & ſi bonum feciſtis cum Jerubbaale, & cum domo ejus; & ſi juxta retributionem manuum ejus feciſtis illi:

17. Dum pugnavit pater meus pro vobis, & projecit animam ſuam ex oppoſito,

posito, ac eripuit vos è manu Midjanis:

18. At vos insurrexistis contra domum patris mei hodie, & occidistis filios ejus, septuaginta viros, super lapide uno: ac Regem constituistis Abimelechum, filium ancillæ ejus, super cives Schechemi; quia frater vester ille (*est.*)

19. Si, inquam, in veritate & in integritate egistis cum Jerubbaale, & cum domo ejus die hoc: gaudete de Abimelecho, & gaudeat etiam hic de vobis.

20. Si verò non: exibit ignis ex Abimelecho, & comedet cives Schechemi; & è domo Millo, & consumet Abimelechum.

21. Tum fugæ se dedit Jothamus; fugit autem & abivit Beerum: habitavitque ibi propter Abimelechum fratrem suum.

22. Cæterùm principatum gessit Abimelechus super Israëlem tribus annis.

23. Misit autem DEus spiritum malum inter Abimelechum, & inter cives Schechemi adversus Abimelechum.

24. Ut veniret violentia septuaginta filiorum Jerubbaalis: & sanguis eorum, ad ponendum (*eum*) super Abimelechum, fratrem illorum, qui occiderat eos, & super cives Schechemi, qui confirmaverant manus ejus, ut occideret fratres suos.

25. Posuerunt ergo illi cives Schechemi insidiatores super capita montium, rapueruntque omne, quod præteribat præter ipsos: annuntiatumque est Abimelecho.

26. Venit autem Gaal, filius Ebed, & fratres ejus, transiveruntque in Schechemum: ac confisi sunt in eo cives Schechemi.

27. Exiverunt itaque in agrum, & vindemiarunt vineas suas, & calcarunt (*uvas,*) feceruntque laudes: ac venerunt in domum DEI eorum, comederuntque & biberunt: Abimelecho autem maledixerunt.

28. Dixitque Gaal, filius Ebed; Quis est Abimelechus? Et quis est Schechem? ut serviamus illi. Nonne (*est*) filius Jerubbaalis, & Sebul præfectus ejus? servite viris Chamoris patris Schechemi. Quare ergo serviemus huic?

29. Et quis dabit populum hunc in manum meam? rejiciam certe Abimelechum. Ideò dixit (*aliquis*) Abimelecho; auge exercitum tuum, & exi (*in bellum.*)

30. Cum etiam audivisset Sebul, princeps Urbis, verba Gaalis, filii Ebed, accensa est ira ejus.

31. Et misit nuntios ad Abimelechum per astutiam, dicendo; Ecce, Gaal, filius Ebedi, & fratres ejus venerunt in Schechemum, & ecce illi præoccupant urbem adversus te.

32. Nunc ergò surge noctu, tu & populus, qui tecum est, & insidias pone in agro.

33. Eritque sub auroram; quum oritur Sol, surges manè, & effundes te contra urbem: quumque ille & populus, qui cum ipso, exiverint contra te, facies ei, quemadmodum inveniet manus tua.

34. Surrexit ergò Abimelechus, & omnis populus, qui cum eo (*erat*) noctu, & in insidiis posuerunt se contra Schechemum, quatuor agmina.

35. Exivit autem Gaal, filius Ebedi, constititque ante portam urbis. Cum itaque surgeret Abimelechus, & populus, qui cum ipso erat, ex insidiis:

36. Vidit Gaal populum, dixitque ad Sebulem; Ecce, populus descendens (*est*) de verticibus montium: sed dixit ad eum Sebul; Umbram montium tu (*es*) videns, sicut viros.

37. Verùm addidit amplius Gaal loqui, dixitque; Ecce populus (*alius*) descendentes è cum umbilico terræ: & agmen unum veniens (*est*) à via Elon Meonenim.

38. Tum dixit ad eum Sebul; Ubi jam (*est*) os tuum; qui dicebas; Quis (*est*) Abimelechus, ut serviamus illi? nonne est populus, quem repudiasti: Exi ergò nunc, & pugna contra eum.

39. Exivit ergò Gaal coram civibus Schechemi, & pugnavit contra Abimelechum.

40. Sed persecutus est eum Abimelechus, fugitque coram hoc: & ceciderunt confossi (*multi*) usque ad ostium portæ.

41. Tum consedit Abimelechus in Aruma: Sebul autem ejecit Gaalem, & fratres ejus, ut non sederent in Schechemo.

42. Cæterum factum est postridiè, ut exiret populus in agrum: annuntiaruntque Abimelecho.

43. Accepit itaque populum, distribuitque eos in tria capita (*h. e. agmina*) & insidiatus est in agro: cumque videret, & ecce populus exiret ex urbe, surrexit contra eos, & percussit eos.

44. Nimirum Abimelechus & capita (*agmina*) quæ cum ipso, effuderunt se, steteruntque ante portam urbis: deinde duo capita (*agmina*) effuderunt se contra omnes, qui in agro (*erant,*) percusseruntque eos.

45. Posteà Abimelechus oppugnavit urbem toto die isto, cepitque urbem: & populum, qui in eâ (*erat,*) occidit: urbem autem destruxit & consevit eam sale.

46. Cum verò audirent omnes viri turris Schechemi, intrarunt in propugnaculum domus dei Berith.

47. Et annuntiatum est Abimelecho, quod congregassent se omnes viri turris Schechemi.

48. Ascendit ergò Abimelechus in montem Zalmonem; ipse & omnis populus, qui cum ipso (*erat:*) sumsitque Abimelechus secures in manum suam, abscidirque ramum lignorum, & sustulit eum, ac posuit super humerum suum: atque dixit ad populum, qui cum ipso (*erat:*) quid vidistis, (*quod*) fecerim? festinate, facite, sicut ego.

49. Tum abscideruntetiam omnis populus, quisque ramum suum, & iverunt post Abimelechum, posueruntque juxta propugnaculum, & succenderunt super iis propugnaculum igne: atque (*sic*) mortui sunt etiam omnes viri turris Schechemi, quasi mille viri & mulieres.

50. Posteà abiit Abimelechus Thebezum: posuitque castra contra Thebezum, & cepit eam.

51. Sed turris roboris fuit in medio urbis; fugeruntque eò omnes viri & fœminæ, ac omnes viri urbis, atque clauserunt post se: ascenderuntque super tectum turris.

52. Venit autem Abimelechus usque ad turrim, oppugnavitque eam: accessitque ad ostium turris, ut comburet illud igni.

53. Sed dejecit mulier aliqua frustum molaris super caput Abimelechi, & confregit cranium ejus.

54. Quare clamavit celeriter erga puerum, portantem arma ipsius, dixitque ei; evagina gladium tuum, & interfice me: ne dicant de me; mulier occidit eum: tum transfodit eum puer ejus, mortuusque est.

55. Cum autem viderent viri Israëlitæ, quod mortuus esset Abimelechus, iverunt viri (*quilibet*) in locum suum.

56. Reduxit ergò DEus malum Abimelechi, quod fecit patri suo, occidendo septuaginta fratres suos.

57. Etiam omne malum virorum Schechemi reduxit DEus in caput eorum: atque (*sic*) venit super eos maledictio Jothami, filii Jerubbaalis.

CAP. X.

Post interfectum Abimelechum, judicavit Israëlem Thola. v. 1. 2. Post hunc Jair Gileadita. à v. 3. Sed III. demonstrat malum populo Israël, deserendo Jehovam, & serviendo deis alienis; propterea tradituo in manus Philistæorum & filiorum Ammon. à v. 6. Pœnitentiam tamen IV. agens, & ad Jehovam clamans tandem exauditus est, & contra Ammonitas in bellum exivit. à v. 10.

SUrrexit autem post Abimelechum ad servandum Israëlem Thola, filius Puah, filii Dodo, vir Issacharis: ipseque habitavit in Schamir, in monte Ephraim. 7.

2. Judicavit autem Israëlem viginti & tribus annis: mortuusque est, & sepultus in Schamir.

3. Cæterum surrexit post eum Jair, Gileadita: judicavitque Israëlem viginti & duobus annis. 8.

4. Fueruntque illi triginta filii equitantes super triginta pullis: & triginta civitates (*erant*) illis: quas vocantur villas Jairi usque ad diem hunc; quæ sunt in terra Gileadis.

5. Mortuus autem Jairus, & sepultus est in Kamon.

6. Cæterum addiderunt filii Iſraëlis facere malum in oculis IEHOVÆ; ſerviveruntque Bealim, & Aſtharoth, & diis Syrorum, & diis Zidoniorum, & diis Moab, & diis filiorum Ammonis, & diis Philiſthæorum: deſeruerunt verò IEHOVAM, neque ſerviverunt illi.

7. Exarſit itaque ira IEHOVÆ adverſus Iſraëlem: venditque illos in manum Philiſthæorum, & filiorum Ammonis.

8. Et confringebant conquaſſabantque filios Iſraëlis, in anno iſto; octodecim annos omnes filios Iſraëlis, qui in tranſitu Jordanis in terra Emoræi, qui (*olim erat*) in Gileade.

9. Tranſiverunt verò filii Ammonis Jordanem, ad pugnandum etiam contra Judam, & contra Benjaminem, & contra domum Ephrajimi, ita ut anguſtia illata ſit Iſraëli valdè.

10. Tum clamaverunt filii Iſraëlis ad IEHOVAM, dicendo; peccavimus tibi: & quia deſeruimus DEUM noſtrum, & (*quia*) ſervivimus Bealim.

11. Sed dixit IEHOVAH ad filios Iſraëlis; Nonne de Ægyptiis, & de Emoræo; de filiis Ammonis, & de Philiſthæis:

12. Item Zidonii, & Amalek, & Maon, oppreſſerunt vos; & clamaviſtis ad me, & ſervavi vos è manu eorum:

13. Vos autem deſeruiſtis me, & ſerviſtis diis aliis? propterea non addam ſervare vos.

m) *Deut. 31, 21.*

14. Ite, & clamate ad [a] deos, quos elegiſtis: illi ſervent vos in tempore anguſtiæ veſtræ.

15. Sed dixerunt filii Iſraëlis ad IEHOVAM; peccavimus: fac tu nobis ſecundum omne bonum in oculis tuis: tantummodò cripe nos, quæſumus, hoc die.

16. Amoveruntque deos alienigenæ è medio ſui, & ſerviverunt IEHOVÆ; ideò abbreviata eſt anima ejus propter laborem Iſraëlis.

17. Convocati autem ſunt filii Ammonis, & caſtra poſuerunt in Gileade: congregati itaque etiam ſunt filii Iſraëlis in Mizpah.

18. Dixerunt verò populus, principes Gileadis, vir ad ſocium ſuum; quis (*eſt*) vir, qui incipiet pugnare contra filios Ammonis? Erit (*ille*) in caput omnibus habitatoribus Gileadis.

CAP. XI.

Iphthachus I. prius è domo patris ejectus, à Senioribus Gileadu in Caput & ducem belli contra Ammonitas petitur, & obtinetur. à v. 1. Qui II. pacis cauſſâ legatos ad hos mittit bis. à v. 12. Quâ non obtentâ III. à Spiritu DEI impulſus in bellum exit, cum voto præcipitato, & Ammonitas magna clade afficit. à v. 28. Sed domum V. rediens occurrentem habet filiam unicam gratulabundam, eamq; ingenti quidem cum dolore & gemitu, tandem ex opinione voti Jehovæ in ſacrificium offert. à v. 37.

CÆterum Iphthachus Gileadita erat fortis robore: verum ille filius mulieris meretricis, genuitque Gilead Iphthachum.

2. Genuit autem uxor Gileadis ipſi filios: adoleveruntque filii uxoris, & expulerunt Iphthachum, ac dixerunt ei; non hereditabis in domo patris noſtri; quia filius mulieris alienæ tu (*es.*)

3. Fugit ergo Iphthachus coram fratribus ſuis, habitavitque in Terra Tob: congregati ſunt autem ad Iphthachum viri vacui, exiveruntque cum eo.

4. Sed factum eſt poſt dies, ut pugnaverint filii Ammonis cum Iſraële.

5. Factum itaque eſt: quum pugnarent filii Ammonis cum Iſraële, iverunt Seniores Gileadis ad reducendum Iphthachum è terra Tob.

6. Et dixerunt illi; Ito, & eris nobis in Ducem, ac pugnabimus contra filios Ammonis.

7. At dixit Iphthachus Senioribus Gileadis: nonne vos odio habuiſtis me, & ejeciſtis me è domo Patris mei? Quare ergò veniſtis ad me nunc, quum anguſtia vobis eſt?

8. Dixerunt verò Seniores Gileadis ad Iphthachum; Propterea rediimus ad te, ut eas nobiſcum, & pugnes contra filios Ammonis, & ſis nobis in caput, omnibus habitatoribus Gileadis.

9. Tum dixit Iphthachus ad Seniores Gileadis; ſi reducentes vos (*eſtis*) me, ad pugnandum contra filios Ammonis, dederitque JEHOVAH eos coram me: egone ero vobis in caput?

10. Dixerunt verò Seniores Gileadis ad Iphthachum; JEHOVAH audiens (*eſto*) inter nos, ſi non juxta verbum tuum, ita faciemus.

11. Itaque ivit Iphthachus cum Senioribus Gileadis, poſueruntque eum populus ſuper ſe in caput & Ducem: locutus autem eſt Iphthachus omnia verba ſua coram JEHOVAH in Mizpah.

12. Poſt miſit Iphthachus legatos ad Regem filiorum Ammonis, dicendo; Quid mihi & tibi? quod veniſti ad me ad bellandum contra terram meam.

13. Dixit verò Rex filiorum Ammonis ad legatos Iphthachi; quia cepit Iſraël terram meam, quum aſcenderet ex Ægypto, ab [a] Arnone & uſque ad Jabbokum, & uſque ad Jordanem: nunc ergò reſtitue eas (*terras*) cum pace.

2) *Num. 21, 24.*

14. Sed addidit adhuc Iphthachus, miſitque legatos ad Regem filiorum Ammonis.

15. Dixitque illi; Sic dixit Iphthachus; Non cepit Iſraël terram Moabi, vel terram filiorum Ammonis.

16. Nam quando illi aſcenderunt ex Ægypto, ivit Iſraël in deſerto, uſque ad mare Suph, venitque in Kadeſch.

b) *Num. 20, 17.*

17. Tum miſit Iſraël [b] legatos ad Regem Edomi, dicendo; Tranſibo, quæſo, per terram tuam: Sed non audivit Rex Edomi: etiamque ad Regem Moabi miſit, nec acquievit; ideò manſit Iſrael in Kadeſch.

18. Poſteà verò ivit per deſertum, circumivitque terram Edomi, & terram Moabi; ac venit ab ortu ſolis ad terram Moabi: ſed caſtrametati ſunt trans Arnonem, nec venerunt in terminum Moabi; quia Arnon terminus (*erat*) Moabi.

c) *Num. 21, 21. Deuter. 2, 26.*

19 Tunc miſit Iſraël [c] legatos ad Sichonem, Regem Emoræi, Regem Cheſchbonis: dixitque huic Iſraël; tranſibimus, quæſo, per terram tuam uſque ad locum meum:

20. Sed non conceſſit Sichon Iſraëli tranſire per terminum ipſius: verum congregavit Sichon omnem populum ſuum, & caſtra metati ſunt in Jahzah, pugnavitque cum Iſraële.

21. Dedit autem JEHOVAH DEUS Iſraëlis [d] Sichonem, & omnem populum ejus, in manum Iſraëlis; percuſſerunt-que (*hi*) illos, & pro hereditate occupavit Iſraël univerſam terram Emoræi inhabitantis terram iſtam.

d) *Num. 21, 24.*

22. Pro hereditate, inquam, occuparunt omnem terminum Emoræi ab Arnone uſque ad Jabbokum, & à deſerto uſque ad Jordanem.

23. Nunc itaque JEHOVAH, DEUS Iſraëlis, expulit Emoræum coram populo ſuo, Iſraële: Tune ergo pro hereditate poſſidebis hunc?

24. Nonne eum, quem in proprietatem hereditariam dabit tibi [e] Kemoſch DEUS tuus, pro proprietate poſſidebis: quemcunque autem expulerit JEHOVAH, DEUS noſter, coram nobis, eum pro proprietate poſſidebimus?

e) *1. Reg. 11, 7. 2. Reg. 23, 13.*

25. Jam porrò, num melior vis tu eſſe præ [f] Balako, filio Zipporis, Rege Moabi? num contendendo contendit cum Iſraële? num belligerando belligeravit contra eos?

f) *Num. 22, 2.*

26. Dum habitavit Iſraël in Cheſchbon, & in filiabus ejus; ac in Aroër, & in filiabus ejus, & in omnibus urbibus, quæ ad ripas Arnonis ſunt, trecenti anni ſunt: quare ergò non vindicaſtis intra tempus hoc?

27. Ego verò non peccavi tibi: attamen tu (*es*) faciens mecum malum, bellum gerendo contra me. Judicabit (*itaque*) JEHOVAH judex hodie inter filios Iſraëlis, & inter filios Ammonis.

28. Verum non audivit Rex filiorum Ammonis verba Iphthachi, quæ miſit ad ipſum.

29. Tum adfuit ſuper Iphthacho Spiritus JEHOVÆ, pertranſivitque per Gileadem, & Menaſchen: pertranſivitque (*hinc*) ad Mizpeh Gileadis; & de Mizpeh Gileadis pertranſivit ad filios Ammonis.

30. Vovit autem Iphthachus votum JEHOVÆ, dixitque; ſi dando dabis filios Ammonis in manum meam:

31. Tum fiet; Exiens, qui exibit extra
Januas domus meæ in occursum mei,
quum reversus fuero cum pace de filiis Am-
monis, erit JEHOVÆ, & offeram illum in
holocaustum.

32. Transivit mox Jiphthachus ad fi-
lios Ammonis, ad pugnandum contra il-
los, deditque eos JEHOVAH in manum
ipsius.

33. Et percussit eos ab Aroër, usque
dum veneris ad Minnith, viginti urbes; &
usque ad Abel vinearum, clade magna val-
dè: humiliatique sunt filii Ammonis co-
ram filiis Jisraëlis.

34. Postea venit Jiphthachus in Miz-
pam ad domum suam: cum, ecce, filia
ejus exiens (*first*) cum tympanis & cum
choreis; ac tantùm illa unigenita, nec
(*erat*) illi ex seipso filius aut filia.

35. Factum autem est; cum videret
ille eam, discidit vestes suas, dixitque; Ah
filia mea, incurvando incurvasti me, & tu
facta es inter perturbatores meos: nam
ego aperui os meum erga JEHOVAM, nec
possum retrocedere.

36. Tum dixit ad eum; Pater mi;
(*si*) aperuisti os tuum erga JEHOVAM;
fac mihi, quemadmodum exivit ex ore
tuo; postquam fecit tibi JEHOVAH ul-
tiones de hostibus tuis, de filiis Ammo-
nis.

37. Insuper dixit ad patrem suum; fiat
mihi verbum (*modò*) hoc: desiste a me duo-
bus mensibus: ibo enim, & descendam su-
per montes, & flebo super virginitate
meâ, ego & sociæ meæ.

38. Dixit ergo; ito: dimisitque eam
duobus mensibus: itaque ivit ipsa & so-
ciæ ejus, flevitque super virginitate sua
super montibus.

39. Factum autem est à fine duorum
mensium; & reversa est ad patrem suum:
fecitque illi votum suum, quod voverat;
ipsa autem non cognoverat virum: fa-
ctumque est statutum in Jisraele;

40. Ab anno in annum abeunt filiæ
Jisraëlis ad meditandum (*lugubria*) super
filia Jiphthachi Gileaditæ, quatuor dies
in anno.

CAP. XII.

Ephrajimita bellum non justum ex insolentia movent Iphthacho & Gileaditæ: in quo 42000. militia virorum amittunt. à v. 1. II. Post autem Iphthachum judicat Israelem Ibzan Bethlechemita. à v. 8. III. Post hunc, Elon Sebulonita. v. 11. 12. IV. Post Elonem verò, Abdon Pirathonita. à v. 13.

Cæterum convocatus est vir Ephra-
jim; & pertransivit versus septen-
trionem: dixeruntque Jiphthachoi
Quare transivisti ad pugnandum
contra filios Ammonis, & nos non voca-
sti, ad eundum recum? domum tuam
comburemus super te igne.

2. Dixit autem Jiphthachus ad eos;
Vir litis fui ego & populus meus, & filii
Ammonis valdè, & vocavi vos, sed non
servastis me è manu eorum.

3. Vidi ergò, quod tu non esses servа-
tor: ideò posui animam meam in volam
meam, & transivi ad filios Ammonis, de-
ditque eos JEHOVAH in manum meam:
Quare ergò ascendistis contra me die hoc
ad pugnandum contra me?

4. Tum congregavit Jiphthachus o-
mnes viros Gileadis, pugnavitque cum
Ephrajim: percusserunt verò viri Gileadis
Ephrajimum, quia dixerant; Erepti estis
Ephrajimi vos, Gilead in medio Ephraji-
mi, in medio Menascheh.

5. Et intercepit Gilead transitus Jor-
danis Ephrajimo: factumque est, quando
dixerunt fugitivi Ephrajimi; transibo,
dixerunt illi viri Gileadis, Num Ephraji-
mita tu? dixit verò, Non:

6. Tum dixerunt illi, dic, quæso,
Schibboleth: at dixit, Sibboleth, nec po-
tuit rectè eloqui: ceperunt ergò eum, &
occiderunt ad transitus Jordanis: ceci-
deruntque ex tempore hoc Ephrajimo qua-
draginta millia.

7. Judicavit verò Jiphthachus Jisraë-
lem sex annis, mortuusque est Jiphtha-
chus Gileadita in urbibus Gileadis.

8. Cæterùm judicavit post eum Ibzan 10
ex Beth-lechem.

9. Fuerunt autem illi triginta filii, &
triginta filias emisit foras, triginta que fi-
lias introduxit filiis suis de foris: ac judi-
cavit Jisraëlem septem annos.

10. Mor-

10. Mortuus verò est Ibzan, & sepul-
tus in Beth-lechem.

11. Et judicavit post eum Jisraëlem
Elon Sebulonita: judicavitque Jisraëlem 11
decem annis.

12. Post mortuus est Elon Sebulonita,
& sepultus est in Ajalon in terra Sebulu-
nis.

13. Judicavit autem post eum Jisraë- 12
lem Abdon, filius Hillelis, Pirеathonita.

14. Fuerunt verò illi quadraginta filii,
& triginta filii filiorum, equitantes super
septuaginta pullis: judicavitque Jisraë-
lem octo annos.

15 Mortuus autem est Abdon, filius
Hillelis, Pirеathonita: sepultusque est in
Pirеathon in terra Ephrajim, in monte
Amalekitæ.

CAP. XIII.

Israël I. iterum malum faciens in oculis Iehovæ, ab hoc in manus Philisthæorum traditur. v. 1. II. Angelus Iehovæ uxori Manoachi nativitatem Schimschonis promittit. à v. 2. Quem II. etiam Manoacho ad preces eius confirmat. à v. 8. Cui III. in oblati sacrificii flamma abiens se, quis esset, revelavit. à v. 15. Manoachum autem IV. propterea consternatum uxor consolatur. à v. 22. Postea V. Schimschon nascitur, & in castris à Spiritu DEI impellitur. v. 24. 25.

ADdiderunt verò filii Jisraëlis fa-
cere malum in oculis JEHOVÆ:
ideò dedit eos in manum Phili-
sthæorum quadraginta annos.

2. Et fuit vir unus de Zoreah, de fami-
lia Danitæ; nomenque ejus Manoach:
uxor autem ejus sterilis fuit, nec peperit.

3. Cæterum apparuit Angelus JEHOVÆ
mulieri, dixitque ad eam; Ecce nunc, tu
es sterilis, nec peperisti; sed concipies, &
paries filium.

4. Nunc ergò cave tibi; & non bibe
vinum, aut siceram, nec comede quic-
quam immundi.

5. Quia ecce concipies, & paries filium, a) Num.
& [a] novacula non ascendet super caput 6, 5.
ejus: Erit enim Nasiræus DEI puer ab
utero: idemque incipiet servare Jisraëlem
è manu Philisthæorum.

6. Venit itaque mulier, & dixit marito
suo, dicendo; Vir DEI venit ad me, &
aspectus ejus sicut aspectus Angeli DEI;
venerandus valdè: sed non quæsivi eum,
unde ille, & nomen suum non indicavit
mihi.

7. Dixit autem mihi; Ecce tu concipies, & paries filium; jam ergò ne bibe
vinum, aut siceram, neque comede quic-
quam immundi: quia Nasiræus DEI
erit puer ab utero usque ad diem mortis
ejus.

8. Deprecatus verò est Manoachus
JEHOVAM, dixitque; In me, Domine,
Vir DEI, quem misisti, veniat, quæso,
denuò ad nos, doceatque nos, quid facere
debeamus pueto nascendo.

9. Exaudivitque DEUS vocem Ma-
noachi: & venit Angelus DEI denuò ad
mulierem, cum illa sederet in agro; Ma-
noachus autem maritus ejus non erat cum
ipsa.

10. Festinavit itaque mulier, & cucur-
rit, indicavitque viro suo, ac dixit ad eum;
ecce apparuit mihi vir, qui venit in die
isto ad me.

11. Surrexit autem, ivitque Manoa-
chus post uxorem, & venit ad virum, di-
xitque ei; num tu es VIR, qui locutus es
ad mulierem? qui dixit; Ego.

12. Tum dixit Manoachus; Quando
ergò venient verba tua, quænam erit ratio
(*vivendi*) pueri, negotiumque ejus?

13. Dixit autem Angelus JEHOVÆ ad
Manoachum; ab omni, quod dixi ad mu-
lierem, abstinebit.

14. Nimirum, De omni, quod exit è
vite vini, [b] non comedet, & vinum ac b) Nu-
siceram non bibet, quicquamque immun- 6, 3.
di non comedet: quicquid præcepi illi,
observabit.

15. At dixit Manoachus ad Angelum
JEHOVÆ: detineamus, quæso, te, facia-
musque coram te hœdum caprarum.

16. Sed dixit Angelus JEHOVÆ ad
Manoachum; etsi detinueris me, non
comedam de pane tuo: sin holocaustum
offeres JEHOVÆ, offer illud: non enim
noverat Manoachus, quod Angelus JE-
HOVÆ esset.

17. Tum dixit Manoachus ad Ange-

Gen. 32, 29 lum JEHOVÆ; [c] Quod nomen tuum quum venerit verbum tuum, ut honoremus te.

18. Sed dixit illi Angelus JEHOVÆ; quare quæris de nomine meo? id verò eſt, Mirabilis.

19. Accepit ergò Manoachus hœdum captatum, & munus; obtulitque in holocauſtum ſuper petra, JEHOVÆ: mirabiliter autem egit faciendo, & Manoachus atque uxor ejus videntes (*erant.*)

20. Factum autem eſt; cum aſcenderet flamma de-ſuper altari, aſcendit Angelus JEHOVÆ in flamma altaris; Manoachus verò & uxor ejus videntes (*erant,*) & ceciderunt ſuper facies ſuas in terram.

21. Cæterum non addidit amplius Angelus JEHOVÆ apparere Manoacho & uxori ejus: unde cognovit Manoachus, quod Angelus JEHOVÆ eſſet.

22. Dixit ergò Manoachus ad uxorem ſuam; moriendo moriemur, quia DEUM vidimus.

23. Sed dixit illi uxor ejus; ſi vellet JEHOVAH occidere nos, non accepiſſet è manu noſtra holocauſtum & munus; nec oſtendiſſet nobis omnia hæc; neque in tempus audire feciſſet nos ſicut hæc.

24. Peperit itaque mulier filium, vocavitque nomen ejus Schimſchon, adolevitque puer, ac benedixit ei JEHOVAH.

25. Cepit autem Spiritus JEHOVÆ impellere eum in caſtris Danis, inter Zoreah & inter Eſchthaol.

CAP. XIV.

Schimſchon I. mulierin Thimnathæa matrimonium ambit, & conſenſum parentum agrè imperrat. à v. 1. II. (una quibus cam filii deſponſans in via leonem diſcerpit. à v. 5. In Cujus III. cadavere inventum mel, cum iiſdem ad nuptias deſcendens, comedit. v. 8, 9. Mox IV. Convivium nuptiale inſtituit: in quo convivii ænigma proponit. à v. 10. V. Quo ab his per dolum ſoluto, per ſpolia Philiſthæorum ſatisfacit. à v. 11. Tandem VI. dotium regreſſo uxor alij in matrimonium data rapitur. v. 19. 20.

DEſcendit poſteà Schimſchon in Thimnath, viditque mulierem in Thimnath de filiabus Philiſthæorum.

2. Aſcendit ergò, & indicavit patri ſuo, matriſque ſuæ, ac dixit; mulierem vidi in Thimnath, de filiabus Philiſthæorum: itaque accipite eam mihi in uxorem.

3. Sed dixit ei pater ejus, & mater ejus; Num non eſt inter filias fratrum tuorum, vel in toto populo meo mulier? quod tu abis ad accipiendam uxorem è Philiſthæis incircumciſis. Dixit verò Schimſchon ad patrem ſuum; iſtam accipe mihi, quia hæc recta eſt in oculis meis.

4. Cæterum pater ejus & mater ejus non noverunt, quod à JEHOVAH iſtud: nam anſam ille (*erat*) quærens ex Philiſthæis. Nam in tempore iſto Philiſthæi dominabantur in Iſraëlem.

5. Itaque deſcendit Schimſchon & pater ejus materque ejus Thimnatham: veneruntque uſque ad vineas Thimnathæ, cùm, ecce, juvenis leonum rugiens (*eſſet*) in occurſu ejus.

6. Verum venit ſuper eum Spiritus JEHOVÆ, & diſcerpſit eum, ſicut diſcerpitur hœdus; nec quicquam in manu ejus; non tamen indicavit patri ſuo matrique ſuæ id, quod fecit.

7. Deſcendit autem, locutuſque eſt cum muliere, ac recta fuit in oculis Schimſchonis.

8. Et reverſus eſt poſt dies, ad ducendum eam, ſeceſſitque ad videndum cadaver leonis: cum, ecce, examen apum in cadavere leonis, & mel.

9. Accepit itaque in manus ſuas, ivitque eundo & comedendo: ivit etiam ad patrem ſuum, & ad matrem ſuam, deditque iis, & comederunt: ſed non indicavit iis, quod è cadavere leonis accepiſſet mel.

10. Et deſcendit pater ejus ad mulierem: fecitque ibi Schimſchon convivium: ſic namque faciebant juvenes.

11. Sed factum eſt; quum viderent eum; acceperunt triginta ſocios, qui eſſent cum ipſo.

12. Dixit verò iis Schimſchon; proponam, quæſo, vobis ænigma: ſi indicando indicabitis id mihi ſeptem diebus convivii, inveneritiſque, dabo vobis triginta ſindones, & triginta mutationes veſtium.

13. Quod ſi non poteritis indicare mihi, dabitis vos mihi triginta ſindones, & triginta mutationes veſtium. Tum dixerunt illi; propone ænigma tuum, & audiemus illud.

14. Dixit ergò illis; A devoratore exivit cibus; & a duro exivit dulce. Sed non potuerunt indicare ænigma tres dies.

15. Factum itaque in die ſeptimo; & dixerunt uxori Schimſchonis; perſuade marito tuo, ut indicet nobis ænigma; ne fortè comburamus te, & domum patris tui igne. Num ad hereditandum nos, vocaſtis nos? annon?

16. Quare flevit uxor Schimſchonis coram ipſo, dixitque; Omninò odiſti me, nec amas me. ænigma (*enim*) propoſuiſti filiis populi mei, nec mihi indicaſti. Sed dixit ei; Ecce, patri meo, & matri meæ non indicavi: & tibi indicaverim?

17. At flevit coram illo ſeptem diebus, quibus fuit ipſis convivium. Unde factum eſt, ut indicaret ei; quia urgebat illum. At (*ea*) indicavit filiis populi ſui.

18. Dixerunt ergò illi viri urbis in die ſeptimo, antequam occideret Sol: quid dulcius melle? & quid durius leone? Tum dixit eis; Niſi araſſetis vitula mea, non invenifſetis ænigma meum.

19. Venit tamen ſuper eum Spiritus JEHOVÆ, deſcenditque Aſchkelonem, & percuſſit triginta viros, ac ſumſit exuvias eorum, deditque mutationes (*veſtium*) annunciatoribus ænigmatis. Exarſit verò ira ejus, aſcenditque in domum patris ſui.

20. Interea data eſt uxor Schimſchonis ſocio ejus: qui ſocium ſe ei adjunxerat.

CAP. XV.

Schimſchon raptum uxoris combuſtione frugum aſſuta in Philiſthæis ulciſcitur. à v. 1. Philiſthæi autem II. uxorem Schimſchonis & patrem ejus comburunt; propterea à Schimſchone egregiè multati. à v. 6. Schimſchonem III. Philiſthæa tribu lucta ſua ſtra diſſacunt. à v. 9. Qui IV. Vinctus traditur, rupris funibus, maxilla aſini mille de illis virosoccidit, & ſe eripit. à v. 14. Siti V afflictus mirabiliter à DEO recreatur. à v. 18.

SEd factum eſt poſt dies, in diebus meſſis tritici; ut viſitaret Schimſchon uxorem ſuam cum hœdo caprarum: dixit namque, intrabo ad uxorem meam in conclave: verùm non permiſit illi pater ejus intrare.

2. Ac dixit Pater; dicendo dixi; quia odiendo odiſti eam: ideò dedi eam ſodali tuo. Nonne ſoror ejus minor bona præ illa eſt? Sit, quæſo, hæc tibi loco illius.

3. Tum dixit illis Schimſchon; purus ſum hac vice à Philiſthæis; quando faciens ego ſum iis malum.

4. Et abivit Schimſchon, cepitque trecentas vulpes: ac ſumſit lampades, & reſpicere fecit caudam erga caudam, poſuitque lampadem unam inter binas caudas in medio.

5. Atque accendit ignem in lampadibus, & dimiſit in ſegetes Philiſthæorum: accenditque ab acervo uſque ad ſegetem ſtantem, & uſque ad vineam & oleam.

6. Tum dixerunt Philiſthæi; Quis fecit hoc? dixeruntque; Schimſchon, gener Thimnathæi: ideò quòd ſumſit uxorem ejus, deditque eam ſodali ejus. Aſcenderunt ergò Philiſthæi, & combuſſerunt eam, & domum Patris ejus igne.

7. Sed dixit illis Schimſchon; Num, ſi faceretis ſicut hoc? Atqui ubi ultionem ſumſero de vobis, demum ceſſabo.

8. Percuſſit itaque eos, femur ſuper crure, ſtrage magna: deſcenditque, & manſit in rupe petræ Etam.

9. Tum aſcenderunt Philiſthæi, & caſtra metati ſunt in Jehudah, & demiſerunt ſe in Læchi.

10. Dixerunt ergò viri Judæ; quare aſcendiſtis contra nos? dixerunt verò (*hi*) ad vinciendum Schimſchonem aſcendimus: ut faciamus illi, ſicut fecit nobis.

11. Quare deſcenderunt tria millia virorum ex Jehudah ad rupem petræ Etam, dixeruntque Schimſchoni; Num non noſti, quod dominantes (*ſint*) in nos Philiſthæi? quare ergò hoc feciſti nobis? qui dixit eis; ſicut fecerunt mihi: ita feci illis.

12. Dixerunt autem ipſi; Ad vinciendum te deſcendimus, ut demus te in manum

num Philiſthæorum: quibus dixit Schimſchon, jurate mihi, ne irruatis in me vos.

13. Dixerunt itaque ei dicendo; Non: ſed vinciendo vinciemus te, dabimúſque in manum eorum: occidendo autem non occidemus te. Atque vinxerunt eum duobus funibus recentibus, & aſcendere fecerunt eum è petra Etam.

14. Ille venit ad Læchi, Philiſthæique conclamarunt contra ipſum: ſed venit ſuper eum Spiritus JEHOVÆ, factique ſunt funes, qui ſuper brachiis ejus, ſicut lina, quæ aduſta igne, & liquefacta ſunt vincula ejus à ſuper manibus ejus.

15. Invenit autem maxillam aſini recentem, emiſitque manum ſuam, & accepit eam, ac percuſſit ea mille viros.

16. Tum dixit Schimſchon; maxilla aſini acervus acervorum; maxilla aſini percuſſi mille viros.

17. Et factum eſt, quum abſolviſſet loqui, projecit maxillam è manu ſua, & vocavit nomen loci iſtius Ramath-Læchi.

18. At ſitivit valdè, clamavitque ad JEHOVAM, & dixit; Tu dediſti per manum ſervi tui ſalutem magnam hanc: jam verò morior ſiti, & incidam in manus incircumciſorum.

19. Fidit ergò DEUS molarem, qui in Læchi, exiveruntque aquæ: bibitque, & reverſus eſt ſpiritus ejus, ac revixit: ideò vocavit nomen ejus, Fons invocantis; qui in Læchi, uſque in diem hunc.

20. Judicavit autem Iſraëlem in diebus Philiſthæorum viginti annos.

CAP. XVI.

Schimſchon I. meretricem Gazæam adamans, intra urbis portas ſuro concluſus, januis & vectibus portæ evulſis & abſportatis, ſe eripit. v. 1. Delila II. amore captus, ab hac aliquoties eluſa licet, tandem prodito ſimulis Naſiræatus ſui, Philiſthæis venditur, excæcatur, & in priſtinum detruditur. v. 4. In domo tamen III. feſtivitatis Philiſthæorum ludens, fulcra columnas domus, oppreſſione trium millium ultionem ſumit, moritur & ſepelitur. v. 22.

POſteà abiit Schimſchon Gazam, vidirque ibi mulierem meretricem, intravitque ad eam.

2. Gazæis (*autem*) dicendo (*dictum eſt*;) venit Schimſchon huc. Tum circumdederunt, & inſidiati ſunt ei tota nocte in porta urbis: quieverunt tamen tota nocte, dicendo; uſque ad lucem matutæ (*expectabimus,*) & occidemus eum (*tum.*)

3. Sed cubuit Schimſchon uſque ad medium noctis: ſurrexitque in medio noctis, & apprehendit januas portæ urbis, ac duos poſtes, & evulſit ea cum vecte; poſuitque ſuper humeros ſuos, ac aſcendere fecit ea ſuper caput montis, qui eſt ante Chebronem.

4. At factum eſt poſtea, ut amaret mulierem in valle Sorek: nomen autem ejus Delilah.

5. Itaque aſcenderunt ad eam Satrapæ Philiſthæorum, dixeruntque illi; perſuade iſti, & vide, in quo robur ejus magnum (*ſit,*) & per quid prævaluri ſimus ei, ut vinciamus eum ad affligendum eum: tum nos dabimus tibi quilibet mille & centum (*ſiclos*) argenti.

6. Dixit ergò Delilah ad Schimſchonem; indica, quæſo, mihi, in quo (*ſit*) robur tuum magnum, & per quid vinciri poſſis ad affligendum te.

7. Dixit autem ad eam Schimſchon; ſi vincient me ſeptem funiculis recentibus, qui nondum aridi facti, infirmus reddar, eroque ſicut quivis homo.

8. Aſcendere ergò fecerunt Satrapæ Philiſthæorum ſeptem funiculos recentes, qui nondum aridi facti; vinxitque eum illis (*ipſa.*)

9. Inſidiator autem ſedebat ei in conclavi: dixit itaque, Philiſthæi contra te, Schimſchon: ſed divulſit funiculos, ſicut divellitur ſtupæ filum; quando odoratum eſt ignem: nec notum factum eſt robur ejus.

10. Tum dixit Delilah ad Schimſchonem; Ecce, illuſiſti mihi, locutuſque es ad me mendacia: nunc indica, quæſo, mihi, per quod vinciri poſſis.

11. Dixit ergò ad eam; ſi ligando ligaverint me funibus fortibus, quibus non factum ſit opus, tum infirmabor, & ero ſicut quivis hominum.

12. Tum ſumſit Delilah funes fortiores recentes,

recentes, & ligavit eum illis, dixitque ad eum, Philiſthæi contra te, Schimſchon; & inſidiator (*erat*) ſedens in conclavi: ſed avulſit eos à brachiis ſuis ſicut filum.

13. Dixit ergò Delilah ad Schimſchonem; Hucuſque illuſiſti mihi, locutuſque es ad me mendacia: indica mihi, quo vinciri poſſis. Tum dixit ad eam; ſi texueris ſeptem cincinnos capitis mei cum tela.

14. Affixit ergò paxillo, dixitque; Philiſthæi contra te, Schimſchon. Sed expergefactus eſt è ſomno ſuo, & avulſit paxillum, texturam & telam.

15. Tum dixit ad eum; quomodo dicis, amavi te? & cor tuum non (*eſt*) mecum: his tribus vicibus illuſiſti mihi, nec indicaſti mihi, in quo (*ſit*) robur tuum magnum.

16. Factum itaque eſt; quum anguſtaret eum verbis ſuis omnibus diebus, urgeretque eum; abbreviata eſt anima ejus ad moriendum.

17. Unde indicavit ei omne cor ſuum, dixitque ei; Novacula non aſcendit ſuper caput meum; quia Naſiræus DEI ego ab utero matris meæ: ſi radar, recedet à me robur meum, & reddar infirmus, eroque ſicut quivis homo.

18. Vidit ergò Delilah, quod indicaſſet ipſi omne cor ſuum: ideoque miſit, & vocavit Satrapas Philiſthæorum, dicendo; aſcendite hac vice; quia indicavit mihi omne cor ſuum. Tum aſcenderunt ad eam Satrapæ Philiſthæorum, aſcendereque fecerunt argentum in manu ſua.

19. Dormire ergò eum fecit ſuper genibus, vocavitque virum, qui raſit ſeptem cincinnos capitis ejus: ac incepit affligere eum, receſſitque robur ejus à ſuper eo.

20. Dixit autem; Philiſthæi contra te, Schimſchon. Tum evigilavit è ſomno ſuo, & dixit; Exibo, ſicut vice in vice, & excutiar: ſed ille non ſcivit, quod JEHOVAH receſſiſſet à ſuper ipſo.

21. Quare comprehenderunt eum Philiſthæi, effoderuntque oculos ejus: ac deſcendere eum fecerunt Gazam: ubi vinxerunt eum duabus catenis; fuitque molens in domo vinctorum.

22. Incepit autem capillus capitis ejus creſcere (*rurſus,*) ſicubi abraſus erat.

23. Cæterum Satrapæ Philiſthæorum congregati ſunt, ad ſacrificandum ſacrificium magnum Dagoni deo ſuo, & in gaudium; dixerunt enim: Dedit deus noſter in manus noſtras Schimſchonem, hoſtem noſtrum.

24. Quumque viderunt eum populus, laudaverunt deum ſuum: dixerunt enim, dedit deus noſter in manum noſtram hoſtem noſtrum, & vaſtantem terram noſtram, & qui multiplicavit occiſos noſtros.

25. Factum autem eſt, quum lætum (*eſſet*) cor eorum, dixerunt; vocate Schimſchonem ut ludat nobis. Vocarunt ergò Schimſchonem è domo vinctorum, ut luderet coram eis; ſtatueruntque eum inter columnas.

26. Tum dixit Schimſchon ad puerum, qui tenebat manum ejus; omitte me, & fac me palpare columnas, ſuper quibus conſtituta eſt domus, ut innitar illis.

27. Domus autem plena (*erat*) viris & mulieribus: ibi enim (*erant*) Satrapæ Philiſthæorum, & ſuper tecto quaſi tria millia virorum & mulierum, ſpectantium, cum luderet Schimſchon.

28. Clamavit itaque Schimſchon ad JEHOVAM, dixitque; Ah, Domine JEHOVI, memento mei quæſo, & conforta me tantum vice hac, DEus; ut ulciſcar ultionem unius de duobus oculis meis à Philiſthæis.

29. Et complexus eſt Schimſchon duas columnas medietatis, ſuper quibus domus conſtituta, inclinavitque ſe ſuper illis, una in dextera ejus, & una in ſiniſtra ejus.

30. Tum dixit Schimſchon; moriatur anima mea cum Philiſthæis: inclinavitque ſe cum robore: cecidit autem domus ſuper Satrapas, & ſuper omnem populum, qui in eâ; fueruntque mortui, quos occidit, cum moreretur ille, plures, quàm, quos occidit in vita ſua.

31. Deſcenderunt autem fratres ejus, & omnis domus patris ejus, deportaveruntque eum, & aſcendere fecerunt, ac ſepeliverunt eum inter Zoreah & Eſchthaol in ſepulcro Manoachi patris ejus: ille verò judicavit Iſraëlem viginti annis.

CAP. XVII.

Micha I. furtum ſuum matri reſtituit. v. 1. 2. Mater II. ex furto reſtituto vovet, & fieri curat ſculptile & fuſile. v. 3. 4. Micha III. ea, addito Ephodo & Theraphim, in domo collocat, facto etiam ex filio ſacerdote. v. 4. 5. Nactus IV. Levitam nequam & vagum, in ſacerdotem eum conducit, & jam valdè ſibi gratulatur de re. à v. 6.

FUit autem vir de monte Ephrajim, nomenque ejus Michajehu.

2. Ac dixit matri ſuæ; mille & centum (*ſicli*) argenti, qui ablati tibi, & tu execrata es, etiamque dixiſti in auribus meis; Ecce, hoc argentum mecum; ego abſtuli id, dixit verò mater ejus, Benedictus (*eſto*) fili mi, JEHOVÆ.

3. Reſtituit itaque mille & centum (*ſiclos*) argenti matri ſuæ: ſed dixit mater ejus; conſecrando conſecravi argentum JEHOVÆ è manu mea filio meo, ad faciendum ſculptile & fuſile: ideò reſtituo id tibi.

4. Reſtituit, inquam, argentum matri ſuæ, tum ſumſit mater ejus ducentos (*ſiclos*) argenti, deditque conflatori, qui fecit ex eo ſculptile & fuſile: fuitque in domo Michajehu.

5. Quod verò ad virum Micham; Erat illi domus Dei, fecitque Ephodum, & Theraphim: ac implevit manum unius de filiis ſuis, ut eſſet ipſi in Sacerdotem.

6. In diebus illis non erat Rex in Jiſraël; vir, quod rectum in oculis ejus, faciebat.

7. Fuit autem puer è Beth-lechem Jehudæ, de familia Jehudæ: ſed Levita erat, ibique is peregrinus erat.

8. Abivit autem vir hic ex urbe, ex Beth-lechem Jehudæ, ad peregrinandum, ubi inveniret, ac venit in montem Ephrajim uſque domum Michæ, ad faciendum iter.

9. Cui dixit Michah; unde venis? dixit autem Levita ad eum; Ego è Beth-lechem Jehudæ; ac eo ad peregrinandum, ubi inveneto.

10. Dixit ergò ei Michah; mane mecum; eſtoque mihi in patrem, & in Sacerdotem: ego verò dabo tibi decem (*ſiclos*) argenti in annum, & pretium veſtium, victumque tuum. Itaque ivit Levita.

11. Et placuit Levitæ manere cum viro: fuitque puer illi, ſicut unus de filiis ejus.

12. Ideò implevit Michah manum Levitæ; ac fuit ei puer in Sacerdotem: fuitque in domo Michæ.

13. Unde dixit Michah; nunc novi, quod benefacturus ſit JEHOVAH mihi; quia contigit mihi Levita in Sacerdotem.

CAP. XIIX.

Danitæ I. quinq; viros ad explorandum terram emittunt. v. 1. 2. Qui II. de via ſua Levitam Michæ interrogant, Laiſch explorant & ad ſuos reverſuntur. à v. 3. III. Cum reverſis ſexcenti viri perſuaſi, exunt, eq; domo Micha Levitam & omnia ſacra eius fraude & vi abducunt. à v. 9. Poſteà IV. Urbem Lajiſch quietam expugnant. à v. 26. Ubi V. ſculptile Michæ & idololatricum cultum erigunt. v. 30. 31.

IN diebus illis non erat Rex in Jiſraële; & in diebus illis tribus Danitæ quærens (*erat*) ſibi hereditatem ad habitandum: quia non ceciderat illi uſque ad diem hunc in medio tribuum Jiſraëlis in hereditatem.

2. Miſerunt ergo filii Dan de familia ſua quinque viros ab extremitatibus ſuis, viros fortes robore è Zoreah & ex Eſchthaol ad explorandum terram & ad perveſtigandum eam, dixeruntque; ite, perveſtigate terram: veneruntque in montem Ephrajim, uſque ad domum Michæ, pernoctaveruntque ibi.

3. Ipſi erant cum domo Michæ, cum iidem agnoverunt vocem pueri Levitæ, ſeceſſeruntque eò, ac dixerunt ei; quis duxit te huc? & quid tu faciens hic? & quid tibi hic?

4. Dixit ergò ad illos; ſicut hoc, & ſicut hoc fecit mihi Michah; conduxitque me, & factus ſum ei in Sacerdotem.

5. Tum dixerunt illi; Interroga, quæſo, DEUM, ut cognoſcamus, num proſpera futura ſit via noſtra, ſuper qua nos ambulantes (*ſumus.*)

6. Dixitque illis Sacerdos; ite in pace; coram JEHOVAH eſt via veſtra, in qua iris

7. Tum

7. Tum iverunt quinque viri, veneruntque in Lajiſch, videruntque populum, qui in medio ejus, habitantes juxta morem Zidoniorum ſecurè, quietum & confidentem; neque erat, qui redargueret quicquam in terra, & exerceret poteſtatem; inſuper longinqui illi à Zidoniis, nec res illis cum homine (*ullo.*)

8. Venerunt ergò ad fratres ſuos in Zoream & Eſchthaolem: dixeruntque eis fratres eorum; Quid vos?

9. Qui dixerunt; Surge, & aſcendemus contra eos: quia vidimus terram; & ecce bona valdè: vos autem tacentes: ne moramini abire, venire, hereditare terram.

10. Quum veneritis, venietis ad populum ſecurum, & terra (*eſt*) lata ſpatiis, quia dedit eam DEUS in manum veſtram: locus eſt, in quo non eſt defectus ullius rei, quæ in terrâ.

11. Itaque profecti ſunt inde ex familia Danitæ de Zoreah & Eſchthaol ſexcenti viri, accincti armis belli.

12. Aſcenderuntque, & caſtra metati ſunt in Kirjath-Jearim in Jehudah: propterea vocarunt locum hunc, Caſtra Danis, uſque ad diem hunc: ecce (*eſt*) poſt Kirjath-Jearim.

13. Tranſiverunt autem inde in montem Ephrajim; veneruntque uſque ad domum Michæ.

14. Ibi reſponderunt quinque viri, profecti ad explorandum terram Lajiſch, dixeruntque ad fratres ſuos; num ſcitis quod in domibus his ſit Ephodum & Theraphim, & ſculptile & fuſile? nunc ergò cognoſcite, quid facturi ſitis.

15. Quare ſeceſſerunt eò, veneruntque ad domum pueri Levitæ, domum Michæ; interrogaveruntque eum de pace.

16. Sexcenti autem viri accincti armis belli ſuis ſtantes (*erant*) ad oſtium portæ, qui de filiis Danis.

17. Cùm interea aſcenderunt quinque viri, profecti ad explorandum terram, intraruntque eò, ſumſerunt ſculptile, & Ephod, & Theraphim, & fuſile: dum Sacerdos ſtabat ad oſtium portæ, & ſexcenti viri accincti armis belli.

18. Cum hi intraſſent in domum Michæ, & ſumſiſſent ſculptile Ephodi, & Theraphim, & fuſile, dixit ad eos Sacerdos; quid vos (*eſtis*) facientes?

19. Sed dixerunt illi: Tace, pone manum tuam ſuper os tuum, & abi nobiſcum, & eſto nobis in Patrem & in Sacerdotem; num melius, eſſe te Sacerdotem domui viri unius; an eſſe te Sacerdotem tribui & familiæ in Jiſraël?

20. Tum bonum fuit cor Sacerdotis, ſumſitque Ephod, & Theraphim, & ſculptile, venitque in medio populi.

21. Converterunt itaque ſe, iveruntque, ac poſuerunt infantem, pecudem, & ſarcinam ante ſe.

22. Iſti procul aberant à domo Michæ, cum viri, qui in domibus, quæ apud domum Michæ (*erant,*) conclamarunt, & perſecuti ſunt filios Danis.

23. Clamaveruntque ad filios Danis; qui converterunt facies ſuas, dixeruntque Michæ; quid tibi, quod conclamaſti?

24. Dixit ergò; deos meos, quos feci, ſumſiſtis, & Sacerdotem, ac abiviſtis: quid verò mihi amplius? quare ergò dicitis ad me; Quid tibi?

25. Sed dixerunt ad eum filii Danis; ne auditi fac vocem tuam apud nos; ne irruant in vos viri amari animo, colligaſque animam tuam, & animam domus tuæ.

26. Tum iverunt filii Danis viam ſuam: vidit autem Michah, quod illi ipſo fortiores: ideò convertit ſe, rediitque ad domum ſuam.

27. Illi verò ſumſerunt, quod fecerat Michah, & Sacerdotem, qui fuerat illi, veneruntque ad Lajiſch, contra populum quietum & ſecurum: percuſſeruntque eos ore gladii; urbem autem ſuccenderunt igne.

28. Nec (*erat*) eripiens: quia remota (*erat*) illa à Zidone; neque res illis cum homine; illa verò in valle, quæ eſt domus Rechob: ædificarunt ergò urbem, habitaruntque in eâ.

29. Vocarunt autem nomen urbis, Dan, ex nomine Danis patris eorum, qui natus erat Jiſraëli, verum Lajiſch (*erat*) nomen urbis prius.

30. Tum erexerunt ſibi filii [a] Danis ſculptile; Jehonathan verò, filius Gerſchom,

a) 1. Reg. 12. 30. 1. Par. 23. 15.

ſehom, filii Menaſcheh, ipſe & filii ejus fuerunt Sacerdotes tribui Danitæ, uſque ad diem, quo migravit terra.

31. Poſueruntque ſibi ſculptile Michæ, quod fecerat, omnibus diebus, quibus fuit Domus Dei in Schilunte.

CAP. XIX.

Caput hoc habet I. Occaſionem belli inteſtini tribuum Iſraeliticarum contra tribum Beniaminis, ſcil. fugam & reductionem pellicis Levitæ cuiuſdam uſq; in Gibeam. à v. 1. II. Veram eius cauſam: quæ eſt, pellicis iſtius ad mortem uſq; conſtupratio, à Gibeonitis patrata. à v. 22. III. Levitæ mariti ob tantum ſcelus querelam, & contra Gibeonitas ad tribus Iſraëliticas delationem. v. 29. 30.

Cæterum factum eſt in diebus iſtis, quibus Rex non *(fuit)* in Iſraële; ut eſſet vir Levita, peregrinus in lateribus montis Ephrajim, qui acceperat ſibi mulierem pellicem è Beth-lechem Jehudæ.

2. Scortata autem eſt contra eum pellex ejus, abivitque à cum ipſo ad domum patris ſui, ad Beth-lechem Jehudæ, ac fuit ibi annum & quatuor menſes.

3. Surrexit autem maritus ejus, & ivit poſt eam, ad loquendum ſuper cor ejus, ut reduceret illud; eratque puer ejus cum ipſo, & par aſinorum introduxit itaque eum in domum patris ſui: cumque videret eum pater puellæ, lætatus eſt in occurſum ejus.

4. Detinuit verò eum ſocer ejus, pater puellæ, ut maneret cum illo tres dies: comederuntque & biberunt, ac pernoctarunt ibi.

5. Et factum *(quidem)* eſt die quarto, ut ſurgerent manè ſub auroram, ſurgeretque ad eundum: ſed dixit pater puellæ ad generum ſuum; fulci cor tuum fruſto panis; poſteaque ibitis.

6. Sederunt ergò, & comederunt ambo unâ, biberuntque: dixit autem pater puellæ ad virum; acquieſce, quæſo, ut pernoctes, ſitque bonum cor tuum.

7. Cumque ſurgeret vir ad eundum, inſtitit illi ſocer ejus, ut rediret, & pernoctaret ibi.

8. Surrexit verò manè in die quinto, ad eundum: at dixit pater puellæ; fulci, quæſo, cor tuum: itaque morati ſunt, uſque dum inclinavit dies, comederuntque ambo.

9. Tum ſurrexit vir, ad eundum, ipſe & pellex ipſius, & puer ipſius. Dixit quidem ei ſocer ejus, pater puellæ; Ecce, quæſo, remiſit dies ad veſperaſcendum; pernoctate, quæſo; Ecce divertit dies; pernocta hic, & bonum ſit cor tuum; Surgetis autem manè cras, in viam veſtram, ut abeas in tentorium tuum.

10. Sed non voluit vir pernoctare: ſurrexit itaque; ivitque, & venit uſque verſus Jebus [hæc eſt Hieroſolyma,] & cum eo par aſinorum ſtratorum, etiamque pellex ejus cum ipſo.

11. Illi juxta Jebus erant, cum dies deſcendit valdè: dixit ergò puer ad Dominum ſuum; I, quæſo, ut ſecedamus ad urbem Jebuſæi hanc, & pernoctemus in eâ.

12. Sed dixit ad eum dominus ejus; Non ſecedemus ad urbem alienigenæ, qui de filiis Iſraëlis non ſunt; ſed tranſibimus uſque ad Gibeam.

13. Unde dixit puero ſuo; I, & appropinquabimus ad unum locorum, ut pernoctemus in Gibea vel in Ramah.

14. Tranſiverunt ergò, iveruntque: occidit autem iis Sol apud Gibeam, quæ Benjaminis eſt.

15. Et receſſerunt eò ad veniendum ad pernoctandum in Gibea: venitque & ſedit in platea urbis: quia non erat congregans eos domum, ad pernoctandum.

16. Ecce verò vir ſenex venit ab opere ſuo ex agro in veſpera, eratque vir de monte Ephrajim, peregrinabaturque in Gibea: viri autem loci, Benjaminitæ.

17. Ac ſuſtulit oculos ſuos, viditque virum viatorem in platea urbis: cumque diceret vir ſenex; quo abis, & unde venis?

18. Tum dixit ad eum; Tranſimus nos è Beth-lechem Jehudæ ad latera montis Ephrajim, unde ego: abivi autem uſque Beth-lechem Jehudæ, ac domum Jehovæ ego abeo: nec eſt vir congregans me domum.

19. Etiamque palea, etiam pabulum eſt aſinis noſtris: etiamque panis & vinum eſt mihi & ancillæ tuæ, & puero, *(qui)* cum ſervis tuis; non defectus ullius rei.

20. Dixit autem vir ſenex; Pax tibi: ſit modò omnis defectus tuus ſuper me; verum in platea ne pernocta.

21. Duxit ergò eum in domum ſuam, & miſcuit aſinis: laveruntque pedes eorum, & comederunt ac biberunt.

a) Gen. 19, 4. 22. Illi exhilarabant cor ſuum: [a] cum ecce viri urbis, viri filii Belialis, circumdederunt domum, pulſantes ſuper januam; dixeruntque ad virum, herum domus, ſenem, dicendo; Educ virum, qui intravit in domum tuam, ut cognoſcamus eum.

23. Sed exivit ad eos vir, herus domus, dixitque ad eos; ne, fratres mei, ne malum faciatis, quæſo, poſtquam intravit vir hic in domum meam: ne faciatis ſtultitiam hanc.

24. Ecce, filia mea virgo, & pellex ejus! educam, quæſo, has, & comprimite eas, & facite iis bonum in oculis veſtris; viro autem huic ne faciatis rem ſtultitiæ hujus.

25. Cumque non acquieſcerent viri, ut audirent eum, apprehendit vir pellicem ſuam, & duxit ad eos foràs: qui cognoverunt eam, & ſceleratè tractarunt eam tota nocte uſque ad auroram: tum miſerunt eam, cùm aſcenderet aurora.

26. Venit itaque mulier, cum reſpiceret aurora, & cecidit ad oſtium domus viri, ubi maritus ejus, uſque ad lucem.

27. Surrexit autem maritus ejus ſub auroram, aperuitque januas domus, & exivit ad eundum in viam ſuam: cùm ecce, mulier, pellex ejus, jacens ad oſtium domus, manuſque ejus ſuper limine.

28. Tum dixit ad eam; Surge, ut eamus: ſed non reſpondens *(erat:)* ideò ſumſit eam ſuper aſinum, ſurrexitque vir, & ivit in locum ſuum.

29. Cumque venit ad domum ſuam, ſumſit cultrum, tenuitque pellicem, & diſſecuit eam juxta oſſa ejus in duodecim ſegmenta, ac miſit in omnem terminum Iſraëlis.

30. Et factum eſt, omnis videns ut diceret; Non factum eſt, neque viſum eſt ſicut hoc, à die, quo aſcenderunt filii Iſraëlis ex terra Ægypti, uſque ad diem hunc: ponite vobis ſuper id, conſultate & loquimini.

CAP. XX.

Hoc caput complectitur. I. Tribuum Iſraëliticarum ſuper ſcelere Gibeonitarum conſilium bellicum & comitiale, decretumq; contra totam tribum Beniaminis. à v. 1. II. Tribuum ad Gibeam acceſſum ad obſidendum eam, propoſitâ tamen tribui Beniaminu conditione pacis. à v. 12. III. Utriuſq; partu ad bellum inſtructionem ſeu præparationem. à v. 14. IV. Ipſius belli deſcriptionem: in quo (1.) triplex partium prælium. à v. 20. quorum (2.) duo tribubus infeliciſſima. à v. 21. 25. tertium (3.) tribui Beniaminu exitiale. à v. 36.

Exiverunt itaque omnes filii Iſraëlis, & congregatus eſt univerſus cœtus, ſicut vir unus, inde à Dane & uſque ad Beer-Scheba terramque Gileadis, ad Jehovam Mizpam.

2. Et conſtiterunt anguli omnis populi, omnes tribus Iſraëlis in congregatione cum Deo, quadringenta millia virorum peditum, educentium gladium.

3. Audiverunt autem filii Benjaminis, quod aſcendiſſent filii Iſraëlis Mizpam. Tum dixerunt filii Iſraëlis; dicite, quomodo factum ſit malum hoc.

4. Reſpondit ergò vir Levita, maritus mulieris interfectæ, dixitque; in Gibeam, quæ Benjaminis eſt, veni ego & pellex mea ad pernoctandum.

5. Surrexerunt autem contra me cives Gibeæ, & circumdederunt ſuper me domum noctu: me cogitarunt occidere, ſed pellicem meam compreſſerunt, ut mortua ſit.

6. Apprehendi itaque pellicem meam, & diſſecui eam, miſique eam in omnem agrum hereditatis Iſraëlis: quia ſcelus & ſtultitiam fecerunt in Iſraële.

7. Ecce, omnes vos filii Iſraëlis. Date vobis verbum & conſilium hîc.

8. Tum ſurrexit omnis populus, ſicut vir unus; dicendo; non ibimus vir in tentorium ſuum, neque diſcedemus vir in domum ſuam.

9. Jam itaque hæc eſt res, quam faciemus Gibeæ; contra eam per ſortem.

10. Et accipiemus decem viros de centum inter omnes tribus Iſraëlis, & centum de mille, & mille de myriade, ad accipiendum commeatum; ad faciendum, cum venerint ad Gibeam Benjaminis; juxta omnem ſtultitiam, quam fecit in Iſraële.

11. Et congregatus eſt omnis vir Iſraëlis ad urbem, ſicut unus vir conjuncti.

12. Miſerunt autem tribus Iſraëlis ad omnes familias Benjaminis, dicendo; Quid malum hoc, quod factum eſt inter vos?

13. Jam ergò date viros, filios Belialis, ut occidamus eos, & extinguamus malum ex Iſraële: ſed non voluerunt Benjamin audire vocem fratrum ſuorum, filiorum Iſraëlis.

14. Congregati autem ſunt filii Benjaminis ex urbibus in Gibeam, ad exeundum in bellum cum filiis Iſraëlis.

15. Numerati autem ſunt filii Benjaminis in die iſto ex urbibus, viginti & ſex millia virorum educentium gladium; præter habitatores Gibeæ, (*qui*) numerati ſunt ſeptingenti, viri electi.

16. Ex omni populo hoc (*fuerunt*) ſeptingenti viri electi, clauſi manu dextræ ſuæ: omnis hic funditor lapide ad pilum, ut non erraret.

17. Sed viri Iſraëlis numerati ſunt præter Benjaminem quadringenta millia virorum, educentium gladium: omnis hic vir belli.

18. Surrexerunt autem, & aſcenderunt in Bethel, interrogaveruntque Deum, ac dixerunt filii Iſraëlis; quis aſcendet nobis in principio ad bellum cum filiis Benjaminis? Et dixit Jehovah; Jehudah (*eſt*) in principio.

19. Tum ſurrexerunt filii Iſraëlis ſub auroram, & caſtra metati ſunt contra Gibeam.

20. Exivitque vir Iſraëlis in bellum cum Benjamine, & ordinarunt cum iis vir Iſraëlis bellum ad Gibeam.

21. Sed exiverunt filii Benjaminis è Gibea, & perdiderunt in Iſraële, in die iſto, duo & viginti millia virorum in terram.

22. Confirmavit ſe verò populus, vir Iſraëlis, addideruntque ordinare bellum loco, in quo ordinaverunt die primo.

23. Aſcenderunt quidem filii Iſraëlis, fleveruntque coram Jehovah uſque ad veſperam, ac interrogaverunt Jehovam, dicendo; num addam appropinquare in bellum cum filiis Benjaminis, fratre meo? reſponditque Jehovah; aſcendite contra eum.

24. Appropinquarunt itaque filii Iſraëlis ad filios Benjaminis die ſecundo.

25. Sed exivit Benjamin adverſus eos è Gibea in die ſecundo, perdideruntque in filiis Iſraëlis adhuc octodecim millia virorum in terram: omnes hi educentes gladium.

26. Tum aſcenderunt omnes filii Iſraëlis, & univerſus populus, veneruntque Beth-Elem, ac ſederunt ibi coram Jehovah, jejunaruntque in die iſto uſque ad veſperam, ac aſcendere fecerunt holocauſta, & pacifica coram Jehovah.

27. Dein interrogaverunt filii Iſraëlis Jehovam: (*erat*) enim ibi arca fœderis Dei in diebus iſtis.

28. Cæterum Pinchaſus filius Eleaſaris, filii Aharonis, ſtetit coram ipſa in diebus iſtis, dicendo; Num addam amplius exire in bellum cum filiis Benjaminis, fratre meo? an deſiſtam? dixit autem Jehovah; aſcendite, quia cras dabo eum in manum tuam.

29. Poſuit itaque Iſraël inſidiatores contra Gibeam circumcirca.

30. Aſcenderuntque filii Iſraëlis ad filios Benjaminis in die tertio, ordinaveruntque contra Gibeam juxta vicem in vice.

31. Exiverunt autem filii Benjaminis contra populum, avulſique ſunt ab urbe; cumque inciperent cædere de populo confoſſos juxta vicem in vice in viis, quarum una aſcendit Bethelem, altera verò Gibeam, in agro, quaſi triginta viros in Iſraël;

32. Dixerunt filii Benjaminis; percuſſi ſunt coram nobis, ſicut prius; ſed filii Iſraëlis dixerunt; fugiamus, & avellamus eum ab urbe ad vias.

33. Tum omnis vir Iſraëlis ſurrexerunt è loco ſuo, & ordinarunt (*aciem*) in Baal-Thamar, inſidiator autem Iſraëlis evaſit è loco ſuo, è fovea Gibeæ.

34. Veneruntque è regione Gibeæ, decem millia virorum electorum ex univerſo Iſraële; bellumque grave factum: ſed iſti non noverant, quod tetigiſſet ſuper eos malum.

35. Percuſſit enim Jehovah Benjaminem coram Iſraële, ut perderent filii Iſraëlis in Benjamine die iſto vicies quinquies mille & centum viros; omnes hi educentes (*gladium.*)

36. Cumque viderent filii Benjaminis, quod percuſſi eſſent, dederunt viri Iſraëlis locum Benjamini; quia confidebant inſidiatori, quem poſuerant contra Gibeam.

37. Et inſidiatores feſtinarunt, & effuſi ſunt ſuper Gibeam, & traxit Inſidiator, & percuſſit totam urbem ore gladii.

38. Tempus autem conſtitutum fuit viro Iſraël cum Inſidiatore; Multiplicando ut aſcendere facerent elationem fumi de urbe.

39. Convertit itaque ſe Vir Iſraëlis in prælio, & Benjamin cepit percutere confoſſos in viro Iſrael, ſicut triginta viros: quia dixerunt; veruntamen percutiendo percuſſus eſt ille coram nobis, ſicut prælio priori.

40. Et elatio cepit aſcendere de urbe, columna fumi, & reſpexit Benjamin poſt ſe, & ecce aſcendit incendium urbis verſus cœlum.

41. Tum vir Iſraëlis convertit ſe, & conturbatus eſt vir Benjaminis, quia vidit, quod tetigiſſet ſuper ſe malum.

42. Reſpexerunt itaque coram viro Iſraëlis ad viam deſerti: ſed bellum adhæſit illis, & qui ex civitatibus, perdiderunt eum in medio ſui.

43. Circumdederunt Benjaminem, perſecuti ſunt eum; ſenſim conculcarunt eum, uſque ad è regione Gibeæ ab ortu Solis.

44. Et ceciderunt de Benjamine octodecim millia virorum: cum omnibus iſtis viri fortes.

45. Et reſpexerunt, & fugerunt verſus deſertum, ad petram Rimmon, & racemarunt in viis quinque millia virorum: & perſecuti poſt eum ſunt, uſque ad Gidom, & percuſſerunt de eo duo millia virorum.

46. Et fuit (*fuerunt*) omnes cadentes (h.e. *occiſi*) de Benjamin, viginti quinque millia virorum, educentium gladium, iſto die: cum omnibus iſtis viri ſtrenui.

47. Tum reſpexerunt, & fugerunt verſus deſertum, ad petram Rimmon ſexcenti viri, ſederuntque in petra Rimmon quatuor menſibus.

48. Vir autem Iſraëlis reverſi ſunt ad filios Benjaminis, & percuſſerunt eos ore gladii ab urbe hominis uſque ad beſtiam, uſque ad omne inventum: etiam urbes inventas miſerunt in ignem.

CAP. XXI.

Sequitur hoc capite I. Tribuum Iſraëliticarum ſuper interitu Tribus Beniaminiticæ imminenti pœnitentia & triſtitia. à v. 1. II. Duplex reſtituendæ tribus Beniaminiticæ conſilium & duo inventa media. Quorum (1.) prius, per virgines devotæ urbis Iabeſch Beniaminitis datas, à v. 5. Poſterius (2.) per raptas ex choreis à Beniaminitis virgines Iſraëliticas, à v. 15. III. Tribus Beniaminitæ pax & reſtitutio, à v. 23.

Cæterum vir Iſraelis juraverat in Mizpah, dicendo; vir de nobis non dabit filiam ſuam Benjamini in uxorem.

2. Venit itaque populus Bethelem, ſederuntque ibi uſque ad veſperam coram Deo, ac ſuſtulerunt vocem ſuam, & fleverunt fletu magno.

3. Et dixerunt; Quare, Jehovah Deus Iſraelis, factum eſt hoc in Iſraële, ut deſideretur hodie de Iſraële tribus una?

4. Factum etiam eſt poſtero die, ut manè ſurrexerint populus, & ædificaverint ibi altare, ac aſcendere fecerint holocauſta & pacifica.

5. Poſt dixerunt filii Iſraelis; Quis (*eſt,*) qui non aſcendit in congregatione, de omnibus tribubus Iſraelis, ad Jehovam: quia juramentum magnum fuit ei, qui non

non aſcenderet ad Jehovam, Mizpam, dicendo; moriendo morietur.

6. Quum itaque pœnituit filios Jiſraelis ſuper Benjamine, fratre ſuo, dixerunt; Excisa eſt hodie tribus una ex Jiſraele.

7. Quid (*igitur*) faciemus populo, reſiduis, quoad uxores? quia nos juravimus per Jehovam, non daturos iis de filiabus noſtris in uxores.

8. Tum dixerunt; Quis ullus de tribubus Jiſraelis, qui non aſcendit ad Jehovam, Mizpam? Et ecce non venit vir ad caſtra ex Jabeſch Gileadis ad congregationem.

9. Nam recenſitus eſt populus, & ecce non (*erat*) ibi vir de habitatoribus Jabeſch Gileadis.

10. Miſerunt itaque cœtus duodecim millia de filiis roboris, præceperuntque iis, dicendo; ite, & percutite habitatores Jabeſch Gileadis ore gladii, fœminas & infantem.

11. Hæc tamen res eſt, quam facietis; omnem maſculum, & omnem fœminam, quæ cognovit concubitum maris, devovebitis.

12. Et invenerunt de habitatoribus Jabeſch Gileadis quadringentas puellas virgines, quæ non cognoverant concubitum maris; deduxeruntque eas ad caſtra Schiluntem, quæ in terra Canaanis.

13. Tum miſerunt omnis congregatio, & locuti ſunt ad filios Benjaminis, qui in petra Rimmon, vocaruntque eos cum pace.

14. Rediit itaque Benjamin in tempore iſto, dederuntque eis mulieres, quæ fuerunt de mulieribus Jabeſch Gileadis: ſed non invenerunt illis ſic (*plures.*)

15. Unde (*denuò*) populum pœnituit propter Benjaminem; quod feciſſet Jehovah rupturam in tribubus,

16. Dixerunt ergo Seniores congregationis; Quid faciemus reſiduis, quantum ad uxores? quia perdita eſt ex Benjamine mulier.

17. Et dixerunt (*porrò;*) Poſſeſſio ereptionis Benjamini (*eſto,*) ideò non delebitur tribus de Jiſraele.

18. Jam verò nos non poſſumus dare illis uxores de filiabus noſtris; quia juraruntfilii Jiſraelis, dicendo; Maledictus dans uxorem Benjamini.

19. Tandem dixerunt; Ecce, feſtum Jehovæ in Schilunte eſt quotannis, quæ eſt à Septentrione Bethelis, verſus ortum Solis, reſpectu viæ aſcendentis à Bethele ad Schechem, & à meridie Libonæ,

20. Tum præceperunt filiis Benjaminis, dicendo; ite, & inſidias ſtruite in vineis.

21. Quumque videritis, quod ecce exeant filiæ Schiluntis ad tripudiandum in choreis, exibitis è vineis, & rapietis vobis quilibet uxorem ſuam de filiabus Schiluntis, ibitiſque in terram Benjaminis.

22. Eritque, quum venerint patres earum, aut fratres earum ad litigandum nobiſcum, dicemus ad eos: miſeremini noſtrum cum illis: quia non accepimus quiſque uxorem ſuam bello? ſed vos non dediſtis iis, pro tempore rei facti eſtis.

23. Et fecerunt ſic filii Benjaminis, ſumſeruntque uxores pro numero ſuo de choreas ducentibus, quas rapuerunt: iveruntque & reverſi ſunt ad hereditatem ſuam, ac ædificarunt urbes, atque habitarunt in illis.

24. Abiverunt autem filii Jiſraelis; in tempore iſto quilibet in tribum ſuam, & ad familiam ſuam, exiveruntque inde quilibet in hereditatem ſuam.

25. In diebus illis non (*erat*) Rex in Jiſraele; quilibet rectum in oculis ipſius faciebat.

RUTH

RUTH

CAPUT I.

Elimelechus I. Bethlechemita ob famem in agro Moabi peregrinatur, cum uxore Noomia, & duobus filiis, ibiq; moritur. à v. 1. II. Moriuntur etiam ambo filij poſt ductas uxores, Orpah & Ruth. v. 4. 5. Unde III. Noomia cum duabus nuribus domum revertitur à v. 6. Dimiſſa tamen IV. in via Orpah, cum ſola Ruthia Bethlechemum venit, & cum gaudio, ipſa triſtiu, exeſpitur. à v. 8.

FActum eſt in diebus, quibus judicarunt judices, ut eſſet fames in terra (*Jiſraëlis.*) Abiit itaque vir de Beth-lechem Jehudæ, ad peregrinandum in agris Moabi; ipſe, & uxor ejus, & duo filii ejus.

2. Nomen autem viri (*fuit*) Elimelech; & nomen uxoris ejus Noomi; nomen verò duorum filiorum ejus Machlon & Kiljon, Ephrathæi, de Beth-lechem Jehudæ. Venerunt ergò in agros Moabi, fueruntque ibi,

3. Sed mortuus eſt Elimelech, maritus Noomi: relictaque eſt ipſa, & duo filii ipſius.

4. Qui duxerunt ſibi uxores Moabitidas: nomen unius Orpah, & nomen alterius Ruth. Habitaverunt autem ibi quaſi decem annos.

5. Poſt mortui ſunt uterque, Machlon & Kiljon: ut ſuperfuerit mulier (*ſola*) de duobus filiis ſuis, & de marito ſuo.

6. Surrexit ergò ipſa & nurus ejus, & reverſa eſt ex agris Moabi: audiverat enim in agro Moabi, quod viſitaſſet Jehovah populum ſuum, ad dandum illis panem.

7. Quare exivit è loco, ubi fuerat, duæque nurus ejus cum ea, progreſſæque ſunt in viâ, ad revertendum ad terram Jehudæ:

8. Cùm dixit Noomi duabus nuribus ſuis; ite, redite, fœmina (*quæq;*) ad domum matris ſuæ: faciat Jehovah vobiſcum miſericordiam; quemadmodum feciſtis cum mortuis, & mecum.

9. Det Jehovah vobis, ut inveniatis requiem, fœmina in domo viri ſui. Ita oſculata eſt eas: quæ ſuſtulerunt vocem ſuam, ac fleverunt.

10. Dixerunt tamen illi; Utique tecum revertemur ad populum tuum.

11. Sed dixit Noomi; revertimini, filiæ meæ: quare ibitis mecum? num adhuc filii mihi in viſceribus meis, ut ſint vobis in maritos?

12. Revertimini filiæ meæ, ite: quia ſenior facta ſum, quam ut ſim marito. Si dixerim; eſt mihi ſpes (*prolis*;) etiamſi fierem hac nocte viro, etiamque generarem filios;

13. Num illos expectaretis, uſque dum adoleſcerent? num illorum cauſa moraremini, ut non eſſetis marito? ne, filiæ meæ: quin triſte mihi longe (*eſt*) præ vobis: exivit enim contra me manus Jehovæ.

14. Suſtulerunt ergò vocem ſuam, & fleverunt plus. Et oſculata (*quidem*) eſt Orpah ſocrum ſuam (*revertens*:) Ruth verò adhæſit illi.

15. Cumque diceret; Ecce reverſa eſt fratria tua ad populum ſuum, & ad deum ſuum: revertere (*ergò*) poſt fratriam tuam:

16. Dixit Ruth; ne urgeas me, ad deſerendum te, ut revertar à poſt te: nam quo iveris tu, ibo, & ubi pernoctaveris, pernoctabo: populus tuus (*erit*) populus meus; & Deus tuus, Deus meus.

17. Ubi morieris, moriar, ibique ſepeliar: ſic faciat Jehovah mihi, & ſic addat; quod mors ſeparationem facturа ſit inter me & inter te.

18. Cum ergò videret, quod obfirmaſſet

masset se, ad eundum cum ipsa, quievit à loquendo ad illam (*de reditu.*)

19. Sic iverunt ambæ, usque dum venerunt Beth-lechemum. Factum autem est, cum veniret Beth-lechemum, ut commota sit tota civitas super illis; dixerintque; Hæcne est Noomi?

20. Sed dixit ad illas; ne vocetis me Noomi (*h.e. jucundam:*) vocate me Mara (*h.e. amaram:*) quia amaram reddidit Fulminator me valdè.

21. Ego enim plena abiveram, sed vacuam redire fecit me JEHOVAH: quare (*ergò*) vocabitis me Noomi (*h.e. jucundam,*) cum JEHOVAH afflixerit me, & Fulminator ægrè fecerit mihi?

22. Rediit itaque Noomi & Ruth Moabitis, nurus ejus, cum illa, reversa ex agro Moabi: venerunt autem illæ Beth-lechemum in initio messis hordeorum.

CAP. II.

Ruth à V. in agro Boasi aristas colligit. à v.1. II. A Boaso humanissimè compellatur, prandio adhibetur, & veniam obtinet colligendi per totam messem. à v.4. Et III. pueris Boasi commendatur. v.15.16. Tandem IV. domum ad socrum reversa cum spicilegio, ab hac laudatur, & porrò de Boaso instruitur. à v.17.

CÆterum Noomiæ (*fuit*) consanguineus, (*qui*) maritojejus, vir potens strenuitate, de familia Elimelechi; cujus nomen Boas.

2. Dixit verò Ruth Moabitis Noomiæ; ibo, quæso, in agrum, & colligam aristas, post quemcunque invenero gratiam in oculis ejus: quæ dixit illi; ito, filia mea.

3. Ivit itaque, venitque, & collegit in agro post messores: forte autem contigit illi, ut agri pars (*esset*) Boasi, qui de familia (*erat*) Elimelechi.

4. Ecce, ergo, Boas venit de Beth-lechem, dixitque messoribus; JEHOVAH (*sit*) vobiscum: qui dixerunt illi; Benedicat tibi JEHOVAH.

5. Pòst dixit Boas puero suo, constituto super messores: cujusnam est puella hæc?

6. Cui respondit puer constitutus super messores, dixitque; puella Moabitis illa (*est,*) reversa cum Noomia ex agris Moabi.

7. Dixit verò; conquitam, quæso, & colligam inter manipulos post messores: sic venit, & perstitit inde ab aurora usque nunc. certè desidere ejus domi exiguum est.

8. Dixit ergò Boas ad Ruth; nonne audivisti, filia mea? ne eas ad colligendum in agro alio; etiamque ne transeas hinc; sed ita adhære puellis meis.

9. Oculi tui (*sunto*) in agrum, in quo metent, ut eas post illas: nonne præcepi pueris, ut non tangant te? sin sitieris, abibis ad vasa, & bibes de eo, quod hauserint pueri?

10. Cecidit itaque super facies suas; & incurvavit se in terram, dixitque ad illum; Quare inveni gratiam in oculis tuis, ut agnoscas me, cum (*tamen sim*) ego peregrina?

11. Sed respondit Boas, dixitque illi; indicando indicatum est mihi omne, quod feciſti cum socru tua post mortem mariti tui; dum deseruisti patrem tuum & matrem tuam, & terram nativitatis tuæ, ac ivisti ad populum, quem non novisti heri & nudius tertius.

12. Compensèt JEHOVAH opus tuum; sitque merces tua plena, à cum JEHOVAH, DEO Israëlis, cujus venisti confidere sub alis.

13. Quæ dixit; Inveniam gratiam in oculis tuis, domine mi, quod consolatus es me, & quod locutus es super cor ancillæ tuæ; cum ego (*tamen*) non (*sim*) sicut una ancillarum tuarum.

14. Porrò dixit illi Boas tempore cibi; accede huc, & comede de pane, ac intinge bolum tuum in acetum. Sedit itaque à latere messorum: (*ille*) verò porrexit ei tostam aristam: quæ comedit, & satiata est, & residuum fecit.

15. Cùm mox surgeret ad colligendum; præcepit Boas pueris suis, dicendo; etiam inter manipulos colligat, nec injuria afficiatis eam.

16. Quin etiam excutiendo excutite illi

illi ex fasciculis, & relinquite, ut colligat, nec increpate eam.

17. Collegit itaque in agro usque ad vesperam: tum excussit, quod collegerat, fuitque ficut Epha hordeorum.

18. Posteà sustulit, venitque in urbem; ac vidit socrus ejus, quod collegit: extraxit etiam, & dedit illi, quod residuum fecerat de satietate suâ.

19. Quare dixit illi socrus ejus; Ubi collegisti hodiè, & ubi operata es? sit, qui te cognovit, benedictus. Indicavit verò socrui suæ eum, apud quem operata esset, dixitque; Nomen viri, cum quo operata sum hoc die, (*est*) Boas.

20. Dixit ergò Noomi nurui suæ; Benedictus ille (*sit*) JEHOVÆ, quod non omisit misericordiam suam cum vivis & cum mortuis: porrò dixit illi Noomi; Propinquus nobis vir (*est;*) nam de Redemtoribus nostris ille.

21. Cui dixit Ruth Moabitis; Sed & dixit ad me; cum pueris, qui mihi, associabis te, donec absolverint totam messem, quæ mihi (*est.*)

22. Dixit itaque Noomi ad nurum suam; Bonum (*erit,*) filia mea, si exiveris cum puellis illius, ne invehantur in te in agro alio.

23. Quare associavit se puellis Boasi ad colligendum, usque dum consummata est messis hordei, & messis tritici: deinde habitavit cum socru sua.

CAP. III.

Noomia Ruthæ consilium dat de ambiendo matrimonio cum Boaso. à v.1. Quod II. Ruth secuta in aream Boasi descendit, idq; ab ipso nocte modestè ex jure Redemtionis petit. à v.6. Nec III. Boasius, cum æquâ tamen conditione rem, sibi vero illius facit. à v.10. Atq; sic IV. sub auroram ad socrum dimittitur, cum dono. à v.14.

POsteà dixit illi Noomi, socrus ejus, Filia mea, nonne quæsiverim tibi quietem, quæ tibi bona sit?

2. Nunc ergò, nonne Boas, cognatus noster (*est*) cum cujus puellis fuisti? Ecce, ille ventilans erit aream hordeorum nocte hac.

3. Quare lava, & unge te, & pone vestes tuas super te, ac descende in aream; (*sed*) ne cognoscaris viro (*illi*) donec ille desierit comedere & bibere.

4. Quum autem factum fuerit, ut cuber, observabis locum, ubi cubuerit, veniesque, & revelabis tegumenta pedum ejus, & cubabis: ille verò indicabit tibi, quid facere debeas.

5. Dixit verò ad eam; omne, quod dixeris ad me, faciam.

6. Descendit itaque in aream: fecitque juxta omne, quod præceperat ei socrus ejus.

7. Cum enim comedisset Boas, & bibisset, bonumque esset cor ipsius, ac venisset ad cubandum in extremitate acervi: venit leniter, & retexit tegumenta pedum ejus, ac cubuit.

8. Factum autem est in medio noctis: cohorruit vir, & contrectavit: cum, ecce, mulier jaceret ad tegumenta pedum ejus.

9. Cum ergò diceret; Quæ tu? dixit (*illa;*) Ego (*sum*) Ruth, ancilla tua: expande ergò alam tuam super ancillam tuam, quia Redemtor tu (*es.*)

10. Cui dixit; Benedicta tu (*esto*) JEHOVÆ, filia mea: meliorem reddidisti misericordiam tuam posteriorem, quam priorem: dum non ivisti post juvenes, sive (*quis*) pauper, sive dives.

11. Nunc itaque, filia mea, ne time: omnia (*enim*) quæ dixeris, faciam tibi: novit enim tota porta populi mei, quod fœmina egregia tu (*sis.*)

12. Sed verum quidem (*est,*) quod Redemtor ego (*sim:*) est tamen etiam Redemtor propior me.

13. Pernocta ergò hac nocte: eritque sub lucem, si redemerit te, bonum, redimat: quòd si non voluerit redimere te, tum redimam te ego, per vivum JEHOVAM: cuba (*modò*) usque ad auroram.

14. Cubuit itaque apud tegumenta pedum ejus usque ad auroram: tum surrexit, antequam cognosceret vir socium suum. Dixit enim (*Boas,*) ne innotescat, quod venerit fœmina in aream.

15. Dixit porrò; Da peplum tuum, quod super te, & excipe in illud; excepit itaque; qui admensus est sex (*mensuras*)

hordei: illa autem posuit super se, venitque in urbem.

16. Cumque venisset ad socrum suam, dixit (*hac*;) Quæ tu (*es*) filia mea? enarravit ergò omnia illi, quæ fecerat ipsi vir.

17. Dixit porrò; sex (*mensuras*) hordei has dedit mihi: dixit enim ad me; ne venias vacua ad socrum tuam.

18. Dixit ergò; Mane, filia mea, donec cognoveris, quomodo cecideritverbum: non enim quiesceet vir, nisi ad finem perduxerit verbum hodie.

CAP. IV.

Agri Elimelechi emtio Redemtori priori à Boaso in porta offertur. à v. 1. Redemtor II. annuit quidem: sed audita conditione matrimonij cum Ruthâ mox renuit. à v. 4. Unde III. Boasus & agrum & Rutham redimit, cum gratulatione & benedictione omnium. à v. 9. Cui Ruthæ IV. parit filium, & Obedum vocat eum gratulabundis vicinis. à v. 13. Tandem V. Obedi, Genealogia subjicitur. à v. 18.

BOas verò ascendit ad portam, seditque ibi, cum, ecce, Redemtor ille transiens, de quo locutus fuerat Boas: cui dixit; Accede, sede hic; Peloni Almoni: accessit ergò, & sedit.

2. Tum assumsit decem viros de senioribus urbis, dixitque; sedete hic: sederunt ergò.

3. Tum dixit Redemtori; Portionem agri, quæ fuit fratri nostro, Elimelecho, vendidit Noomi, reversa ex agro Moabi,

4. Ego itaque dixi, revelabo auri tuæ, dicendo; Eme coram considentibus, & coram Senioribus populi mei; Si redimere vis, redime; quod si non redimet (*vir,*) indica mihi, ut sciam: non enim (*est*) præter te (*prior,*) qui redimat; ego autem post te. Dixit ergò, Ego redimam.

5. Sed dixit Boas; quo die emeris agrum è manu Noomi; etiam à Ruth Moabitide, uxore mortui, emes, ut suscites nomen mortui super hereditate ejus.

6. Tum verò dixit Redemtor; non possum redimere mihi, ne perdam hereditatem meam: (*quare*) redime tibi tu; non enim potero redimere.

a) *Deut. 25, 9.* 7. Cæterum [a] hoc olim in Israële, super redemtione, & super permutatione (*moris erat:*) Ad confirmandum omne verbum, exuit vir calceum suum, deditque socio suo; hocque testimonium (*erat*) in Israële.

8. Dixit ergò Redemtor Boaso; eme tibi: exuitque calceum suum.

9. Tum dixit Boas Senioribus, & toti populo; Testes vos (*estis*) hodiè, quod emerim omne, quod Elimelecho, & omne, quod Kiljoni & Machloni, è manu Noomiæ:

10. Etiamque Ruth Moabitidem, uxorem Machlonis emerim mihi in uxorem, ad suscitandum nomen mortui super hereditate ipsius; ut non excindatur nomen mortui à cum fratribus suis, & è porta loci sui: testes (*inquam*) vos hodiè.

11. Dixerunt verò totus populus, qui in porta, & Seniores; Testes (*sumus:*) det JEHOVAH mulierem, intratutam in domum tuam, sicut Rachelem, & sicut Leam, quæ ædificaverunt ambæ domum Israëli: gere verò te egregiè in Ephratha, & acquire nomen in Beth-lechemo:

12. Fiatque domus tua, sicut domus Perezi, quem genuit [b] Thamar Jehu. b) *Genes. 38, 29.* dæ; ex semine, quod dabit JEHOVAH tibi ex puella hac.

13. Accepit itaque Boas Rutham, fuitque illi in uxorem; cumque intrasset ad eam, dedit JEHOVAH ei conceptionem, peperitque filium.

14. Quare dixerunt mulieres ad Noomiam; Benedictus (*esto*) JEHOVAH, qui non deesse fecit tibi Redemtorem hodiè; vocetúrque nomen ejus in Israële.

15. Ut sit tibi in reducentem animam, & ad sustentandum senium tuum: nurus enim tua, quæ amavit te, peperit eum; quæ (*propterea*) melior tibi (*est*) septem filiis.

16. Sumsit itaque Noomi puerum, posuitque eum in sinum suum, ac facta est illi nutrix.

17. Vocarunt autem illi vicinæ nomen, dicendo; natus est filius Noomiæ; vocarunt (*inquam*) nomen ejus, Obed: hic est pater Jischaji, patris Davidis.

18. Hæ

c) *1. Par. 2, 5. Matt. 1, 3.* 18. Hæ (*enim*) sunt [c] generationes Perezi: Perezus genuit Chezronem:

19. Chezron autem genuit Ramum: Ramus verò genuit Amminadabum:

20. Porrò Amminadabus genuit Nachschonem: at Nachschon genuit Salmam:

21. Salmon autem genuit Boasum, & Boasus genuit Obedum;

22. Obed denique genuit Jischajum, & Jischajus genuit Davidem.

I. REGUM.

CAPUT I.

David I. senex vestibus calefieri non potest: unde à ministrante Abischaga fovetur. à v. 1. Adonijah II. patris indulgentia superbus regnum affectat, adjuvantibus Joabo & Abiathare. à v. 5. Sed III. conatus ejus consilio Nathanis Prophetæ per Bathschebam ipsum, Nathanem instingitur, re ad Davidem delata. à v. 11. Qui IV. ab illis permotus Schelomonem inungi & proclamari facit per Zadokum Sacerdotem & Benaiam clamante universo populo. à v. 28. Cujus rei fama & nuntio V. Adonijah cum cohorrescens ad cornua altaris confugit, veniam tamen à Schelomone consecutus. à v. 41.

II Par: IX: 29. XII: 15. XIII: 22. XXVI: 22. XXVII: 24. XXIX: 22.

CÆterum cum Rex David consenuisset, (*&*) intrasset in dies (*multos,*) contexerunt eum vestibus, neque (*tamen*) calor factus est illi.

2. Ideò dixerunt illi servi illius; quærant Domino meo, Regi, puellam, virginem, quæ stet coram Rege, & sit ipsi ministrans: ac cubet in sinu tuo, ut calor fiat Domino meo, Regi.

3. Quæsiverunt ergò puellam pulchram in omni termino Israëlis, invenerunt que Abischagam, Schunammitidem, ac adduxerunt eam ad Regem.

4. Puella autem (*erat*) pulchra usque valdè: ac fuit Regi ministrans, servivitque ei; sed Rex non cognovit eam.

5. Verumenimverò Adonijah, filius Chaggith, extulit se, dicendo; Ego regnabo: ideò fecit sibi currum & equi-

tes;

tes; & quinquaginta viri currentes (*erant*) ante eum.

6. Non tamen caſtigavit eum (*propterea*) pater ejus à diebus ejus (*quibus id fecit.*) dicendo; quare ſic feciſti? Idem verò etiam fuit pulcher forma admodum, eumque peperierat (*mater*) poſt Abſchalomum.

7. Erant porrò verba ejus cum Joabo, filio Zerujæ, & cum Abjathare, ſacerdote, qui adjuverunt poſt Adoniam (*euntes.*)

8. Contra Zadok, Sacerdos, & Benajahu, filius Jehojadæ, & Nathan Propheta, & Schimei, & Rei, & Heroës, qui (*fuerunt*) Davidi, non fuerunt cum Adonijah.

9. Sacrificavit itaque Adonijah pecudes, & boves, & ſaginatum, apud lapidem Socheleth, qui eſt apud fontem Rogel: vocavitque omnes fratres ſuos, filios Regis, & omnes viros Jehudæ, ſervos Regis:

10. At Nathanem prophetam, & Benajahu, & Heroës, & Schelomonem, fratrem ſuum, non vocavit.

11. Quare dixit Nathan ad Bath-ſchebam matrem Schelomonis dicendo; annon audiviſti, quod regnum affecter Adonijah, filius Chaggith? cum tamen Dominus noſter, David, non ſciat.

12. Quamobrem ito, conſulam tibi, quæſo, conſilium: tu autem eripe animam tuam, & animam filii tui, Schelomonis.

13. Ito (*nimirum*) & intrato ad Regem Davidem, & dicito ad eum; Annon tu, Domine mi, Rex, juraſti ancillæ tuæ, dicendo; Utique Schelomoh, filius tuus, regnabit poſt me: idemque ſedebit ſuper throno meo? Quare ergò Rex factus eſt Adonijah?

14. Ecce, dum tu adhuc (*erit*) loquens ibi cum Rege, ego intrabo poſt te, & complebo verba tua.

15. Intravit ergò Bath-ſcheba ad Regem in conclave; Rex autem conſenuerat valdè; & Abiſchaga Schunammithis miniſtrans (*erat*) Regi.

16. Cum autem incurvaſſet ſe Bath-ſcheba, & adoraſſet Regem; dixit Rex; Quid (*eſt*) tibi?

17. Tum dixit illi; Domine mi, tu juraſti per Jehovam, Deum tuum, ancillæ tuæ; utique Schelomo, filius tuus, regnabit poſt me: idemque ſedebit ſuper throno meo.

18. Jam verò, ecce, Adonijah Rex factus eſt. Atqui Domine mi, Rex, non noviſti.

19. Sacrificavit namque boves, & ſaginatum, & pecudes juxta multitudinem, vocavitque omnes filios Regis, & Abjatharem Sacerdotem, & Joabum principem exercitus: Sed Schelomonem ſervum tuum non vocavit.

20. Jam quod ad te, Domine mi, Rex, oculi omnis Jiſraëlis in te (*ſpectant;*) ut indices iis, quis ſedere debeat ſuper throno Domini mei, Regis, poſt eum.

21. Inſuper fiet; quando cubuerit Dominus meus, Rex, cum patribus ſuis, ero ego, & filius meus Schelomoh peccatores (*rei mortis.*)

22. En verò! dum illa adhuc loquens cum Rege (*eſſet,*) Nathan propheta venit.

23. Indicaverunt ergò Regi, dicendo; Ecce, Nathan Propheta (*adeſt!*) Itaque intravit ante Regem, incurvavitque ſe Regi ſuper facies ſuas in terram.

24. Deinde dixit Nathan; Domine mi, Rex, tune dixiſti; Adonijah regnabit poſt me; idemque ſedebit ſuper throno meo?

25. Quoniam deſcendit hodiè, & ſacrificavit boves & ſaginatum, & pecudes juxta multitudinem; vocavitque omnes filios Regis, & principes exercitus, & Abjatharem, Sacerdotem; qui, ecce, comedentes & bibentes (*ſunt*) coram ipſo; dicuntque; vivat Rex Adonijah:

26. Me verò, qui ſum ſervus tuus, & Zadokum Sacerdotem, & Benajam, filium Jehojadæ, & Schelomonem ſervum tuum, non vocavit.

27. Numà cum Domino meo, Rege, factum eſt verbum hoc; & non notum feciſti ſervo tuo, quis ſeſſurus eſſet ſuper throno Domini mei, Regis, poſt ipſum?

28. Tum reſpondit Rex David dixitque; Vocate mihi Bath-ſchebam. Quumque

que veniſſet ante Regem, ſtetiſſetque coram Rege:

29. Juravit Rex, dixitque; Per viventem Jehovam, qui redemit animam meam ex omni anguſtia;

30. Quòd, ſicut juravi tibi per Jehovam, Deum Jiſraëlis, dicendo; Utique Schelomoh, filius tuus, regnabit poſt me; idemque ſedebit ſuper throno meo pro me; quòd (*inquam*) ſic facturus ſim die hoc.

31. Incurvavit ergò ſe Bath-ſcheba in facies in terram, ac adoravit Regem, dixitque; Vivat Dominus meus, Rex David in ſeculum (*æternum.*)

32. Porrò dixit Rex David; Vocate mihi Zadokum, Sacerdotem, & Nathanem Prophetam, & Benajam, filium Jehojadæ. Cumque venerunt ad Regem:

33. Dixit Rex illis; Sumite vobiſcum ſervos Domini veſtri, & equitare facite Schelomonem, filium meum, ſuper mulâ, quæ mihi, ac deſcendere facite eum ad Gichonem.

34. Unget autem eum ibi Zadok, Sacerdos, & Nathan, Propheta, in Regem ſuper Jiſraëlem: clangeriſque buccinâ, ac dicetis; Vivat Rex Schelomoh!

35. Deinde aſcenderis poſt ipſum, venietque, ac ſedebit ſuper throno meo; idemque regnabit pro me: ipſi enim præcepi, ut ſit princeps ſuper Jiſraëlem, & Jehudam.

36. Reſpondit autem Benajahu, filius Jehojadæ, Regi, dixitque; Amen: ſic dicat Jehovah, Deus Domini mei, Regis.

37. Quemadmodum fuit Jehovah cum Domino meo, Rege, ita ſit cum Schelomone; ut magnus ſiat thronus ejus præ throno Domini mei, Regis Davidis.

38. Deſcendit ergò Zadokus, Sacerdos, & Nathan Propheta, & Benajahu, filius Jehojadæ & Crethæi ac Plethæi; equitareque fecerunt Schelomonem ſuper mula Regis Davidis, ac deduxerunt eum ad Gichonem.

a) 1. Par. 29, 22. 39. Sumſit autem [a] Zadokus, Sacerdos cornu olei è tabernaculo, unxitque Schelomonem: ac clanxerunt buccinâ, dixeruntque univerſus populus; Vivat Rex Schelomoh.

40. Deinde aſcenderunt omnis populus, poſt eum. Quum verò tibiis canentes (*eſſent*) populus, & lætantes gaudio magno, ita ut rumperetur terra præ voce eorum:

41. Audivit Adonijah, & omnes vocati, qui cum ipſo, cum illi jam abſolviſſent comedere: inprimis audivit Joabus vocem buccinæ, ac dixit; Quare vox urbis tumultuatur?

42. Adhuc ille (*erat*) loquens, quum, ecce, Jonathan, filius Abjatharis, Sacerdotis, venit: Cui dixit Adonijah; Veni, quia vir roboris tu, & bonum evangelizabis. 2 Sam. 18. 27.

43. Verum reſpondit Jonathan, ac dixit Adonijæ; Atqui Dominus noſter, Rex David, Regem fecit Schelomonem.

44. Miſit enim cum eo Rex Zadokum, Sacerdotem, & Nathanem Prophetam, & Benajam, filium Jehojadæ, & Grethæos ac Plethæos: qui equitare fecerunt eum ſuper mulâ Regis;

45. Unxeruntque eum Zadokus, Sacerdos, & Nathan Propheta in Regem in Gichone, ac aſcenderunt inde læti; unde commota eſt urbs: hæc eſt vox, quam audiviſtis.

46. Sed & ſedit Schelomoh ſuper throno regni.

47. Quin etiam venerunt ſervi Regis, ad benedicendum Domino noſtro, Regi Davidi, dicendo; Bonum faciat Deus tuus nomen Schelomonis præ nomine tuo, & magnum faciat thronum ejus præ throno tuo. Incurvavit autem ſe Rex ſuper cubili (*ſuo.*)

48. Inſuper ſic dixit Rex; Benedictus Jehovah, Deus Jiſraelis, qui dedit hodie ſedentem ſuper throno meo, ut oculi mei videant.

49. Tum verò cohorruerunt, ſurrexeruntque omnes vocati, qui Adonijæ (*erant,*) ac abiverunt vir in viam ſuam.

50. Adonijah autem timebat ſibi à facicbus Schelomonis: ideo ſurrexit, abivitque, ac apprehendit cornua altaris.

51. Nunciatum itaque eſt Schelomoni dicendo;

dicendo; Ecce, Adonijah timet Regem Schelomonem: idcò, ecce, apprehendit cornua altaris, dicendo; juret mihi, ut hoc die (*est*,) Rex Schelomoh; si occisurus sit servum suum gladio.

52. Dixit verò Schelomoh; si fuerit in filium roboris, non cadet de capillis ejus (*quisquam*) in terram: quòd si malum inventum fuerit in eo, morietur.

53. Deinde misit Rex Schelomoh, & descendere fecit eum ab-apud altare: qui venit, & incurvavit se Regi Schelomoni; sed dixit ei Schelomoh; Abi in domum tuam.

CAP. II.

David I. moriturus Schelomoni dat mandata tum de modo regnandi pio; tum de Ioabo, filio Barsillaji, & Schimei: atq; ita moritur successore Schelomone. à v. 1. Adonijah II. dolo per Bathschebam ignaram Abischaga matrimonium à Schelomone petit: quod hic sapientissimè pro affectato ex consilio Ioabi & Abiatharu Regno interpretatur. à v. 13. Ideoq; III. tanquam Maiestatis reus, Adonijam & Ioabum occidit, Abiathare mq; ab officio removet; in locum autem Ioabi & Abiatharu Benaiam & Zadokum substituit. à v. 23. Tandem IV. Schimeius, mandatum Regis, de non egrediendo Hierosolymam, transgressus etiam occiditur. à v. 42.

APpropinquarunt autem dies Davidis ad moriendum: præcepit ergò Schelomoni, filio suo, dicendo;

2. Ego (*sum*) ambulans in viam universæ terræ: quare confortare, & esto in virum:

3. Et custodito custodiam JEHOVÆ, DEI tui, ad ambulandum in viis ejus, ad custodiendum statuta ejus, præcepta ejus, & judicia ejus, & testimonia ejus: juxta a) (*quod*) [a] scriptum in Lege Mosis: ut prudenter peragas omne, quod facies, & omne, quò respicies:

4. Ut confirmet JEHOVAH verbum suum, quod locutus est super me, dicendo; si custodierint filii tui viam suam, ad ambulandum coram me in veritate, in toto corde suo, & in tota anima suâ; (*dico*) dicendo; non excindetur tibi vir à-super throno Jisraëlis.

5. Jàm etiam tu nosti id, quod fecit mihi Joabus, filius Zerujæ; quod fecit duobus principibus exercituum Jisraëlis, [b] Abnero, filio Neri, & [c] Amasæ filio Jetheri, quos occidit, posuitque sanguines belli in pace; deditque sanguines belli in cingulo suo, quod in lumbis ejus, & in calceo suo, qui in pedibus ejus.

6. Facies itaque juxta sapientiam tuam, nec descendere permittes senium ejus in pace (*in*) infernum.

7. Filiis autem Barsillaji Gileaditæ facies misericordiam, ut sint inter comedentes de mensa tua: quia sic [d] advenerunt ad me, cum fugerem coram Abschalomo, fratre tuo.

8. Insuper, en, apud te est Schimei, filius Geræ, Benjaminita de Bachurim: hic verò [e] maledixit mihi maledictione crudeli in die, quo ivi in Machanajim: idem quidem [f] descendit obviam mihi ad Jordanem; unde [g] juravi ei per JEHOVAM, dicendo; si occidero te gladio.

9. Sed tamen non innocentem eum facies: quia vir sapiens tu (*es;*) unde scies, quid facere ei debeas, ut descendere facias canitiem ejus cum sanguine (*in*) infernum.

10. Postea cubuit David cum patribus suis, sepultusque est in civitate Davidis.

11. [h] Dies autem, quibus regnavit David super Jisraëlem; (*sunt*) quadraginta anni: in Chebrone regnavit septem annis; in Hierosolyma autem regnavit triginta & tribus annis.

12. Schelomoh itaque sedit super throno Davidis, patris sui; stabilitumque est regnum ejus valdè.

13. Sed venit Adonijah, filius Chaggith, ad Bathschebam, matrem Schelomonis: quæ dixit; num pax (*est*) adventus tuus? dixit verò (*ille;*) Pax.

14. Porrò dixit; verbum mihi (*est*) ad te: quæ dixit; Loquere.

15. Dixit ergò; Tu nosti, quod meum fuerit regnum, & super me posuerint universus Jisraël facies suas, ut regnarem: sed circumactum est regnum, factumque est fratris mei; quoniam à JEHOVAH factum est illius.

16. Jam itaque petitionem unicam ego (*sum*) petens à-cum re; ne avertas facies meas. Dixit ergò (*illa*) ad eum; loquere.

17. Tum dixit; Dic, quæso, Schelomoni, Regi, (neque enim avertet facies tuas:) ut det mihi Abischagam Schunammithidem in uxorem.

18. Dixit verò Bath-Scheba; Bonum (*est*:) Ego loquar de te ad Regem.

19. Venit ergò Bath-Scheba ad Regem Schelomonem, ad loquendum cum eo de Adonijah. Surrexit verò Rex obviam ei, ac incurvavit se illi: deinde consedit super throno suo, posuitque thronum matri Regis, ut sederet ad dextram ipsius.

20. Tum dixit (*illa;*) petitionem unicam, (*eamq;*) exiguam ego (*sum*) petens à-cum te; ne avertas facies meas: dixit verò (*illi*) Rex; pete, mater mea, quoniam non avertam facies tuas.

21. Dixit ergò (*illa;*) Detur Abischaga Schunammithis Adonijæ, fratri tuo, in uxorem.

22. Verum respondit Rex Schelomoh, dixitque matri suæ; Quare verò tu (*es*) petens Abischagam Schunammithidem Adonijæ? quin pete illi (*etiam*) regnum: quia ille (*est*) frater meus magnus præ me: illi, (*inquam,*) & Abjathari Sacerdoti, & Joabo, filio Zerujæ.

23. Juravit itaque Rex Schelomoh per JEHOVAM, dicendo; Sic faciat mihi DEus, & sic addat; quod contra animam suam locutus sit Adonijah verbum hoc.

24. Quamobrem per viventem JEHOVAM, qui stabilivit me, & sedere fecit me super throno Davidis, patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut locutus est, quod hodie morti dabitur Adonijah.

25. Misit itaque Rex Schelomoh per manum Benajæ, filii Jehojadæ, qui irruit in eum, ut mortuus sit.

26. Abjathari autem Sacerdoti dixit Rex; in Anathoth abi ad agros tuos; quia vir mortis tu (*quidem es:*) in die tamen hoc non occidam te; quia portasti Arcam ADONAI JEHOVI coram Davide patre meo, & quia afflictus fuisti in omnibus, quibus afflictus fuit pater meus.

27. Sic removit Schelomoh Abjatharem, ut non esset Sacerdos JEHOVÆ: ut impleretur [i] verbum JEHOVÆ, quod locutus est super domum Eli in Schilunte.

28. Cum verò fama venit ad Joabum; [nam Joabus inclinaverat post Adonijam; etsi post Abschalomum non inclinasset] fugit Joabus ad tabernaculum JEHOVÆ; & apprehendit cornua altaris.

29. Nuntiatum ergò est Regi Schelomoni, quod fugisset Joabus ad tabernaculum JEHOVÆ; &, ecce, (*esset*) apud altare: unde misit Schelomoh Benajam, filium Jehojadæ dicendo; Abi, irrue in eum.

30. Sed cum venisset Benajah ad tabernaculum JEHOVÆ, dixit (*quidem*) ad eum; Sic dixit Rex; EXI. At (*ille*) dixit; Non, sed hic moriar. Retulit ergò Benajah Regi verbum, dicendo; sic dixit Joabus, & sic respondit mihi.

31. Tum dixit illi Rex; Fac, sicut locutus est, & irrue in eum, ac sepeli eum; ut removeas sanguines sine causa (*effusos,*) quos effudit Joabus, à-super me, & à-super domo patris mei:

32. Et (*ut*) rejiciat JEHOVAH sanguinem ejus super caput ejus; eò quòd incurrit in duos viros justos & bonos præ illo, occiditque eos gladio, cum pater meus, David, non nosset: (*nempe*) [k] Abnerum, filium Neri, principem exercitus Jisraëlis; & [l] Amasam, filium Jetheri, principem exercitus Jehudæ:

33. Revertantur itaque [m] sanguines eorum super caput Joabi, & super caput seminis ejus in æternum; Davidi autem, & semini ejus, & domui ejus, & throno ejus sit pax usque in æternum à-cum JEHOVAH.

34. Ascendit ergò Benajah, filius Jehojadæ, irruitque in eum, ac occidit eum: sepultus autem est in domo suâ in deserto.

35. Substituit verò Rex [n] Benajam, filium Jehojadæ, in locum ejus super exercitum: at Zadokum Sacerdotem, substituit Rex in locum Abjatharis.

36. Posteà misit Rex, vocavitque Schimeium, ac dixit ei; ædifica tibi domum

b) 2. Sam. 3, 27.
c) 2. Sam. 20, 10.
d) 2. Sam. 17, 27. 19, 31.
c) 2. Sam. 16, 5
f) 2. Sam. 19, 16.
g) 2. Sam. 19, 23.
h) 2. Sam. 5, 4.
i) 1. Sam. 2, 31. 32.
k) 2. Sam. 3, 27.
l) 2. Sam. 20, 10.
m) Gen. 9, 6.
n) 1. Reg. 4, 4.

in Hieroſolyma, ut ſedeas ibi; neque exeas inde huc vel illuc.

37. Fiet namque; quo die exieris, & tranſiveris torrentem Kidronis, ſciendo ſcies, quod moriendo morituris ſis: ſanguis tuus erit in capite tuo.

38. Dixit verò Schimëius Regi; bonum *(eſt)* verbum: ſicut locutus eſt Dominus meus Rex, ita faciet ſervus tuus. Ita ſedit Schimëius in Hieroſolyma diebus multis.

39. Factum verò eſt à fine trium annorum, ut fugerint duo ſervi Schimëio ad Achiſchum, filium Maachah, Regem Gath: quod indicarunt Schimëio, dicendo; Ecce, ſervi tui *(ſunt)* in Gath.

40. Unde ſurrexit Schimëius, inſtravitque aſinum ſuum, ivitque in Gath, ad Achiſchum, ad quærendum ſervos ſuos; ivit, *(inquam,)* Schimëius, & reduxit ſervos ſuos è Gath.

41. Sed indicatum eſt Schelomoni; quod iviſſet Schimëius ex Hieroſolyma in Gath, & rediiſſet.

42. Ideò miſit Rex, vocavitque Schimëium, ac dixit ad eum; Nonne adjuravi te per JEHOVAM, & teſtatus contra te ſum, dicendo; Quo die exieris, & abieris huc vel illuc, ſciendo ſcies, quod moriendo morituris ſis? dixiſti verò ad me; Bonum *(eſt)* verbum *(quod)* audivi.

43. Quare ergò non cuſtodiviſti juſjurandum JEHOVÆ, & præceptum, quod præcepi ſuper te?

44. Præterea dixit Rex Schimëio; Tu noviſti omne malum *(quia novit cor* o) 2. Sa- *tuum)* quod feciſti [o] Davidi, patri meo. 16, 6. Rejecit itaque JEHOVAH malum tuum in caput tuum:

45. At Rex Schelomoh *(erit)* benedictus, & thronus Davidis, erit firmus coram JEHOVAH in æternum.

46. Quare præcepit Rex Benajæ, filio Jehojadæ; qui exivit, & irruit in eum, ut mortuus ſit. Quum verò regnum ſtabilitum eſſet in manu Schelomonis:

CAP. III.

Schelomoh I. uxorem ducit filiam Pharaonis Ægypti v. 1. Sacrificans II. in Exceſſo Gibeonis, ſapientiam à Iehovah ipſi apparente petit: quam ab hoc etiam, laudatâ petitione, accipit cum egregio promiſſione. à v. 2. Cujus III. ſapientiæ exemplum in judicio duarum meretricum matrum manifeſtum edit. à v. 16. Unde ſit IV. univerſo populo admirabilem facit v. ult.

AFfinitatem contraxit Schelomoh cum Pharaone, Rege Ægypti: accepit enim filiam Pharaonis, adduxitque eam in urbem Davidis, uſque dum perfeciſſet ædificando domum ſuam, & domum JEHOVÆ, & murum Hieroſolymæ circumcirca.

2. Verum populus ſacrificantes *(erant)* in excelſis: quòd nondum ædificata eſſet domus nomini JEHOVÆ, uſque ad dies hos.

3. Et dilexit quidem Schelomoh JEHOVAM, ad eundum in ſtatutis Davidis Patris ſui: attamen in excelſis idem *(erat)* ſacrificans & ſuffiens.

4. Abivit itaque Rex Gibeonem, ad ſacrificandum ibi; eò quod hoc *(eſſet)* excelſum magnum: mille holocauſta obtulit Schelomoh ſuper altari hoc.

5. In Gibeone *(hâc)* apparuit JEHOVAH Schelomoni in ſomnio noctis; dixitque DEus; Pete, quid dare debeam tibi.

6. Dixit autem Schelomoh; Tu feciſti cum ſervo tuo Davide, patre meo, miſericordiam magnam; quemadmodum ambulavit coram te in veritate & juſtitia, inque rectitudine cordis tecum: ſervaviſti etiam ei miſericordiam magnam hanc, ut dederis illi filium ſedentem ſuper throno illius, juxta diem hunc.

7. Jam ergò, JEHOVAH, DEus mi, Tu regnare feciſti ſervum tuum loco Davidis patris mei: at ego *(ſum)* puer parvus; non ſcio exire aut intrare.

8. Cùm ergò ſervus tuus *(ſit)* in medio populi tui, quem elegiſti; populi numeroſi, qui non numeratur, neque recenſetur præ multitudine.

9. [a] Dabis ſervo tuo cor audiens *(intelligens)* ad judicandum populum tuum; ad diſcernendum inter bonum & malum. quis namque poſſit judicare populum tuum numeroſum hunc? a) 2. Par. 1, 10.

10. Bonum verò fuit verbum *(hoc)* in oculis ADONAI, quod petiiſſet Schelomoh verbum hoc:

11. Ideò dixit DEus ad eum; Propterea quod petiiſti verbum hoc; neque petiiſti tibi dies multos; neque petiiſti tibi divitias; neque petiiſti tibi animam hoſtium tuorum; ſed petiiſti tibi intelligere, ad audiendum judicium:

12. Ecce, feci juxta verbum tuum; ecce, dedi tibi cor ſapiens & intelligens, ut ſicut tu non fuerit ante te, & poſt te non ſurrecturus ſit, ſicut tu.

b) Sap. 7, 11. 13. Sed & [b] quod non petiiſti, dabo tibi; tam divitias, quam gloriam; ut non ſit ſicut tu, vir inter Reges omnibus diebus tuis.

14. Quin, ſi iveris in viis meis, cuſtodiendo ſtatuta mea, & præcepta mea, quemadmodum ivit David, pater tuus, producam etiam dies tuos.

15. Cùm verò evigilaſſet Schelomoh, &, ecce, ſomnium *(divinum eſſet:)* venit Hieroſolymam, ſtetitque ante Arcam fœderis JEHOVÆ, ac obtulit holocauſta, fecitque pacifica; dein fecit convivium omnibus ſervis ſuis.

16. Tunc *(temporis)* venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem, ſteteruntque coram eo;

17. Dixit autem mulier una; Per me, Domine mi, *(juro;)* Ego & mulier hæc commorantes *(eramus)* in domo una; & peperi apud eam in domo.

18. Factum autem eſt in die tertio, poſtquam peperi, peperit etiam mulier hæc. [eramus verò unâ, nec alius quis nobiſcum in domo, præter duas nos, *(quæ eramus)* in domo.]

19. Cum ergò moreretur filius mulieris hujus noctu; eò quod cubuiſſet ſuper eo:

20. Surrexit in medio noctis, ſumſitque filium meum ab apud me, cùm ancilla tua dormiret, & jacere fecit eum in ſinu ſuo; filium autem ſuum mortuum jacere fecit in ſinu meo.

21. Surrexi verò mane, ad lactandum filium meum, cum, ecce, mortuus: cumque attenderem ad eum manè, ecce, non fuit filius meus, quem peperi.

22. Sed dixit mulier altera; Non: ſed filius meus *(eſt)* hic vivus; filius autem tuus *(eſt)* ille mortuus. Contra illa dicens *(erat;)* Non: ſed filius tuus *(eſt)* hic mortuus; filius autem meus *(eſt)* ille vivus: ſic locutæ ſunt coram Rege.

23. Dixit itaque Rex; Hæc *(eſt)* dicens: Hic filius meus *(eſt,)* hic vivus; filius autem tuus *(eſt)* ille mortuus: illa verò *(eſt)* dicens; Non: ſed filius tuus *(eſt)* hic mortuus, filius autem meus *(eſt)* ille vivus.

24. Quare dixit Rex; accipite mihi gladium. Cumque attuliſſent gladium ante Regem:

25. Dixit Rex; ſcindite puerum vivum in duas *(partes,)* & date dimidium uni, ac dimidium alteri.

26. Tum verò dixit mulier, cujus filius *(erat)* ille vivus, ad Regem; [nam commovebantur viſcera ejus ſuper filio ſuo;] dixit, inquam; Per me, Domine mi, *(peto;)* date illi natum vivum; nec occidendo occidite eum: altera verò *(erat)* dicens; Tam mihi, quam tibi non erit; diſcindite.

27. Quare reſpondit Rex, dixitque; Date illi natum vivum, neque occidendo occidite eum; ipſa eſt mater ejus.

28. Cùm verò audirent univerſus Iſraël judicium, quod judicaverat Rex, timuerunt ſibi à Rege; quia viderant, quod ſapientia DEI in eo *(eſſet,)* ad faciendum judicium.

CAP. IV.

Schelomoh Rex laudatur ſuper univerſum Iſraëlem. v. 1. Eius II. recenſentur præcipui Miniſtri, tam in Politicis, quàm Eccleſiaſticis. à v. 2. Quibus III. ſubiunguntur nominatim duodecim Præfecti univerſi populi per terras ſuas, domum Regis annuatim ſuſtentantes. à v. 7. Ita IV. ſub Rege Schelomone Iſrael & Iehudah in ſumma pace lati multiplicabantur. v. ult.

FUit itaque Rex Schelomoh Rex ſuper univerſum Iſraëlem.

2. Hi autem *(ſunt)* principes, qui *(fuerunt)* illi: Aſarjahu, filius Zadoki, *(fuit)* Sacerdos.

3. Elichorephus & Achijah, filii Schischæ, scribæ: Jehoschaphatus, filius Achiudis, Commemorator.

4. Benajahu autem, filius Jehojadæ, super exercitum: at Zadok & Abjathar, Sacerdotes.

5. Porrò, Asarjahu, filius Nathanis, super stationarios: & Sabud, filius Nathanis, Sacerdotis, amicus Regis.

6. Achischar verò, super domum, & Adoniramus, filius Abdæ, super tributum.

7. Prætereà (*erant*) Schelomoni duodecim præfecti super universum Israëlem; qui sustentarunt Regem, & domum ejus: mensis anni fuit super quolibet, ad sustentandum.

8. Et hæc sunt nomina eorum. Ben-Chur in monte Ephrajim.

9. Ben-Deker in Makaz & in Schaalbim, ac Beth Schemesch, & Elon, (&) Beth-chanan.

10. Ben-Chæsæd, in Arubboth: huic (*erat*) Sochoh (*etiam,*) & tota terra Chepher.

11. Ben-Abinadab, (*in*) toto tractu Dor: Taphath filia Schelomonis fuit ei in uxorem.

12. Baana, filius Achiludis, (*in*) Thaanach, & Megiddo; & omni Beth-Schean, quæ est apud Zarthanah, infra Jisreelem, à Beth-Schean, usque Abel Mecholah, (&) usque ultra Jokmeam.

13. Ben-Gæbær in Ramoth Gileadis: illi (*fuerunt*) villæ Jairis, filii Menascheh, quæ in Gileade: eidem tractus Argob, qui in Baschane, sexaginta urbes magnæ, (*quibus*) murus, & vectis æris.

14. Achinadabus filius Iddo, usque ad Machanajim.

15. Achimaazus, in Naphthali: hic etiam accepit Basematham, filiam Schelomonis, in uxorem.

16. Baana, filius Chuschaji, in Ascher & Bealoth.

17. Jehoschaphatus, filius Paruach; in Jissachar.

18. Schimei, filius Elæ, in Benjamine.

19. Gæbær, filius Uri, in terra Gileadis (*reliquæ; nimirum*) terra Sichonis, Regis Emoræi, & Ogi, Regis Baschanis; præfectus enim unus, qui (*erat*) in terra hac.

20. Jehudah (*autem*) & Jisraël (*erant*) multi, [a] sicut arena, quæ juxta mare (*est,*) quoad multitudinem; comedentes, & bibentes, & læti. a) Gen. 22, 17.

CAP. V.

Commendatur I. Regnum Schelomonis, tùm (1.) ab amplitudine. v. 1. 4. tùm (2.) à magnificentia ejus quotidiani. v. 2. 3. tùm (3.) à pacis securitate. v. 5. tùm (4.) à multitudine equitum, currusum & equorum. v. 6. tùm (5.) à sustentationis mensirua ordinatione pro hominibus & bestiis. v. 7. 8. Ipsa II. laudatur inprimis Schelomonis sapientia supra omnes Reges & sapientes ubique celebrata; cum scripti ejus. à v. 9. III. Unde ipsi etiam Chiramus, Rex Tyri, gratulatus per Legatos est. v. 15. A quo IV. petit cedros ad ædificandum domum Iehovæ, & pro dato in singulos annos cibo, obtinet cum pace & fœdere. à v. 16. Mox V. Schelomoh opus aggrediens tributum Israëli & præfectos constituit, à v. 27.

PRætereà [a] Schelomoh fuit dominans in omnia regna ab Euphrate, (*ad*) terram Philisthæorum, & usque ad terminum Ægypti: (*erantq;*) afferentes munus, & servientes Schelomoni omnibus diebus vitæ ejus. a) Sir. 45, 25.

2. Fuit autem cibus Schelomonis in dies singulos; triginta Cori similæ, & sexaginta Cori farinæ:

3. Decem boves saginati, & viginti boves pascui: & centum pecudes; præter cervum, & capream, & damam, & gallos silvestres saginatos.

4. Dominans enim ille (*erat*) in omnem transitum (*citeriorem*) Euphratis, à Thiphsach usque Gazam; in omnes Reges transitus (*istius*) Euphratis: paxque fuit illi ab omnibus transitibus à circuitu.

5. Unde habitavit Jehudah & Jisraël in securitate, vir sub vite suâ, & sub ficu suâ, à Dane usque ad Beerschebam, omnibus diebus Schelomonis.

6. Fuerunt etiam Schelomoni [b] quadraginta millia præsepium equorum pro curribus ipsius: & duodecim millia equitum. b) 2. Par. 9, 25.

7. Cæterùm sustentarunt præfecti isti (*non tantùm*) Regem Schelomonem, & omnem accedentem ad mensam Regis Schelomonis, singuli mense suo, (*ut*) non deesse facerent verbum:

8. (*Sed*) & hordea, ac paleam equis & mulis attulerunt ad locum, ubi erant; vir juxta præscriptum suum.

9. Porrò dedit Deus [c] sapientiam Schelomoni, & intelligentiam multam valdè; & amplitudinem cordis, sicut aream, quæ ad litus maris. c) Sir. 47, 16.

10. Multiplicata namque est sapientia Schelomonis præ sapientia omnium filiorum orientis, & præ omni sapientia Ægyptiorum:

11. Adeò ut sapiens fuerit præ omnibus hominibus, præ Ethane Esrachita, & Hemane, & Kalkole, & Dardao, filiis Macholis: unde fuit nomen ejus (*celebre*) inter omnes gentes circumcirca.

12. Locutus autem est tria millia proverbiorum; at canticum ejus fuit quinque & mille.

13. Insuper locutus est de lignis à cedro, quæ in Libano, usque ad hyssopum, quæ exiens in pariete: locutus etiam est de bestia, & de ave, & de reptili, & de piscibus.

14. Ideò venerunt ex omnibus populis, ad audiendum sapientiam Schelomonis, à cum omnibus Regibus terræ, qui audiverunt de sapientia ejus.

15. Cæterum misit Chiramus, Rex Tyri, servos suos ad Schelomonem: quia audivit, quòd ipsum unxissent in Regem loco patris ejus: fuit namque amicus Chiramus Davidi omnibus diebus.

16. Misit verò (*vicissim*) Schelomoh ad Chiramum, dicendo;

17. Tu novisti Davidem patrem meum, quod non potuerit ædificare domum nomini Jehovæ, Dei sui, propter bellum, quo circumdederunt eum, donec dedit Jehovah eos sub volas pedis ejus:

18. Jam verò quietem dedit Jehovah, Deus meus, mihi à circuitu; non (*est*) adversarius, neque plaga mala.

19. Unde, ecce, ego dicens (*sum,*) ad ædificandum domum nomini Jehovæ, Dei mei: quemadmodum locutus est Jehovah ad Davidem, patrem meum, dicendo; Filius tuus quem dabo in locum tui super thronum tuum, hic (*inquam*) ædificabit domum nomini meo.

20. Quare præcipe, ut excidant mihi cedros è Libano: ubi servi mei erunt cum servis tuis, mercedemque servorum tuorum dabo tibi, secundum omne, quod dixeris: quoniam tu nosti, quod non (*sit*) inter nos vir peritus excidendi ligna, sicut Zidonii (*sunt.*)

21. Factum autem est: quum audivit Chiramus verba Schelomonis, lætatus est valdè; dixitque; Benedictus Jehovah hodiè, qui dedit Davidi filium sapientem super populum multum hunc.

22. Ideò misit Chiramus ad Schelomonem, dicendo; Audivi id, propter quod misisti ad me: ego faciam omne desiderium tuum, quantum ad ligna cedrorum, & quantum ad ligna abietum.

23. Servi mei descendere facient ex Libano ad mare; egoque ponam illa rates in mari usque ad locum, de quo miseris ad me; ibique dispergam ea; tu verò auferes: sed tu facies (*etiam*) desiderium meum, ut des panem domui meæ.

24. Fuit itaque Chiramus dans Schelomoni ligna cedrorum & ligna abietum, (*juxta*) omne desiderium ejus.

25. At Schelomoh dedit Chiramo viginti millia Cori triticorum, (*in*) cibum domui ejus; & viginti coros olei contusi: sic dedit Schelomoh Chiramo de anno in annum.

26. Jehovah verò dedit sapientiam Schelomoni, sicut locutus erat illi: fuitque pax inter Chiramum & inter Schelomonem: fœdus enim pepigerunt ambo.

27. Sustulit autem Rex Schelomoh tributum ex universo Israële: fuitque tributum hoc, tricies mille viri.

28. Ac misit eos in Libanum; decem millia in mensem per vices: per mensem fuerunt in Libano; per duos menses in domo suâ: Adoniram autem erat super tributum hoc.

29. Insuper fuerunt Schelomoni septuaginta millia portantium onus: & octoginta millia excisorum in monte.

30. Præter principes præfectorum à Schelo-

Schelomone, qui ſuper opus; (*nempe*) tria millia & trecenti, qui dominantes in populum, facientes opus.

31. Præterea præcepit Rex, ut abſtulerint lapides magnos, lapides præſtantes, ad fundandum domum, lapides exciſionis.

32. Dedolarunt etiam architecti Schelomonis, & architecti Chiromi, & Giblæi (*artifices*;) præpararuntque ligna & lapides ad ædificandum domum.

CAP. VI.

Eſt in hoc Capite I. Tempus cepti & abſoluti Templi. v. 1. 37. 38. II. Structura domus, cum atrio, fenestris, ſubſtructionibus, earumq; oſtiis & cochleis, obtectione trabium, & totius domus ſuſtructione. à v. 2. A DEO approbata cum admonitione & promiſſione. à v. 11. III. Ædificatio parietum, Sancti Sanctorum, Sancti, altaris ante adytum: quæ omnia auro obducta. à v. 15. IV. Factura Cheruborum duorum à v. 23. V. Parietum, ſoli, oſtiorum foriumq; ſtructura & ornatus. à v. 29. Tandem VI. Atrij ædificatio. v. 36.

FActum itaque eſt in octuageſimo & quadringenteſimo anno ab exitu filiorum Iſraëlis è terra Ægypti, in anno quarto, in menſe Siv, [hic (*eſt*) menſis ſecundus] ex quo regnavit Schelomoh ſuper Iſraëlem; [a] cepit ædificare a) 2. Paralip. 3. 1. domum JEHOVÆ.

2. (*Erat*) verò domus, quam ædificavit Schelomoh JEHOVÆ (*talis*;) ſexaginta cubiti longitudo ejus, & viginti latitudo ejus; & triginta cubiti altitudo ejus.

3. At [b] atrium ante facies templi do- b) 2. Paralip. 3. 4. mus (*tale:*) viginti cubiti longitudo ejus ante facies latitudinis domus; decem cubiti latitudo ejus ante facies domus.

4. Fecitque domui feneſtras proſpectuum datas contractorum.

5. Ædificavit etiam ſuper parietem domus ſubſtructionem circumcirca; ad parietes domus circumcirca, templo & adyto: fecitque latera circumcirca.

6. Subſtructio infima (*ita habebat*;) quinque cubiti latitudo ejus: & media; ſex cubiti latitudo ejus; tertia autem; ſeptem cubiti latitudo ejus: nam contracturas dedit domui circumcirca extrorſum, ne adhærerent parietibus domus.

7. Quantum autem ad ipſam domum, quum ædificaretur: ex lapide integro, prout allatus, ædificata eſt: nam mallei, aut ſecuris, (*aut*) ulla inſtrumenta ferri, non audita ſunt in domo, quum ædificaretur.

8. Oſtium ſubſtructionis mediæ (*erat*) ad latus domus dextrum: & per cochleas aſcenderunt ſuper mediam; ex media verò ad tertiam.

9. Quumque ædificaverat domum, & abſolverat eam, obtexit domum trabibus & ordinibus cedrorum.

10. Deinde ædificavit ſubſtructionem ſuper univerſam domum; quinque cubiti altitudo ejus: adhæſitque domui per ligna cedrorum.

11. Factum verò eſt verbum JEHOVÆ ad Schelomonem, dicendo:

12. Quantum ad domum hanc, quam tu (*es*) ædificans: ſi ambulaveris in ſtatutis meis, & judicia mea feceris, & cuſtodiveris omnia præcepta mea, ut ambules in iis: [c] confirmabo verbum meum tecum, c) 2. Sam. 7. 13. quod locutus ſum Davidi, patri tuo: 1. Reg. 9. 23. 5. 1. Par. 22.

13. Habitabo (*enim*) in medio filiorum Iſraëlis, neque deſeram populum meum, Iſraëlem.

14. Ita [d] ædificavit Schelomoh do- d) Act. 7. 47. mum, & abſolvit eam.

15. Deinde ædificavit parietes domus intùs aſſeribus cedrorum; à ſolo domus uſque ad parietes tegumenti obduxit ligno intùs: obtexit autem ſolum domus aſſeribus abietum.

16. Porrò ædificavit viginti cubitos à lateribus domus aſſeribus cedrorum à ſolo uſque ad parietes: ædificavitque intra adytum, ut eſſet ſanctum ſanctorum.

17. Nimirum, quadraginta cubiti fuit domus: hoc eſt templum anterius.

18. Et (*erat*) cedrus ad domum intus, ſculptura colocynthidum, & florum apertorum: omnia cedrus, non lapis viſus.

19. At adytum in domus medio; introrſum præparavit, ut poneret eò Arcam fœderis JEHOVÆ.

20. Ante verò adytum, (*fecit ut eſſent*) viginti cubiti longitudo, & viginti cubiti latitudo (*ejus,*) & viginti cubiti altitudo ejus, obduxitque auro clauſo; obduxit verò altare cedro.

21. Poſt

21. Poſt obduxit Schelomoh domum introrſum auro clauſo: at interſtitium vectium fecit cum funibus auri ante adytum; quod obduxit auro.

22. Sic totam domum obduxit auro, uſque dum perfecit totam domum: totum quoque altare, quod adyto (*fuit*) obduxit auro.

e) Exod. 25. 18. 37. 7. 23. Porrò fecit in adyto [e] duos cherubos, ex ligno olei: decem cubiti altitudo ejuſque:

24. Quinque autem cubiti ala Cherubi unius, & quinque cubiti ala Cherubi alterius: decem cubiti à finibus alarum illius uſque ad fines alarum iſtius.

25. Sic decem cubiti (*erat*) Cherubus alter, menſura una, & proportio una (*erat*) ambobus Cherubis:

26. Altitudo Cherubi unius, decem cubiti: ſimiliterque Cherubi alterius.

27. Poſuit verò Cherubos in medio domus interioris; ut expanderent ſe alæ Cheruborum, ut attingeret ala unius parietem, & ala Cherubi alterius attingeret parietem alterum; (*reliquæ*) autem alæ eorum in medio domus ſe attingerent, ala alam.

28. Obduxitque Cherubos auro.

29. Omnes autem parietes domus in circuitu ſculpſit aperturis ſculpturarum, Cherubis & palmis, & aperturis florum; introrſum & extrorſum.

30. Etiam ſolum domus obduxit auro, introrſum & extrorſum.

31. At oſtium adyti fecit foribus ex lignis olei; ſuperliminare (&) poſtes (*ut eſſent pars domus*) quinta.

32. Binas, inquam, fores (*fecit*) ex lignis olei; & ſculpſit ſuper eas ſculpturas Cheruborum, & palmarum & aperturas florum, obduxitque auro; ita ut deduceret (*etiam*) ſuper Cherubos, & ſuper palmas aurum.

33. Sic etiam fecit oſtio templi: poſtes (*erant*) ligna olei, inde à quarta (*domus parte:*)

34. At binæ fores ligna abietum: duæ tabulæ (*erant*) forium unarum volubiles, & duæ tabulæ forium alterarum volubiles.

35. Sculpſitque Cherubos, & palmas, & aperturas florum: obduxitque auro planum cum ſculpto.

36. Deinde ædificavit atrium interius; tres (*erant*) ordines cæſorum lapidum, ordo autem (*unus*) cæſæ cedri.

37. In anno quarto fundata eſt domus JEHOVÆ, in menſe Siv.

38. In anno verò undecimo, in menſe Bul [hic eſt menſis octavus] abſolvit domum, quoad omnia verba ejus: & quoad omnia judicia ejus: adeoque ædificavit eam ſeptem annis.

CAP. VII.

Rex Schelomoh I. ædificat domum ſuam cum porticibus & atriis. à v. 1. Fundit II. per Chiramum Tyrium (1.) duas columnas æreas, Iachin & Boaz, cum coronis & reticulis ornamentiſque. à v. 13. (2.) Mare, cum decem bobus, clauſuris & rotis. à v. 23. (3.) decem labra cum baſibus à v. 38. (4.) Vaſa tabernaculi varia. v. 40. 45. Fecit III. omnia vaſa, quæ intra domum Iehova. à v. 48.

PRæterea domum ſuam [a] ædificavit Schelomoh tredecim annis: ſic perfecit totam domum ſuam. a) 1. Reg. 9. 10.

2. Ædificavit, inquam, domum Silvæ Libani: centum cubiti longitudo ejus, & quinquaginta cubiti latitudo ejus; & triginta cubiti altitudo ejus: ſuper quatuor ordinibus columnarum cedrorum, ita ut (*eſſent*) incilæ (*ſecta*) cedri ſuper columnis.

3. Obtexit autem cedro ſuperius ſupra aſſeres, qui ſuper columnis, quadraginta & quinque; quindecim (*unus*) ordo (*erant.*)

4. Proſpectuum autem tres (*erant*) ordines: ita ut (*eſſet*) aſpectus erga aſpectum, tribus vicibus.

5. At omnia oſtia, & poſtes, quadrati cum proſpectu: ita ut (*eſſet*) obverſio aſpectus erga aſpectum, tribus vicibus.

6. Sed & porticum ex columnis fecit: quinquaginta cubiti longitudo ejus; & triginta cubiti latitudo ejus, porticus autem (*alia*) ante illa, & columnæ & trabs ante illa (*erant.*)

7. Porticum enim throno, ubi judicaret; porticum, (*inquam*) judicii fecit:

quæ

quæ obtecta cedris, à solo usque ad solum.

8. Domui verò ipsius, ubi habitavit, atrium aliud, intra porticum; juxta opus hoc fuit: domum autem fecit filiæ Pharaonis, quam duxerat [b] Schelomoh, juxta porticum hanc.

9. Omnia hæc (*erant*) lapides præstantes, juxta mensuras cæsorum (*lapidum,*) serrati serra, intùs & foris; & à fundamento usque ad præcinctiones; & foris usque ad atrium magnum.

10. Fundata verò (*domus erat*) lapidibus præstantibus, lapidibus magnis: lapidibus decem cubitorum, & lapidibus octo cubitorum.

11. Sursum autem (*erant*) lapides præstantes, juxta mensuras cæsorum, & cedrus.

12. Tandem (*erat*) atrium magnum circumcirca: tres (*erant*) ordines cæsorum, & ordo (*unus*) cæsarum (*sectarum*) cedrorum. (*Sicut*) etiam atrio domus Jehovæ interioris, & porticui domus.

13. Miserat etiam Rex Schelomoh, & adscivit Chiramum è Tyro.

14. Filius mulieris viduæ (*erat*) hic è tribu Naphthali, pater autem ejus (*erat*) vir Tyrius; artifex æris, & repletus erat sapientia & intelligentia, & scientia ad faciendum omne opus in ære: Venit itaque ad Regem Schelomonem; ac fecit omne opus ejus.

15. Formavit nempe duas columnas æris: octodecim cubiti altitudo columnæ uniuscujusque: & filum duodecim cubitorum circumdabat columnam alteram.

16. Duas insuper coronas fecit, ad ponendum super capita columnarum, fusile æris: quinque cubiti altitudo coronæ unius; & quinque cubiti altitudo coronæ alterius.

17. Reticula, opus reticuli; fasciæ, opus catenarum (*erant*) coronis, quæ (*erant*) super capite columnarum: septem coronæ uni, & septem coronæ alteri.

18. Fecit quoque columnas ita, ut duo ordines (*essent*) circumcirca super reticulo uno, ad operiendum coronas, quæ super capite malogranatorum: similiterque fecit coronæ alteri,

19. Coronæ autem, quæ super capite columnarum, (*erant*) opus rosæ in porticu; quatuor cubiti.

20. Coronæ quoque (*erant*) super duabus columnis, etiam supertius è regione ventris, qui adversus reticulum: malogranata autem ducenta, ordines circumcirca, super corona secunda.

21. Erexit verò columnas pro porticu templi: erexit, inquam, columnam dexteram, vocavitque nomen ejus, Jachin, erexitque columnam sinistram, & vocavit nomen ejus, Boas.

22. Supra tandem caput columnarum opus rosæ. Ita absolutum est opus columnarum.

23. Deinde fecit mare, fusile: decem cubiti à labro ejus ad labrum ejus (*alterum*;) rotundum circumcirca; quinque autem cubiti altitudo ejus; & linea triginta cubitorum circumdabat illud circumcirca.

24. Colocynthides (*erant*) infra labrum ejus circumcirca circumeuntes illud, decem cubitorum; circumdantes mare circumcirca: duo ordines colocynthidum (*erant*) fusi, juxta fusuram illius.

25. Stans (*erat*) super duodecim bobus: tres spectantes septentrionem; & tres spectantes occidentem; & tres spectantes meridiem; & tres spectantes orientem: mare autem super illis superius: ita ut omnia posteriora eorum introrsum.

26. Porrò crassities ejus erat palma; labrumque ejus, juxta opus labri calicis, flos Rosæ: duo millia bathorum continebat.

27. Fecit præterea bases decem ex ære: quatuor cubiti longitudo basis uniuscujusque: & quatuor cubiti latitudo ejus; tres autem cubiti altitudo ejus.

28. Hoc autem (*est*) opus basis. Clausuræ (*erant*) illis: clausuræ autem inter scalas.

29. Super verò clausuris, quæ inter scalas (*erant*) leones, boves, & Cherubi; ac super scalis similiter superius: subter verò leonibus, & bobus adjectiones opere descensus.

30. Insuper quatuor rotæ æris (*erant*) basi

basi unicuique, & tabulæ æris, & quatuor scapulæ ejus, (*quibus*) humeri: subter labro (*erant*) humeri fusi, ut è regione cujusque essent adjectiones.

31. Os porrò illius (*erat*) intra coronam, & sursum, cubiti (*unius*;) os autem hujus rotundum operis similis, cubiti (*unius*) & dimidii cubiti: itemque super ore ejusdem sculpturæ: at clausuræ eorum quadratæ, non rotundæ.

32. Quatuor verò rotæ subter clausuris (*erant,*) manusque rotarum in base: altitudo autem rotæ uniuscujusque, cubitus & dimidius cubitus.

33. At opus rotarum, sicut opus rotæ currus: manus earum, & terga earum, & canthi earum, & radii earum, omnia fusile.

34. At quatuor humeri (*erant*) apud quatuor angulos basis uniuscujusque; ex base humeri ejus.

35. Porrò in capite basis, dimidii cubiti altitudo rotunda circumcirca: super autem capite basis manus ejus, & clausura ejus ex eâ.

36. Aperuit quoque super tabulis manus ejus; ac super clausuris ejus Cherubos, leones & palmas; juxta cælaturam cujusque, & adjectiones circumcirca.

37. Juxta hoc fecit decem bases; fusura una, mensura una, proportio una omnibus illis.

38. Inde fecit decem labra ex ære; quadraginta Bathos continebat unum quodque labrum: quatuor cubiti labrum unumquodque: singula labra supra bases singulas, juxta decem bases.

39. Posuit itaque bases, quinque juxta humerum domûs à dextra; & quinque juxta humerum domus à sinistra ejus: mare autem posuit ab humero domus dextro, versus orientem è regione meridici.

40. Fecit, inquam, Chiromus labra, & scopas, & crateres. Atque sic absolvit Chiramus facere omne opus, quod fecit Regi Schelomoni pro domo Jehovæ:

41. (*Nempe,*) columnas duas; & orbes coronatum, quæ super capite columnarum duarum; & reticula duo, ad obtegendum duos orbes coronarum, quæ super capite columnarum;

42. Et malogranata quadringenta pro duobus reticulis, duos ordines malogranatorum reticulo unicuique, ad obtegendum duos orbes coronarum, quæ super facicbus columnarum;

43. Et bases decem, & labra decem super bases.

44. Et mare unum, & boves duodecim sub mari;

45. Et ollas, & scopas, & crateres, & omnia vasa tabernaculi, quæ fecit Chiramus Regi Schelomoni, pro domo Jehovæ, ex ære poliro.

46. In planitie Jordanis fudit illa Rex, in argilla terræ, inter Succoth, & inter Zarethan.

47. Reposuit autem Schelomoh omnia vasa, præ multitudine valde ingenti: non investigatum est pondus æris.

48. Tandem fecit Schelomoh omnia (*etiam*) vasa, quæ intra domum Jehovæ; (*nimirum*) altare auri; & mensam, super qua panes facierum, ex auro;

49. Et candelabra, quinque à dextra, & quinque à sinistra coram adyto, ex auro clauso, & florem, & lucernas, & forcipes ex auro:

50. Et pelves, & psalteria, & crateres, & scutellas, & thuribula, ex auro clauso; & cardines pro foribus domus interioris, in sanctum sanctorum; (*&*) pro foribus domus, in templum, ex auro.

51. Sic absolutum est omne opus, quod fecit Rex Schelomoh (*pro*) domo Jehovæ. Posteà [c] adduxit Schelomoh (*residua*) sanctificata Davidis patri sui; argentum, & aurum, & vasa: (*&*) posuit inter thesauros domus Jehovæ.

CAP. VIII.

Schelomoh I. cum Senioribus & populo introducit per Sacerdotes & Levitas Arcam fœderis in domum Iehovæ. à v. 1. Qua II. in suo loco posita, Gloria Iehovæ implevit domum: ubi Rex promissionem DEI impletam agnoscit, à v. 6. III. Schelomoh benedixit propterea populo. à v. 14. IV. Preces prolixas precatur coram Iehovah, pro seipso, pro toto populo, singulisq; oraturis, Israelitis & peregrinis, in domo

domo Iehovæ vel versùs eam. à v. 22. Tractu V. precibus, iterùm populo benedicit, cum adhortatione ad serviendum Iehovæ. à v. 54. Tandem cum populo V. t. innumera ferè sacrificia sacrificat; populumque cum benedictione lætum dimittit. à v. 62.

a) 2. Par. 5, 2.

TUnc [a] congregavit Schelomoh Seniores Jisraëlis, & omnia capita tribuum, principes patrum, (*qui erant*) filiis Jisraëlis, ad Regem Schelomonem Hierosolymam, ad ascendere faciendum Arcam fœderis JEHOVÆ ex urbe Davidis: hæc est Zijon.

2. Congregatunt insuper se ad Regem Schelomonem omnis vir Jisraëlis, in mense Ethanim in festo: hic est mensis septimus.

3. Venerunt itaque omnes Seniores Jisraëlis: portaruntque Sacerdotes Arcam.

4. Ita ascendere fecerunt Arcam JEHOVÆ, & tabernaculum Conventus, & omnia vasa sanctitatis, quæ in tabernaculo. Ascendere, inquam, fecerunt illa Sacerdotes & Levitæ:

5. At Rex Schelomoh, & omnis cœtus Jisraëlis, qui convenerunt ad eum, (*erant*) cum ipso ante Arcam: sacrificantes pecudes & boves, qui non recenseri, nec numerari poterant præ multitudine.

6. Intulerunt autem Sacerdotes Arcam fœderis JEHOVÆ ad locum ejus, ad adytum domus, ad sanctum sanctorum; ad (*locum*) sub alis Cheruborum.

7. Nam Cherubi expandentes (*erant*) alas super locum Arcæ; ita ut obtegerent Cherubi Arcam, & vectes ejus desuper.

8. Protendebantur quidem vectes, & videbantur capita vectium è sancto versus facies adyti: non tamen videbantur foris; erantque ibi usque ad diem hunc.

b) Exod. 25, 16. 16, 21. Deuter. 10, 5. 2. Par. 5, 10. Hebr. 9, 4

9. Non (*erat quicquam*) [b] in Arca, nisi duæ tabulæ lapidum, quas reposuit ibi Moses in Chorebo; (*fœderis,*) quod pepigit JEHOVAH cum filiis Jisraëlis, quum exivissent è terra Ægypti.

10. Factum verò est; quando exiverunt Sacerdotes è sancto: nubes implevit Domum JEHOVÆ:

11. Ita ut non potuerint Sacerdotes stare ad ministrandum, propter nubem quoniam implevit [c] gloria JEHOVÆ domum JEHOVÆ.

c) Exod. 40, 34. Numer. 9, 15.

12. Tunc dixit Schelomoh; JEHOVAH dixit, [d] habitaturum esse in caligine.

d) 2. Par. 6, 1.

13. Ædificando (*ergò*) ædificavi domum habitationis Tibi; sedem, in qua habites (*per*) secula.

14. Deinde convertit Rex facies suas, benedixitque toti cœtui Jisraëlis: omnis autem cœtus Jisraëlis (*erat*) stans.

15. Dixit itaque; Benedictus JEHOVAH, DEus Jisraëlis, qui locutus est ore suo cum Davide, Patre meo, quod manus sua implevit, dicendo;

16. A die, quo eduxi populum meum, Jisraëlem ex Ægypto, non elegi urbem ex omnibus tribubus Jisraëlis, ad ædificandum domum, ut esset Nomen meum ibi: sed elegi Davidem, ut esset super populo meo, Jisraële.

e) 2. Sam. 7, 5. 1. Par. 17, 4.

17. Cumque [e] esset cum corde Davidis patris mei, ædificare domum Nomini JEHOVÆ, DEI Jisraëlis:

18. Dixit JEHOVAH ad Davidem, patrem meum; Quantum ad hoc, quod fuit cum corde tuo ædificare domum Nomini meo; benè fecisti, quod fuit cum corde tuo.

19. Attamen tu non ædificabis domum; sed filius tuus, exiturus è lumbis tuis; hic (*inquam*) ædificabit domum Nomini meo.

20. Stabilivit itaque JEHOVAH verbum suum, quod locutus est: nam ego surrexi in locum Davidis, patris mei, & consedi super throno Jisraëlis; sicut locutus est JEHOVAH; & ædificavi domum Nomini JEHOVÆ, DEI Jisraëlis:

21. Constituique ibi locum Arcæ, ubi (*est*) fœdus JEHOVÆ, quod pepigit cum patribus nostris, quum educeret eos è terrâ Ægypti.

22. Postea stetit Schelomoh ante altare JEHOVÆ, coram toto cœtu Jisraëlis, [f] extenditque manus suas versus cœlum:

f) 2. Mac. 1, 24.

23. Ac dixit; JEHOVAH, DEus Jisraëlis, non (*est*) sicut Tu, DEus in cœlo superius, aut in terra inferiùs; custodiens fœdus & misericordiam servis tuis, ambulantibus coram Te in toto corde suo.

24. Qui servasti servo tuo Davidi, patri

tri meo, id quod locutus es ei: ita ut locutus sis ore Tuo, & manu Tua implevetis; juxta diem hunc.

25. Jam ergò, JEHOVAH, DEus Jisraëlis, custodi (*porro*) servo tuo, Davidi, patri

g) 2. Sam. 7, 12.

meo, id [g] (*etiam*) quod locutus es ei, dicendo; Non excindetur tibi vir à coram Me, quin sedeat super throno Jisraëlis; si modo custodiverint filii tui viam suam, ad ambulandum coram Me, sicut ambulasti (*tu*) coram Me.

26. Porrò verò DEus Jisraëlis, verum reddatur, quæso, verbum Tuum (*hoc*) etiam, quod locutus es servo tuo, Davidi, patri meo.

h) Esa. 66, 1. Act. 7, 41. 17, 24.

27. [h] [Num enim revera habitabit DEus super terra? En! cœli & cœli cœlorum non comprehendunt te: multo minus domus hæc, quam ædificavi:]

28. Ut respicias ad preces servi Tui, & ad deprecationem ejus, JEHOVAH DEus mi; ad exaudiendum suspirium & preces, quas servus Tuus precans (*est*) coram Te hodiè:

29. Ut sint oculi Tui aperti erga domum hanc, noctu & diu; erga (*inquam*) locum, de quo [i] dixisti, Erit Nomen Meum

i) Deut. 12, 11.

ibi: ad attendendum ad preces, quas precabitur servus Tuus versus locum hunc.

30. Ut attendas (*inquam*) ad deprecationem servi Tui, & populi tui Jisraëlis, quum precabuntur versus locum hunc, (*nempe*) ut Tu audias super loco habitationis Tuæ, super cœlo; attendas autem, ut propitius sis.

31. Quicquid (*ex. gr.*) peccaverit vir (*quis*) contra proximum suum; si detulerit ei juramentum execrationis, ut execrari eum faciat; veneritque execratio (*ejus*) ante altare Tuum in domo hac:

32. Tum Tu audies in cœlo, & facies, & judicabis servos tuos, ut impium pronuncies impium, ad dandum viam ejus in caput ejus: justum autem pronuncies justum, ad dandum ei juxta justitiam ejus.

33. Quum percussus fuerit populus tuus Jisraël coram hoste, eò quod peccaverint Tibi; conversi autem fuerint ad Te, & confessi Nomini Tuo, precatique & deprecati ad Te in domo hâc:

34. Tu audies in cœlo, & propitius eris peccato populi Tui Jisraëlis, ut reducas eos ad terram, quam dedisti patribus eorum.

35. Quum clausum fuerit cœlum, nec fuerit pluvia, eò quod peccaverint Tibi; precati autem fuerint versus locum hunc, confessique Nomini Tuo, ac à peccato suo conversi, dum afflixeris eos:

36. Tu audies in cœlo, & propitius eris peccato servorum tuorum, & populi tui Jisraëlis; dum docebis eos viam bonam, in qua ambulent, dabisque pluviam super terram tuam, quam dedisti populo tuo in hereditatem.

37. Fames quum fuerit in terra; pestis, quum fuerit; uredo, rubigo, locusta, bruchus quum fuerit; quum angustabit eum hostis ejus in terra portarum suarum; (*quum*) quæcunque plaga, quæcunque infirmitas:

38. (*Quum*) quæcunque preces, quæcunque deprecatio (*extiterit,*) quæ fuerit (*facienda*) cuique homini, (*aut*) universo populo Tuo, Jisraëli; dum agnoverint vir plagam cordis sui, & extenderint manus suas versus domum hanc:

39. Tu audies in cœlo, sede habitationis Tuæ, ut propitius sis, & facias, & des vito juxta vias ejus, (*tanquam*) qui noveris cor ejus: quoniam [k] Tu nosti solus

k) 1. Sam. 16, 7.

cor omnium filiorum hominis:

40. Ut timeant Te omnibus diebus, quibus illi vivi super faciebus terræ, quam dedisti patribus nostris.

41. Quin etiam, quantum ad alienigenam, qui non de populo Tuo Jisraële fuerit; venerit tamen è terra longinqua propter Nomen Tuum:

42. [Audient namque Nomen Tuum Magnum, & manum Tuam fortem, & brachium Tuum extensum,] venerit (*inquam*) tamen, & precatus fuerit versus domum hanc:

43. Tu audies in cœlo, sede habitationis Tuæ, & facies juxta omne, pro quo clamaverit ad Te alienigena; ut agnoscant [l] omnes populi terræ Nomen

l) Es. 56, 7. Matth. 21, 13.

Tuum, ad timendum Te, sicut populus Tuus Jisraël; & ad sciendum, quod Nomen

men Tuum vocetur ſuper domum hanc, quam ædificavi.

44. Quum exiverit populus Tuus in bellum contra hoſtem ſuum, in via; in qua mittes eos, & precati fuerint ad JEHOVAM verſus urbem, quam elegiſti, & domum hanc, quam ædificavi Nomini Tuo:

45. Audies in cœlo preces eorum, & deprecationem eorum; facieſque judicium eorum.

m) 2. Par. 6, 36. Prover. 20, 9. Eccl. 7, 21. Rom. 3, 23. 1. Joh. 1, 8.

46. Quum peccaverint Tibi [ſiquidem [m] non eſt homo, qui non peccet,] & iratus fueris eis, & tradideris eos coram hoſte, ita ut captivos duxerint eos captivantes eos ad terram hoſtis, longinquam vel propinquam:

47. Revocaverint verò ad cor ſuum in terrâ, in qua captivi fuerint, converſique fuerint, & deprecati ad Te in terra captivantium eos, dicendo; peccavimus, & perversè egimus, (&) impii fuimus;

48. Converſi, inquam, fuerint ad Te in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, in terra hoſtium ſuorum, qui captivarunt eos; precatique fuerint ad Te verſus terram ſuam, quam dediſti patribus eorum; urbem, quam elegiſti, & domum hanc, quam ædificavi Nomini Tuo:

49. Audies in cœlo, ſede habitationis Tuæ, preces eorum, & deprecationem eorum, facieſque judicium eorum:

50. Ac condonabis populo Tuo id, quod peccarunt Tibi, & omnes prævaricationes eorum, quibus prævaricati ſunt contra Te, poneſque eos in miſerationes coram captivantibus eos, ut miſerentur eos:

51. Quoniam populus Tuus, & hereditas Tua (*ſunt*) illi; quos eduxiſti ex Ægypto, è medio fornacis ferri:

52. Ut ſint oculi Tui aperti ad deprecationem ſervi Tui, & ad deprecationem populi Tui, Iſraëlis; ut exaudias eos, in omni clamore eorum ad Te:

53. Quia Tu ſeparaſti eos Tibi in hereditatem, ex omnibus populis terræ, ſicut locutus es per manum Moſis, ſervi Tui, cum educeres patres noſtros ex Ægypto, ADONAI JEHOVI.

54. Factum autem eſt; Poſtquam abſolvit Schelomoh precari ad JEHOVAM omnes preces & deprecationem hanc, ſurrexit à coram altari JEHOVÆ, ab incurvando ſe ſuper genibus ſuis, & (*ab eſſe*) manus ſuas extenſas verſus cœlum:

55. Stetitque, & benedixit toti cœtui Iſraëlis voce magna, dicendo;

56. Benedictus JEHOVAH, qui dedit requiem populo ſuo, Iſraëli, juxta omne, quod locutus eſt: non cecidit verbum ullum de omni verbo ipſius bono, quod locutus eſt per manum Moſis ſervi ſui.

57. Sit JEHOVAH DEus noſter nobiſcum, quemadmodum fuit cum patribus noſtris; ne deſerat nos, & ne derelinquat nos:

58. Ut inclinet cor noſtrum ad Se, ad ambulandum in omnibus viis Ipſius, & ad ſervandum præcepta Ipſius, & ſtatuta Ipſius, & judicia Ipſius, quæ præcepit patribus noſtris.

59. Sint itaque verba mea hæc, quæ deprecatus ſum coram JEHOVAH, propinqua ad JEHOVAM, DEUM noſtrum, die noctuque; ad faciendum judicium ſervi Sui, & judicium populi Sui, Iſraëlis; verbum diei in die Suo:

60. Ut cognoſcant omnes populi terræ, quod JEHOVAH, Ipſe (*ſit*) DEus, non (*alius*) amplius.

61. Sit autem cor veſtrum perfectum cum JEHOVAH, DEO noſtro, ad ambulandum in ſtatutis Ejus, & ad ſervandum præcepta Ejus, juxta diem hunc.

62. Deinde Rex & totus Iſraël cum eo (*erant*) ſacrificantes ſacrificium coram JEHOVAH.

63. Et ſacrificavit (*quidem*) Schelomoh ſacrificium pacificorum, quod ſacrificavit JEHOVÆ; boves, viginti & duo millia; pecudes autem, centum & viginti millia. Ita initiarunt domum JEHOVÆ Rex & omnes filii Iſraelis.

64. In die illo ſanctificavit Rex medium atrii, quod ante domum JEHOVÆ: ibi namque fecit Holocauſtum, & Mincham, & adipes pacificorum: eò quod altare æris, quod coram JEHOVAH, minus (*eſſet,*) quam ut comprehenderet Holocauſtum, & Mincham, & adipes pacificorum.

65. Fecit etiam (*Rex*) Schelomoh in tempore illo feſtum, & omnis Iſraël cum eo, cœtus magnus, inde, quò venitur in Chamath, uſque ad fluvium Ægypti, coram JEHOVAH DEO noſtro, ſeptem dies, iterumque ſeptem dies; (*adeoq;*) quatuordecim dies.

66. In die autem octavo dimiſit populum: qui benedixerunt Regi, iveruntque in tentoria ſua, lætantes, & boni corde ſuper omni bono, quod fecit JEHOVAH Davidi, ſervo Suo, & Iſraëli populo Suo.

CAP. IX.

Iehovah I. apparet ſecundum Schelomoni: preces exauditas dicit, cum ſeriâ admonitione, promiſſione & comminatione. à v. 1. Schelomoh II. Chiramo viginti urbes propræſtitis officiis dat. à v. 10. III. Exponitur ratio tributi à Schelomone ad ædificandum conſtituti cum præfectis eius. à v. 15. IV. Filia Pharaonis in domum ſuam transfertur. v. 24. V. Tribus in anno vicibus Schelomoh ſacrificat. v. 25. Naves VI. cum viris Chirami peritis in Ophir mittit. à v. 20.

a) 2. Par. 7, 11. CÆterum factum eſt, poſtquam [a] abſolvit Schelomoh ædificare domum JEHOVÆ, & domum Regis, & omne deſiderium Schelomonis, quod voluit facere:

b) 1. Regum 3, 5. 2. Par. 7, 12. 2. Apparuit JEHOVAH Schelomoni ſecundùm; quemadmodum [b] apparuerat ei in Gibeone.

c) Deut. 12, 11. 2. Reg. 1, 23. 3. Dixit autem JEHOVAH ad eum; Exaudivi preces tuas & deprecationem tuam, quam deprecatus es coram Me; ſanctificavi domum hanc, quam ædificaſti, ad ponendum [c] Nomen Meum ibi uſque in ſeculum: eruntque oculi Mei, & cor Meum ibi omnibus diebus.

4. Tu itaque ſi ambulaveris coram Me, quemadmodum ambulavit David, pater tuus, in integritate cordis, & in rectitudine, ad faciendum juxta omnia, quæ præcepi tibi; ſtatuta Mea & judicia Mea obſervaveris:

d) 2. Sa. 7, 12. 1. Paral. 18, 12. Pſal. 132, 11. 5. Stabiliam thronum regni tui ſuper Iſraëlem in æternum; quemadmodum [d] locutus ſum ſuper Davide, patre tuo, dicendo; non excindetur tibi vir, à-ſuper throno Iſraëlis.

6. Sin avertendo avertetis vos, & filii veſtri, à-poſt Me, nec ſervabitis præcepta Mea, (&) ſtatuta Mea, quæ poſui ante vos; ſed ibitis, & ſervietis diis aliis, & incurvabitis vos iis.

7. Exciudam Iſraëlem à-ſuper facie bus terræ, quam dedi iis; & domum hanc, quam ſanctificavi Nomini Meo, abjiciam à-coram faciebus Meis; ut ſit Iſraël in proverbium, & in dicterium inter omnes gentes.

8. Domum autem hanc, quæ erit altiſſima (*quod attinet:*) quiſquis præterierit præter eam, obſtupeſcet & fremet. Dicent enim; [e] propter quid fecit JEHOVAH ſic terræ huic, & domui huic?

e) Deut. 29, 24. 2. Par. 7, 21. Jer. 22, 8.

9. Reſpondebunt autem; propter hoc, quod deſeruerunt JEHOVAM, DEUM ſuum, qui eduxit patres eorum è terra Ægypti, & adhæſerunt diis aliis, ita ut incurvaverint ſe iis, & ſerviverint iis: propterea adduxit JEHOVAH ſuper eos omne malum hoc.

f) 2. Par. 8, 1. 10. Factum verò eſt [f] à fine viginti annorum, quibus ædificavit Schelomoh duas domos: domum JEHOVÆ, & domum Regis;

11. Chiramus (*autem*) Rex Tyri, adjuvit Schelomonem lignis cedrorum, & lignis abietum, & auro, juxta omne deſiderium ejus: tunc dedit Rex Schelomoh Chiramo viginti urbes, in terra Galileæ.

12. Exivit itaque Chiramus è Tyro, ad videndum urbes, quas dedit ipſi Schelomoh: ſed non rectæ fuerunt in oculis ejus:

13. Unde dixit; Quid urbes hæ, quas dediſti mihi, frater mi? ideò vocavit eas, Terra Kabul, uſque ad diem hunc.

14. Miſerat autem Chiramus Regi centum & viginti talenta auri.

15. Cæterum hæc ratio (*eſt*) tributi, quod impoſuit Rex Schelomoh, ad ædificandum domum JEHOVÆ, & domum ſuam: deinde Millo, & murum Hieroſolymæ, & Chazorem, & Megidduntem, & Geſeram.

16. [Pharao (*enim*) Rex Ægypti aſcenderat, & ceperat Geſeram, & combuſſerat eam igne; Canaanæum autem habitantem

in urbe, occiderat; tandemque dederat eam muneri filiæ ſuæ, uxori Schelomonis:

17. Ædificavit itaque Schelomoh Geſeram: & Beth-Choronem inferiorem;

18. Et Baalatham, & Thadmeram, in deſerto, in terra:

19. Præterea omnes urbes armamentariorum, quæ fuerunt Schelomoni; & urbes curruum; & urbes equitum: denique (*omne*) deſiderium Schelomonis, quod deſideravit ædificare in Hieroſolyma, & in Libano, & in omni terra dominii ſui.

20. (*Hæc, inquam, ratio tributi eſt:*) Quantum ad omnem populum reſiduum ex Emoræo, Chitthæo, Periſæo, Chivvæo & Iebuſæo, qui non (*erant*) de filiis Iſraëlis ipſi.

21. Filios horum, qui relicti ſunt poſt eos in terra, quos non potuerunt filii Iſraëlis devotioni dare; hos, inquam, retulit Schelomoh in tributum ſervientium, uſque ad diem hunc.

22. Sed de filiis Iſraëlis non fecit Schelomoh (*ullum*) ſervum: ſed hi (*fuerunt*) viri belli, & ſervi ejus, & principes ejus, & duces ejus, & principes curruum ejus, & equites ejus.

23. Hi (*porrò*) ſunt principes præfectorum, qui ſuper opus (*erant*) Schelomoni; quinquaginta & quingenti: imperantes populo, qui faciebant opus.

24. Veruntamen filia Pharaonis aſcendit ex urbe Davidis in domum ſuam, quam ædificaverat ipſi; tunc ædificavit Millo.

25. Porrò obtulit Schelomoh tribus vicibus in anno holocauſta & pacifica ſuper altari, quod ædificaverat Jehovæ; adolendo etiam ſuper eo, quod (*erat*) coram Jehovah. Sic abſolvit domum.

26. Sed & navem fecit Rex Schelomoh in Ezjongæbær, quæ apud Eloth, juxta litus maris Suph, in terra Edomi.

27. Miſit autem Chiramus in navi ſervos ſuos, vitos navium, gnaros maris, cum ſervis Schelomonis.

28. Venerunt verò in Ophirem, ſumſeruntque inde aurum, quadraginta & viginti talenta quæ adduxerunt ad Regem Schelomonem.

CAP. X.

Regina I. Scheba ob famam Schelomonis Hieroſolymam venit; exploratam inſuperabilem ſapientiam eius, ordinationes & opera admiratur; & poſt data mutua ingentia munera domum redit. à v.1. Celebrantur II. divitiæ Schelomonis magnifice in reditibus auri, clypeis ſcutiſq; aureis, ſtructura tribunalis, vaſis potus & domus Libani, navium Tharſchiſch mercibus. à v.14. Unde III. Reges & terræ eum venerabantur, & munera dabant. à v.23. Ipſe IV. multiplicavit currus & equos, argentum, cedros, reditus. à v.26.

Quum verò audivit [a] Regina Schebæ famam Schelomonis ob nomen Jehovæ: venit ad tentandum eum ænigmatibus. a) 2. Paral. 9, 1. Matth. 12, 42. Luc. 11, 31.

2. Venit ergò Hieroſolymam cum exercitu magno valdè, camelis portantibus aromata & aurum multum valdè, & lapidem pretioſum: cumque venit ad Schelomonem, locuta eſt cum eo omne, quod fuit cum corde ipſius.

3. Sed indicavit illi Schelomoh omnia verba ejus: non fuit verbum occultum à Rege; quod non indicaret ipſi.

4. Cum itaque videret Regina Schebæ omnem ſapientiam Schelomonis, & domum, quam ædificaverat:

5. Et cibum menſæ ejus, & ſedem ſervorum ejus, & ſtationem miniſtrorum ejus, & veſtimenta eorum, & potus eorum; holocauſtum etiam ejus, quod obtulit in domo Jehovæ; non fuit in ea amplius ſpiritus.

6. Ideò dixit ad Regem; Veritas fuit verbum, quod audivi in terra mea, de rebus tuis, & de ſapientia tua.

7. Sed non credidi verbis, donec veni, & viderunt oculi mei: ubi, ecce, non nuntiatum eſt mihi dimidium: addidiſti (*nam*q;) ſapientiam & bonum ad famam, quam audivi.

8. Beati viri tui, beati ſervi tui hi; qui ſtant coram te jugiter, ac audiunt ſapientiam tuam.

9. Sit Jehovah, Deus tuus, benedictus, Cui beneplacuit in te, ut daret te ſuper thronum Iſraëlis: quia amat Jehovah Iſraëlem in æternum, ideò poſuit te in Regem, ut facias judicium & juſtitiam.

10. Tum

10. Tum dedit Regi centum & viginti talenta auri, & aromata multa valdè, & lapidem pretioſum. Non venit ſicut aroma hoc amplius quoad multitudinem; quod dedit Regina Schebæ Regi Schelomoni.

11. Præterquam quod etiam navis Chirami, quæ attulit aurum ex Ophire, advexit ex Ophire ligna Almugim multa valdè, & lapidem pretioſum.

12. Fecit autem Rex ligna Almugim in firmamentum pro domo Jehovæ, & pro domo Regis, & in citharas, nabliaque pro cantoribus: non venit tale (*quoad*) ligna Almugim, neque viſum eſt uſque ad diem hunc.

13. Contra Rex Schelomoh dedit Reginæ Schebæ omne deſiderium ejus, quod petiit; præter id, quod dedit ei juxta manum Regis Schelomonis. Ita reverſa eſt, & abivit in terram ſuam; ipſa & ſervi ejus.

14. Cæterum fuit pondus auri, quod venit Schelomoni in anno quovis; [b] ſexcenta, ſexaginta & ſex talenta auri. b) 2. Paral. 9, 13.

15. Excepto, (*quod habebat*) à viris negotiatorum, & mercatura aromaticorum, & omnibus Regibus Arabiæ, & ducibus terræ.

16. Unde fecit Rex Schelomoh [c] ducentos clypeos auri tracti: ſexcenti nummi auri aſcendebant ſuper clypeum quemque: c) 1. Reg. 14, 26.

17. Itemque trecenta ſcuta auri tracti: tres libræ auri aſcendebant ſuper ſcutum quodque; quæ poſuit Rex in domo ſilvæ Libani.

18. Fecit etiam Rex [d] thronum eboris magnum, obduxitque eum auro puriſſimo. d) 2. Paral. 9, 17.

19. Sex gradus (*erant*) throno; caput autem rotundum throno, à-poſt eum; manuſque hinc & inde juxta locum ſedis; Et duo leones ſtantes juxta manus:

20. At duodecim leones ſtantes (*erant*) ibi ſuper ſex gradibus hinc & inde. Non factus eſt talis ullis regnis.

21. Inſuper omnia vaſa potus Regis Schelomonis (*erant*) ex auro; & omnia vaſa domus ſilvæ Libani ex auro clauſo: non ex argento (*quicquam;*) non (*enim hoc*) æſtimabatur in diebus Schelomonis pro quoquam.

22. Quia navis Tharſchiſch (*erat*) Regi in mari, cum navi Chirami: ſemel ternis annis veniebat navis Tharſchiſch, portans aurum & argentum; ebora & ſimias, & pavones:

23. Magnus itaque factus eſt Rex Schelomoh [e] præ omnibus Regibus terræ, quod ad divitias & ſapientiam. e) 2. Paral. 1, 1.

24. Unde omnis terra quærebat facies Schelomonis, ad audiendum ſapientiam ejus, quam dederat Deus in cor ipſius.

25. Iidemque adferebant vir munus ſuum, vaſa argenti, & vaſa auri, & veſtes, & arma, & aromata, equos & mulos; rem de anno in annum.

26. Collegit itaque [f] Schelomoh currus & equites: ut eſſent illi mille & quadringenti currus, & duodecim millia equitum: quos diduxit in urbes curruum, vel cum Rege (*erant*) in Hieroſolyma. f) 2. Par. 1, 14.

27. Dedit autem Rex argentum in Hieroſolyma ſicut lapides; ac cedros dedit ſicut ſycomoros, quæ in planitie, quoad multitudinem.

28. Præterea reditus (*erat*) ex equis, qui Schelomoni ex Ægypto: éque nete negotiatorum Regis, (*qui*) emerunt netum pretio.

29. Aſcendit tandem & exiit currus ex Ægypto pro ſexcentis (*nummis*) argenti, & equus pro quinquaginta & centum: ſic & omnibus Regibus Chitthæorum, & Regibus Syrorum per manum eorum eduxerunt.

CAP. XI.

Schelomoh I. per mulieres exteræ multas, quæ contra mandatum DEI adamavit, tandem ſenex eò uſq; ſeductus eſt, ut non tantùm illi excelſa idololatrica extruxerit, ſed etiam ad idololatriam earum cor ipſius inclinatum ſit. à v.1. Quare II. ſuccenſuit ipſi Iehovah, & diviſionem regni filij prædixit. à v.9. Quin etiam ipſi III. infeſtos excitavit adverſarios: (1.) Hadadum Edomitam, ex fuga in Ægyptum reverſum. à v.14. (2.) Reſonem Syrum in Damaſco. à v.23. (3.) Ieroboamum Ephraimitam, ſervum ipſius: quem ob regnum ab Ahija illi prædictum fruſtrà perſecutus eſt. à v.26. IV. Schelomoh moritur & ſepelitur. à v.41.

Verum

VErumenimverò Rex Schelomoh adamavit mulieres exteras multas, inprimis filiam Pharaonis; Moabiticas, Ammoniticas, Edomiticas, Zidonias, Chitthæas:

a) *Exod.* 34,16. *Deuter.* 7,3. 2. De gentibus, [a] de quibus dixerat JEHOVAH ad filios Jisraëlis; non intrabitis ad eos, & illi non intrabunt ad vos: utique (*enim*) inclinabunt cor vestrum ad deos suos. His adhæsit Schelomoh ad amandum.

3. Fuerunt autem illi uxores principes septingentæ, & pellices trecentæ: inclinaruntque uxores ejus cor ejus.

4. Factum est inprimis, circa tempus senectutis Schelomonis, ut uxores ejus b) *Sir.* 47.21. [b] inclinaverint cor ejus (*etiam*) post deos alios; ita ut non fuerit cor ejus perfectum cum JEHOVAH, DEO suo, sicut cor Davidis, patris ejus:

5. Sed abiverit Schelomoh post Aschthoreth, Deam Zidoniorum; & post Milcom, Abominationem Ammonitarum:

6. Feceritque Schelomoh malum in oculis JEHOVÆ, nec impleverit post JEHOVAM (*ire,*) sicut David, pater ejus.

7. Tunc ædificavit Schelomoh (*etiam*) c) *Num.* 21,29. excelsum [c] Kemoscho abominationi Moabi, in monte, qui est ante facies Hierosolymæ; & Molecho, abominationi filiorum Ammonis.

8. Quin sic fecit uxoribus suis exteris omnibus, quæ sufficiebant & sacrificabant diis suis.

9. Ideò succensuit JEHOVAH Schelomonis, quod inclinasset cor suum, à-cum JEHOVAH, DEO Jisraëlis, qui [d] apparuerat ei bis:

10. Et præceperat illi de verbo hoc, ut non iret post deos alios: sed non servavit id, quod præcepit JEHOVAH.

11. Quare dixit JEHOVAH Schelomoni; [e] propterea quod fuit hoc tecum, nec servasti fœdus meum, & statuta mea, quæ præcepi tibi: abscindendo abscindam regnum a-super te, & dabo illud servo tuo:

12. Quanquam in diebus tuis non faciam hoc, propter Davidem, patrem tuum: è manu filii tui abscindam illud.

13. Attamen totum regnum non abscindam; tribum unam dabo filio tuo; propter Davidem, servum meum, & propter Hierosolymam, quam elegi.

14. Præterea excitavit JEHOVAH adversarium Schelomoni, Hadadum Edomitam: è semine Regis hic (*erat*) in Edom.

15. Factum verò fuit: quum esset [f] David in Edom, quum ascenderet f) 2.Sa. Joabus, princeps exercitus ad sepeliendum 8,14. confossos, occidit omnem masculum in Edomo.

16. Sex namque menses mansit ibi Joabus & universus Jisraël, usque dum excidit omnem masculum in Edomo.

17. Sed fugit Hadad, ipse & viri Edomitæ de servis patris ipsius cum ipso, ad veniendum in Ægyptum: erat quidem Hadadus puer parvus.

18. Surrexerunt ergò è Midjane, veneruntque Paranem: post sumserunt viros secum ex Parane, veneruntque in Ægyptum ad Pharaonem, Regem Ægypti; qui dedit ei domum; panemque addixit ei, & terram dedit ei.

19. Quin invenit Hadadus gratiam in in oculis Pharaonis adeò, ut dederit ei uxorem, sororem uxoris suæ, sororem Thachpenesæ, Dominæ.

20. Peperitque ei soror Thachpenesæ Genubathum, filium ejus: quem ablactavit Thachpenesa in medio domus Pharaonis; fuitque Genubathus in domo Pharaonis inter filios Pharaonis.

21. Quum autem audivisset Hadadus in Ægypto, quod occubuisset David cum patribus ipsius; & quod mortuus esset Joabus, princeps exercitus: dixit Hadadus ad Pharaonem; dimitte me, ut abeam ad terram meam.

22. Cui dixit Pharao; Cujus verò tu indigus (*es*) apud me? ut, ecce, quærens tu (*sis*) abire ad terram tuam. Sed dixit; Non; sed dimittendo dimittes me.

25. Insuper excitavit DEus illi adversarium, Resonem, filium Eljadæ, qui aufugerat a-cum Hadad-Esere, Rege Zobæ, Domino suo.

24. Congregavit namque contra illum viros, factusque est princeps turmæ (*prædatoriæ,*) quum occidisset David eos: abiverunt autem in Damascum, habitaveruntque ibi, ac regnarunt in Damasco.

25. Factus itaque est adversarius Jisraëli omnibus diebus Schelomonis, præter malum, quod Hadadus (*fecit:*) abominatusque est Jisraëlem, ac regnavit super Syros.

g) 2.Paral. 13,6. 26. Sed & [g] Jerobeamus, filius Nebati, Ephraimita, de Zeredà [nomen autem matris ejus Zeruah, fœmina vidua] servus Schelomoni (*fuit;*) sed sustulit manum suam contra Regem.

27. Hæc verò causa (*est,*) quare sustulit manum suam contra Regem. Schelomoh ædificavit Millo, (&) occlusit rupturam urbis Davidis, patris sui.

28. Vir autem hic Jerobeamus (*erat*) fortis robore: quum ergò videret Schelomoh juvenem, quod strenue-faciens (*esset*) opus ille, constituit eum super omne onus domus Josephi.

29. Factum verò est in tempore isto, ut Jerobeamus exiret ex Hierosolyma, inveniretque eum Achijah Schilonita, propheta, in via; cum ille (*esset*) tectus veste nova, & ambo illi soli in agro.

h) 1.Reg. 12,15. 14,2. 30. [h] Apprehendit itaque Achijah vestem novam, quæ super isto, discidit-que eam in duodecim frusta.

31. Deinde dixit Jerobeamo; sume tibi decem frusta: sic namque dixit JEHOVAH, DEus Jisraëlis; Ecce, ego discindens (*sum*) regnum e manu Schelomonis, daboque tibi decem tribus:

32. Tribus autem una erit illi, propter servum meum, Davidem, & propter Hierosolymam, urbem, quam elegi ex omnibus tribubus Jisraëlis:

33. Propterea quod deseruerunt me, & incurvarunt se Aschthorethæ, deæ Zidoniorum, Kemoscho, deo Moabi, & Milkomo, deo filiorum Ammonis; nec iverunt in viis meis, ad faciendum, quod rectum in oculis meis, & statuta mea, & i) 2.Sa. 7,16. judicia mea, sicut David, pater ejus. *Ps.* 132,11. *Sir.* 47. 24.

34. Non tamen sumam totum regnum è manu ejus: [i] sed principem constituam eum omnibus diebus vitæ ejus, propter Davidem, servum meum, quem elegi, quia servavit præcepta mea & statuta mea:

35. Et sumam regnum è manu filii ejus; ita ut dem illud tibi (*nempe*) decem tribus:

36. Filio enim ejus dabo tribum unam, ut sit (*super*) lucerna Davidi servo meo omnibus diebus coram me in Hierosolyma, urbe, quam elegi mihi, ut ponam meum nomen ibi.

37. Te itaque accipiam, ut regnes in omne, quod concupiverit anima tua: erisque Rex super Jisraëlem.

38. Tum fiet: si audiveris omne, quod præcepero tibi, iveriseque in viis meis, ac feceris rectum in oculis meis, servando statuta mea, & præcepta mea, sicut fecit David servus meus; ero tecum, & ædificabo tibi domum stabilem, quemadmodum ædificavi Davidi; daboque tibi Jisraëlem:

39. Contra affligam semen Davidis propter hoc; non tamen omnibus diebus.

40. Ideò quæsivit Schelomoh occidere Jerobeamum: Sed surrexit Jerobeamus, fugitque in Ægyptum ad Schischakum, Regem Ægypti; fuitque in Ægypto usque ad mortem Schelomonis.

41. Reliquum verò verborum Schelomonis, omneque, quod fecit, & sapientiam ejus (*quod attinet:*) nonne illa scripta (*sunt*) super [k] libro verborum Schelo- k) 1.Paral. 1, 1. monis?

42. At dies, quibus regnavit Schelomoh in Hierosolyma super universum Jisraëlem, (*sunt*) quadraginta anni.

43. Occubuit itaque [l] Schelomoh l) 2.Par. cum patribus suis, sepultusque est in urbe 9, 31. *Sir.* 47, Davidis, patris ipsius: regnavit autem 26. Rechabeamus filius ejus, loco ejus (*in Hierosolyma.*)

CAP. XII.

Cum I. Rechabeamus in Schechema à decem tribubus in regem eligendus esset: petierunt hæ, opera patris leviora ab ipso reddi. à v. 1. Quod 11. cum ipse, deserto Seniorum consilio, ex consilio Iuniorum illis, aggravaturus potius, negaret: autore Ieroboam-

ab ipſo deficiunt, Adoramo illos revocante lapidato. à v. 6. Et III. ſuper ſe Regem Ierobeamum faciunt. v. 20. Rechabeamum IV. bellum molientem DEUS per Schematum Prophetam domum abire facit. à v. 21. At Ieroboamus V. impio conſilio in cultum divinum duos vitulos, altaria, Sacerdotes, feſtum novum in Bethel & Dan ergit, Iehovah & templo eius deſerto à v. 25.

a) 2. Par. 10, 1

VErum cum iret [a] Rechabeamus in Schechemum: quia in Schechemum venit univerſus Iſraël (*reliquus*) ad faciendum eum Regem:

2. Factum eſt; cum audiviſſet (*id*) Jerobeamus, filius Nebati: [Ille quidem adhuc fuerat in Ægypto, quo fugerat coram Schelomone Rege; manſeratque Jerobeamus in Ægypto;

3. Sed miſerant (*quidam*) & vocarant eum:] venerunt Jerobeamus, & univerſus cœtus Iſraëlis, locutique ſunt ad Rechabeamum, dicendo;

4. Pater tuus aggravavit jugum noſtrum: Tu ergo nunc diminue de labore patris tui duro, & de jugo ejus gravi, quod poſuit ſuper nos; ita ſerviemus tibi.

5. Dixit verò ad eos; abite adhuc tres dies, pòſt revertimini ad me: abiveruntque populus.

6. Conſilium itaque iniit Rex Rechabeamus cum Senioribus, qui fuerunt ſtantes coram Schelomone, patre ejus, quum vivus (*eſſet,*) dicendo: Quomodo vos conſulitis, ut reſpondeam populo huic verbum?

7. Qui locuti ſunt ad eum, dicendo; ſi hodiè eris ſervus populo huic, ut ſervias eis, & reſpondeas eis, loquariſque ad eos verba bona: erunt tibi ſervi omnibus diebus.

8. At deſeruit conſilium Seniorum, quod conſuluerunt illi: ac conſilium iniit cum junioribus, qui adoleverunt cum illo; (*&*) qui ſtantes (*erant*) coram illo.

9. Dixit enim ad hos; quid vos conſulitis? ut reſponſum demus populo huic; qui locuti ſunt ad me, dicendo; diminue de jugo, quod poſuit pater tuus ſuper nos.

10. Locuti verò ſunt ad eum juniores, qui adoleverant cum eo, dicendo; Sic dices populo huic, qui locutus eſt ad te, dicendo; Pater tuus aggravavit jugum noſtrum; tu ergo diminue à-ſuper nobis: ſic (*inquimus*) loqueris ad eos; [b] Minimus meus (*digitus*) craſſior (*erit*) præ lumbis patris mei.

b) Sir. 47, 28

11. Quare pater meus oneravit ſuper vos jugum grave (*quidem;*) at ego addam ſuper jugum veſtrum: pater meus caſtigavit vos ſcuticis; at ego caſtigabo vos ſcorpiis.

12. Quum ergò venit Jerobeamus & univerſus populus ad Rechabeamum in die tertio; ſicut locutus erat (*ad eos*) Rex, dicendo; redite ad me in die tertio.

13. Reſpondit Rex populo durum. Deſeruit nimirum conſilium Seniorum, quod conſuluerant ei:

14. Locutus autem eſt ad eos, juxta conſilium juniorum, dicendo; Pater meus aggravavit jugum veſtrum; at ego addam ſuper jugum veſtrum: pater meus caſtigavit vos ſcuticis; at ego caſtigabo vos ſcorpiis.

15. Non itaque obedivit Rex populo: quia fuit revolutio à-cum JEHOVAH; ut ſtabiliret verbum ſuum, quod locutus erat JEHOVAH [c] per manum Achijæ Schilonitæ, ad Jerobeamum, filium Nebati.

c) 1. Reg. 11, 31

16. Cum ergò videret univerſus Iſraël, quod non obediret ipſis Rex: reſponderunt populus Regi verbum, dicendo; Quid nobis partis in Davide? neque hereditas (*nobis*) in filio Iſchaji,; in tentoria tua (*abi*) Iſraël: at proſpice domui tuæ, David. Sic abivit Iſraël in tentoria ſua.

17. Quod tamen ad filios Iſraëlis, habitantes in urbibus Jehudæ: regnavit ſuper eos Rechabeamus.

18. Miſit quidem Rex Rechabeamus Adoramum, qui ſuper tributo: ſed lapidarunt omnis Iſraël eum lapidibus, ut moreretur. Ideò Rex Rechabeamus confortavit ſe ad aſcendendum in currum, ut fugeret Hieroſolymam.

19. Sic prævaricati ſunt Iſraël contra domum Davidis uſque ad diem hunc.

20. Contra factum eſt: cum audiviſſet (*jam*) univerſus Iſraël, quod reverſus eſſet Jerobeamus, miſerunt vocaveruntque eum ad congregationem, ac Regem

fecerunt eum ſuper univerſum Iſraëlem: non fuit poſt domum Davidis, niſi tribus Jehudæ ſola.

21. Poſtquam autem venit Rechabeamus Hieroſolymam, congregavit univerſam domum Jehudæ & tribum Binjaminis; centum & octoginta millia electorum facientium bellum, ad pugnandum cum domo Iſraëlis, ut reduceret regnum Rechabeamo, filio Schelomonis.

22. Sed factum eſt verbum DEI ad [d] Schemajam, virum DEI, dicendo;

d) 2. Paral. 11, 2.

23. Dic ad Rechabeamum, filium Schelomonis, Regem Jehudæ, & ad totam tribum Jehudæ, & Binjaminem, & reliquum populi, dicendo;

24. Sic dixit JEHOVAH; Non aſcendetis, neque pugnabitis cum fratribus veſtris, filiis Iſraëlis: revertimini vir in domum ſuam; quia à-mecum factum eſt verbum hoc. Obediverunt itaque verbo JEHOVÆ, & reverſi ſunt ad abeundum juxta verbum JEHOVÆ.

25. Poſteà ædificavit Jerobeamus Schechemum in monte Ephrajim; & habitavit in ea: exivitque inde, ac ædificavit Penuelem.

26. Deinde dixit Jerobeamus in corde ſuo; Utique redibit regnum ad domum Davidis.

27. Si aſcenderit (*enim*) populus hic ad faciendum ſacrificia in domo JEHOVÆ in Hieroſolyma: revertetur cor populi hujus ad Dominum eorum, ad Rechabeamum, Regem Jehudæ: occident, inquam, me, & redibunt ad Rechabeamum, Regem Jehudæ.

28. Quare conſilium iniit Rex, fecitque duos vitulos auri; ac dixit ad eos; nimium vobis (*erit*) aſcendere Hieroſolymam: en! [e] dii tui, Iſrael, qui aſcendere fecerunt te è terra Ægypti.

e) Exod. 32, 4.

29. Poſuit autem unum in Beth-Ele; & alterum poſuit in [f] Dane.

f) Iud. 18, 30.

30. Evaſit ergò verbum hoc in peccatum: iveruntnamque populus ante unum uſque Danem.

31. Inſuper fecit (*ibi*) domum excelſorum: cui [g] fecit Sacerdotes de infimis populi, qui non fuerunt de filiis Levi.

g) 2. Paral. 11, 15 13, 9.

32. Fecit etiam Jerobeamus feſtum in menſe octavo, in decimo quinto die menſis, juxta feſtum, quod in Jehudah (*erat,*) ac obtulit ſuper altari. Sic fecit (*etiam*) in Beth-Ele; ad ſacrificandum vitulis, quos fecit; conſtituitque in Beth-Ele Sacerdotes excelſorum, quos fecerat.

33. Quum verò offerret ſuper altari, quod fecerat in Beth-Ele, in decimo quinto die, in menſe octavo, in menſe, quem finxit ex corde ſuo; faceretque feſtum filiis Iſraëlis, aſcenderetque ſuper altare ad ſuffiendum:

CAP. XIII.

Sacrificante Ierobeamo in Bethel, vir DEI ex Iehuda prophetat contra altare eius, ſignoq; confirmat. à v. 1. II. Ieroboamus extenſa manu vult prehendi: ſed manus exareſcit; mox tamen oranti per preces Prophetæ ſanata. à v. 4. Invitatur III. à Ieroboamo ad ſumendum cibum, refè ob mandatum DEI renuit. à v. 7. Deceptus tamen IV. à prophetа ſene & reductus cibum ſumſit: quare ex ipſius ſenis prædictione in via à leone occiſus eſt. à v. 11. Sepultus V. à ſene in ſepulchro ipſius: in quo ipſe etiam ſepeliri à filiis voluit. à v. 27. Ieroboamus verò VI. non convertit ſe à via ſua mala. v. 33. 34.

ECce, vir DEI venit ex Jehudah cum verbo JEHOVÆ in Beth-Elem, dum Jerobeamus (*ſuit*) ſtans ſuper altari ad ſuffiendum;

2. Clamavitque contra altare per verbum JEHOVÆ, ac dixit; Altare, altare! ſic dixit JEHOVAH; Ecce, filius naſcetur domui Davidis, Joſchijahu (*erit*) nomen ejus; qui [a] ſacrificabit ſuper te Sacerdotes excelſorum, ſuffientes ſuper te; & oſſa hominis comburent ſuper te.

a) 2. Reg. 23, 17.

3. Dedit etiam in die hoc ſignum, dicendo; Hoc (*eſt*) ſignum, quod locutus ſit JEHOVAH; En! altare diffindetur, & effundetur cinis, qui ſuper eo.

4. Factum verò eſt: cum audivit Rex verbum viri DEI, quod clamavit contra altare in Beth-Ele: emiſit Jerobeamus manum ſuam à-ſuper altari, dicendo; prehendite eum: ſed exaruit manus ejus, quam emiſit contra eum, ut non potuerit reducere eam ad ſe.

5. At altare diffiſſum eſt, & effuſus cinis ex altari, juxta ſignum, quod dedit vir DEI per verbum JEHOVÆ.

6. Tum reſpondit Rex, ac dixit ad virum DEI; Depreceare, quæſo, facies JEHOVÆ, DEI tui, & ora pro me, ut revertatur manus mea ad me. Cumque deprecatus eſſet Vir DEI facies JEHOVÆ, reverſa eſt manus Regis ad ipſum, factaque eſt, ſicut prius.

7. Locutus itaque eſt Rex ad virum DEI; Ingredere mecum in domum, & fulci te (*cibo:*) inſuper dabo tibi donum.

8. Sed dixit vir DEI ad Regem; ſi dares mihi dimidiam domum tuam, non ingrederer tecum; nec comederem panem, neque biberem aquam in loco hoc.

9. Sic namque mihi præcepit (*DEUS*) per verbum JEHOVÆ, dicendo; non comedes panem, neque bibes aquam, neque redibis per viam, per quam iviſti.

10. Ita ivit per viam aliam, neque rediit per viam, per quam venerat ad Beth-Elem.

11. (*Erat*) autem Propheta aliquis ſenex habitans in Beth-Ele: cujus venit filius, recenſuitque ei omne factum, quod feciſſet vir DEI hoc die in Beth Ele, cum verbis, quæ locutus eſt ad Regem, quæ (*etiam*) narrarunt (*filij*) patri ſuo.

12. Dixit ergò ad eos pater eorum; qua viâ abivit? Cumque vidiſſent filii ejus viam, quâ abiverat vir DEI, qui venerat ex Jehudah:

13. Dixit ad filios ſuos; Inſternite mihi aſinum. Cumque inſtraviſſent ipſi aſinum, vectus eſt ſuper eo:

14. Ivitque poſt virum DEI, invenitque eum ſedentem ſub quercu, ac dixit ad eum; num tu es vir DEI, qui veniſti ex Jehudah? qui dixit; Ego (*ſum.*)

15. Dixit ergò ad eum; Ito mecum domum, & comedito panem.

16. Verum dixit; Non poſſum reverti tecum, & ingredi tecum: non enim comedam panem, neque bibam tecum aquam in loco hoc;

17. Quoniam (*factum*) verbum ad me per verbum JEHOVÆ; non comedes panem, neque bibes ibi aquam: non redibis ad eundum per viam, in qua abiviſti.

18. Tum dixit ei; Etiam ego (*ſum*) Propheta, ſicut tu: jam Angelus locutus eſt ad me per verbum JEHOVÆ, dicendo; Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem, & bibat aquas. Mentitus (*autem*) eſt illi.

19. Reverſus ergò eſt cum eo, & comedit panem in domo ejus, ac bibit aquas.

20. Sed factum eſt; cum illi (*eſſent*) ſedentes ad menſam, factum eſt verbum JEHOVÆ ad Prophetam, qui reduxit illum;

21. Ut clamaret ad virum DEI, qui venerat ex Jehudah, dicendo; Sic dixit JEHOVAH; propterea quod rebellis factus es ori JEHOVÆ, & non ſervaſti præceptum, quod præcepit tibi JEHOVAH, DEUS tuus;

22. Sed reverſus es, & comediſti panem, ac bibiſti vinum in loco (*hoc,*) de quo dixeram ad te; ne comedas panem, nec bibas aquas; non veniet cadaver tuum in ſepulchrum patrum tuorum.

23. Factum itaque eſt: poſtquam comedit panem, & poſtquam bibit, inſtravit (*ſenex*) illi aſinum, prophetæ (*nimirum,*) quem reduxerat:

24. Qui abivit: ſed invenit eum leo in via, & occidit eum; ita ut cadaver ejus projectum eſſet in via; aſinus autem ſtans juxta illud, ac leo ſtans juxta cadaver.

25. En verò, viri prætereuntes (*erant,*) & viderunt cadaver projectum in via; leonem autem ſtantem juxta cadaver: venerunt ergò, ac elocuti ſunt in urbe, in qua Propheta ſenex (*erat*) habitans.

26. Quod quum audivit propheta, qui reduxerat è via eum, dixit; Vir DEI ille (*eſt,*) qui rebellis fuit ori JEHOVÆ; ideò trádidit eum JEHOVAH leoni, qui confregit eum, & occidit eum, juxta verbum JEHOVÆ, quod locutus eſt contra eum.

27. Quare dixit ad filios ſuos, dicendo; Inſternite mihi aſinum: qui inſtraverunt.

28. Tum ivit & invenit cadaver ejus projectum in via; at aſinum & leonem ſtantes apud cadaver, non comederat leo cadaver, neque confregerat aſinum.

29. Suſtulit ergò Propheta cadaver viri DEI, repoſuitque eum ſuper aſinum, & reduxit eum: mox venit ad urbem propheta ſenex ad lugendum & ſepeliendum eum.

30. Repoſuit autem cadaver ejus in ſepulchro ſuo; luxeruntque ſuper eo; Heu, frater mi!

31. Factum porrò eſt: poſtquàm ſepelivit eum, dixit ad filios ſuos, dicendo; quum mortuus fuero, ſepelietis me in ſepulchro, in quo vir DEI ſepultus; juxta oſſa ejus reponetis oſſa mea.

32. Nam eveniendo eveniet verbum, quod clamavit per verbum JEHOVÆ ſuper altare, quod in Beth-Ele; & ſuper omnes domos excelſorum, quæ (*erunt*) in urbibus Samariæ.

33. Poſt verbum hoc, non (*tamen*) convertit ſe Jerobeamus à via ſua mala; ſed reverſus eſt, & fecit de imis populi Sacerdotes excelſorum; qui ambivit, ejus implevit manum, ut eſſent Sacerdotes excelſorum.

34. Factum itaque eſt in verbo hoc (*quod eſſet*) in peccatum domus Jerobeami; & ad excindendum & perdendum à ſuper faciebus terræ.

CAP. XIV.

Jerobeamus I. ægrotante filio, mittit uxorem ad Achijam Prophetam. à v. 1. Qui ei II. alienam ſe gerenti, ſed à DEO revelata prædicit (1.) domus mala & interitum. à v. 5. (2.) pueri mortem & honeſtam ſepulturam. à v. 12. (3.) Iſraëlis plagas & expulſionem. à v. 15. Puer III. moritur ſepeliturque, & poſt eum Jerobeamus. à v. 17. Rechabeamus IV. & Iehudah faciunt mala multa in oculis DEI. à v. 21. Ideò V. traduntur in manum Schiſchaki, Regis Ægypti, qui theſauros domus DEI & Regis, Hieroſolymam, expilat. à v. 25. Tandem VI. Rechabeamus moritur & ſepelitur, ſuccedente Abijam filio. à v. 29.

IN tempore iſto ægrotavit Abijah, filius Jerobeami.

2. Unde dixit Jerobeamus uxori ſuæ; ſurge, quæſo, & aliam finge te, ut non agnoſcant, quòd tu (*ſis*) uxor Jerobeami; ac ito Schiluntem. En! ibi (*eſt*) Achijah propheta: ille [a] locutus eſt ſuper me, fore Regem ſuper populum hunc.

3. Sumes autem in manum tuam decem panes, & buccellaria, & lagenam mellis, venieſque ad illum: ille indicabit tibi, quid futurum ſit puero.

4. Fecit ergò ſic uxor Jerobeami. Surrexit enim abivitque Schiluntem, ac venit in domum Achijæ: Achijah autem non poterat videre: eò quòd conſtitiſſent oculi ejus præ ſenio ejus.

5. Verum JEHOVAH dixit ad Achijam; En! uxor Jerobeami (*eſt*) veniens, ad quærendum verbum à-cum te de filio ſuo; quoniam (*eſt*) ægrotans ille: juxta hoc & juxta hoc loqueris ad eam: fiet autem, cum venerit, illa alienam ſe geret.

6. Factum itaque eſt; quando audivit Achijah vocem pedum ejus, intrantis per januam, dixit; Intra, uxor Jerobeami: quare tu alienam te geris; atqui ego (*ſum*) miſſus ad te cum duro.

7. Abi, dic [b] Jerobeamo; ſic dixit JEHOVAH DEUS Iſraëlis, propterea quòd exaltavi te è medio populi, poſuique te Ducem ſuper populum meum Iſraëlem; b) *1 Reg. 11, 29.*

8. Abſcidique regnum à domo Davidis, dedique illud tibi; non verò fuiſti, ſicut ſervus meus David, qui ſervavit præcepta mea, & qui ambulavit poſt me in toto corde ſuo, ad faciendum tantum rectum in oculis meis:

9. Sed malum feciſti faciendo, præ omnibus, qui fuerunt ante te, adeò ut abiveris, & feceris tibi deos alios, & fuſiles, ut ad iram provoces Me; at Me abjeciſti poſt tergum tuum:

10. Ideò, ecce, Ego (*ſum*) [c] adducens malum ſuper domum Jerobeami, & excidam Jerobeamo mingentem in parietem, clauſum (*aquè*) ac derelictum in Iſraële; & everram poſt domum Jerobeami, ſicut (*quis*) everrit ſtercus, uſque dum extinxerit illud. c) *1. Reg. 15, 29.*

11. Quiſquis morietur Jerobeamo in urbe, (*eum*) comedent canes: quiſquis autem morietur in agro, (*eum*) comedent aves cœli: quia JEHOVAH locutus eſt.

12. Tu verò ſurge, abi in domum tuam;

a) *1. Reg. 11, 30, 31.*

tuam; quum intrabunt pedes tui in urbem, morietur puer.

13. Lugebunt autem eum totus Iſraël, & ſepelient eum; quia hic ſolus veniet Jerobeamo in ſepulchrum; propterea quod inventum eſt in eo verbum bonum erga JEHOVAM, DEUM Iſraëlis, in domo Jerobeami.

14. Verum excitabit JEHOVAH ſibi Regem ſuper Iſraëlem, qui excindet domum Jerobeami die iſtoc: & quid? *(ſi)* etiam nunc:

15. Percutiet inſuper JEHOVAH Iſraëlem, ſicut nutat arundo in aquis, d)2.Reg. 17,23 [d] avelletque Iſraëlem à ſuper terra bona hac, quam dedit patribus eorum, diſpergetque eos uſque trans Euphratem; propterea quod fecerunt lucos ſuos, ad iram provocantes JEHOVAM:

16. Ideò tradet Iſraëlem propter peccata Jerobeami, quæ peccavit, & quæ peccare fecit Iſraëlem.

17. Surrexit itaque uxor Jerobeami, abivitque, & venit in Thirzam: illa intrabat trans limen domus, cùm puer mortuus.

18. Sepeliverunt autem eum, & luctum fecerunt ei totus Iſraël; juxta verbum JEHOVÆ, quod locutus eſt per manum ſervi ſui, Achijæ Prophetæ.

19. Reliquum verò verborum Jerobeami, quibus bellavit, & quibus regnavit, e)2.Par. ral. 10, 45, ecce [e] ſcripta *(ſunt)* ſuper libro verborum dierum, *(qui)* Regibus Iſraëlis.

20. At dies, quibus regnavit Jerobeamus, *(ſunt)* viginti & duo anni. Tum occubuit cum patribus ſuis: regnavit autem Nadabus, filius ejus, loco ejus.

21. Interea Rechabeamus, filius Schelomonis, regnavit in Jehudah: filius f)2.Par. 12,13. [f] quadraginta & unius anni *(fuit)* Rechabeam, quum Rex factus eſt; & ſeptendecim annos regnavit in Hieroſolyma, urbe, quam elegit JEHOVAH, ut poneret Nomen ſuum ibi, ex omnibus tribubus Iſraëlis: matris verò ejus nomen, Naamah, Ammonitis.

22. Fecit autem Jehudah malum in oculis JEHOVÆ; provocaruntque Eum ad Zelum, præ omnibus, quæ fecerant patres eorum, per peccata ſua, quæ peccarunt,

23. Ædificarunt enim etiam hi ſibi excelſa, & ſtatuas, & lucos, ſuper omni colle alto, & ſub omni arbore viridi.

24. Quin etiam cinædi fuerunt in terra: *(adeò)* fecerunt juxta omnes abominationes gentium, quas expulerat JEHOVAH coram filiis Iſraëlis.

25. Unde factum eſt in anno quinto *(qui)* Regi Rechabeamo: aſcendit Schiſchakus, Rex Ægypti, contra Hieroſolymam.

26. Qui ſumſit theſauros domus JEHOVÆ, & theſauros domus Regis; quin omnia *(reliqua)* ſumſit. Sumſit etiam ſcuta omnia auri, quæ fecerat [g] Schelomoh: g)1.Regum 10 16.

27. Pro quibus fecit Rex Rechabeamus ſcuta æris, depoſuitque ſub manum principum ſatellitum, excubantium ad oſtium domus Regis.

28. Factumque eſt, ex quo ivit Rex in domum JEHOVÆ, portarunt ea ſatellites, reportaruntque eadem ad procætonem ſatellitum.

29. Reliquum verò verborum Rechabeami, & omne quod fecit, *(quod attinet:)* nonne hæc [h] ſcripta *(ſunt)* ſuper libro h)2.Par. ral.12,15 verborum dierum, *(qui)* Regibus Jehudæ?

30. Bellum autem fuit inter Rechabeamum & inter Jerobeamum omnibus diebus.

31. Ita occubuit Rechabeamus cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt cum patribus ſuis, in urbe Davidis; nomenque matris ejus Naamah, Ammonitis: regnavit autem Abijam, filius ejus, loco ejus.

CAP. XV.

Abijam, I. Rex Iehudæ, in peccatis patris, non bonis ambulans, ſed propter Davidem ſervatus, poſt trei annos moritur, à v. 1. Ei ſuccedit II. filius pius, Aſa, egregius cultus divini reformator. à v. 10. Qui III. bello a Baeſcha petitus, conducto Benhadade Syro, cum à ſe averſi, & Ramam eius dijicit, à v. 16. Poſtea IV. mortuus, ſuccedente filio Iehoſchaphato. v. 23. 24. Interea V. regnavit in Iſraele Nadabus, filius Ierobeami; qui per conjurationem a Baeſcha occiſus, & tota domus Ierobeammi

mi extincta à v. 26. Succeſſit ei VI. Baëſcha non minus impius; cui perpetuum cum Aſa bellum. à v. 32.

a)2.Par. 13,1. IN anno ergò octavo decimo, *(qui)* Regi Jerobeamo, filio Nebati, Rex factus eſt [a] Abijam ſuper Jehudam.

2. Tribus annis regnavit in Hieroſolyma; nomenque matris ejus, Maachah, filia Abiſchalomi.

3. Ambulavit verò in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecit ante ipſum: nec fuit cor ejus perfectum cum JEHOVAH, DEO ejus, ſicut cor Davidis, patris ejus.

4. Sed propter Davidem dedit JEHOVAH DEus ejus, illi lucernam in Hieroſolyma, ut excitaret filium illius poſt illum, atque ſtare faceret Hieroſolymam:

5. Eò quod feciſſet David bonum in oculis JEHOVÆ, nec receſſiſſet ab omni, quod præceperat illi, omnibus diebus vitæ ſuæ; b)2.Sam. 11,17. 12,9. niſi in [b] negotio Uriæ Chittæi.

6. Bellum autem fuit inter Rechabeamum & inter Jerobeamum omnibus diebus vitæ illius.

7. Sed reliquum verborum Abijami, & omne, quod fecit; nonne hæc *(ſunt)* ſcripta ſuper [c] libro verborum dierum, *(qui)* c)2.Par. 13,22. Regibus Jehudæ? itidemque bellum fuit inter Abijamum & inter Jerobeamum.

8. Occubuit *(tandem)* Abijamus cum patribus ſuis, ſepeliveruntque eum in urbe d)2 Pa- ral.14,1. Davidis: ac regnavit [d] Aſa, filius ejus loco ejus.

9. In anno ergò vigeſimo, *(qui)* Jerobeamo, Regi Iſraëlis, Rex factus eſt Aſa ſuper Jehudam:

10. Et quadraginta ac uno anno regnavit in Hieroſolyma; nomenque [e] matris ejus *(fuit)* Maachah, filia Abiſchalomi.

11. Fecit autem Aſa rectum in oculis JEHOVÆ, ſicut David, pater ipſius.

12. Expulit eam cinædos è terra, removitque idola, quæ fecerant patres ipſius:

13. Quin etiam Maacham, matrem ſuam (*coërcuit*;) removitque eam, ne eſſet Domina, quod feciſſet Miplezerli luco; ac excidit Aſa Miplezeth ejus, & combuſſit in fluvio Kidronis.

14. Sed excelſa non remota ſunt: quanquam cor Aſæ fuit perfectum cum JEHOVAH omnibus diebus ejus.

15. Introduxit etiam ſanctificata patris ſui, & ſanctificata domus JEHOVÆ; argentum, & aurum, & vaſa.

16. Bellum autem fuit inter Aſam & inter Baëſcham, Regem Iſraëlis omnibus diebus eorum.

17. Cumque aſcenderet [f] Baëſcha, f)2.Par. Rex Iſraëlis contra Jehudam, ædificaretque Ramam, ut non concederet exeuntem aut intrantem Aſæ, Regi Jehudæ: 16,1.

18. Sumſit Aſa omne argentum & aurum, relicta in theſauris domus JEHOVÆ, & theſauros domus Regis, tradiditque eos in manum ſervorum ſuorum: ac miſit ea Rex Aſa ad Ben-hadadum, filium Tabrimonis, filii Chesjonis, Regem Syriæ, habitantem in Damaſco, dicendo;

19. Fœdus inter me & inter te, inter patrem meum, & inter patrem tuum. Ecce, miſi tibi munus, aurum & argentum: age, irritum fac fœdus tuum cum Baëſcha, Rege Iſraëlis, ut aſcendat à ſuper me.

20. Obedivit ergò Ben hadadus Regi Aſæ, miſitque principes exercituum, qui (*erant*) illi, contra urbes Iſraëlis, percuſſitque Ijonem, & Danem, & Abel-Beth-Maacham, & omnes Cinneroth, præter omnem terram Naphthali:

21. Unde factum eſt; quum audiret Bäeſcha, abſtinuit ab ædificando Ramam, habitavitque in Thirz

22. At Rex Aſa audire fecit univerſum Jehudam (*ut*) nullus innocens (*eſſet:*) abſtuleruntque lapides Ramæ, & ligna ejus, quæ ædificavit Baëſcha; quibus Rex Aſa ædificavit Gibeam Binjaminis, & Mizpam.

23. Reliquum autem omnium verborum Aſæ, & omnem potentiam ejus, & omne, quod fecit, & urbes, quas ædificavit, *(quod attinet:)* [g] nonne hæc ſcripta g)2.Par. *(ſunt)* ſuper libro verborum dierum, *(qui)* ral.14,18 Regibus Jehudæ? veruntamen circa tempus Senii ejus ægrotavit (*quoad*) pedes ſuos.

24. Tandem occubuit [h] Aſa cum patribus h)2.Par. ral.16,19

tribus ſuis, & ſepultus eſt cum patribus ſuis, in urbe Davidis patris ſui: regnavit autem Jehoſchaphatus, filius ejus, loco ejus.

25. Interea Nadabus, filius Jerobeami regnavit ſuper Iſraëlem in anno ſecundo, (*qui agebatur*) Aſæ, Regi Jehudæ: regnavitque ſuper Iſraëlem biennium.

26. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: ivit enim in via patris ſui, & in peccato ejus, quod peccare fecit Iſraëlem.

27. Sed conjuravit contra eum Baëſcha, filius Achijæ, (*qui*) domui Iſſachar is; percuſſitque eum Baëſcha in Gibbethone, quæ Philiſthæis: cum Nadabus & univerſus Iſrael obſidentes (*eſſent*) Gibbethonem.

28. Tum occidit eum Baëſcha, in anno tertio, (*qui*) Aſæ, Regi Jehudæ: regnavitque loco ejus.

29. Factum autem eſt: cum regnavit ille, percuſſit univerſam domum Jerobeami: non ſuperſtitem fecit ullam animam Jerobeamo, donec diſperdidit eum; juxta
i) 1.Reg. 14,10. [i] verbum JEHOVÆ, quod locutus eſt per manum ſervi ſui Achijæ Schilonitæ:

30. Propter peccata Jerobeami, quæ peccavit, & quæ peccare fecit Iſraelem; (*&*) ob provocationem ejus, qua provocavit ad iram JEHOVAM, DEUM Iſraelis.

31. Quoad reliquum verò verborum Nadabi, & omne, quod fecit: nonne hæc ſcripta (*ſunt*) ſuper libro verborum dierum (*qui eſt*) Regibus Iſraelis?

32. Bellum verò fuit inter Aſam, & inter Baeſcham, Regem Iſraelis, omnibus diebus eorum.

33. In anno tertio, (*qui*) Aſæ, Regi Jehudæ, regnavit Baeſcha, filius Achijæ, ſuper univerſum Iſraelem in Thirzah, viginti & quatuor annos:

34. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: ivit namque in via Jerobeami, & in peccato ejus, quod peccare fecit Iſraelem.

CAP. XVI.

Factum. I. eſt verbum Iehovæ à propheta Iehu contra Baëſcham & domum eius à v. 1. II. Baëſcha moritur, & Ela filius ſuccedit. à v. 6. Qui III. à Simrio occiditur, & tota domus patris eius excinditur. à v. 8. Mox IV. contra Simrium aſcendit Omrius: a quo Simrius obſeſſus cum palatio ſe ipſum combuſſit. à v. 9. Omrius verò V. ſublato etiam æmulo Thibnio, ſolus regnat. v. 21. 22. Qui VI. omnibus peior, poſt ſexennium in Thirzah ſedem regni condidit Schomeronem. à v. 23. Et ſucceſſit VII. filius Achabus, peſſimo patre peior, cultor Baalis & Iuci. VIII. Hiel Bethelita, cum jactura filiorum Ierichuntem reædificat. v. ult.

IDeò factum eſt verbum JEHOVÆ ad Jehu, filium Chanani, contra Baëſcham, dicendo;

2. Propterea quod exaltavi te è pulvere, & poſui te Ducem ſuper populum meum Iſraelem; ambulaſti verò in viâ Jerobeami, & peccare feciſti populum meum, Iſraelem, ut provocarent me ad iram per peccata ſua:

3. Ecce, ego (*ero*) everrens poſt Baeſcham, & poſt domum ejus; daboque domum tuam, ſicut [a] domum Jerobeami, a) 1.Reg. 15,29. filii Nebati.

4. Mortuum Baeſchæ in urbe comedent canes: mortuum autem illi in agro comedent aves cœli.

5. Quoad reliquum autem verborum Baeſchæ, & quod fecit, & potentiam ejus; nonne hæc ſcripta (*ſunt*) [b] ſuper libro verborum dierum, qui Regibus Iſraelis? b) 1.Reg. 15,31.

6. Occubuit ergò (*quidem*) Baeſcha cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Thirzah; ac regnavit Ela, filius ejus, loco ejus.

7. Sed tamen etiam, per manum Jehu, filii Chanani, prophetæ, verbum JEHOVÆ factum eſt contra Baeſcham, & contra domum ejus, & contra omne malum, quod fecit in oculis JEHOVÆ, ad provocandum Hunc ad iram per opus manuum ſuarum, ut fieret ſicut domus Jerobeami; & contra (*hoc,*) quod percuſſit iſtum.

8. In anno vigeſimo & ſexto, anno (*qui*) Aſæ, Regi Jehudæ, regnavit Ela, filius Baeſchæ, ſuper Iſraelem, in Thirzah, biennium.

9. Sed conjuravit contra eum ſervus ejus, Simri, Princeps dimidiæ partis currum: cum ille in Thirzah bibens (*eſſet,*)

ebrius in domo Arzæ, qui ſuper domum in Thirzah

c) 1.Reg. 9,31. 10. Venit ergò [c] Simri, & percuſſit eum, ac occidit eum, in anno vigeſimo & ſeptimo, (*qui*) Aſæ, Regi Jehudæ; regnavitque loco ejus.

11. Factum verò, cum regnavit: Ubi ſedit ſuper throno ſuo, percuſſit totam domum Baeſchæ: non ſuperſtitem fecit illi mingentem in parietem; propinquos etiam ejus, & amicos ejus.

d) 1.Reg. 16,1. 12. Ita perdidit Simri totam domum Baeſchæ; [d] juxta verbum JEHOVÆ, quod locutus eſt contra Baeſcham, per manum Iehu prophetæ:

13. Propter omnia peccata Baeſchæ, & peccata Elæ, filii ejus; quæ peccaverunt, & quæ peccare fecerunt Iſraëlem, ad provocandum ad iram JEHOVAM, DEUM Iſraëlis per vanitates ſuas.

14. Quoad reliquum verò verborum Elæ, & omne, quod fecit: nonne hæc ſcripta (*ſunt*) ſuper libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Iſraelis?

15. In anno vigeſimo & ſeptimo, anno, (*qui*) Aſæ, Regi Jehudæ, regnavit Simri ſeptem dies, in Thirzah. Populus autem caſtra habebant contra Gibbethonem, quæ Philiſthæis.

16. Cum ergò audirent populus, caſtra habentes, dicendo; conjuravit Simri, etiamque percuſſit Regem. Regem fecerunt totus Iſraël Omrium, principem exercitus, ſuper Iſraëlem, in die illo, in caſtris.

17. Aſcendit ergò Omrius, & totus Iſraël cum eo à Gibbethone, & obſederunt Thirzam.

18. Unde factum eſt: cum videret Simrius, quod capta eſſet urbs: ingreſſus eſt in palatium domus Regis, & combuſſit ſuper ſe domum Regis igne, ac mortuus eſt:

19. Propter peccata ipſius, quæ peccavit faciendo malum in oculis JEHOVÆ, dum ivit in via Jerobeami, & in peccato ejus, quod fecit, ut peccare faceret Iſraelem.

20. Quoad verò reliquum verborum Simrii, & conjurationem ejus, qua conjuravit: nonne hæc ſcripta (*ſunt*) ſuper libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Iſraëlis?

21. Tunc diviſus eſt (*quidem*) populus Iſraël in binas partes: pars populi fuit poſt Thibnium, filium Ginathi, ad conſtituendum eum Regem; pars verò poſt Omrium.

22. Sed prævaluit populus, qui poſt Omrium, populo, qui poſt Thibnium, filium Ginathi: mortuus itaque eſt Thibnius; at Omrius regnavit.

23. In anno trigeſimo primoque, anno, (*qui*) Aſæ, Regi Jehudæ, regnavit Omrius ſuper Iſraëlem duodecim annis: in Thirzah regnavit ſex annis.

24. Deinde emit montem Schomronem à cum Schemero, duobus talentis argenti; ædificavitque montem, ac vocavit nomen urbis, quam ædificavit, de nomine Schemeri, Domini montis, Schomeronem.

25. Fecit autem Omrius malum in oculis JEHOVÆ: dum malum fecit præ omnibus, qui ante eum (*fuerunt.*)

26. Ambulavit enim in via Jerobeami, filii Nebati, & in peccatis ejus, quæ peccare fecit Iſraëlem, ad provocandum ad iram JEHOVAM DEUM Iſraëlis, per vanitates eorum.

27. Quoad verò reliquum verborum, quod fecit, Omrii, & potentiam ejus, quam acquiſivit: nonne hæc ſcripta (*ſunt*) ſuper libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Iſraelis?

28. Occubuit itaque Omrius cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt in Samaria: ac regnavit Achabus, filius ejus, loco ejus.

29. Cæterum Achabus, filius Omrii, Rex factus eſt ſuper Iſraëlem, in anno trigeſimo & octavo, anno, (*qui*) Aſæ, Regi Jehudæ: regnavit autem Achabus, filius Omrii, ſuper Iſraëlem in Samaria viginti & duobus annis.

30. Fecit porrò Achabus, filius Omrii, malum in oculis JEHOVÆ, præ omnibus, qui antè eum.

31. Factum enim eſt, [num leve fuit ire eum in peccatis Jerobeami; filii Nebati?] ut acciperet uxorem Iſebelem, filiam Ethbaalis, Regis Zidoniorum; abiretque, ac ſerviret Baali, ut incurvaret ſe illi.

32. Unde

32. Unde erexit altare Baali; in domo Baalis, quam ædificavit in Samaria.

33. Fecit etiam Achabus lucum: quin addidit Achabus facere, ad provocandum ad iram JEHOVAM, DEUM Jisraëlis, præ omnibus Regibus Jisraëlis, qui fuerunt ante ipsum.

34. In diebus ejus ædificavit Chielus, Bethelita, Jerichuntem; jactura Abirami, primogeniti sui, fundavit eam; & jactura Segubi, minimi (*natu*) sui, statuit valvas ejus; [e] juxta verbum JEHOVÆ, quod locutus est per manum Jehoschuæ, filii Nun.

e) *Ios. 6, 26.*

CAP. XVII.

Elias Thisbita I. prædixit Isräeli triennalem famem. v. 1. Idem II. à Iehovah jubetur abire ad fluvium Kerith: ubi à corvis pane & carne alitur. à v. 2. Fluvio autem III. exiccato mittitur in Zorpam, ad viduam fœmineam; à qua sustentandus. à v. 7. Cujus IV. cado farinæ & lenticula olei, propè exhaustis, ita Propheta benedicit, ut nunquam defecerint. à v. 10. Cujus etiam V. filium mortuum precibus suis ad vitam revocavit. à v. 17.

DIxit verò Elias Thisbita, de habitatoribus Gileadis, ad Achabum: Per vivum JEHOVAM, DEUM Jisraelis, coram quo sto; si fuerit [a] annis his ros aut pluvia, nisi juxta os verbi mei.

a) *Sup. 18, 1. Iac. 5, 17.*

2. Factum prætereà est verbum JEHOVÆ ad illum, dicendo;

3. Abi hinc, & respice tibi versus orientem, & absconde te ad fluvium Kerith, qui (*est*) ante faciem Jordanis.

4. Fiet autem; de fluvio bibes; at corvis præcepi, ut sustentent te ibi.

5. Abivit itaque, & fecit juxta verbum JEHOVÆ: abivit namque sedituque ad fluvium Kerith, qui (*est*) ante faciem Jordanis:

6. At corvi attulerunt illi panem & carnem sub auroram, ac panem & carnem sub vesperam; deque fluvio bibebat.

7. Cumque fieret à fine dierum, ut exareſceret fluvius; eò quod non fieret pluvia in terrâ:

8. Factum est verbum JEHOVÆ ad illum, dicendo;

9. Surge, abi in Zorpam, quæ (*est*) Zidoni, & mane ibi: Ecce, præcepi ibi fœminæ viduæ, ut sustentet te.

10. Surrexit ergò, & abivit in Zorpam. Cumque venit ad ostium urbis; ecce, ibi [b] fœmina vidua, colligens ligna. clamavit itaque ad eam, ac dixit; sume, quæso, mihi parum aquæ in vase, ut bibam.

b) *Luc. 4, 25.*

11. Ubi verò abivit ad sumendum, clamavit ad illam, dixitque; Sume, quæso, mihi (*etiam*) fruſtum panis in manum tuam.

12. Tum (*illa*) dixit; Per vivum JEHOVAM, DEUM tuum, si sit mihi placenta: nisi (*quòd est*) plenitudo volæ farinæ in cado, & parum olei in lenticula: hinc, ecce, ego colligens (*sum*) duo ligna, ut veniam, faciamque illam mihi & filio meo; edamusque illud, & moriamur.

13. Verum dixit ad eam Elias; ne timeas tibi: abi, fac juxta verbum tuum; veruntamen fac mihi inde placentam parvam priore loco, & educ mihi; at tibi & filio tuo fac posteriore loco:

14. Quia sic dixit JEHOVAH, DEUS Jisraelis; Cadus farinæ non consumetur, & lenticula olei non deficiet, usque ad diem, quo dabit JEHOVAH pluviam super faciem terræ.

15. Abivit ergò, [c] & fecit juxta verbum Eliæ; comeditque illa, & ipse, & domus illius per dies (*annos*)

c) *Matt. 10, 40.*

16. Cadus farinæ non consumtus est, & lenticula olei non defecit; juxta verbum JEHOVÆ, quod locutus est per manum Eliæ.

17. Verùm factum est post verba hæc: ægrotavit filius fœminæ matrisfamilias, factusque est morbus ejus vehemens valdè, donec non relicta est in eo anima.

18. Unde (*illa*) dixit ad Eliam; Quid mihi & tibi vir DEI? venisti ad me, ut in memoriam revocares iniquitatem meam, & occideres filium meum.

19. (*Ille*) verò dixit ad eam; Da mihi filium tuum. Accepit ergò eum è gremio ejus, & ascendere fecit eum in conclave, superius, ubi ille manebat; ac cubare fecit eum super lecto suo.

20. Deinde clamavit ad JEHOVAM, dixitque; JEHOVAH, DEus mi, num etiam super viduam, cum qua ego peregrinor, malum misisti, ut interficeres filium ejus.

21. Mox mensus est seipsum super puero tribus vicibus, clamavitque ad JEHOVAM, ac dixit; JEHOVAH, DEus mi, revertatur, quæso, anima pueri hujus in medium ejus.

22. Audivit autem JEHOVAH vocem Eliæ, revertique fecit animam pueri in medium ejus, ita ut revixerit.

23. Sumsit ergò Elias puerum, & dedexit eum ex conclavi superiori in domum, deditque eum matri ipsius: ac dixit Elias; vide, vivus (*est*) filius tuus.

24. Illa autem dixit ad Eliam; Jam nunc novi, quod vir DEI tu (*sis*;) & verbum JEHOVÆ in ore tuo veritas.

CAP. XIIX.

Anno fame tertio. 1. Elias jubetur à Iehovah se Achabo ostendere. v. 1. 2. Qui II. Obadiam, virum pium & Prophetarum alterum, ad Achabum è viâ mittit, deprecantemq; juramento confirmat. à v. 3. Achabus III. ad Eliam veniens Eliam turbati Isräelis accusat: qui hujus criminis Achabum retorquendo convincit. à v. 16. Contrà IV. Elias petit, congregari ad se totum Isräelem cum Prophetis Baalis & luci. v. 19. 20. Congregatis V. certamen pro verò DEO offert & obtinet. à v. 21. In quo verò VI. Propheta Baalis fruſtrà sacrificant, & clamant ad non respondentem: at Eliæ sacrificium cum aquis superfusis igne cœlesti consumitur. à v. 25. Unde VII. victoria Iehovæ à populo acclamatur; & Elias prophetas Baalis occidit. v. 39. 40. Tandem IIX. Elias Achabo pluviam promittit, & exorat. à v. 41.

FActum est autem (*post*) dies multos, ut verbum JEHOVÆ fieret ad Eliam in anno tertio, dicendo; Abi, ostende te Achabo, ut dem pluviam super facies terræ.

2. Abivit itaque Elias, ut ostenderet se Achabo: fames autem (*erat*) vehemens in Samaria.

3. Clamavit autem Achabus ad Obadjam, qui super domum (*Regis*) Obadjah verò (*hic*) erat timens JEHOVAM valdè.

4. Unde factum, quum excinderet Isebel prophetas JEHOVÆ, ut sumserit Obadjah centum prophetas, & absconderit eos, quinquagenos viros in spelunca, sustentaveritque eos pane & aquâ.

5. Dixerat autem Achabus ad Obadjam; abi per terram ad omnes fontes aquarum, & ad omnes fluvios; fortè inveniatur gramen, ut vivos servemus equos & mulos, ne perdamus de bestia.

6. Diviserunt verò sibi terram, ad transeundum per eam: Achabus abivit in via una solus; at Obadjah ivit in via altera solus.

7. Cum ergò Obadjah esset in via: ecce, Elias obviam illi. Agnovit autem eum, ceciditque super facies suas, ac dixit; num tu (*es*) Dominus meus Elias?

8. Dixit ergò ad eum; Ego (*sum.*) abi, dic Domino tuo; Ecce, Elias.

9. Qui dixit; Quid peccavi, quod tu (*es*) trädens servum tuum in manum Achabi, ut occidat me?

10. Per vivum JEHOVAM, DEUM tuum! si sit gens aut regnum, quo non miserit Dominus meus ad quærendum te; sed dixerunt; non (*hîc est.*) quin adjuravit regnum & gentem, quod non invenisset te.

11. Jam ergò tu (*es*) dicens; Abi, dic Domino tuo; Ecce, Elias.

12. Atqui fiet: (*si*) ego abivero à tecum, spiritus JEHOVÆ auferet te ad (*locum,*) quem non noverim. Quòd si venero ad indicandum Achabo, nec invenerit te, occidet me: jam servus tuus (*est*) timens JEHOVAM a pueritia mea.

13. Annon nuntiatum est Domino meo id, quod feci, quum occideret Isebel prophetas JEHOVÆ? absondidi enim de prophetis JEHOVÆ centum viros, quinquagenos viros in spelunca: sustentavique eos pane & aqua.

14. Jam verò tu (*es*) dicens; Abi, dic Domino tuo, Ecce, Elias: ut occidat me.

15. Verum dixit Elias; Per vivum JEHOVAM Zebaoth, coram quo sto; quòd hodiè ostensurus me sim illi.

16. Quare abivit Obadjah obviam Achabo, & indicavit illi. Unde ivit Achabus obviam Eliæ,

17. Factum verò eſt; cum videret Achabus Eliam; dixit Achabus ad eum; num tu (*es,*) qui turbas Iſraelem?

18. Sed dixit; Non turbavi Iſraelem; ſed tu & domus patris tui; per hoc, quod deſeruiſtis præcepta Jehovæ, & abiiſti poſt Baales.

19. Jam ergò mitte, congrega ad me univerſum Iſraelem ad montem Carmelis; itemque prophetas Baalis quadringentos ac quinquaginta, & propheras luci quadringentos, comedentes de menſa Iſebelis.

20. Miſit itaque Achabus ad omnes filios Iſraëlis: congregavitque prophetas ad montem Carmelis.

21. Tunc acceſſit Elias ad univerſum populum, dixitque; Quouſque vos (*eſtis*) claudicantes ſuper duabus opinionibus? ſi Jehovah (*eſt*) Deus; ite poſt eum: quod ſi Baal; ite poſt hunc. Sed non reſponderunt populus illi verbum.

22. Quare dixit Elias ad populum; Ego relictus ſum propheta, (*qui*) Jehovæ, ſolus: at prophetæ Baalis (*ſunt*) quadringenti & quinquaginta viri.

23. Dent ergò nobis duos juvencos, eligantque ſibi juvencum unum, & in fruſta ſecent illum, ac ponant ſuper ligna; at ignem non apponant: ego verò faciam juvencum alterum, ponamque ſuper ligna, nec ignem apponam.

24. Deinde invocabitis nomen dei veſtri: ego verò invocabo Nomen Jehovæ. Eſto ergò: Deus, qui reſpondebit per ignem, ille (*ſit*) Deus. Cui reſponderunt univerſus populus, dixeruntque; Bonum (*eſt*) hoc verbum.

25. Tum dixit Elias prophetis Baalis; eligite vobis juvencum unum, & facite primò: quoniam vos (*eſtis*) plures: & invocate nomen dei veſtri; ignem modo non apponite.

26. Acceperunt itaque juvencum, quem permiſit iis, feceruntque, ac invocarunt nomen Baalis ab aurora uſque ad meridiem, dicendo; Baal reſponde nobis: ſed non (*erat*) vox, nec reſpondens: licet conciderint ſe juxta altare, quod fecit.

27. Factum itaque eſt circa meridiem, ut irrideret eos Elias, diceretque; clamate voce magnâ; nam deus ille (*eſt,*) ſed meditatio (*eſt;*) vel inſectatio illi; vel iter illi; forte (*etiam*) dormiens (*eſt*) ille; ut evigilet.

28. Unde clamaverunt voce magna, & inciderunt ſe juxta morem ſuum, cultris & lanceis, uſque dum effunderent ſanguinem ſuper ſe.

29. Quin factum eſt: quum præteriiſſet meridies, propheraunt, uſque dum aſcendit Minchah: neque (*tamen*) vox, neque reſpondens, neque attentio.

30. Tum dixit Elias univerſo populo; accedite ad me: acceſſit verò univerſus populus ad illum. Reparavit ergò altare Jehovæ, quod everſum erat.

31. Sumſit nimirum Elias duodecim lapides juxta numerum tribuum filiorum Jacobi, ad quem factum eſt verbum Jehovæ, dicendo; [a] Iſraël erit nomen tuum: a) *Gen. 32,28. 35,10.*

32. Ac ſtruxit lapides (*in*) altare pro Nomine Jehovæ: fecit etiam aquæductum, ad ſpatium duarum ſearum ſeminis, circa altare. *2. Reg. 17,34.*

33. Deinde diſpoſuit ligna, & in fruſta ſecuit juvencum, poſuitque ſuper ligna.

34. Poſt dixit; haurite quatuor cados aquæ, & effundite ſuper holocauſtum, & ſuper ligna: mox dixit; iterate, iteraruntque. porrò dixit; Tertium facite: & fecerunt tertium.

35. Ita ut iverint aquæ circa altare: ſed & aquæductum implevit aquis.

36. Denique factum eſt, cùm aſcenderet Minchah: acceſſit Elias propheta, ac dixit; Jehovah, Deus Abrahami, Jizchaki & Iſraëlis, hodiè notum fiat, quòd Tu (*ſis*) Deus in Iſraële; ego verò (*ſim*) ſervus Tuus, & in verbo Tuo faciam omnia verba hæc.

37. Reſponde mihi, Jehovah, reſponde mihi, ut agnoſcant populus hic, quòd Tu (*ſis*) Jehovah Deus; & Tu averteris cor eorum retrorſum.

38. Tum decidit ignis Jehovæ, comeditque holocauſtum, & ligna, & lapides, & pulverem: aquas etiam, quæ in aquæductu, lambit.

39. Cum ergò vidit univerſus populus, ceciderunt ſuper facies ſuas, dixeruntque; Jehovah, Ille Deus; Jehovah, Ille Deus (*eſt.*)

40. Quare dixit illis Elias; prehendite prophetas Baalis: vir ne evadat de illis: prehenderuntque eos. Deduxit autem eos Elias ad fluvium Kiſchonis, occiditque eos ibi.

41. Poſteà dixit Elias Achabo; aſcende, comede, & bibe: quia vox (*eſt*) multitudinis pluviæ.

42. Aſcendit ergò Achabus ad comedendum, & ad bibendum: Elias verò aſcendit ſuper caput Carmelis, & depreſſit ſe in terram, ita ut poneret facies ſuas inter genua ſua.

43. Mox dixit ad puerum ſuum; aſcende, age, proſpice (*verſus*) viam maris: qui aſcendit, proſpexitque, ſed dixit; Non (*eſt*) quicquam. Ideò dixit; itera ſeptem vicibus.

44. Ubi factum eſt ſeptimâ (*vice,*) ut dixerit; En! nubes parva, ſicut vola viri, aſcendens (*eſt*) à mari. Quare dixit; aſcende, dic ad Achabum; alliga, & deſcende, ne prohibeat te pluvia.

45. Factum itaque eſt uſque hic & uſque ſic: cum cœli attrati fuerunt nubibus & vento; [b] factaque eſt pluvia magna. At Achabus vectus curru eſt, abivitque in Iſreelem. b) *Jac. 5, 18.*

46. Manus verò Jehovæ facta eſt ſuper Eliam, ut cingeret lumbos ſuos, curreretque ante Achabum, uſque dum venias in Iſreelem.

CAP. XIX.

Iſebel I. uxor Achabi Eliæ mortem juramento minatur. v. 1. 2. Quare II. Elias fugit in deſertum ſolus, animæ ſuæ mortem precatur. à v. 3. Sed III. ab Angelo cibo & potu recreatur, abiitq; 40. diei ad montem Chorebum in ſpeluncam. à v. 5. Ubi IV. non tam in vox Jehovæ ad eum venit: ſed ipſe etiam Jehovah præterit, in viam remittit, mandata dat, & conſolatur eum. à v. 9. Unde V. unctus Eliſcham in miniſtrum & ſucceſſorem vocat. à v. 19.

Cum verò enarraret Achabus Iſebeli omne, quod fecerat Elias; inprimis omne (*de illo,*) quòd occidiſſet omnes prophetas gladio:

2. Miſit Iſebel nuntium ad Eliam, dicendo; ſic faciant dii, & ſic addant; quòd juxta tempus hoc cras poſtura ſim animam tuam, ſicut animam unius de iſtis.

3. Vidit itaque, & ſurrexit, abivitque pro anima ſua, ac venit in Beerſcheba, quæ (*eſt*) Jehudæ; abireiiquit puerum ſuum.

4. Ipſe verò perrexit in deſertum, iter diei; venitque ac conſedit ſubter junipero aliqua; ac petiit animæ ſuæ, ut moreretur: dixit namque; Nimium nunc (*eſt*) Jehovah; accipe animam meam; quia non bonus ego (*ſum*) præ patribus meis.

5. Ita recubuit, & dormivit ſub junipero aliqua (*iſta;*) cum, ecce, Angelus (*quidam*) attigit eum, dixitque ei; ſurge, comede.

6. Reſpexit ergò: cum ecce, ad locum capitis ejus placenta prunarum, & ampulla aquæ: comeditque ac bibit; & iteravit, cubuitque.

7. Reverſus autem eſt Angelus Jehovæ ſecundum, ac tetigit eum, dixitque; ſurge, comede; quia multa præ te via.

8. Surrexit ergò, & comedit, bibitque: deinde ivit in virtute cibi hujus quadraginta dies & quadraginta noctes, uſque ad montem Dei, Chorebum.

9. Ibi verò venit ad ſpeluncam, & pernoctavit ibi: cum ecce verbum Jehovæ (*venit*) ad eum, dixitque ei; Quid tibi hic, Elia.

10. Qui dixit; Zelando zelavi Jehovæ, Deo Zebaoth; quia deſeruerunt fœdus Tuum filii Iſraëlis; altaria Tua everterunt, & prophetas Tuos occiderunt gladio: ego autem relictus ſum ſolus; ſed quærunt animam meam, ut eripiant eam.

11. Tum dixit; Exi, & conſiſte in monte ante Jehovam. Ecce verò, Jehovah prætereans: ita ut [a] ventus magnus & fortis (*eſſet*) dirumpens montes, & diffringens petras ante Jehovam; non (*tamen*) in vento Jehovah; deinde poſt ventum (*eſſet*) terræmotus; non tamen in terræmotu Jehovah: a) *Act. 2, 2.*

12. Poſtea (*eſſet*) poſt terræmotum ignis; non (*tamen*) in igne Jehovah: denique poſt ignem (*eſſet*) vox ſilentii tenuis.

23. Factum itaque est: cum audiret, Elias (*hanc,*) obvolvit facies suas toga sua exivitque ac stetit ad ostium spelunce; ubi, en, ad ipsum vox (*venit,*) quæ dixit; Quid tibi hîc, Elia?

b) *Rom. 11, 3.* 14. Qui (*iterum*) dixit; [b] Zelando zelavi JEHOVÆ, DEO Zebaoth; quia deseruerunt fœdus Tuum filii Israëlis; altaria Tua everterunt, & prophetas Tuos occiderunt gladio; ego verò relictus sum solus, sed quærunt animam meam, ut eripiant eam (*mihi.*)

15. Tum dixit JEHOVAH ad eum; abi, redi in viam tuam in desertum Damasci; ac veni, & unge Chasaelem in Regem super Syros:

c) *2. Reg. 9, 2. Sir. 48, 8* 16. [c] Jehu verò, filium Nimschi, unge in Regem super Israëlem: denique Elisceham, filium Schaphati, de Abel-Mecholah, unge in prophetam pro te.

17. Fiet autem: ereptum à gladio Chasaëlis occidet Jehu; at ereptum à gladio Jehu, occidet Elischa.

d) *Rom. 11, 4.* 18. Interea [d] supereſſe feci in Israële septem millia; omnia genua, quæ non incurvarunt se Baali; & omne os, quod non osculatum est eum.

19. Ivit ergò inde, invenitque Elischam, filium Schaphati; cum ille arans (*esset:*) duodecim juga ante ipsum (*erant,*) & ipse inter duodecim: præterivit verò Elias præter eum, & projecit togam suam super eum.

20. Qui reliquit boves, cucurritque e) *Luc. 9, 60.* post Eliam, ac dixit; Osculer, quæso, patrem meum, & matrem meam; deinde ibo post te. Dixit ergò ei; Abi, redi (*tamen:*) quid namque feci tibi?

21. Quare reversus est à-post ipsum, sumsitque jugum boum, ac sacrificavit illud, & vasis boum coxit eos, quoad carnem, deditque populo; qui comederunt: deinde surrexit, ivitque post Eliam, & ministravit ei.

CAP. XX.

Benhadadus I. Syrus Achabo, Regi Israëlis, bellum movet, & Samariam obsidet. v. 1. Cui II. cum Achabus pacis causa omnia, quæ habebat domi, permittere vellet; ille verò longè plura denuò peteret; Achabum negat. à v. 2. Achabi itaq; III. Prophetæ Jehovæ victoriam promittit: quæ etiam petitur à v. 13. Reversus IV. Syrus maiori strage cadit. à v. 22. Cujus V. reliquum exercitum murus Aphekæ oppressit: ipse verò ignobilem pacem petit, & consequitur ab Achabo. à v. 30. Quæ verò VI. propterea à Prophetâ Jehovæ, adversa simul prædicente, redarguitur. à v. 35.

Cæterum Benhadadus, Rex Syriæ, congregavit universum exercitum suum: triginta verò & duo Reges (*erant*) cum eo, & equi atque currus. Cumque ascendisset, & (*jam*) obsideret Samariam, oppugnaretque eam:

2. Misit legatos ad Achabum, Regem Israëlis, in urbem;

3. Ac dixit ei; *Sic* dixit Ben-hadadus; argentum tuum, & aurum tuum mihi (*est*) illud: itemque uxores tuæ, & filii tui pulchri mihi (*sunt*) illi.

4. Respondit Rex Israëlis, dixitque; secundum verbum tuum (*esto,*) Domine mi, Rex, tibi ego, & omne, quod mihi.

5. Reversi ergò sunt legati, dixeruntque; Sic dixit Benhadadus, dicendo; Quia misi ad te, dicendo; argentum tuum, & aurum tuum, & uxores tuas, & filios tuos mihi dabis:

6. Ideò si juxta tempus hoc cras misero servos meos, perscrutabuntur domum tuam, & domos servorum tuorum: fietque, (*ut*) omne desiderium oculorum tuorum, ponant in manum suam, & auferant.

7. Quamobrem vocavit Rex Israëlis omnes Seniores terræ, dixitque; cognoscite, quæso, & videte, quod malum hic (*sit*) quærens: misit enim ad me, propter uxores meas, & propter filios meos, & propter argentum meum, & propter aurum meum; nec prohibui ab eo.

8. Dixerunt autem ad eum omnes Seniores, & universus populus; ne obedias neque consentias.

9. Dixit ergò Legatis Benhadadi; dicite Domino meo, Regi; omne, ob quod misisti ad servum tuum prius, faciam: verbum autem hoc non possum facere. Cum verò abiissent legati, & retulissent illi verbum:

10. Misit ad istum Ben-hadadus, dixitque; sic facient mihi dii, & sic addent; si

sufficerit pulvis Samariæ pugillis, (*qui*) universo populo, qui post pedes meos.

11. Sed respondit Rex Israëlis, dixitque; Dicite; ne glorietur se cingens, sicut discingens.

12. Factum itaque est: cum priùsum audivit verbum hoc [ille autem potans (*erat,*) ipse & Reges in tentoriis] dixit ad servos suos; disponite vos: qui disposuerunt se contra urbem.

13. Sed, ecce, Propheta aliquis accessit ad Achabum Regem Israëlis, dixitque; Sic dixit JEHOVAH; num vidisti omnem multitudinem magnam hanc? ecce, Ego (*sum*) dans eam in manum tuam hodie: ut scias, quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

14. Cui dixit Achabus; Per quem? dixit ergò; Sic dixit JEHOVAH; per pueros principum provinciarum. Porrò dixit; Quis alligabit (*incipiet*) prælium? tum dixit; Tu.

15. Recensuit ergò pueros principum provinciarum; fueruntque ducenti, duo & triginta: post eos verò recensuit universum populum, omnes filios Israëlis, septem millia.

16. Exiverunt itaque in meridie: cum Ben-hadadus (*esset*) bibens, ebrius, in tentoriis, ipse & Reges, (*nempe*) triginta & duo Reges, auxiliantes illi.

17. Cumque exivissent pueri principum provinciarum priore loco: mitteretque Ben-hadadus; ac renuntiarent illi, dicendo; Viri exiverunt è Samaria:

18. Dixit; si in pacem exiverunt, prehendite eos vivos: sin in bellum exiverunt, vivos *etiam*) prehendite eos.

19. Hi verò exiverant ex urbe; pueri principum provinciarum; & exercitus, qui post eos.

20. Percusserunt autem vir virum suum: cumque fugerent Syri, persecuti sunt eos Israël. Equidem proripuit se Ben-hadadus, Rex Syrorum, cum equis ac equitibus:

21. Sed exivit Rex Israëlis, ac percussit equos ac currus: percussit etiam in hominibus stragem magnam.

22. Verumenimverò accessit propheta ille ad Regem Israëlis, dixitque illi; Abi, corrobora te; & cognosce, ac vide id, quod sis facturus: quia circa revolutionem anni, (*denuò*) Rex Syriæ ascendens (*erit*) contra te.

23. Nam servi Regis Syriæ dixerunt (*posteà*) ad eum; dii montium (*sunt*) dii eorum: propterea prævaluerunt nobis: verumenimverò pugnemus cum iis in planitie; Si non prævalebimus illis?

24. Quare verbum hoc fac: remove Reges, virum de loco suo, & pone duces pro iis:

25. Tu verò numera tibi, exercitum sicut exercitum, qui cecidit à-tecum, & equos sicut equos, & currus sicut currus, ut pugnemus cum iis in planitie; si non prævalebimus iis? obtemperavit itaque voci eorum, & fecit ita.

26. Unde factum est circa revolutionem anni, ut recenseret Ben-hadadus Syros, ascenderetque Aphekam in bellum cum Israële.

27. At filii Israëlis recensiti, & commeatu instructi sunt, iveruntque obviam iis: castrametati tamen sunt filii Israëlis respectu eorum, sicut duo greguli capreārum: Syri enim impleverunt terram.

28. Sed accessit vir DEI, dixitque ad Regem Israelis; dixit, inquam, hæc dixit JEHOVAH; propterea quod dixerunt Syri; DEus montium (*est*) JEHOVAH, & non DEus vallium idem: dedi universam multitudinem magnam hanc in manum tuam; ut agnoscatis, quod Ego (*sim*) JEHOVAH.

29. Cum itaque castra habuissent hi contra illos septem diebus: factum est die septimo, ut consereretur prælium, percuterentque filii Israëlis Syros, centum millia peditum uno die.

30. Fugerunt autem superstites Aphekam ad urbem: ubi cecidit murus super viginti & septem millia virorum superstitum: at Ben hadadus fugit, venitque in urbem, à conclavi in conclave.

31. Tum dixerunt ad eum servi ejus; En! quæso, audivimus, quod Reges domus Israëlis, quod, inquimus, Reges misericordiæ (*sint*) illi: ponamus, quæso, saccos in lumbos nostros, & funes in capi-

ta noſtra ; egrediamurque ad Regem Iſraëlis: forte vivam relinquet animam tuam.

32. Circumcinxerunt itaque ſaccos ſuper lumbos ſuos, & funes ſuper capita ſua (*poſuerunt,*) ac venerunt ad Regem Iſraëlis, dixerunrque ; ſervus tuus Benhadadus dixit ; Vivat, quæſo, anima mea : qui dixit ; num adhuc ille vivus ? frater meus ille.

33. Viri ergò occuparunt, feſtinaruntque, ac prudenter ſcrutarì ſunt ; num ex ipſo (*eſſet ſertò*) ideoque dixerunt ; Frater tuus Benhadadus. Tum dixit ; intrate, aſſumite eum. Cumque exiret ad eum Benhadadus, aſcendere fecit eum ſuper currum.

34. Qui dixit ad eum ; urbes, quas cepit pater meus à-cum patre tuo, reſtituam ; & plateas pones tibi in Damaſco, quemadmodum poſuit pater meus in Samaria. (*Ille:*) At ego cum fœdere dimittam te : itaque pepigit cum eo fœdus, dimiſitque eum.

35. Verum vir quidam de filiis prophetarum dixit ad proximum ſuum per verbum Jehovæ ; percute me, quæſo : ſed renuit vir percutere eum.

36. Ideò dixit ei ; propterea quod non obediviſti voci Jehovæ, ecce, tu abiens (*eris*) à-mecum, percutietque te leo ; cumprimum abivit à-cum eo, invenit eum leo, & percuſſit eum.

37. Invenit verò virum alium, dixitque ; percute me, quæſo : & percuſſit eum vir percutiendo & vulnerando.

38. Tum abivit propheta, ſtetitque Regi juxta viam : alium geſſit autem ſe per cinerem ſuper oculis ſuis.

39. Factum itaque eſt : cum Rex (*eſſet*) præteriens, idem clamavit ad Regem ; dixitque ; ſervus tuus exivit in medium prœlii ; cum, ecce, vir ſeceſſit, adduxitque ad me virum, ac dixit ; cuſtodi virum hunc : ſi deſiderando deſiderabitur, erit anima tua pro anima ejus, aut talentum argenti appendes.

40. Factus verò eſt ſervus tuus negotioſus hic & illic ; at iſte non (*amplius adfuit.*) Tum dixit ad eum Rex Iſraëlis ; juſtum eſt judicium tuum : tu (*namq;*) decidiſti.

41. Cum verò feſtinaret & removeret cinerem à-ſuper oculis ſuis ; agnovit eum Rex Iſraëlis, quòd de prophetis ille.

42. At (*ille*) dixit ad hunc ; Sic dixit Jehovah ; propterea quod dimiſiſti virum devotionis meæ è manu ; erit anima tua pro anima illius, & populus tuus pro populo illius.

43. Sed abivit Rex Iſraëlis ad domum ſuam alienatus & indignabundus. Ita venit in Samariam.

CAP. XXI.

Achabus malè concupiſcit vineam Nabothi : quam cum hic ipſi benè negat, rem triſtis Iſebel conqueritur. à v.1. Iſebel II. corruptis per literas judicibus urbis & teſtibus falsò accuſatum Nabothum lapidari facit. à v.7. Quo facto III. Achabus vineam Nabothi occupat. v.15. IV. Sed ibi à Prophetâ Elia per verbum Iehova prædictum audit ſuum, Iſebelis, & familiæ totius turpem interitum. à v.16. Qui quidem V. pœnitentiam agenti in mortem uſq; differtur. à v.27.

Deinde factum eſt poſt verba iſta : vinea fuit Nabotho, Jiſreelitæ, quæ in Jiſreel, apud palatium Achabi, Regis Samariæ.

2. Locutus verò eſt Achabus ad Nabothum, dicendo ; Da mihi vineam tuam, ut ſit mihi in hortum oleris ; quoniam illa propinqua apud domum meam : dabo enim tibi pro eâ vineam bonam præ hâc : ſin bonum (*fuerit*) in oculis tuis, dabo tibi argentum, pretium hujus.

3. Verum dixit Nabothus ad Achabum ; abſit mihi à Jehovah ; ut dem hereditatem patrum meorum tibi.

4. Ideò venit Achabus ad domum ſuam alienatus & indignabundus propter verbum, quod locutus eſt ad eum Nabothus Jiſreelita, dum dixit ; Non dabo tibi hereditatem patrum meorum : adeò ut decubuerit ſuper lecto ſuo, & averterit facies ſuas, nec comederit panem.

5. Venit ergò ad eum Iſebel, uxor ejus, & locuta eſt ad eum ; Quare ſpiritus tuus eſt alienatus, nec tu (*es*) comedens panem ?

6. Qui dixit ad eam ; ideò, quod locutus ſum ad Nabothum Jiſreelitam, ac dixi illi, da mihi vineam tuam pro argento, aut ſi mavis tu, dabo tibi vineam (*aliam*) pro iſta : at dixit (*inihi*) Non dabo tibi vineam meam.

7. Tum dixit ad eum Iſebel, uxor ejus ; Tu itaque exerce jam regnum ſuper Iſraëlem, ſurge, comede panem, & bonum eſto cor tuum : ego dabo tibi vineam Nabothi Jiſreelitæ.

8. Scripſit ergo literas nomine Achabi, obſignavitque ſigillo ejus : ac miſit literas ad Seniores & ad primores, qui in urbe ejus, habitantes apud Nabothum.

9. Scripſit autem in literis, dicendo ; indicite jejunium, & ſedere facite Nabothum in primo loco populi :

10. Deinde ſedere facite duos viros, filios Belialis, adverſus eum, qui teſtentur contra eum, dicendo ; benedixiſti Deo & Regi : ut educatis eum, lapidetiſque eum, & moriatur.

11. Quare fecerunt viri urbis ejus, Seniores & primores, qui (*erant*) habitantes in urbe ejus, quemadmodum miſerat ad eos Iſebel ; (*nempe*) ſicut ſcriptum in literis, quas miſerat ad eos.

12. Indixerunt (*enim*) jejunium ; & ſedere fecerunt Nabothum in primo loco populi :

13. Deinde venerunt duo viri, filii Belialis, ſederuntque adverſus eum ; teſtatique ſunt contra eum viri Belialis, contra Nabothum, coram populo, dicendo ; benedixit Nabothus Deo & Regi. quamobrem eduxerunt eum extra urbem, & lapidarunt eum lapidibus, mortuuſque eſt.

14. Mox miſerunt ad Iſebelem, dicendo ; lapidatus eſt Nabothus, & mortuus eſt.

15. Factum itaque eſt : quum audivit Iſebel, quod lapidatus eſſet Nabothus & mortuus ; dixit Iſebel ad Achabum ; ſurge, poſſide vineam Nabothi Jiſreelitæ, quam renuerat dare tibi pro argento : non enim Nabothus vivus, ſed mortuus eſt.

16. Factum etiam eſt ; cum audiret Achabus, quod mortuus eſſet Nabothus ; ſurrexit Achabus ad deſcendendum ad vineam Nabothi Jiſreelitæ, ut poſſideret eam.

17. Verum factum eſt verbum Jehovæ ad Eliam Thiſchbitam, dicendo ;

18. Surge, deſcende obviam Achabo, Regi Iſraëlis, qui in Samaria : en (*eſt*) in vinea Nabothi, quò deſcendit ad poſſidendum eam.

19. Loqueris autem ad eum, dicendo ; Sic dixit Jehovah ; num occidiſti, etiamque poſſediſti ? porrò loqueris ad eum, dicendo ; Sic dixit Jehovah, in loco, quo lamberunt canes ſanguinem Nabothi, [a] lambent canes ſanguinem tuum, etiam (*inquam*) tuum. a) 1. Reg. 22, 38.

20. Dixit quidem Achabus ad Eliam ; num inveniſti me, hoſtis mi ? Sed (*Elias*) dixit ; Inveni, propterea quod vendidiſti te ad faciendum malum in oculis Jehovæ.

21. Ecce, ego (*ſum*) adducens ſuper te malum, & everram poſt te ; [b] & excindam Achabo mingentem in parietem ; ac clauſum derelictumque in Jiſraële : b) 2. Reguм 9, 8.

22. Dabo enim domum tuam, ſicut domum Jerobeami, filii Nebati, & ſicut [c] domum Baëſchæ, filii Achijæ ; propter provocationem, quâ provocaſti (*me*) ad iram, & peccare feciſti Jiſraëlem. c) 1. Reg. 15, 29.

23. Etiamque contra Iſebelem locutus eſt Jehovah, dicendo ; [d] canes comedent Iſebelem intra antemurale Jiſreelis. d) 2. Reg. 9, 33.

24. (*Amplius :*) Mortuum Achabo in urbe comedent canes ; mortuum autem in agro comedent aves cœlorum.

25. Veruntamen non fuit, ſicut Achabus, qui vendidiſſet ſe ad faciendum malum in oculis Jehovæ ; eò quòd incitavit eum Iſebel uxor ejus.

26. Unde abominabilem ſe reddidit valdè, eúndo poſt idola : juxta omne, quod fecerunt Emoræi, quos expulit Jehovah coram filiis Jiſraëlis.

27. Factum tamen eſt : cum audivit Achabus verba hæc, rupit veſtes ſuas, poſuitque ſaccum ſuper carnem ſuam, & jejunavit ; imò cubuit in ſacco, & inceſſit lentè.

28. Unde factum eſt verbum Jehovæ ad Eliam Thiſchbitam, dicendo ;

29. Num vidiſti, quod humiliaverit ſe Acha-

Achabus coram me? propterea quod humiliavit se coram me, non adducam malum in diebus ejus: in diebus [e] filii ejus adducam malum super domum ejus.

e) 2. Reg. 9, 22. 24.

CAP. XXII.

Iehoschaphato I. imprudenti persuadet Achabus societatem belli contra Syros. à v. 1. Consulti quidem II. prophetæ Baalis omnia felicia: Michæ, prophetæ Iehovæ adversa prædicit. à v. 5. Idcò à Zidkija percussus, & ab Achabo carceri traditus est. à v. 24. III. Et nihilominus itur contra Syros: qui Iehoschaphatum agnitum è periculo præsly dimittunt, Achabum sedissimulantem occidunt, cujus sanguinem canes lambunt. à v. 29. IV. Iehoschaphatus, Rex Iudæ factus pius est, & pace belloque bene regnat: cui mortuo filius Ioramus succedit. à v. 41. At V. Achabo filius Achasjah, impiis impius, succedit: cujus societatem Iehoschaphatus declinat. v. 50. 52 sqq.

CÆterum sederunt tribus annis, (*ut*) non (*esset*) bellum inter Syros & inter Jisraëlem.

2. Factum autem anno tertio, ut [a] descenderet Jehoschaphatus, Rex Judæ, ad Regem Jisraëlis:

a) 2. Par. 18, 2.

3. Diceretque Rex Jisraëlis ad servos suos; num novistis, quod nobis (*competit*) Ramoth Gileadis? at nos tacemus, ut non recipiamus eam è manu Regis Syriæ.

4. Deinde dixit ad Jehoschaphatum; num ibis mecum in bellum ad Ramoth Gileadis? dixit autem Jehoschaphatus ad Regem Jisraëlis; sicut ego, ita tu; sicut populus meus, ita populus tuus; sicut equi mei, ita equi tui.

5. Dixit tamen Jehoschaphatus (*etiam*) ad Regem Jisraëlis; quære, age, sicut (*adhuc*) hodie, verbum JEHOVÆ.

6. Congregavit itaque Rex Jisraëlis prophetas quasi quadringentos viros, dixitque ad eos; num ire debeo contra Ramoth Gileadis in bellum; an cessare? qui dixerunt; Ascende: dabit enim Dominus in manum Regis.

7. Sed dixit Jehoschaphatus; annon hic (*est*) propheta, (*qui*) JEHOVÆ adhuc, ut quæramus à-cum eo?

8. Tum dixit Rex Jisraëlis ad Jehoschaphatum; adhuc (*est*) vir unus ad interrogandum JEHOVAM à-cum eo: verum ego odi eum; quia non prophetat de me bonum, sed malum; Michajehu (*nimirum*) filius Jimlah: dixit verò Jehoschaphatus; ne loquatur Rex ita.

9. Quare vocavit Rex Jisraëlis Eunuchum aliquem, & dixit; citò adduc Micham, filium Jimlæ.

10. Rex autem Jisraëlis, & Jehoschaphatus, Rex Jehudæ (*erant*) sedentes, vir super throno suo, induti vestibus (*regiis,*) in area, ante portam Samariæ; omnesque propheræ prophetantes coram eis:

11. Inprimis fecerat sibi Zidkijah, filius Kenaanæ, cornua ferri, dicebatque; Sic dixit JEHOVAH; per hæc percuties Syros, donec consumas eos.

12. Omnes etiam prophetæ (*erant*) prophetantes sic; Ascende in Ramoth Gileadis, & prosperè age: dedit enim JEHOVAH in manum Regis.

13. Legatus itaque, qui iverat ad vocandum Micham, locutus est ad eum, dicendo; Ecce, quæso, verba prophetarum uno ore bona (*sunt*) pro Rege: sit, quæso, verbum tuum, sicut verbum unius de illis, ut loquaris bonum.

14. Sed dixit Michah; Per vivum JEHOVAM, quod quicquid dixerit JEHOVAH ad me, id locuturus sim.

15. Quum verò venit ad Regem, dixit Rex ad eum; Michah, num ire debemus ad Ramoth Gileadis in bellum; an cessare? (*qui*) dixit ad eum; ascende, & prosperè age; dedit enim JEHOVAH in manum Regis.

16. Sed dixit ad eum Rex; Quot vicibus ego adjuraverim te, ut non loquaris ad me, nisi veritatem in nomine JEHOVÆ.

17. Tum dixit; vidi universum Jisraëlem dispersos super montibus, sicut oves, quibus non est pastor: dixit ergò JEHOVAH; num non (*sunt*) Domini his? revertantur vir in domum suam cum pace.

18. Cumque diceret Rex Jisraëlis ad Jehoschaphatum; nonne dixi ad te; non prophetat de me bonum, sed malum?

19. Dixit (*ille;*) Qua propter audi verbum JEHOVÆ: vidi JEHOVAM sedentem super throno suo, & universum exercitum cœlorum stantem juxta eum à dextra ejus, & à sinistra ejus.

20. Dixit autem JEHOVAH; quis persuadebit Achabo, ut ascendat cadatque in Ramoth Gileadis? tum dixit hic taliter, ille taliter.

21. Tandem exivit Spiritus, stetitque ante JEHOVAM, ac dixit; Ego persuadebo illi. Dixit ergò JEHOVAH ad eum; Per quid?

22. Qui dixit; Exibo, & ero spiritus mendacii in ore omnium prophetarum ejus. Dixit itaque; persuadebis, etiamque prævalebis: exi & fac sic.

23. Jam ergò; Ecce, dedit JEHOVAH spiritum mendacii in ore omnium prophetarum tuorum horum: at JEHOVAH locutus est contra te malum.

24. Quare accessit Zidkijah, filius Kenaanæ, percussitque Micham super genam: ac dixit; Quà transivit spiritus JEHOVÆ à-mecum, ut loquatur tecum?

25. Sed dixit Michah; Ecce, tu videns (*eris*) in die isto, quo venies ex conclavi in conclave ad occultandum te.

26. Verum dixit Rex Jisraëlis; Sume Micham, & reduc eum ad Amonem, principem urbis, & ad Joaschum filium Regis:

27. Et dic; Sic dixit Rex; ponite hunc in domum carceris; & cibate eum pane miseriæ, & aqua miseriæ, donec venero cum pace.

28. Contrà dixit Michah; si redeundo redieris cum pace, non locutus est JEHOVAH per me. porrò dixit; audite populi omnes.

29. Nihilominus ascendit Rex Jisraëlis, & Jehoschaphatus, Rex Jehudæ, ad Ramoth Gileadis.

30. Ubi dixit Rex Jisraëlis ad Jehoschaphatum; dissimulaturum se, & venturum in bellum: tu verò indue vestes tuas: Dissimulavit ergò se Rex Jisraëlis, ventque in bellum.

31. Rex namque Syriæ præceperat principibus currum, qui illi (*erant*) triginta & duo, dicendo; non pugnabitis cum parvo aut cum magno, sed cum Rege Jisraëlis solo.

32. Cum ergò principes currum viderent Jehoschaphatum, illi dixerunt; utique Rex Jisraëlis hic (*est;*) ideoque concurrerunt ad pugnandum adversus eum. Sed Jehoschaphatus clamavit.

33. Factum erg ò est: cum viderent principes curruum, quod non (*esset*) Rex Jisraëlis ille, reversi sunt à-post eum.

34. Vir tamen attraxit arcum suum pro simplicitate sua, percussitque Regem Jisraëlis inter junctura & inter loricam: qui dixit aurigæ suo; verte manum tuam, & educ me è castris; quia vulneratus sum.

35. Quia tamen crevit bellum in die isto, Rex fuit persistens in curru contra Syros; [b] mortuusque est in vespera; at b) 1. Re- effusus est sanguis vulneris in sinum currus. gum 22, 36. Mox pertransiit rumor per castra, 42. cum occideret Sol, dicendo; Vir ad urbem suam, & vir ad terram suam.

37. Ita mortuus est Rex, venitque in Samariam: ac sepeliverunt Regem in Samaria.

38. Ablutus autem est currus juxta lacum Samariæ; ubi [c] lamberunt canes c) 1. Reg. sanguinem ejus, & meretrices laverunt; 21, 19. juxta verbum JEHOVÆ, quod locutus erat.

39. Reliquum verò verborum Achabi, & omne, quod fecit, & domum eboris, quam ædificavit, & omnes urbes, quas ædificavit, (*quod attinet:*) nonne hæc scripta (*sunt*) super [d] libro verborum die- d) 2. Par. rum, qui (*est*) Regibus Jisraëlis? 18, 2.

40. Sic cubuit Achabus cum patribus suis: regnavit autem Achasjah, filius ejus, loco ejus.

41. At Jehoschaphatus, filius Asæ, regnavit super Jehudam: in anno quarto, (*qui*) Achabo, Regi Jisraëlis.

42. Jehoschaphatus (*hic fuit*) filius triginta & quinque annorum, cum Rex factus est; & viginti quinque annis regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus Asubah, filia Schilchii.

43. Ambulavit autem in omni via Asæ, patris sui: non recessit ab ea, faciendo bonum in oculis JEHOVÆ.

44. [e] Tantummodò excelsa non re- e) 2. Par. mota sunt: adhuc populus (*erant*) sacri- 33, 17. ficantes & suffientes in excelsis.

45. Pacem quoque coluit Jehoschaphatus cum Rege Jisraëlis.

46. Reliquum verò verborum Jehoschaphati, & potentiam ejus, quam acquisivit, & quâ bella gessit (*quòd attinet:*)
f) 2. Par. 21, 1. nonne hæc scripta (*sunt*) super [f] libro verborum dierum, (*qui est*) Regibus Jehudæ?

47. Reliquum tamen cinædorum, quod relictum est in diebus Asæ, patris ejus, expurgavit è terra.

48. Tunc Rex non (*erat*) in Edomo, (*sed*) vicarius Regis.

49. Jehoschaphatus (*insuper*) fecit naves Tharschischi, ut abirent in Ophirem ob aurum: sed non abierunt; fractæ enim sunt naves in Ezjon-Geber.

50. Tunc dixit Achasjah, filius Achabi, ad Jehoschaphatum; eant servi mei cum servis tuis in navibus: sed noluit Jehoschaphatus.

51. Posteà cubuit Jehoschaphatus cum patribus suis, sepultusque est cum patribus suis, in urbe Davidis, patris sui: [g] regnavit autem Jehoramus, filius ejus, loco ejus.
g) 2. Par. 21, 1.

52. Achasjahu, filius Achabi, regnavit super Jisraëlem in Samaria, in anno septimo decimo, (*qui*) Jehoschaphato, Regi Jehudæ: regnavitque super Jisraëlem biennium.

53. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: ambulavit enim in via patris sui, & in via matris suæ, & in via Jerobeami, filii Nebati, qui peccare fecit Jisraelem.

54. Inprimis servivit Baali, & incurvavit se illi: & ad iram provocavit JEHOVAM, DEUM Jisraëlis, juxta omne, quod fecit pater ejus.

II. REGUM.

CAPUT I.

Moabus I. à Jisraële deficit. v. 1. II. Achasja Rex ex lapsu decumbens legatos ad Baalsebubum mittit. v. 2. Sed III. Elias jussu Angeli Jehovæ intervenit, & mortem illi renuntiat. à v. 3. Quem IV. Achasjah vult vi sibi adduci per duces & milites: at duces cum quinquagenis militibus insolenter agentes de cœlo ignis comedit. à v. 7. Tertius verò V. se humiliat, quem Propheta ultrò sequitur, & Achasja mortem denuò denunciat. à v. 13. Ita VI. moritur Achasja, & frater Jehoramus ei succedit. à v. 17.

CÆterum defecit Moabus ab Jisraële post mortem Achabi.

2. Cecidit autem (*ipse*) Achasjah per cancellos in hyperoo suo, quod in Samaria (*erat,*) & decumbebat: unde misit legatos, dixitque ad eos; abite, consulite Baal-Sebubum, deum Ekronis; num convaliturus sim à morbo hoc?

3. Sed Angelus JEHOVÆ locutus est ad Eliam Thischbitham; Surge, ascende obviam legatis Regis Samariæ, & loquere ad eos; num quod non sit DEus in Jisraële, vos (*estis*) abeuntes ad consulendum Baal-Sebubum, deum Ekronis?

4. Ideoque sic dixit JEHOVAH; de lecto, quo ascendisti, non descendes, sed moriendo morieris. Ita abivit Elias.

5. At reversi sunt legati ad istum: qui dixit ad eos; quare reversi estis?

6. Dixerunt ergò ad eum; Vir ascendit obviam nobis, dixitque ad nos; ite, revertimini ad Regem, qui misit vos, & dicite ad eum; Sic dixit JEHOVAH; num quod non sit DEus in Jisraële, tu (*es*) mittens ad consulendum Baal-Sebubum, deum Ekronis? ideò de lecto, quò ascendisti, non descendes, sed moriendo morieris.

7. Tum dixit ad eos; quis habitus viri,

qui ascendit obviam vobis? dixitque ad vos verba hæc?

8. Dixerunt autem ad eum; vir (*est*) pilosus, & cingulo corii cinctus, circa lumbos suos. Dixit ergò; Elias Thischbitha ille.

9. Quare misit ad eum principem super quinquaginta, & quinquaginta ejus (*viros:*) qui ascendit ad eum; cum, ecce, sedens (*esset*) super capite montis. Dixit verò ad eum; Vir DEI, Rex dixit, descende.

10. At respondit Elias, & dixit ad principem super quinquaginta; quòd si vir DEI (*sum*) ego, [a] descendat ignis de cœlo, & comedat te & quinquaginta tuos. descenditque ignis de cœlo, ac comedit ipsum, ac quinquaginta (*viros*) ejus.
a) Luc. 9, 54.

11. Iteravit autem & misit ad eum principem super quinquaginta alium, ac quinquaginta ejus: qui respondit locutusque est ad eum; Vir DEI, sic dixit Rex; festinatim descende.

12. At respondit Elias, dixitque ad eos; Si vir DEI (*sum*) ego, descendat ignis de cœlo, & comedat te, ac quinquaginta tuos: descenditque ignis DEI de cœlo, & comedit ipsum, & quinquaginta ejus.

13. Denuò iteravit misitque principem super quinquaginta ternos, & quinquaginta ejus: ascendit autem, venitque princeps super quinquaginta tertius, ac incurvavit se super genua sua erga Eliam, deprecatusque eum est, ac dixit ad eum; Vir DEI, sit, quæso, in aliquo pretio anima mea, & anima servorum tuorum horum quinquaginta in oculis tuis.

14. Ecce, descendit ignis de cœlo, comeditque duos principes super quinquaginta priores & quinquagenos eorum: nunc ergò sit in aliquo pretio anima mea in oculis tuis.

15. Ideò dixit Angelus JEHOVÆ ad Eliam; descende cum eo, nec time tibi ab illo: quare surrexit, & descendit cum eo ad Regem.

16. Locutusque est ad eum; sic dixit JEHOVAH; propterea quod misisti legatos, ad consulendum Baal-Sebubum, deum Ekronis: [num quod non sit DEus in Jisraële, ad consulendum verbum ejus?] ideò de lecto, quò ascendisti, non descendes, sed moriendo morieris.

17. Itaque mortuus est juxta verbum JEHOVÆ, quod locutus est Elias: regnavitque Jehoramus loco ejus; in anno secundo, (*qui*) Jehoramo, filio Jehoschaphati, Regis Jehudæ: non enim fuit illi filius.

18. Quod autem ad reliquum verborum Achasjæ, quæ fecit: nonne hæc scripta (*sunt*) super [b] libro dierum (*qui*) Regibus Jehudæ?
b) 2. Paral. 22, 1.

CAP. II.

Elias I. Propheta mox in cœlum ascensurus, in tribus locis, Gilgale, Bethele, pro; è Iordanem, vult post se remanere Elischam: Elischa verò rei gnarus, & à filiis prophetarum monitus tenuit, à v. 1. Elias ergò II. divisum pallio Iordanem transgressus, post benedictionem Elisæ valedictoriam per tunicam demissam, in cœlum curru & equis ignis ascendit. à v. 8. III. Elischa, divisò iterùm per Eliæ tunicam Iordane, regressus, pro magno Propheta agnoscitur à filiis Prophetarum Ierichuntinis, eorumq; aquas salsas & terram sterilem sanat. à v. 13. At IV. pueri Bethelici illum irridentes à duabus ursis discerpuntur, quadraginta numero. à v. 23.

POsteà factum est: cùm ascendere facturus esset JEHOVAH Eliam in turbine in cœlum: ivit Elias & Elischa è Gilgale.

2. Dixerat quidem Elias ad Elischam; mane, quæso, hìc (*in Gilgale,*) quia JEHOVAH misit me Bethelem usque: sed dixit Elischa; Per vivum JEHOVAM, & per vitam animæ tuæ! si deseram te. Itaque descenderunt Bethelem.

3. Ubi exierunt filii prophetarum, qui in Bethele, ad Elischam, dixeruntque ad eum; Num nosti, quod hodiè JEHOVAH ablaturus (*sit*) Dominum tuum, à supra caput tuum? qui dixit; Etiam ego novi: silete (*modò.*)

4. Dixit verò illi Elias; Elischa, mane quæso, hìc; JEHOVAH enim misit me Jerichuntem. Sed dixit; Per vivum JEHOVAM, & per vitam animæ tuæ! si deseram te. Venerunt ergò Jerichuntem.

5. Ubi accesserunt filii prophetarum, qui in Jerichunte, ad Elischam, dixeruntque ad eum; num novisti, quod hodie

JEHOVAH ablaturus *(sit)* Dominum tuum, à-supra caput tuum : qui dixit; Etiam ego novi; silete *(modò.)*

6. Dixit verò ipsi Elias; mane, quæso, hic : JEHOVAH enim misit me ad Jordanem : sed dixit; Per vivum JEHOVAM, & per vitam animæ tuæ? si deseram te. Perrexerunt ergò ambo.

7. Quinquaginta autem viri de filiis prophetarum iverunt, steteruntque è regione à longinquo : illi verò ambo steterunt apud Jordanem.

8. Tum sumsit Elias tunicam suam, & convolvit eam, percussitque aquas : quæ divisæ sunt huc & illuc, ut transiverint ambo in sicco.

9. Factum autem est : quum transivissent, Elias dixit ad Elisceam; Pete, quid facere debeam tibi, antequam auferar à-tecum : dixit verò Elischa; sint ergò, quæso, duæ partes de Spiritu tuo super me.

10. Tum dixit; durum quid fecisti petendo : si videris me ablatum à-tecum; fiet tibi sic; sin, non fiet.

11. Deinde factum est : *(dum)* illi euntes eundo & colloquendo : ecce, [a] currus ignis, & equi ignis, qui intervenerunt inter illos : ascenditque Elias in turbine in cœlum.

12. At Elischa videns *(erat,)* idemque clamans; Pater mi, pater mi, currus Israëlis, & equites ejus : post non vidit eum amplius. Quare apprehendit vestes suas, & diripuit eas in duo frusta.

13. Sustulit autem tunicam Eliæ, quæ deciderat à-super illo, & reversus est, stetitque ad litus Jordanis :

14. Ubi sumsit tunicam Eliæ, quæ deciderat à-super illo, ac percussit aquas, dixitque; Ubi *(est)* JEHOVAH, Deus Eliæ? etiam *(jam)* ille *(adsit.)* ita percussit aquas : quæ divisæ sunt huc & illuc; transivitque Elischa.

15. Viderunt autem eum filii prophetarum, qui in Jerichunte, è regione : ideò dixerunt; quievit Spiritus Eliæ super Elischa; veneruntque obviam illi, ac incurvarunt se illi in terram.

16. Porrò dixerunt ad eum; En, quæso! sunt cum servis tuis quinquaginta viri, filii roboris; eant, quæso, quæruntque Dominum tuum : forte sustulit eum Spiritus JEHOVÆ, & projecit eum in aliquem montium, aut in aliquam vallium. Sed dixit; non mittetis.

17. Cum tamen instarent illi ad pudorem usque; dixit; mittite. Miserunt ergò quinquaginta viros, quæ siveruntque tres dies : sed non invenerunt eum.

18. Redierunt itaque ad ipsum, dum ille manens *(esset)* in Jerichunte : qui dixit ad illos; nonne dixi ad vos; ne abite?

19. Tum dixerunt viri urbis ad Elischam; Ecce, quæso, sedes urbis bona *(est,)* sicut Dominus meus *(est)* videns : at aquæ malæ *(sunt,)* & terra sterilis.

20. Dixit ergò; accipite mihi patopsidem novam, & ponite ibi salem. qui acceperunt illi.

21. Tum exivit ad exitum aquarum, projecitque eò salem, dixitque; sic dixit JEHOVAH; sanavi aquas has : non eveniet inde amplius mors, aut sterilitas.

22. Sanatæ itaque sunt aquæ usque ad diem hunc, juxta verbum Elischæ, quod locutus est.

23. Cum autem ascenderet inde Bethelem : ille *(erat)* ascendens in viâ, cum pueri parvi exiverunt ex urbe, & illuserunt illi, dixeruntque illi; ascende calve, ascende calve.

24. Respexit verò post se, viditque eos, ac maledixit illis in nomine JEHOVÆ. Exiverunt itaque duæ ursæ è silva, discerpseruntque de iis quadraginta & duos pueros.

25. Ivit autem inde ad montem Carmelis : denique inde reversus est Samariam.

a) *Sir.* 48,13. 1. Macc. 2,58.

CAP. III.

Iehoramus, I. Rex Israëlis, Moabum, qui ab ipso defecerat, ad se reducturus, non tantùm Israëlem recensèt : sed etiam Regem Iehoschaphatum ad societatem belli traxit, assumto Rege Edomi. à v. 1. Sed II. in deserto destituti, consulta Elischâ Prophetâ, Iehoschaphatum unum honorante, tam aquarum abundantiam à Iehovah, quam victoriam contra hostes consequuntur, totamq; terram eorum devastant miserè.

missè. à v. 9. Donec tandem III. ob sacrificatum a Rege Moabi primogenitum indignabundi domum redierunt. v. 27.

INterea Jehoramus filius Achabi Rex factus est super Israëlem in Samaria, in anno octavo decimo, *(qui)* Jehoschaphato, Regi Jehudæ : regnavitque duodecim annis.

2. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ : non tamen sicut pater ejus, & sicut mater ejus : removit enim statuam Baalis, quam fecit pater ejus.

3. Tantum peccatis Jerobeami, filii Nebati, qui peccare fecit Israëlem, inhæsit : non recessit ab illo.

4. Cæterum Mescha, Rex Moabi, fuit pecuarius, pependitque Regi Israëlis centena millia agnorum, & centena millia arietum lanatorum.

5. Sed factum est post mortem Achabi, ut defecerit Rex Moabi à Rege Israëlis.

6. Quare exivit Rex Jehoramus in tempore illo è Samaria, recensuitque universum Israelem.

7. Insuper ivit, misitque ad Jehoschaphatum, Regem Jehudæ, dicendo; Rex Moabi defecit à me : num ibis mecum contra Moabum in bellum? qui dixit, ascendam : sicut ego, ita tu; sicut populus meus, ita populus tuus; sicut equi mei, ita equi tui.

8. Præterea dixit; Qua via ascendemus? tum dixit; Via deserti Edomi.

9. Ivit ergò Rex Israëlis, & Rex Jehudæ, & Rex Edomi, circumiveruntque via septem dierum; cum non fuit aqua castris, & bestiæ, quæ sub pedibus eorum.

10. Unde dixit Rex Israëlis; Væ! quoniam vocavit JEHOVAH tres Reges hos, ad tradendum eos in manum Moabi.

11. Sed dixit Jehoschaphatus; Annon est hic Propheta Domino, ut consulamus JEHOVAM à-cum eo? respondit autem unus de servis Regis Israëlis, dixitque; hîc *(est)* Elischa, filius Schaphati, qui fudit aquas super manus Eliæ.

12. Dixit ergò Jehoschaphatus; Est cum eo verbum JEHOVÆ. Quare descenderunt ad eum Rex Israëlis, & Jehoschaphatus, & Rex Edomi.

13. Verum dixit Elischa ad Regem Israëlis; Quid mihi & tibi? abi ad prophetas patris tui, & ad prophetas matris tuæ. Cui dixit Rex Israëlis; Minime : vocavit enim JEHOVAH tres Reges hos, ad tradendum eos in manum Moabi.

14. Tum dixit Elischa; Per vivum JEHOVAM Zebaoth, coram quo sto, quòd, nisi faciem Jehoschaphati Regis Jehudæ ego acceptarem; si, inquam, respicerem ad te, & si spectarem te.

15. Jam ergò accipue mihi pulsantem *(citharam.)* Factum itaque est, cum pulsaret pulsans, esse cepit super eo manus JEHOVÆ :

16. Dixitque; sic dixit JEHOVAH; Faciendo *(facite)* vallem hanc foveis plenam.

17. Sic namque dixit JEHOVAH; non videbitis ventum, neque videbitis pluviam : attamen vallis hæc implebitur aquis; bibetisque vos, & jumenta vestra, & bestiæ vestræ.

18. Quin leve hoc in oculis JEHOVÆ : dabit insuper Moabum in manum vestram :

19. Percutietisque omnem urbem munimenti, & omnem urbem electionis, omne etiam lignum bonum dejicietis, & omnes fontes aquarum obturabitis, ac omnem agrum bonum affligetis lapidibus.

20. Factum ergò est sub auroram, cum ascendere solet Minchah; ecce, aquæ *(erant)* venientes à viâ Edomi, ac impleta est terra aquis.

21. Omnis autem Moabus audiverat, quod ascendissent Reges ad pugnandum contra ipsos : ideò convocati sunt, ab omni accingente cingulum, & supra, steteruntque juxta fines.

22. Cum ergò surrexerunt manè sub auroram, solque exortus est super aquas : viderunt Moabus è regione aquas rubras, sicut sanguis;

23. Dixeruntque; Sanguis *(est)* hic : evertendo everti sunt Reges; percusseruntque vir socium suum. Jam ergò ad prædam, ô Moabe.

24. Sed cum venerunt ad castra Israëlis,

iis; surrexerunt Jisraël, percusseruntque Moabum, ut fugeret coram iis. Percusserunt, inquam, in eâ (*terrâ,*) & quidem percutiendo Moabum:

25. At urbes everterunt, & in omnem agrum bonum projecerunt vir lapidem suum, impleveruntque eum, & omnem fontem aquarum obturarunt, & omne lignum bonum dejecerunt: donec reliquerunt (*tantùm*) lapides ejus in pariete Charoschethæ. Quam tamen (*etiam*) circumdederunt funditores, ac concusserunt eam.

26. Cum ergò videret Rex Moabi, quòd invaluisset contra se bellum, sumsit secum septingentos viros, educentes gladium, ad perrumpendum ad Regem Edomi; sed non valuerunt.

27. Quare sumsit filium suum primogenitum, qui regnaturus erat loco ejus, obtulitque eum (*in*) holocaustum super muro: quod fuit indignationi magnæ super Jisraële; ut profecti sint à-contra eum, & reversi in terram (*suam.*)

CAP. IV.

Miracula Elisbæ quædam recensentur. Quorum I. liberatio mulieris viduæ & filiorum à debitoribus, solutione per miraculosè auctum lecythi oleum facta. à v. 1. II. Mulieris benefactricis Schunammitidis fœcundatio, & filij mortui resuscitatio. à v. 8. III. Miraculosa fulmenti pro filiis prophetarum, tempore famis colligi sed colocynthidum mixtura corrupti, correctio. à v. 39. IV. Centum virorum per viginti panes primitiarum exiguos cibatio. à v. 42.

POrrò mulier quædam de uxoribus filiorum prophetarum clamavit ad Elisœam, dicendo; servus tuus, maritus meus, mortuus est: jam tu nosti, quòd servus tuus fuerit timens Jehovam. Atqui creditor venit ad auferendum duos pueros meos sibi in servos.

2. Dixit autem ad eam Elisœa; quid facere debeo tibi? indica mihi, quid est tibi in domo? Dixit contrà (*illa;*) non est ancillæ tuæ quicquam in domo, nisi lecythus olei.

3. Dixit ergò; Abi, mutua tibi vasa de-foris à-cum omnibus vicinis tuis; vasa vacua ne facias pauca.

4. Deinde intra, & claude januam post te, & post filios tuos, ac effunde super omnia vasa ista, ita ut plenum (*quodq;*) removeas.

5. Abivit itaque à-cum ipso, & clausit januam post se & post filios suos: hi admoventes (*erant*) ad eam (*vasa;*) ipsa autem infundebat.

6. Factum tandem est: cum impleta essent vasa, dixit ad filium suum; admove ad me adhuc vas: dixit verò ad eam, non est amplius vas: Tum stetit oleum.

7. Quare venit, & indicavit Viro Dei: qui dixit; abi, vende oleum, & solve debitum tuum: te verò (*&*) filios tuos (*quod attinet;*) vive ex superfluo.

8. Dein fuit dies, quo transivit Elisœa ad Schunem: ibi autem (*erat*) fœmina præcipua, quæ detinuit eum, ad comedendum panem. Unde factum; quoties præterivit, secessit eò, ad comedendum panem.

9. Dixit ergò ad maritum suum; En! quæso: novi, quòd vir Dei sanctus hic; præteriens præter nos jugiter.

10. Faciamus, quæso, hyperoum parietis parvum, & ponamus illi ibi lectum, & mensam, & sedile, & candelabrum: fiatque, quando venerit ad nos, secedat eò.

11. Fuit verò dies, quo venit eò; secessitque ad hyperoum, ac cubuit ibi.

12. Tum dixit ad Gechasi, puerum suum; voca Schunammitidem hanc: vocavitque eam, quæ constitit coram ipso.

13. Dixit porrò eidem; die, age, ad eam; En, reverita es nos omni reverentia hac; quid (*petis*) ad faciendum tibi: num est, ut loquar pro te ad Regem, aut ad principem exercitus? Sed dixit; in medio populi mei ego (*sum*) habitans (*in pace:*)

14. Dixit itaque (*ad Gechasium;*) Quid ergò, ad faciendum illi? Tum dixit Gechasi; Atqui filius non (*est*) illi; & maritus ejus senex.

15. Dixit ergò; voca eam: vocavitque eam; quæ constitit in ostio.

16. Tum dixit; Ad tempus statum hoc, juxta tempus præsens, tu amplexaberis [a] filium. dixit verò (*illa;*) ne, Domine mi, vir Dei, ne mentiaris ancillæ tuæ. a) Gen. 18, 10.

17. Concepit autem mulier, peperitque filium: ad tempus statum hoc, juxta tempus præsens, quod locutus est ad eam Elisœa.

18. Et adolevit (*quidem*) puer: sed fuit dies, quo exivit ad patrem suum, ad messores:

19. Dixitque ad patrem suum; (*ô*) caput meum, caput meum! quare dixit ad puerum; (*sume &*) fer eum ad matrem ipsius.

20. Sustulit ergò eum, & detulit eum ad matrem ipsius. Cum verò sedisset super genibus ejus usque ad meridiem, mortuus est.

21. Ascendit ergò (*illa,*) & posuit eum super lectum viri Dei; ac clausit super eo, & exivit.

22. Clamavitque ad maritum suum, ac dixit; mitte, quæso, mihi unum de pueris, & unam asinarum: ut excurram ad Virum Dei, revertarque.

23. Dixit verò; Quare tu (*es*) abiens ad eum hodiè? non novilunium (*est,*) neque Sabbathum. Sed dixit (*illa;*) Pax.

24. Instravit ergò asinam, dixitque ad puerum suum; age, ac perge: ne tardes mihi ad equitandum; nisi dixero tibi.

25. Ivit itaque, ac venit ad virum Dei ad montem Carmelis. Factum autem est: cum primum vidit vir Dei eam è regione, dixit ad Gechasium, puerum suum; En Schunammitidem istam?

26. Quare curre, age, obviam illi, & dic illi; num pax tibi? num pax marito tuo? num pax puero tuo? quæ dixit; pax.

27. Cum verò venit ad virum Dei in montem: prehendit pedes ejus. ideò accessit Gechasius, ad detrudendum eam. Sed dixit vir Dei; omitte eam: quia anima ejus mœsta illi (*est;*) at Jehovah celavit à me, nec indicavit mihi.

28. Tum dixit illa; num petii filium à-cum Domino meo? nonne dixi; ne fallas me?

29. Dixit ergò Gechasio; cinge lumbos tuos, & sume baculum meum in manum tuam, ac abi: si offendes virum, [b] non benedices ei; quod si benedixerit tibi vir, non respondebis ei; pones autem baculum meum super facies pueri. b) Luc. 10, 4.

30. Sed dixit mater pueri; Per vivum Jehovam, & per vitam animæ tuæ! si deseram te. Quare surrexit, & ivit post eam.

31. Gechasius tamen prægressus est ante illos; posuitque baculum super facies pueri: sed neque vox, neque attentio (*erat*) ideò reversus est obviam illi, & indicavit illi, dicendo; non experrectus est puer.

32. Cum ergò venisset Elisœa in domum; cum puer, ecce, mortuus, positus super lecto ipsius:

33. Intravit, & clausit januam super ambobus ipsis; oravitque ad Jehovam:

34. Deinde ascendit, cubuitque super puerum, posuitque os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus, & manus suas super manus ejus, atque extendit se super illum; ut incalesceret caro pueri.

35. Mox iteravit ivitque in domo, semel huc, & semel illuc; deinde ascendit, ac extendit se super illum. Tum sternutavit puer usque ad septem vices, aperuitque oculos suos puer.

36. Vocavit itaque Gechasium, dixitque; Voca Schunammitidem istam; vocavitque eam; quæ venit ad illum: cui dixit; fer puerum tuum.

37. Venit ergò, & procidit ad pedes ejus, & incurvavit se in terram: accepitque filium suum, ac exivit.

38. Posteà Elisœa rediit Gilgalem, cum fames (*esset*) in terrâ. Cum verò filii prophetarum sederent coram ipso: dixit puero suo; Appone ollam magnam, & coque pulmentum filiis prophetarum.

39. Exivit autem unus in agrum ad colligendum olera, invenitque vitem agri, ac collegit de illa colocynthidas agri, plenitudinem vestis suæ; venitque, & concidit in ollam pulmenti; nam non cognoscebant.

40. Deinde effuderunt viris ad comedendum. Sed factum est: cum comederent de pulmento, ipsi clamarunt, dixeruntque;

runtque; mors in olla, vir Dei: non enim potuerunt comedere.

41. Verum dixit, ut acciperent farinam; quam jecit in ollam; dixitque; Effunde populo, ut comedant: Tum non fuit verbum malum in olla.

42. Posteà venit vir de Baal-Schalischah, & attulit viro Dei panem primitiarum, viginti (*nempe*) panes (*hordeorum*) & spicam virentem in gluma sua. Dixit autem; da populo, ut comedant.

43. Dixit verò minister ejus; [c] Quid dabo hoc ante centum viros? Sed dixit; Da populo, ut comedant: quia sic dixit Jehovah; (*comedent*) comedendo, & reliquias faciendo.

44. Dedit itaque ante eos: qui [d] comederunt, & reliquias fecerunt, juxta verbum Jehovæ.

CAP. V.

Naaman Syrus ab Elischa sanatur. Quem I. Rex Syriæ, ex indicio ancillæ Israëlitidis de Elischa, Regi Israëlis commendat literis ad sanandum. à v. 1. Quid II. Rege Israëlis sinistrè interpretante, ad illud Elischa ultrò se offert. à v. 7. Venientem III. Naamanem Elischa jubet, septies in Iordane, lavare per nuntium: quod indignabundo & jam domum reverſuro tandem servi persuadent; atq; ita sanatur. à v. 9. Reverſui itaq; IV. ad Prophetam egregium honorarium illi offert: quod Propheta non accipiens cum pace bene instructum domum dimittit. à v. 15. Sed Gechasium V. doloſè aliquid mendacio recepit: ob quod verò prophetam non latens lepra punitus est cum semine ſuo. à v. 20.

Cæterum Naaman, princeps exercitus Regis Syriæ, fuit vir magnus coram Domino suo, & honoratus faciebus: quia per eum dederat Jehovah salutem Syris. Insuper fuit potens robore, (*sed*) leprosus.

2. Syri autem exiverant turmis (*prædatoriis,*) & ceperant è terra Jisraëlis puellam parvam; quæ fuit ante uxorem Naamanis:

3. Dixitque ad heram suam; utinam Dominus meus (*esset*) coram propheta, qui (*est*) in Samaria: tunc liberaret eum à lepra ipsius.

4. Venit ergò (*quidam*) indicavitque domino suo, dicendo; juxta hoc locuta est puella, quæ (*est*) è terra Jisraëlis.

5. Quare dixit Rex Syriæ; ito, veniito; mittam enim literas ad Regem Jisraëlis. Ivit ergò, sumsitque in manum suam decem talenta argenti, & sex millia (*nummorum*) auri, & decem mutationes vestium.

6. Attulit autem literas ad Regem Jisraëlis, dicendo; Jam ergò, cum venerint literæ hæ ad te; ecce, misi ad te Naamanem servum meum, ut liberes eum à lepra ejus.

7. Factum verò est: cum legeret Rex Jisraëlis literas, rupit vestes suas, dixitque; Num DEus ego, ut possim occidere, & vitam dare? quod hic mittens (*est*) ad me, ut liberem virum à lepra ipsius. Sed omnino cognoscite, quæso, & videte, quod occasionem captet iste contra me.

8. Verum factum est: cum audiret Elischa, vir Dei, quod rupisset Rex Jisraëlis vestes suas, misit ad Regem, dicendo; quare rupisti vestes tuas? veniat, age, ad me, ut cognoscat, quod sit propheta in Jisraële.

9. Venit itaque Naaman cum equis suis, & cum curru suo, constititque ad ostium domus, (*quæ erat*) Elischæ.

10. Misit autem ad eum Elischa nuntium, dicendo; Abi, & lava septem vicibus in Jordane: revertetur enim caro tua tibi, & mundaberis.

11. Tum indignatus est Naaman, abivitque; dixit enim; Ecce, dicebam apud me; exibit exeundo, stabitque, & invocabit nomen Jehovæ, Dei sui, ac movebit manum suam super locum, atque auferet lepram.

12. Nonne bonus est Amana, & Parphar, fluvii Damasci, præ omnibus aquis Jisraëlis? Annon possim lavare in istis, & mundari? Sic convertit se, & abivit cum indignatione.

13. Sed accesserunt servi ejus, & locuti sunt ad eum; dixeruntque; Pater mi, (*si*) verbum magnum locutus esset propheta ad te: nonne facturus fuisses? quantò magis, quando dixit ad te; Lava & mundaberis?

14. Quare descendit, & intinxit se in Jordane septem vicibus, juxta verbum viri Dei. Tum [a] restituta est caro ejus, sicut caro pueri parvi, & mundatus est. *Luc. 4. 27.*

15. Quare reversus est ad virum Dei, stetitque coram eo, ac dixit; Ecce, quæso, cognovi, quod non (*sit*) DEus in omni terra, nisi in Jisraële: quare, accipe, quæso, benedictionem à cum servo tuo.

16. Sed dixit; Per vivum Jehovam, coram quo sto; si accepero. Institit quidem illi, ut acciperet: sed renuit.

17. Tum dixit Naaman; annon verò dabitur, quæso, servo tuo onus paris mulorum de terra? non enim faciet amplius servus tuus holocaustum aut sacrificium diis aliis, nisi Jehovæ.

18. Quoad verbum hoc propitius sit Jehovah servo tuo; quum intraverit Dominus meus in domum Rimmonis, ad incurvandum sibi; idemque innixus fuerit super manu mea; & incurvavero me in domo Rimmonis (*Regi,*) quum (*inquam*) incurvavero me in domo Rimmonis, propitius sit, quæso, Jehovah servo tuo, quoad verbum hoc.

19. Dixit ergò illi; abi in pace. cum verò abivisset à cum eo milliare terræ:

20. Dixit Gechasius, puer Elischæ, viri Dei; ecce, prohibuit Dominus meus Naamani Syro huic, ne acciperet è manu ejus id, quod adduxerat: Per vivum Jehovam! nisi cucurrero post eum, & accepero à cum eo aliquid.

21. Persecutus itaque est Gechasius post Naamanem: cumque vidit Naaman currentem post se, desiliit de super curru obviam illi, dixitque; num pax?

22. Qui dixit; pax: (*sed*) Dominus meus misit me, dicendo; Ecce, jam nunc venerunt ad me duo pueri de monte Ephrajimi, de filiis prophetarum: da, quæso, illis talentum argenti, & duas mutationes vestium.

23. Cui dixit Naaman; acquiesce, accipe duo talenta. Quin ursit eum, & illigavit duo talenta auri in duas crumenas, & duas mutationes vestium: posuitque super duos pueros suos, ut portarent coram illo.

24. Verum cum venit in Ophel, sumsit è manu eorum, ac reposuit in domo: dimisitque viros; qui abiverunt.

25. Mox ipse venit, stetitque juxta dominum suum. Tum dixit ad eum Elischa; Unde (*tu,*) Gechasi? qui dixit; Non ivit servus tuus huc vel illuc.

26. Verum dixit ad illum; Annon cor meum ivit, quando convertit se vir de super curru suo obviam tibi? num tempus (*erat*) accipiendi argentum, & accipiendi vestes, & oliveta, & vineas, & greges, atque armenta, servosque & ancillas?

27. Lepra itaque Naamanis adhæreat tibi & semini tuo in perpetuum. Ita abivit à coram ipso leprosus, sicut nix.

CAP. VI.

Elischa ferrum I. filij prophetarum commodato accepto, sed aquis immersum natare facit, & restituit. à v. 1. II. Idem occulta Regis Syriæ consilia Regi Israëlis manifestat. à v. 8. Propterea III. Rex Syriæ exercitu suo cum quærit, & in Dothane urbe circumdat. à v. 13. Ille verò IV. exercitum per pieces cæcitatibus percussum in mediam Samariam traducit. à v. 18. Non tamen V. permittit Regi Israëlis, ut eum gladio percuteret, sed ciba tum hospitaliter dimittere et. à v. 21. Tandem VI. Samaria à Rege Syriæ obsidetur, & fame gravissima premitur. à v. 24.

Porrò dixerunt filii Prophetarum ad Elischam; Ecce, quæso, locus ubi nos habitantes (*sumus*) coram te, angustus est præ nobis.

2. Eamus, quæso, ad Jordanem, & sumamus inde vir trabem unam: ut faciamus nobis ibi locum ad habitandum ibi. Qui dixit; abite.

3. Sed dixit unus; consenti, quæso, & abi cum servis tuis: qui dixit; Ego abibo.

4. Ivit itaque cum illis; veneruntque ad Jordanem, & exciderunt ligna.

5. Cum autem esset unus dejiciens trabem, & cum securi occidisset in aquas, clamavit, dixitque; Ah, Domine mi! eademque commodata est.

6. Tum dixit Vir Dei; quò cecidit? ostendit ergò ei locum. Qui abscidit lignum, & projecit eò: tum natavit ferrum.

7. Dixit itaque; Tolle tibi, qui emiſit manum ſuam, ac ſumſit illud.

8. Deinde Rex Syriæ fuit belligerans contra Jiſraëlem. Quum autem conſultavit cum ſervis ſuis, dicendo; Ad locum hunc vel illum caſtrametatio mea (*erit:*)

9. Miſit vir Dei ad Regem Jiſraëlis, dicendo; Cave tibi, ne prætereas locum hunc; quia ibi Syri demiſſi.

10. Tum miſit Rex Jiſraëlis ad locum, quem dixit illi vir Dei, monuitque eum, ut caveret ſibi ibi: non ſemel, neque bis (*tantùm.*)

11. Titubavit itaque cor Regis Syriæ ſuper verbo hoc, vocavitque ſervos ſuos, ac dixit ad eos; Annon indicabitis mihi, quis de iis, qui nobis, ad Regem Jiſraëlis (*defecerit?*)

12. Sed dixit unus de ſervis ejus; Non Domine mi, Rex: ſed Eliſcha propheta, qui in Jiſraële, indicat Regi Jiſraëlis verba, quæ loqueris in conclavi cubilis tui.

13. Dixit ergò; ite, & videte, ubi ille (*ſit:*) ut mittam, & capiam eum. Nuntiatum verò eſt illi; Ecce, in Dothane (*eſt.*)

14. Miſit itaque eò equos, & currus, & exercitum magnum: qui venerunt noctu, & circumdederunt urbem.

15. Cum autem manè ſurgeret miniſter viri Dei, ad abeundum, & exiret: ecce, exercitus circumdans urbem, & equus, & currus. Quare dixit puer ejus ad eum; Ah, Domine mi, quomodo geremus nos?

16. Verum dixit (*ad eum;*) ne timeto; a) 1. Joh. 4, 4. [a] quia multi (*ſunt,*) qui nobiſcum, præ iis, qui cum illis.

17. Inſuper oravit Eliſcha, dixitque; Jehovah, aperi, quæſo, oculos ejus, ut videat. Aperuit ergò Jehovah oculos b) Pſal. 34, 8. pueri, viditque; cum, ecce, [b] mons plenus equis & curribus ignis, circa Eliſcham.

18. Cum verò deſcenderent ad eum (*Syri:*) oravit Eliſcha ad Jehovam, dixitque; percute, quæſo, gentem hanc cœcitatibus: ac percuſſit eos cœcitatibus, juxta verbum Eliſchæ.

19. Dixit ergò ad eos Eliſcha; non hæc via eſt, neque hæc urbs; ite poſt me; deducam namque vos ad virum, quem quæritis: deduxit autem eos in Samariam.

20. Factum verò eſt: quum venerunt illi in Samariam; dixit Eliſcha; Jehovah, aperi oculos horum, ut videant. Aperuit itaque Jehovah oculos eorum, videruntque, cum ecce, in medio Samariæ (*eſſent.*)

21. Dixit verò Rex Jiſraëlis ad Eliſcham, ubi vidit eos; num percutiam, percutiam (*eos*) pater mi?

22. Sed dixit; non percuties: num (*enim*) quos captivos duxiſti gladio tuo & arcu tuo, tu percutiens (*es?*) Pone panem & aquas ante ipſos, ut comedant & bibant, & abeant ad Dominum ſuum.

23. Apparavit itaque iis convivium magnum; cumque comederunt & biberunt, dimiſit eos: qui iverunt ad Dominum ſuum; nec addiderunt amplius turmæ Syrorum venire in terram Jiſraëlis.

24. Factum tamen eſt poſteà, ut congregaret Benhadadus Rex Syriæ univerſa caſtra ſua, aſcenderetque, ac obſideret Samariam.

25. Facta autem eſt fames magna in Samaria: nam, ecce, obſederunt eam, uſque dum veniit caput aſini octoginta (*nummis*) argenti; & quarta pars cabi excrementi columbarum quinque (*nummis*) argenti.

26. Evenit autem: Rex Jiſraëlis tranſiens (*erat*) ſuper muro; cum mulier clamavit ad eum, dicendo; ſerva, Domine mi, Rex.

27. Dixit ergò; neque ſervaverit te Jehovah: unde (*ergò*) ſervem (*ego*) te? num ex area, an ex torculari?

28. Porrò dixit (*tamen*) ei Rex; Quid tibi (*eſt?*) dixitque; Mulier hæc dixit ad me, da filium tuum, ut comedamus eum hodiè: at filium meum comedemus cras.

29. [c] Coximus ergò filium meum, & comedimus eum: deinde dixi ad eam die altero; da filium tuum, ut comedamus eum, ſed occultavit filium ſuum. c) Deut. 27, 53. Thren. 4, 10.

30. Factum autem eſt: cum audiret Rex verba mulieris, rupit veſtes ſuas, [tranſibat autem ſuper muro; ac vidit populus, quod ecce ſaccus ſuper carne ejus intus.]

31. Dixitque; Sic faciet mihi Deus, & ſic addet! ſi ſteterit caput Eliſchæ, filii Schaphati, ſuper eo hodie.

32. Eliſcha autem ſedens (*erat*) in domo ſua, & Seniores ſedentes cum eo: at (*Rex*) miſit virum ante ſe. Nondum venerat Legatus ad ipſum, cùm idem (*Eliſcha*) dixit ad Seniores; num vidiſtis, quod miſerit filius homicidæ hic, ad auferendum caput meum? Videte, ubi venerit legatus, claudite januam, & reprimite eum januâ: nonne vox pedum Domini ejus poſt eum?

33. Cùm adhuc ipſe loquens (*eſſet*) cum illis: ecce, legatus deſcendens (*erat*) ad ipſum, dicebatque; Ecce, hoc malum à cum Jehovah: quid expectem Jehovam amplius?

CAP. VII.

Eliſcha I. pro fame Samariæ extremâ ingentem annonæ vilitatem prædicit contradicente Regis Tertiano. à v. 1. Mox II. caſtra Syrorum Samariam obſidentia à Jehovah miré territa aufugiunt; nuntiis, leproſis. à v. 3. Qua III. exploratæ & omnibus opibus referta populus Iſraëliticus egreſſus, conculcato in porta Regis Tertiano, exſpoliat: unde prædicta ab Eliſcha vilitas annonæ & Tertiani mors. à v. 12.

VErum dixit Eliſcha; audite verbum Jehovæ; ſic dixit Jehovah; juxta tempus hoc crâs Seah ſimilæ pro ſiclo, & duæ Seæ hordeorum pro ſiclo (*venibunt*) in porta Samariæ.

2. Contrà reſpondit princeps Tertianus, qui (*erat*) Regi, nitenti ſuper manum ejus, viro Dei, dixitque; En! (*ſi ſit*) Jehovah faciens feneſtras in cœlis; num futurum fuerit verbum hoc? Cui dixit; Ecce, tu videns (*eris*) oculis tuis, ſed inde non comedes.

3. Quatuor autem viri fuerunt leproſi ante portam; dixeruntque vir ad ſocium ſuum; quid nos ſedentes hic uſque dum moriamur.

4. Si dixerimus; Intrabimus in urbem, fames in urbe eſt, & morieмur ibi: quod ſi manebimus hic, moriemur (*etiam;*) quare ite, ut deficiamus ad caſtra Syrorum: ſi vitam nobis relinquent, vivamus; quod ſi occident nos, moriamur.

5. Surrexerunt ergò in crepuſculo, ut venirent ad caſtra Syrorum. Venerunt autem ad extremitatem caſtrorum Syrorum: cum, ecce, non ibi vir.

6. Dominus enim audire fecerat caſtra Syrorum vocem curruum, & vocem equorum; vocem exercitus magni: unde dixerunt vir ad fratrem ſuum; Ecce, conduxit contra nos Rex Jiſraëlis Reges Chithæorum, & Reges Ægyptiorum, ut venirent ſuper nos.

7. Ideò ſurrexerunt, & fugerunt in crepuſculo, reliqueruntque tentoria ſua, & equos ſuos, & aſinos ſuos, in caſtris, ſicut hæc (*erant,*) fugeruntque pro anima ſua (*ſervandâ*)

8. Quando ergò venerunt leproſi iſti ad extremitatem caſtrorum, intraverunt in tentorium unum, comederuntque ac biberunt, abſtuleruntque inde argentum, & aurum, & veſtes; abiveruntque ac occultarunt: mox redierunt, intraruntque in tentorium aliud, & abſtulerunt inde, iveruntque ac occultarunt.

9. Tandem (*tamen*) dixerunt vir ad ſocium ſuum; non rectum nos (*ſumus*) facientes: dies hic (*enim*) dies Evangelii ille (*eſt.*) Si ergò nos (*erimus*) tacentes, & expectaverimus uſque ad lucem auroræ, inveniet nos iniquitas. Quare ite, ut veniamus, & indicemus in domo Regis.

10. Venerunt itaque, & clamarunt verſus cuſtodem portæ urbis, & indicarunt illis, dicendo; Venimus ad caſtra Syrorum, cum, ecce, non ibi vir, aut vox hominis: ſed equus alligatus, & aſinus alligatus, & tentoria, ſicut illa.

11. Clamarunt ergò cuſtodes portæ, indicaruntque in domo Regis intus.

12. Unde ſurrexit (*quidem*) Rex noctu: dixit tamen ad ſervos ſuos: Indicabo, agite, vobis id, quod fecerunt nobis Syri: ſciverunt, quod famelici nos (*ſimus;*) ideò exiverunt è caſtris, ut occultarent ſe in agro.

agro, dicendo; ſi exiverint ex urbe, capiemus eos vivos, & in urbem intrabimus.

13. Cui reſpondit unus de ſervis ejus, dixitque; Accipiant ergò, quæſo, quinque de equis relictis, qui relicti ſunt in ea (*urbe.*) [En! (*ſint*) illi ſicut omnis multitudo Iſraëlis, qui relicti in eâ: ecce, iidem ſicut omnis multitudo Iſraëlis, qui conſumti ſunt,] mittamuſque & videamus.

14. Acceperunt ergò duos currus equorum; miſitque (*eos*) Rex poſt caſtra Syrorum, dicendo; Ite, & videte.

15. Iverunt autem poſt eos uſque ad Jordanem: cum ecce omnis via plena (*fuit*) veſtibus, & vaſis, quæ abjecerunt Syri, dum feſtinarunt: quare reverſi ſunt legati, indicaruntque Regi.

16. Tum exivit populus, & ſpoliarunt caſtra Syrorum: veniitque Seah ſimilæ pro ſiclo, & duæ Seæ hordeorum, pro ſiclo juxta verbum JEHOVÆ.

17. Rex autem conſtituerat principem Tertianum, ſuper cujus manu nitebatur, ſuper portam: ſed conculcarunt eum populus in porta, ut mortuus ſit: ſicut locutus erat vir DEI, qui locutus eſt, cum deſcenderet Rex ad ipſum.

18. Factum, inquam, eſt juxta verbum viri DEI ad Regem, dicendo; duæ Seæ hordeorum pro ſiclo, & Seah ſimilæ pro ſiclo venibit, juxta tempus hoc cras in porta Samariæ.

19. Cumque reſponderet princeps Tertianus viro DEI, diceretque; Ecce, (*ſi*) JEHOVAH faciens (*ſit*) feneſtras in cœlis, num futurum eſſet juxta verbum hoc? dixit; Ecce, tu videns (*eris*) oculis tuis, ſed inde non comedes. Factum itaque illi eſt ſic: nam conculcarunt eum populus in porta, ut mortuus ſit.

CAP. IIX.

Eliſcha I. Sunammitidem eum filio revivificata peregrinari jubet, ob famem, quam prædixit, ſeptennem. à v.1. Poſt quos annos II. illa cum filio reverſa omnia bona & agros à Rege Iſraëlis, ob narratum à Gechaſie reſuſcitationis miraculum, recipit. à v.6. Eliſcha III. Damaſcum veniens & à Benhadado de morbo interrogatus, Benhadadi mortem, regnum Chaſaëli prædicit triſtiſſimus ob futura Iſraëlis inde mala. à v.7. IV. In regno Iehudæ Iehoramus impius ſuccedit patri pio Ieholchaphato. à v.17. à quo ideo defecit Edom. à v.20. Et V. ſuccedit mortuo æquè impius filius Achaziah: qui cum Ioramo Rege Iſraëlis in bellum contra Chaſaëlem Syrum egreſſus, eum ex vulneribus decumbentem in Iiſreele etiam viſitavit infeliciter. à v.25.

Cæterum Eliſcha locutus erat ad mulierem, cujus revivificaverat filium, dicendo; Surge, & abi tu & domus tua, & peregrinare, ubi peregrinari licuerit tibi: quia vocavit JEHOVAH famem, etiamque veniet ſuper terram ſeptem annos.

2. Surrexit itaque mulier, fecitque juxta verbum Viri DEI; iviitque ipſa & domus ejus, ac peregrinata eſt, in terra Philiſthæorum ſeptem annis.

3. Factum autem eſt, à fine ſeptem annorum; reverſa eſt mulier è terra Philiſthæorum, & exivit ad clamandum ad Regem, ſuper domo ſua, & ſuper agro ſuo.

4. Loquebatur autem Rex cum Gechaſio, puero viri DEI, dicendo; narra, age, mihi omnia magnalia, quæ fecit Eliſcha.

5. Dum ergò ille (*erat*) enarrans Regi hoc, quod revivificaſſet mortuum: ecce, mulier, cujus revivificaverat filium, clamans ad Regem ſuper domo ſua, & ſuper agro ſuo. Quare dixit Gechaſius; Domine mi, Rex; Hæc (*eſt*) mulier, & hic filius ejus, quem revivificavit Eliſcha.

6. Interrogavit ergò Rex mulierem, quæ enarravit illi. Ideò dedit illi Rex Eunuchum unum, dicendo; reſtitue omnia, quæ (*erant*) illi, omneſque proventus agri, à die, quo deſeruit terram, uſque nunc.

7. Poſteà venit Eliſcha in Damaſcum, cùm Benhadadus Rex Syrorum ægrotans (*eſſet.*) Nuntiatum itaque huic eſt, dicendo; venit vir DEI uſque huc.

8. Quare dixit Rex ad Chaſaëlem; accipe in manum tuam munus, & abi obviam viro DEI, ac conſule JEHOVAM ex eo, dicendo; num victurus ſum ex morbo hoc?

9. Ivit

9. Ivit ergò Chaſaël obviam illi, acceptique munus in manum ſuam, & omne bonum Damaſci, onus quadraginta Camelorum; venitque ac ſtetit ante ipſum, atque dixit; Filius tuus Benhadadus, Rex Syrorum, miſit me ad te, dicendo; num victurus ſum ex morbo hoc?

10. Dixit autem ad eum Eliſcha; abi, dic illi; (*num*) vivendo vives? Nam oſtendit mihi JEHOVAH, quod moriendo moriturus ſit.

11. Demde ſtare fecit facies ſuas, & compoſuit uſque ad pudorem, flevitque vir DEI.

12. Tum dixit Chaſaël; quare Dominus meus (*eſt*) flens? Dixit autem; quia novi id, quod facturus es filiis Iſraëlis malum: munimenta eorum mittes in ignem, & juvenes eorum gladio occides, & infantes eorum allides, ac gravidas eorum diſſecabis.

13. At dixit Chaſaël; Atqui quid ſervus tuus, canis; ut faciat verbum magnum hoc. Dixit verò Eliſcha; oſtendit mihi
i) 1.Reg. 19,15. JEHOVAH te [a] Regem ſuper Syriam.

14. Deinde abivit à cum Eliſcha, venitque ad Dominum ſuum: qui dixit illi; quid dixit tibi Eliſcha? Dixit ergò; dixit mihi, vivendo vives.

15. Sed factum eſt poſtridiè: ſumſit ſtragulam, intinxitque in aquas, ac extendit ſuper facies ipſius, unde mortuus eſt. Regnavit autem Chaſaël pro eo.

16. Cæterum in anno quinto Jorami, filii Achabi, Regis Iſraëlis, quum Jehoſchaphatus (*adhuc eſſet*) Rex Jehudæ, regnavit [b] Jehoramus, filius Jehoſchaphati, Regis Jehudæ.
b) 2.Par. cal. 21,3.

17. Filius triginta & duorum annorum fuit, cum Rex fieret, & octo annis regnavit in Hieroſolyma.

18. Ambulavit autem in via Regum Iſraëlis, quemadmodum fecerunt domus Achabi: filia enim Achabi fuit illi in uxorem. Fecit itaque malum in oculis JEHOVÆ.

19. Non tamen voluit JEHOVAH perdere Jehudam, propter Davidem, ſervum
c) 2.Sa. 7,13.ſeq. ſuum: ſicut [c] promiſerat huic, daturum ipſi lucernam, quoad filios ipſius, omnibus diebus.

20. In diebus illius defecit Edom à ſub manu Jehudæ, conſtituerunt que ſuper ſe Regem.

21. Tranſiit quidem Joramus in Zair, omneſque currus cum eo; fuitque idem ſurgens noctu, & percuſſit Edomum circumdantem illum, & principes curruum, ut fugeret populus in tentoria ſua:

22. Defecit tamen Edomus à ſub manu Jehudæ uſque ad diem hunc. Tunc (*etiam*) defecit Libnah in tempore iſtoc.

23. Quod autem ad reliquum verborum Jorami, & omne quod fecit: nonne hæc ſcripta (*ſunt*) ſuper [d] libro verborum dierum, (*qui eſt*) Regibus Jehudæ? d) 2.Par. cal. 21,

24. Cubuit itaque Joramus cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt cum patribus ſuis in urbe Davidis; regnavit autem [e] Achasjah, filius ejus, loco ejus. e) 2.Par. cal. 22,

25. In anno duodecimo, (*qui*) Joramo, filio Achabi, Regi Iſraëlis, regnavit Achasjah, filius Jehorami, Regis Jehudæ.

26. Filius viginti & duorum annorum (*erat*) Achasjah, cum Rex fieret, & annum unum regnavit in Hieroſolyma: nomen autem matris ejus Athaljah, filia Omrii, Regis Iſraëlis.

27. Ivit verò in via domus Achabi, fecitque malum in oculis JEHOVÆ, ſicut domus Achabi; quia affinis domus Achabi (*fuit*) ille.

28. Ivit etiam cum Joramo, filio Achabi, in bellum contra Chaſaëlem, Regem Syriæ, ad Ramoth Gileadis; cum percuterent Syri Joramum.

29. Cumque reverſus eſſet Joramus Rex, [f] ut ſanaretur in Iiſreele à plagis, quibus percuſſerunt eum Syri in Ramah, cùm pugnarent cum Chaſaële, Rege Syriæ. Achasjah, filius Jehorami, Rex Jehudæ, deſcendit ad viſendum Joramum, filium Achabi, in Jiſreele; quia decumbebat iſte. f) 2.Reg. 9,15.

CAP. IX.

Eliſcha per filium aliquem prophetarum principem Iehu in Ramoth Gileadu in Regem Iſraëlis ungit. à v.1. Qui II. cum principibus exercitus, eum pro Rege agnoſcentibus, contra Ioramum coniurat, & ſtatim perſequitur. à v.14. Quem III. in agro Nabothi

Nabothi occuri autem cum Achasjah, Rege Iehuda, ibidem telo trajectum occidit, & in agrum Nabothi projicit. à v. 25. Achaziam autem IV. persequens occidi iubet, & Hierosolymam dimitti. à v. 27. Tandem V. Iisreelem se venisse Isebelem per fenestram in terram deiici iubet; quam canes devorarunt. à v. 30. Atq; sic prophetia Eliæ contra domum Achabi exacte impleta est. v. 25. 36 37.

TUm Elischa propheta vocavit unum de filiis prophetarum, & dixit illi; Accinge lumbos tuos, & sume lenticulam olei hujus in manum tuam; ac abi in Ramoth Gileadis.

2. Cumque veneris eò, circumspice ibi Jehu, filium Jehoschaphati, filii Nimschii; ac veni, & surgere fac eum è medio fratrum ejus, ac introduc eum è conclavi in conclave *(secretum.)*

3. Tum sume lenticulam olei, & effunde super caput ejus, ac dic; sic dixit JEHOVAH; Unxi te in Regem super Jisraëlem: dein aperies januam, & fugies, nec morabetis. a) 1. Reg. 19, 16.

4. Ivit itaque puer, puer (*inquam*) prophetæ in Ramoth Gileadis.

5. Cum autem (*eò*) veniret, &, ecce, principes exercitus sedentes; dixit; Verbum mihi ad te (*est.*) princeps. Tum Jehu dixit; ad quem de omnibus nobis? qui dixit; ad te, princeps.

6. Surrexit itaque, & intravit intra domum: ubi effudit oleum super caput ejus, ac dixit illi; Sic dixit JEHOVAH, DEUS Jisraëlis, unxi te in Regem super populum JEHOVÆ, super Jisraëlem.

7. Percuties autem [b] domum Achabi, Domini tui, ut vindicem sanguines servorum meorum, prophetarum, & sanguines omnium servorum JEHOVÆ, è manu Isebelis. b) 2. Reg. 21, 21.

8. Et pereat tota domus Achabi, excindamque Achabo mingentem in parietem, & clausum atque relictum in Jisraële:

9. Demque domum Achabi, sicut [c] domum Jerobeami, filii Nebati, & sicut [d] domum Baëschæ, filii Achijæ: c) 1. Reg. 15, 29. d) 1. Reg. 16, 3.

10. Isebelem autem comedant canes in agro Jisreelis, nec (*sit*) sepelíens. Ita aperuit januam, & aufugit. e) 1. Reg. 21, 23.

11. Cum autem Jehu exiret ad servos Domini sui; dixit ei (*aliquis;*) num pax? quare venit insaniens hic ad te? qui dixit ad eos; vos novistis virum & sensum ejus.

12. Sed dixerunt; Falsum: indica, quæso, nobis. Dixit ergò; juxta hoc, & juxta hoc dixit ad me, dicendo; Sic dixit JEHOVAH: unxi te in Regem super Jisraëlem.

13. Tum festinarunt, & sumserunt vir vestem suam, posueruntque sub se super solum graduum, clanxeruntque buccina, ac dixerunt; Rex factus est Jehu.

14. Quare conjuravit Jehu, filius Jehoschaphati, filii Nimschii, contra Joramum. [Joramus autem fuerat observans in Ramoth Gileadis; ipse & totus Jisrael propter Chasaëlem, Regem Syriæ:

15. Sed reversus erat Jehoramus Rex, ut sanaretur in Jisreele à vulneribus, quibus [f] percusserunt eum Syri, quum pugnaret cum Chasaële, Rege Syriæ.] Dixit nimirum Jehu; Si est animus vester; ne exeat evadens ex urbe, ut eat ad annuntiandum in Jisreele. f) 2. Reg. 8, 28.

16. Mox vectus curru est Jehu, ivitque in Jisreelem; quia Joramus jacebat ibi: Achasiah autem, Rex Jehudæ, descenderat ad visendum Joramum.

17. Speculator itaque stans (*erat*) super turri in Jisreele, videbatque agmen Jehu, quum veniebat, ac dixit; agmen ego videns (*sum.*) Cui dixit Joramus; accipe equitem, & mitte obviam illis, ut dicat; num pax?

18. Ivit ergò equitans super equo obviam ei, dixitque; Sic dixit Rex; num pax? Sed dixit Jehu; quid tibi & paci? circumito ad (*eos, qui*) post me. nuntiavit autem speculator, dicendo; Venit nuntius ad illos; sed non redit.

19. Quare misit equitantem super equo secundum: qui venit ad eos, dixitque; Sic dixit Rex; num pax? Sed dixit Jehu; quid tibi & paci? circumito ad (*eos, qui*) post me.

20. Ideò annuntiavit speculator, dicendo; venit usque ad eos, sed non revertitur: est verò ductus sicut ductus Jehu, filii Nimschii: nam cum furore ducit.

21. Quare dixit Jehoramus; alliga; alligavit itaque currum ejus. Exivit ergò Jehoramus, Rex Jisraëlis, & Achasjah, Rex Jehudæ, vir in curru suo; exiverunt, inquam, obviam Jehu, inveneruntque eum in agro Nabothi Jisreelitæ.

22. Factum verò est: cum videret Jehoramus Jehu, dixit; num pax, Jehu? qui dixit; Quid pax? (*num*) usque ad scortationes Isebelis, matris tuæ, & incantationes ejus multas?

23. Tum convertit Jehoramus manus suas, fugitque; ac dixit ad Achasjam; fraus (*est*) Achasjah.

24. At Jehu implevit manum suam arcu, percussitque Jehoramum inter brachia ejus, ut exiret telum è corde ejus: unde concidit in curru suo.

25. Mox dixit ad Bidkarem ducem tertianum; tolle, projice eum in partem agri Nabothi Jisreelitæ: nam recordare; ego & tu (*eramus*) cum equitantibus binis post Achabum, patrem ejus, cum [g] JEHOVAH posuit super eum onus hoc; g) 1. Reg. 21, 19. 22, 28.

26. Si non sanguines Nabothi, & sanguines filiorum ejus vidi heri, dictum JEHOVÆ; & rependam tibi in agro hoc, dictum JEHOVÆ. Quare tolle, (*&*) projice eum in agrum, juxta verbum JEHOVÆ:

27. [h] Cum verò Achasjah, Rex Jehudæ, vidit, fugit via domus horti: sed persecutus est post eum Jehu, dixitque; Etiam hunc percutite super curru, in ascensu Gur, qui apud Jibleam: fugit tamen Megidduntem (*percussus,*) ubi mortuus est. h) 2. Paral. 22, 9

28. Tum vexerunt eum in curru servi ejus Hierosolymam, sepeliveruntque eum in sepulchro ejus cum patribus ejus in urbe Davidis.

29. In anno autem undecimo, annorum (*qui erant*) Joramo, filio Achabi, rex factus est Achasjah super Jehudam.

30. Deinde venit Jehu Jisreelem. At Isebel audiverat, & posuit in fuco oculos suos, exornavitque caput suum, ac prospexit per fenestram.

31. Cumque Jehu veniret per portam, dixit; [i] num pax Simri, interfectori Domini sui? i) 1. Reg. 16, 10.

32. Sustulit ergò (*Jehu*) faciem suas ad fenestram, dixitque; Quis mecum (*sacit?*) quis? prospexerunt verò ad eum duo tresve Eunuchi.

33. Quibus dixit; dejicite eam. dejecerunt eam ergò, aspersumque est de sanguine ejus ad parietem, & ad equos, qui conculcarunt eam.

34. Post venit, ac comedit, bibitque: tandem dixit; visitate, agite, maledictam istam, & sepelite eam; quia filia Regis illa.

35. Iverunt itaque ad sepeliendum eam: sed non invenerunt de illa, nisi calvariam, & pedes, & volas manuum.

36. Unde reversi sunt, & nuntiarunt illi: qui dixit; [k] Verbum JEHOVÆ hoc (*est,*) quod locutus est per manum servi ipsius, Eliæ Thisbitæ, dicendo; In agro Jisreelis comedent canes carnem Isebelis: k) 1. Reg. 21, 23

37. Eritque cadaver Isebelis, sicut sterquilinium super facies agri in parte Jisreelis; de qua non dicant; hæc Isebel (*est.*)

CAP. X.

Iehu I. ad Samaritanos literas mittit bellum denuntiantes: ad quas illi se submittunt, tanquam Regi. à v. 1. Qui iidem II. ad secundum missum capita filiorum Achabi ei mittunt à v. 6. Mox Iehu III. omnes superstites & notos Achabi occidit. v. 11. 17. Et IV. omnes fratres Achasiæ, Regis Iehudæ. à v. 12. V. Ionadabum Rechabitam in amicum recipit. à v. 15. VI. In Samaria dolo congregat ad proclamatum Baalis cultum omnes Sacerdotes & cultores, & occidit, destructis domo & statuis Baalis. à v. 18. Sed VII. licet acceptâ promissione Iehovæ de posteris egregiâ, à peccatis Ierobeami non recedit; ideò per Chasaëlem magna damna passus. à v. 29. Donec IIX. mortuus est, successore Iehoascho filio. à v. 34.

POrrò Achabo (*erant*) septuaginta filii in Samaria. Scripsit itaque Jehu literas, misitque Samariam ad principes Jisreelis, Seniores, & ad nutritios Achabi, dicendo;

2. Jam ergò, ubi venerint literæ hæ ad vos: cum vobiscum sint filii Domini vestri, & vobiscum currus & equites, & urbs munimenti, & armamentarium:

3. Videbitis, ut bonum & rectum de filiis Domini vestri ponatis super thronum patris ipsius; ac pugnetis pro domo domini vestri.

4. Extimuerunt verò valdè admodum, dixeruntque; Ecce, duo Reges non ſteterunt coram illo: quomodo ergò ſtabimus nos?

5. Quare miſit is, qui ſuper domo (*Regis,*) & qui ſuper urbe, & Seniores, & nutritii ad Jehu, dicendo; ſervi tui nos (*ſumus,*) & omne, quod dixeris ad nos, faciemus: non faciemus Regem quenquam; quod bonum in oculis tuis, fac.

6. Quare ſcripſit ad eos literas ſecundùm, dicendo; Si mihi vos (*eſtis,*) & voci meæ vos obedientes: ſumite capita virorum filiorum domini veſtri, & venite ad me, juxta tempus hoc cràs Jiſreelem: [(*Erant*) autem filii Regis, ſeptuaginta viri, apud magnates urbis, educantes illos.]

7. Factum itaque eſt: cumprimum venerunt literæ hæ ad eos; ſumſerunt filios Regis, & mactarunt, ſeptuaginta viros: poſueruntque capita eorum in corbes, ac miſerunt ad eum Jiſreelem.

8. Cum ergò veniret nuntius, annuntiaretque ei, dicendo; Attulerunt capita filiorum Regis: dixit; ponite ea, duos acervos ad oſtium portæ, uſque ad auroram.

9. Factum verò eſt ſub auroram, ut exiret, ſtaretque, ac diceret ad univerſum populum; voſne juſti (*eſtis*) Ecce, ego conjuravetim contra Dominum meum, & occidetim eum: quis verò percuſſit hos omnes?

10. Cognoſcite itaque, quod non ceciderit de verbo JEHOVÆ (*ullum*) in terram; quod [a] locutus eſt JEHOVAH ſuper domum Achabi: JEHOVAH nempè fecit id, quod locutus eſt per manum ſervi ſui, Eliæ. a) 1. Reg. 21,22.

11. Deinde percuſſit Jehu omnes ſuperſtites domui Achabi in Jiſreel, omneſque magnates ejus, & notos ejus, & Sacerdotes ejus: donec non ſuperſtitem fecit illi reſiduum.

12. Poſt ſurrexit, venitque, ac ivit Samariam. Ille (*erat apud*) domum ligationis paſtorum in via:

13. Cum Jehu invenit fratres Achasjæ, Regis Jehudæ; quibus dixit; Qui vos (*eſtis?*) dixeruntque; fratres Achasjæ nos: deſcendimus autem ad (*dandam*) pacem filiis Regis, & filiis Dominæ.

14. Quare dixit; prehendite eos vivos: prehenderuntque eos vivos: tum mactavit eos apud foveam domus ligationis, quadraginta duoſque viros, neque reliquit virum de illis.

15. Dein perrexit inde, invenitque [b] Jonadabum, filium Rechabi, obviam ſibi, benedixit autem ei, ac dixit ad eum; Num eſt cor tuum rectum, ſicut cor meum cum corde tuo? cui dixit Jonadabus; Eſt. (*ille;*) ſi eſt, da manum tuam: dedit ergò manum ſuam. Tum aſcendere fecit eum ad ſe in curtum. b) Ier. 35, 6.

16. Dixitnamque; Ito mecum, & videto Zelum meum pro JEHOVAH: ideò vehi fecerunt eum in curru ipſius.

17. Cum ergò venit Samariam, percuſſit omnes ſuperſtites Achabo in Samaria: donec perdidit eum; juxta [c] verbum JEHOVÆ, quod locutus eſt ad Eliam. c) 1. Reg 21,21

18. Poſt congregavit Jehu univerſum populum, dixitque ad eos; Achabus ſervivit [d] Baali parum: Jehu ſerviet illi magis. d) 1. Regũ 16,32.

19. Jam ergò omnes Prophetas Baalis, omnes ſervientes illi, & omnes Sacerdotes ejus vocate ad me; vir ne deſideretur; quia ſacrificium magnum mihi pro Baale: omnis, qui deſiderabitur, non vivet. Sed Jehu fecit per fraudem, ut perderet cultores Baalis.

20. Dixit etiam Jehu; proclamate intermiſſionem Baali: proclamaruntque.

21. Inſuper miſit Jehu in univerſum Jiſraëlem: unde venerunt omnes cultores Baalis, ut non relinqueretur vir, qui non veniſſet. Intrarunt autem in domum Baalis; ut impleta ſit domus Baalis ab extremitate ad extremitatem.

22. Tum dixit ei, qui ſuper veſtiarium; Profer veſtimentum omni cultori Baalis: qui protulit illis veſtimentum.

23. Denique venit Jehu & Jonadabus, filius Rechabi, in domum Baalis, dixitque cultoribus Baalis; Scrutamini, & videte, ne ſit hic vobiſcum (*aliquis*) de ſervis JEHOVÆ; ſed cultores Baalis ſoli.

24. Venerunt ergò ad faciendum ſacrificia & holocauſta. Interea poſuit ſibi Jehu foris octoginta viros, dixitque; Quod ad virum, à quo eripiet ſe (*ullus*) de viris, quos ego trado in manus veſtras; illius anima (*erit*) pro anima hujus.

25. Factum itaque eſt: cum abſolviſſet facere holocauſtum, dixit Jehu ſatellitibus iſtis, & ducibus; Ingredimini, percutite eos; vir ne exeat. Percuſſerunt ergò eos ore gladii; projeceruntque ſatellites & duces: deinde perrexerunt uſque ad urbem domus Baalis,

26. Et eduxerunt ſtatuas domus Baalis, combuſſeruntque eam:

27. Deſtruxerunt itaque ſtatuam Baalis: deſtruxeruntque domum Baalis, & & poſuerunt eam in latrinas uſque ad diem hunc.

28. Sic perdidit Jehu Baalem ex Jiſraële.

29. Verum peccata Jerobeami, filii Nebati, quæ peccare fecit Jiſraëlem, quod attinet: non receſſit Jehu à poſt illa: (*nempè à*) vitulis auri, qui in Bethele, & qui in Dane.

30. Tum dixit JEHOVAH ad Jehu; Propterèà quod egregiè te geſſiſti faciendo rectum in oculis meis; dum juxta omne, quod in corde meo (*fuit,*) feciſti domui Achabi: filii quartæ generationis [e] ſedebunt tibi ſuper throno Jiſraëlis. e) 2. Reg. 15,12.

31. Nihilominus Jehu non obſervavit, ut iret in lege JEHOVÆ, DEI Jiſraëlis, in toto corde ſuo: non receſſit à peccatis Jerobeami, quæ peccare fecit Jiſraëlem.

32. (*Ideò*) in diebus illis cepit JEHOVAH decurtare in Jiſraële: percuſſit enim eos [f] Chaſaël in omni termino Jiſraëlis: f) 1. Reg. 19,17.

33. A Jordane, verſus ortum ſolis, totam terram Gileadis, Gaditam, & Rubenitam, & Menaſchitam; ab Aroëre, quæ ſuper fluvio Arnonis, uſque ad Gileadem & Baſchanem.

34. Quod verò ad reliquum verborum Jehu, & omne, quo l fecit, & omnem potentiam ejus: nonne hæc ſcripta (*ſunt*) ſuper [g] libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jiſraëlis? g) 2. Paral. 22,7

35. Cubuit itaque Jehu cum patribus ſuis, ſepeliverunteque eum in Samaria: regnavitque Jehoachaſus, filius ejus, loco ejus.

36. Dies autem, quibus regnavit Jehu ſuper Jiſraëlem (*ſunt*) viginti & octo anni, in Samaria.

CAP. XI.

Athaliah perdidit omne ſemen regni Iehuda, ereptò ſolo à Iehoſcheba Ioaſcho: & regnum ad ſe rapit. à v. 1. Sed II. Iehoiada Sacerdos Ioaſcho ſeptennio omnes principes & ſatellites regios conciliat fœdere iuramento, ad ſ. cuſtodiam eius armatis ordinat. à v. 4. Ita III. in Regem toti populo ſiſtit & unxit. v. 12. Athaliam autem IV. tumultuantem occidi fecit. à v. 13. Tandem V. pacto fœdere, tum inter Iehoiadam, Regem & populum, tum inter Regem & populum, eum in domo Regia ſuper throno Regio fœdere facit. à v. 17.

CUm verò Athaljah, mater Achasjæ, videret, quod mortuus eſſet filius ſuus; ſurrexit, & [a] perdidit omne ſemen regni. a) 2. Par. 22,10.

2. Accepit tamen Jehoſcheba, filia Regis Jorami, ſoror Achasjæ, Joaſchum, filium Achasjæ, & ſuffurata eſt eum è medio filiorum Regis occiſorum; ipſum & nutricem ejus, in conclavi lectorum: abſconditque eum coram Athaljah, ut non occiſus ſit.

3. Fuit autem cum ea in domo JEHOVÆ abſconſus ſex annis: interea Athaljah regnabat ſuper terram.

4. Sed in [b] anno ſeptimo miſit Jehojada, & aſſumſit principes centuriarum, quoad primarios & quoad ſatellites, introduxitque eos ad ſe in domum JEHOVÆ, & pepigit cum iis fœdus, ac adjuravit eos in domo JEHOVÆ, & oſtendit eis filium Regis. b) 2. Paral. 23,1.

5. Deinde præcepit eis, dicendo; Hoc eſt verbum, quod facietis; tertia pars de vobis (*erunt*) ingredientes Sabbatho, & cuſtodientes cuſtodiam domus Regis.

6. Et tertia pars in porta Sur; & tertia pars in porta poſt ſatellites. Ita cuſtodietis cuſtodiam domus depulſione.

7. Duæ porrò manus de vobis, omnes (*nempè*) exeuntes Sabbatho; cuſtodient cuſtodiam domus JEHOVÆ ſuper Rege.

8. Circumdabitis enim Regem circumcirca, vir & arma ejus in manu ejus (*erunt,*) ita ut intrans intra ordines occidatur. Sic eritis cum Rege, quando egredietur, & quando ingredietur.

9. Fecerunt ergò principes centuriarum juxta omne, quod præcepit Jehojada Sacerdos: sumserunt namque vir viros suos, ingredientes Sabbatho, & egredientes Sabbatho, veneruntque ad Jehojadam Sacerdotem.

a) 2. Paral. 23, 9. 10. [c] Dedit autem Sacerdos principibus centuriarum hastas & scuta, quæ (*fuerunt*) Regi Davidi; quæ (*fuerunt*) in domo JEHOVÆ.

11. Steterunt itaque satellites, vir & arma ejus in manu eius, ab humero domus dextero, ad humerum domus sinistrum, respectu altaris & respectu domus, super Rege circumcirca.

12. Tum produxit filium Regis, posuitque super eum coronam & [d] testimonium; & Regem fecerunt eum, ac unxerunt eum; complosseruntque manus, atque dixerunt; Vivat Rex.

d) Deut. 1, 19.

13. Audivit verò Athaljah vocem satellitum (&) populi: ideò venit ad populum in domum JEHOVÆ.

14. Cumque videret, quod, ecce, Rex stans juxta columnam pro more, & principes atque tubæ apud Regem, omnemque populum terræ lætantem, & clangentem tubis: rupit Athaljah vestes suas, clamavitque; Conjuratio, conjuratio (*est.*)

15. Sed præcepit Jehojada Sacerdos principibus centuriarum, præfectis exercitus, dixitque ad eos; educite eam ad (*loeum*) extra ordines; & venientem post eam occide (*aliquis*) gladio: dixit enim Sacerdos; ne occidatur in domo JEHOVÆ.

16. Injecerunt itaque ei manus; cumque venit in viam introitus equorum, ad domum Regis, occisa est ibi.

17. Tum pepigit Jehojada fœdus inter JEHOVAM, & inter Regem, & inter populum, ut essent in populum JEHOVÆ: itemque inter Regem, & inter populum.

18. Deinde venerunt omnis populus terræ in domum Baalis, & destruxerunt eam; altaria ejus & imagines ejus fregerunt probè; Matthanem autem Sacerdotem Baalis interfecerunt ante altaria. Posuit autem Sacerdos præfecturas super domum JEHOVÆ.

19. Posteà accepit principes centuriarum, & primarios (*milites,*) & satellites, & omnem populum terræ, deduxeruntque Regem è domo JEHOVÆ, ac venerunt via portæ satellitum in domum Regis, ubi sedit super throno Regum.

20. Lætatus verò est omnis populus terræ, & urbs pacata fuit: at Athaljam occiderant gladio apud domum Regis.

CAP. XII.

Iehoaschus I. puer septennis bene vivit & regnat, duce Ithoiada Sacerdote. à v. 1. II. Inprimis per Sacerdotes pro reparanda templi ruptura pecuniam colligit & erogat. v. 5. 6. Et III. ob illorum segnitiem aliter disponit. à v. 7. relicta tamen Sacerdotibus, quæ ipsis competebant. v. 17. Sed IV. impius tandem factus partim à Chasaëli Syro gravi exactione mulctatur. v. 18. 19. Partim V. à servis occiditur, succedente Amaziah filio. à v. 20.

FIlius septem annorum Jehoaschus, cum regnaret.

2. In anno septimo Jehu, Rex factus est [a] Jehoaschus, & quadraginta annos regnavit in Hierosolyma: nomen autem matris ejus Zibjah de Beer-Scheba. a) 2. Mal. 1.

3. Fecit autem Jehoaschus bonum in oculis JEHOVÆ omnibus diebus suis, quibus docuit eum Jehojada Sacerdos.

4. Excelsa tantum non cessarunt: adhuc populus sacrificantes (*erant*) & suffitientes in excelsis.

5. Cæterum dixit Jehoaschus ad Sacerdotes; omne argentum sanctificatorum, quod adferetur ad domum JEHOVÆ. (*tanquam*) argentum usuarium; quoad virum, cujus æstimatio (*erit*) argentum animarum: omne (*etiam*) argentum, quod ascenderit super cor viri, ad adferendum in domum JEHOVÆ;

6. Accipient sibi Sacerdotes, vir à noto suo: iidemque firment rupturam domus, quoad omne, ubi invenietur ruptura.

7. Factum verò est in anno vigesimo

& tertio annorum, (*qui*) Regi Jehoascho; non firmarunt Sacerdotes rupturam domus.

8. Quare vocavit Rex Jehoaschus Jehojadam Sacerdotem, & Sacerdotes, dixitque ad eos; Quare vos non (*estis*) firmantes rupturam domus? Jam itaque ne accipite argentum à cum notis vestris; quia pro ruptura domus daturi estis illud.

9. Acquieverunt autem Sacerdotes; ut non acciperent argentum à cum populo, neque firmarent rupturam domus.

10. Contrà sumsit Jehojada Sacerdos arcam unius, ac perforavit foramen in janua ejus; posuitque eam juxta altare ad dextram, si intrat vir in domum JEHOVÆ; posuerunt autem eò Sacerdotes, custodes liminis, omne argentum, adductum in domum JEHOVÆ.

11. Factum autem est; quando viderunt, quod multum argentum in arca, ascendit scriba Regis, & Sacerdos magnus, & colligarunt ac numerarunt argentum, inventum in domo JEHOVÆ.

12. Deinde dederunt argentum destinatum super manus facientium opus, præfecti in domo JEHOVÆ; expenderuntque illud fabris ligni, & ædificantibus, laborantibus in domo JEHOVÆ.

13. Item cæmentariis & exciforibus lapidum; ac ad emendum ligna & lapides excisionis, ad firmandam rupturam domus JEHOVÆ: & in omne, quod expendendum erat pro domo ad firmandum.

14. Verum non fiebant in domo JEHOVÆ, pelves argenti, Psalteria, crateres, tubæ, ulla vasa auri, & (*ulla*) vasa argenti, ex argento, adducto in domum JEHOVÆ:

15. Sed (*tantùm*) facientibus opus dederunt illud, ut firmarent eo domum JEHOVÆ.

16. Nequerationes inierunt cum viris, in quorum manum dederunt argentum, ut darent facientibus opus: sed in veritate illi (*erant*) facientes.

17. Argentum (*tamen*) sactificii pro reatu, & argentum sacrificiorum pro peccatis non adductum est in domum JEHOVÆ: Sacerdotibus fuerunt.

12 Tunc ascendit Chasaël; Rex Syriæ, & pugnavit adversus Gath, cepitque eam: ac posuit Chasaël facies suas ad ascendendum contra Hierosolymam.

19. Sumsit itaque Jehoaschus, Rex Judæ omnia sanctificata, quæ sanctificaverant Jehoschaphatus, & Jehoramus, & Achasjah, patres ipsius, Reges Judæ, & sua sanctificata, & omne aurum, inventum in thesauris domus JEHOVÆ, & domus Regis, misitque Chasaëli, Regi Syriæ: qui ascendit à-contra Hierosolymam.

20. Quod verò ad reliquum verborum Joaschi, & omne quod fecit; nonne hæc [b] scripta sunt super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Judæ? b) 2. Parak. 24, 1. sqq.

21. [c] Insurrexerunt verò servi ejus, & conjurarunt conjurationem: ac percusserunt Joaschum in domo Millo, quæ descendit ad Sillam. c) 2. Par. 24, 26

22. Nimirum Josacharus, filius Schimeæ, & Jehosabadus, filius Schomeri, servi ejus, percusserunt eum, ut moreretur: sepeliverunt autem eum cum patribus ejus in urbe Davidis: ac regnavit Amazjah filius ejus, loco ejus.

CAP. XIII.

Iehoachasus I. filius Iehu regnat in Israële impiè. v. 1. 2. Unde II. à Iehovah in manus Chasaëlis Syri traditur, & Iehovam deprecatus vix servatur. à v. 3. Donec III. moritur, & filio Iehoascho regnum relinquit. à v. 8. Qui IV. aque malum in oculis Iehovæ facit. & ita moritur. à v. 10. Elisæ tamen V. ægrotus, & a Rege Ioascho tristi visu, huic victoriam contrà Syros prædicit, & moritur. à v. 14. Post cujus VI. mortem mortuus in sepulchrum eius conjectus reviviscit. à v. 20. Et Rex VII. Ioaschus prædictas victorias deinde obtinet. à v. 22.

IN anno (*extremo*) viginti & trium annorum, (*qui*) Joascho filio Achasjæ, Regi Judæ, regnavit Jehoachasus, filius Jehu, super Israëlem in Samaria, septendecim annos.

2. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: ivit enim post peccata Jerobeami, filii Nebati, quæ peccare fecit Israëlem; non recessit ab illo.

3. Ideò exarsit ira JEHOVÆ contra Israëlem; deditque eos in manus [a] Chasaëlis, a) 1. Reg. 19, 15.

saëlis, Regis Syriæ, & in manum Benhadadi, filii Chasaëlis, omnibus diebus.

4. Cum tamen deprecatus est Jehoachasus facies JEHOVÆ, exaudivit eum JEHOVAH; quia vidit oppressionem Jisraëlis, quod opprimeret eos Rex Syriæ.

5. Quare dedit JEHOVAH Jisraëli Servatorem, ut exirent a sub manu Syrorum, habitarentque filii Jisraëlis in tentoriis suis, sicut heri & nudius tertius.

6. Nihilominus non recesserunt à peccatis domus Jerobeami, quæ peccare fecerat Jisraëlem; in singulis (*enim*) ivit: etiamque lucus steterit in Samaria.

7. Non autem reliquerat (*Jehovah*) Jehoachaso populum: nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum; sed perdiderat eos Rex Syriæ, posueratque eos sicut pulverem triturando.

8. Quod autem ad reliquum verborum Jehoachasi, & omne, quod fecit & potentiam ejus: nonne hæc scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jisraëlis?

9. Tandem cubuit Jehoachasus cum patribus suis, sepeliveruntque eum in Samaria: regnavit autem Joaschus, filius ejus, loco ejus.

10. In anno (*extremo*) triginta & septem annorum, (*qui*) Joascho, Regi Jehudæ, regnavit Jehoaschus, filius Jehoachasi, super Jisraëlem in Samaria, sedecim annos.

11. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: non recessit ab omnibus peccatis Jerobeami, filii Nebati, quæ peccare fecit Jisraelem; in singulis ivit.

12. Quod verò ad reliquum verborum Joaschi, & omne, quod fecit, potentiamque ejus, (&) qui pugnarit [b] cum Amazjah, Rege Jehudæ: nonne hæc scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jisraëlis? b) 2. Paral. 25, 18

13. Cubuit ergò Joaschus cum patribus suis: Jerobeamus autem sedit super throno ejus: sepultus verò est Joaschus in Samaria cum Regibus Jisraëlis.

14. Cæterum cum Elischa ægrotavit morbo suo, quo mortuus est; descendit ad eum Joaschus, Rex Jisraëlis, ac flevit ante facies ejus, dixitque; Pater mi, pater mi, currus Jisraëlis, & equites ejus.

15. Tum dixit ei Elischa; Sume arcum & tela. Cumque sumsisset ad se arcum & tela:

16. Dixit Regi Jisraëlis; appone manum tuam super arcum: admovit ergò manum suam. Tum posuit Elischa manus suas super manus Regis:

17. Ac dixit; aperi fenestram versus ortum: qui aperuit. porrò dixit Elischa; jaculare: qui jaculatus est. Tunc dixit; Telum salutis JEHOVÆ, & telum salutis contra Syros: percuties enim Syros in Aphek, usque dum consumas.

18. Præterea dixit; Sume tela: sumsit ergò. Tum dixit Regi Jisraëlis; percute terram: percussit autem tribus vicibus, subsititque.

19. Quare indignatus est illi vir DEI, & dixit; percutiendum fuisset quinque aut sex vicibus: tunc percussisses Syros, usque dum consumeres: Jam verò tribus vicibus percuties Syros:

20. Deinde mortuus est Elischa, sepeliverantque eum: de turmis autem Moabi, (*qua*) veniebant in terram, venit (*aliqua*) anno (*eodem.*)

21. Factum itaque est: aliqui sepeliebant virum, cum ecce viderunt turmam; ideò conjecerunt virum in sepulchrum Elischæ. cùm verò decideret, & tangeret vir ossa Elischæ, [c] revixit, & surrexit super pedes suos. c) Sir. 48, 14 16

22. Cæterum Chasaël, Rex Syriæ, oppressit Jisraelem, omnibus diebus Jehoachasi.

23. Misertus tamen est JEHOVAH eorum, & miseratus est eos, ut respexerit ad eos propter fœdus suum cum Abrahamo, Jizchako, & Jacobo: nec voluit perdere eos, neque projecit eos à coram faciebus suis usque nunc.

24. Cum itaque mortuus esset Chasaël, Rex Syriæ, & regnaret Ben-hadadus, filius ejus, loco ejus:

25. Reversus est Jehoaschus, filius Jehoachasi, & recepit urbes è manu Benhadadi, filii Chasaëlis, quas ceperat è manu Jehoachasi, patris sui, bello: tribus vicibus percussit eum Joaschus, & restituit urbes Jisraëlis.

CAP. XIV.

Amaziah I. Rex Iehuda sit, & initio piè se gerit. à v. 1. II. Inde percussores Patris juxta legem percutit. à v. 5. Idem III. Edomitas cædit. v. 7. Mox IV. superbus & impius bellum Ioascho Regi Israëlis, debortanti licet, infert, capitur cum Hierosolyma, & graviter mulctatur. à v. 8. Iehoaschus V. moritur, successore Ierobeamo filio. à v. 15. Amazjah autem à conjuratis occiditur, nactus successorem Asariam filium. à v. 17. Ierobeamus VI. licet impius, terminum tamen Israëli restituit, miserto Iehovah afflicti populi. Obit VII. cui succedit Secharjah, filius. à v. 28.

IN anno secundo, (*qui*) Joascho, filio Joachasi, Regi Jisraëlis, Rex factus est [a] Amazjah, filius Joaschi, Rex Jehudæ. a) 2. Paral. 25, 1.

2. Filius viginti & quinque annorum fuit, cum Rex factus est: & viguit ac novem annos regnavit in Hierosolyma: nomen autem matris ejus Jehoaddan de Hierosolyma.

3. Fecit verò rectum in oculis JEHOVÆ: non tamen sicut David, pater ipsius; secundum omne, quod fecit Joaschus, pater ipsius, fecit.

4. Ut tantum excelsa non cessavernt; (*sed*) adhuc populus (*essent*) sacrificantes & suffitientes in excelsis.

5. Factum autem; quando confirmatum est regnum in manu ejus; percussit servos suos, qui percusserant Regem, patrem ejus.

6. Filios tamen percutientium non occidit; juxta id, quod [b] scriptum est in Lege Mosis, quam præcepit JEHOVAH, dicendo; non occidentur patres propter filios, & filii non occidentur propter patres; sed vir propter peccatum suum occidetur. b) Deut. 24, 16. 2. Paral. 25, 4. Ezech. 18, 20.

7. Idem percussit Edomum in valle salis, decem millia, cepitque petram bello, ac vocavit nomen ejus Joktheel usque ad diem hunc.

8. Tunc misit Amazjah legatos ad Jehoaschum, filium Jehoachasi, filii Jehu, Regem Jisraëlis, dicendo; Ito, ut videamus invicem facies.

9. Misit verò Jehoaschus, Rex Jisraëlis, ad Amazjam, Regem Jehudæ, dicendo; rubus, qui in Libano, misit ad Cedrum, quæ in Libano, dicendo; da filiam tuam filio meo in uxorem: sed transiit bestia agri, quæ in Libano, & conculcavit rubum.

10. Percutiendo percussisti Edomum: ideò extulit te cor tuum: habe tibi gloriam, & mane in domo tua. Quare enim immiscebis te malo, ut cadas tu, & Jehudah tecum?

11. Verum non obedivit Amazjah: ideò ascendit Jehoaschus, Rex Jisraëlis, videruntque invicem facies; ille & Amazjah, Rex Jehudæ, in Bethschemesch, quæ Jehudæ (*est.*)

12. Sed percussus est Jehudah coram Jisraële, fugeruntque vir in tentoria sua:

13. Amazjam autem, Regem Jehudæ, filium Jehoaschi, filii Achasjæ, cepit Jehoaschus, Rex Jisraëlis in Bethschemesch: cumque venisset Hierosolymam, perrupit murum Hierosolymæ, in porta Ephrajim, usque ad portam anguli, quadringentos cubitos.

14. Deinde sumsit omne aurum, & argentum, & omnia vasa inventa in domo JEHOVÆ, & in thesauris domus Regis, & filios vadimoniorum, ac reversus est in Samariam.

15. Quod ad reliquum autem verborum Jehoaschi, quæ fecit, & potentiam ejus, & quomodo pugnaverit cum Amazjah, Rege Jehudæ: nonne hæc [c] scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jisraëlis? c) 2. Par. 25, 17.

16. Cubuit itaque Jehoaschus cum patribus suis, sepultusque est in Samaria cum Regibus Jisraëlis: regnavitque Jerobeamus, filius ejus, loco ejus.

17. Vixit verò Amazjah, filius Joaschi, Rex Jehudæ, post mortem Jehoaschi, filii Jehoachasi, Regis Jisraëlis, quindecim annos.

18. Quod autem ad reliquum verborum Amazjæ: nonne hæc (*sunt*) [d] scripta super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jisraëlis? d) 2. Paral. 25, 26.

super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jehudæ?

e) 2 Par. 25, 27. 19. [e] Enimverò conjuraverunt contra eum conjurationem in Hierosolyma: cumque fugeret in Lachisch, miserunt post eum in Lachisch, occideruntque eum ibi.

20. Deinde portarunt eum super equis, sepultusque est in Hierosolyma cum patribus suis, in urbe Davidis.

f) 2. Par. 26, 1. 21. [f] Acceperunt autem omnis populus Jehudæ Asarjam, cum hic (*esset*) filius sedecim annorum, & fecerunt eum Regem, loco patris ejus, Amazjæ.

22. Hic ædificavit Elatham, & restituit eam Jehudæ, postquam occubuisset Rex cum patribus suis.

23. In anno quinto decimo, (*qui*) Amazjæ, filio Joaschi, Regi Jehudæ, g) Hos. 1, 1. Amos. 1, 1. 7, 9. [g] regnavit Jerobeamus, filius Joaschi, Rex Israëlis, in Samaria, quadraginta & unum annos.

24. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ; non (*enim*) recessit ab omnibus peccatis Jerobeami, filii Nebati, quæ peccare fecit Israëlem.

25. Hic tamen restituit terminum Israëlis, inde, quo venitur Chamatham, usque ad mare planitiei; juxta verbum JEHOVÆ, DEI Israëlis, quod locutus est per manum servi sui, Jonæ, filii Amithaji, prophetæ, qui (*erat*) de Gath-Chephær.

26. Respexit namque JEHOVAH afflictionem Israëlis, abjecti valdè: ut non (*esset*) conclusum, vel desertum, nec auxiliator Israeli.

27. Et nondum locutus erat JEHOVAH, deleturum nomen Israelis de-sub cœlo: ideò servavit eos per manum Jerobeami, filii Joaschi.

28. Quod autem ad reliquum verborum Jerobeami, & omne, quod fecit, & potentiam ejus, quo modo puguaverit, & quomodo restituerit Damascum, & Chamatham, (*quæ*) Jehudæ pro Israele: nonne hæc scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Israëlis?

29. Occubuit itaque Jerobeamus cum patribus suis, cum Regibus Israëlis: regnavit autem Secharjah, filius ejus, loco ejus.

CAP. XV.

Asarjah, Rex Jehudæ factus I. fecit bonum in oculis Jehovæ. à v. 1. Leprosus tamen II. filius usq; ad diem mortis: sic occubuit & sepultus est. à v. II. In Israële verò III. Secharjah Rex factus, mox à Schallum per conjurationem occisus est. à v. 8. Et mox Schallum IV. etiam a Menachema interfectus est. à v. 13. Menachemus V. Rex fortius agere Thulem Assyrium auro & argento placavit, & mortuus est. à v. 17. Successit ei VI. filius Pekachjah: qui à Pekach per conjurationem occisus est. à v. 23. Sed VII. simili modo interiit Pekachus. à v. 27. Tandem IIX. Jotamus Rex Jehudæ factus fecit bonum in oculis Jehovæ: cui mortuo successit Achasus filius.

IN anno vigesimo septimo, (*qui*) Jerobeamo, Regi Israelis; rex factus est Asarjah, filius Amazjæ, Rex Jenudæ.

2. Filius sedecim annorum fuit, cùm Rex factus est, & quinquaginta duos annos regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus, Jecholjah de Hierosolyma.

3. Fecit autem bonum in oculis JEHOVÆ, juxta omne, quod fecit Amazjah, pater ejus.

4. Tantum excelsa non cessarunt; adhuc populus (*erant*) sacrificantes & suffitentes in excelsis.

5. Percussit tamen JEHOVAH Regem, ut esset [a] leprosus usque ad diem mortis suæ, habitaveritque in domo dimissionis; interea Jothamus, filius Regis, (*qui*) super domo, judicans (*erat*) populum terræ. a) 2 Par. 26, 16.

6. Quod verò ad reliquum verborum Asarjæ, & omne, quod fecit: nonne hæc scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jehudæ?

7. Occubuit itaque Asarjah cum patribus suis, sepeliveruntque eum cum patribus ejus in urbe Davidis: regnavit autem Jothamus, filius ejus, loco ejus.

8. In anno (*ultimo*) triginta & octo annorum Asarjæ, Regis Jehudæ, Rex factus est Secharjah, filius Jerobeami, super Israelem in Samaria, sex menses.

9. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ, quemadmodum fecerunt patres ejus: non (*enim*) recessit à peccatis Jerobeami, filii Nebati, quæ peccare fecit Israelem.

10. Unde conjuravit contra eum Schallum, filius Jabeschi, percussitque eum coram populo, occiditque eum; ac regnavit loco ejus.

11. Quod autem ad reliquum verborum Secharjæ: ecce, hæc scripta (*sunt*), super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Israelis.

12. Hoc est verbum JEHOVÆ, quod locutus est [b] ad Jehu, dicendo; Filii quattæ generationis sedebunt tibi super throno Israelis. Sicenim factum est. b) 2. Reg. 10, 30.

13. Schallum, filius Jabeschi, Rex factus est in anno (*ultimo*) triginta & novem annorum, (*qui*) Ussijæ, Regi Jehudæ, regnavitque mensem dierum in Samaria.

14. Ascendit enim Menahem, filius Gadii, de Thirzah, venitque Samariam, ac percussit Schallumum, filium Jabeschi, in Samaria; occiditque eum, ac regnavit loco ejus.

15. Quod verò ad reliquum verborum Schallumi, & conjurationem ejus, qua conjuravit: ecce, illa scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Israelis.

16. Tunc percussit Menachem Thiphsacham, & omnes, qui in ea, & terminos ejus à Thirza: quòd non aperuisset, ideò percussit: ita, ut omnes gravidas ejus discideret.

17. In anno (*ultimo*) triginta & novem annorum (*qui*) Asarjæ Regi Jehudæ, Rex factus est Menachemus, filius Gadii, super Israelem, decem annis, in Samaria.

18. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: non (*enim*) recessit desuper peccatis Jerobeami, filii Nebati, quæ peccare fecit Israelem, omnibus diebus suis.

19. (*Ideò*) venit Phul, Rex Assyriæ, contra terram: Sed dedit Menachemus Phuli mille talenta argenti, ut essent manus ejus cum ipso, ad firmandum regnum in manu ejus.

20. Exegit autem Menachemus argentum ex Israele, ex omnibus potentibus opibus, ut daret Regi Assyriæ; quinquaginta sicios argenti in virum unum. Tum reversus est Rex Assyriæ, nec perstitit ibi in terra.

21. Quod verò ad reliquum verborum Menachemi, & omne, quod fecit: nonne hæc scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Israëlis?

22. Occubuit ergò Menachemus cum patribus suis: regnavit autem Pekachjah, filius ejus, pro eo.

23. In anno (*ultimo*) quinquaginta annorum, (*qui*) Asarjæ, Regi Jehudæ, Rex factus est Pekachjah, filius Menachemi, super Israëlem, in Samaria, biennium.

24. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: non (*enim*) recessit à peccatis Jerobeami, filii Nebati, quæ peccare fecit Israëlem.

25. Sed conjuravit contra eum Pekachus, filius Remaljæ, dux ejus Terrianus, percussitque eum in Samaria, in palatio domus Regis cum Argobo, & Arjeho; & cum eo quinquaginta viri de filiis Gileadítarum; occidit, inquam, eum, & regnavit loco ejus.

26. Quod autem ad reliquum verborum Pekachjæ, & omne, quod fecit: ecce ea scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Israëlis.

27. In anno (*ultimo*) quinquaginta & duorum annorum, (*qui*) Asarjæ, Regi Jehudæ, Rex factus est Pekachus, filius Remaljæ, super Israëlem in Samaria, viginti annos.

28. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: non (*enim*) recessit à peccatis Jerobeami, filii Nebati, quæ peccare fecit Israëlem.

29. In diebus Pekachi, Regis Israëlis, venit Thiglath-Pileser, Rex Assyriæ, cepitque Ijonem, & Abel-Beth-Maacham, & Janocham, & Kedesch am, & Chazorem, & Gileadam, & Galilæam, omnem terram Naphthali, & captivos duxit eos in Assyriam.

30. Deinde conjuravit conjurationem Hoschea, filius Elah, contra Pekachum, filium Remaljæ, percussitque eum, ac occidit eum, & regnavit loco ejus; in anno vigesimo (*qui*) Jothamo, filio Ussijæ.

31. Quod autem ad reliquum verborum Pekachi, & omne, quod fecit: ecce, ea [c] scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Israëlis, c) 2. Paral. 28, 6.

32. In

32. In anno secundo, (*qui*) Pekacho, filio Remaljæ, Regi Jisraëlis, regnavit
d) 2. Paral. 27, 1. [d] Jothamus, filius Uſijæ, Regis Jehudæ.

33. Filius viginti & quinque annorum fuit, quum regnare, & sedecim annos regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus, Jeruscha filia Zadoki.

34. Fecit verò bonum in oculis JEHOVÆ: juxta omne, quod fecit Uſſijah, pater ejus, fecit.

35. Tantùm excelsa non cessarunt: adhuc (*enim*) populus (*erant*) sacrificantes & suffientes in excelsis. Hic ædificavit portam domus JEHOVÆ superiorem.

36. Quod autem ad reliquum verborum Jothami, & omne, quod fecit: nonne hæc scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jehudæ?

37. In diebus illis cepit JEHOVAH mittere in Jehudam, [e] Rezinem, Regem
e) Esa. 7, 1. Syriæ, & Pekachum, filium Remaljæ.

38. Occubuit itaque Jothamus cum patribus suis, sepultusque est cum patribus suis, in urbe Davidis patris sui: regnavit autem Achasus, filius ejus, loco ejus.

CAP. XVI.

Achasus I. Rex Iehudæ constitutus idololatra impiissimus fuit. à v. 1. Contra quem cùm II. Rezin & Pekachus bellum moverent, eumq; obsiderent, omit argento liberatorem Tiglath-Pileserem Assyriæ. à v. 5. Mox III. stulte diis Damasci devictis in Hierosolyma altare erexit, & superstitiosissimè eos coluit. altare Iehovæ loco remoto, & cultu eius mutato. à v. 10. Ei IV. mortuo succedit filius Chiskijah.

IN anno (*ultimo*) septendecim annorum, (*qui*) Pekacho, filio Remaljæ: Rex
a) 2. Par. 28, 1. factus est [a] Achasus, filius Jothami, Regis Jehudæ.

2. Filius viginti annorum (*erat*) Achasus, cum Rex factus est; & sedecim annos regnavit in Hierosolyma: sed non fecit rectum in oculis JEHOVÆ, DEI sui, sicut David, pater ejus.

3. Ivit enim in via Regum Jisraëlis;
b) Deut. 18, 10. [b] etiamque filium suum transire fecit per ignem, juxta abominationes gentium, quas expulit JEHOVAH coram filiis Jisraëlis.

4. Insuper sacrificavit, & suffivit in excelsis, & super collibus, & sub omni arbore viridi.

5. Tunc ascendit [c] Rezin, Rex Syriæ, & Pekachus, filius Remaljæ, Rex
c) Esa. 7, 1. Jisraëlis, Hierosolymam in bellum; & obsederunt Achasum: non tamen potuerunt expugnare.

6. In tempore hoc recepit Rezin, Rex Syriæ, Elatham Syris, & ejecit judæos ex Elothis: contrà Edomitæ venerunt Elatham, & habitarunt ibi usque ad diem hunc.

7. Quare misit Achasus legatos ad Thiglath-Pileserem, Regem Assyriæ, dicendo; servus tuus, & filius tuus ego: ascende, & libera me è manu Regis Syriæ, & è manu Regis Jisraëlis, insurgentium contra me.

8. Accepit autem Achasus argentum & aurum, inventum in domo JEHOVÆ, & in thesauris domus Regis; misitque Regi Assyriæ muneri.

9. Obedivit itaque ei Rex Assyriæ; ascenditque Rex Assyriæ contra Damascum, ac cepit eam, & transtulit eam in Kirem: at Rezinem occidit.

10. Tunc ivit Rex Achasus obviam Thiglath-Pileseri, Regi Assyriæ, Damasci, vidítque altare, quod in Damasco: misitque Rex Achasus ad Urijam, Sacerdotem, figuram altaris, & formam ejus, juxta omne opus ejus.

11. Ædificavit ergò Urijah Sacerdos altare; juxta omne, quod misit Rex Achasus è Damasco, ita fecit Urijah Sacerdos, usque dum veniret Rex Achasus è Damasco.

12. Quum autem venit Rex e Damasco, viditque Rex altare: accessit Rex ad altare, & obtulit super eo:

13. Et adolevit holocaustum suum, & munus suum, libavitque libamen suum: ac asperſit sanguinem pacificorum, quæ ipsi, juxta altare.

14. Altare autem æris, quod coram JEHOVAH, amovit, à cum faciebus domûs, ab inter altare, & ab inter domum JEHOVÆ, posuitque illud ad intus altaris versus septentrionem.

15. Præcepit etiam Rex Achasus Urijæ, Sacerdoti, dicendo; super altari magno adoleto holocaustum matutæ, & Mincham vesperæ, & holocaustum Regis, & Mincham ejus, & holocaustum universi populi terræ, & Mincham eorum, & libamina eorum; ac omnem sanguinem holocausti, & omnem sanguinem sacrificii super eum asperges: at altare æris erit mihi ad visendum.

16. Fecit autem Urijah Sacerdos, juxta omne, quod præcepit Rex Achasus.

17. Insuper abscidit Rex Achasus clausuras basesque, & removit ab iis labrum, & mare descendere fecit à-super bobus æris, qui sub eo; posuit autem illud supra pavimentum lapidum.

18. Velamen quoque Sabbathi, quod ædificarunt in domo, & introitum Regis exteriorem circumduxit in domum JEHOVÆ, propter Regem Assyriæ.

19. Quod autem ad reliquum verborum Achasi, quod fecit: nonne hæc
d) 2. Paral. 28, 1. [d] scripta (*sunt*) super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jehudæ?

20. Occubuit itaque Achasus cum patribus suis, sepultusque est cum patribus suis, in urbe Davidis: regnavit autem Chiskijah, filius ejus, loco ejus.

CAP. XVII.

Rex I. Hoschea in Samaria factus, licet alio melior, ipse tamen malus mansit. v. 1. 2. Unde II. Schalmaneser primò servus factus; mox ob coniurationem cum Rege Ægyptio ab ipso in Samaria obsessus, captus, & in carcerem conjectus est. à v. 3. Populus verò III. Israëlis e terra sua transportatus, & in varias dispersus est, ob impœnitentiam & pertinacem multiplicemq; impietatem contra Iehovam. à v. 6. In cuius IV. terram à Rege Assyriæ introducti sunt populi idololatrici: qui, postquam Iehovah misit in illos leones, à Sacerdote quidem Israëlitico de cultu Iehovæ informati sunt. à v. 24. Sed V. eo eventu, ut turpissima religionum mixtura inde nata sit, & permanserit. à v. 29.

IN anno duodecimo, (*qui*) Achaso Regi Jehudæ, regnavit Hoschea, filius Elæ, in Samaria super Jisraëlem, novem annos.

2. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: non tamen sicut Reges Jisraëlis, qui fuerunt ante eum.

3. Contra eum ascendit Schalmaneser, Rex Assyriæ: factusque est ei Hoschea servus, & attulit ei munus.

4. Sed deprehendit Rex Assyriæ in Hoschea conjurationem: misérat enim legatos ad Soum, Regem Ægypti, neque ascendere fecit Munus Regi Assyriæ, juxta annum in annum; quare comprehendit eum Rex Assyriæ, & vinxit eum in domo carceris.

5. Insuper ascendit Rex Assyriæ, in universam terram; ascenditque usque Schomronem (*Samariam*) & obsédit eam tres annos.

6. In anno nono, (*qui*) Hoscheæ, cepit Rex Assyriæ Samariam, & transportavit Jisraëlem in Assyriam; habitare autem eos fecit in Chalach, & in Chabor, ad fluvium Golan, & (*in*) urbibus Mediæ.

7. Factum verò (*hoc*) est (*propterea,*) quia peccaverunt filii Jisraëlis JEHOVÆ, DEO suo, qui ascendere fecit eos è terra Ægypti à-sub manu Pharaonis, Regis Ægypti, timueruntque deos alios:

8. Ac ambularunt in statutis gentium, quas expulerat JEHOVAH coram filiis Jisraëlis; & Regum Jisraëlis, quos fecerunt:

9. Occultaruntque filii Jisraëlis (*apud se*) verba, quæ non recta, contra JEHOVAM DEUM suum: atque ædificarunt sibi excelsa in omnibus urbibus suis, à turri custodum usque ad urbem munitam:

10. Statuerunt quoque statuas sibi, & lucos, super omni colle alto, & sub omni arbore viridi:

11. Ibique suffiverunt in omnibus excelsis, sicut gentes, quas transmigrare fecit JEHOVAH coram illis: ac fecerunt verba mala ad provocandum ad iram JEHOVAM;

12. Serviverunt etiam idolis, de quibus
a) Exod. 20, 2. 23, 13. dixerat JEHOVAH illis; [a] Non facietis verbum hoc.

13. Equidem testatus est JEHOVAH contra Jisraëlem, & contra Jehudam, per manum omnium prophetarum omnis generis videntis, dicendo; [b] revertimini à
b) Jer. 25, 5. viis vestris malis, & custodite præcepta mea, statuta mea, juxta universam legem, quam præcepi patribus vestris, & ob quam mi-

misi ad vos per manum servorum meorum, Prophetarum.

14. Verum non obediverunt, sed indurarunt cervicem suam, sicut cervix *(fuit)* patrum eorum, qui non crediderunt in JEHOVAM, DEUM suum:

15. Quin repudiarunt statuta ejus, & fœdus ejus, quod pepigit cum patribus eorum, ac testimonia illius, quæ testatus est contra eos; iveruntque post vanitatem, ac evanuerunt; & post gentes, quæ circa
c) *Lev.* eos, de quibus [c] præcepit JEHOVAH eis, *8, 24.* ut non facerent, sicut istæ:

16. Item deseruerunt omnia præcepta
d) *1. Reg.* JEHOVÆ, DEI sui, [d] feceruntque sibi *12, 28.* fusile, duos vitulos: fecerunt etiam lucum, ac incurvarunt se omni exercitui cœlorum, atque serviverunt Baali:

17. Imò traduxerunt filios suos, & filias suas per ignem, & divinarunt divinationes, ac augurarunt; adeò ut vendiderint se ad faciendum malum, in oculis JEHOVÆ, ut ad iram provocarent eum.

18. Propterea indignatus est JEHOVAH valdè Israeli, removitque eos à-coram facie sua: non relicta est nisi tribus Jehudæ sola.

19. Cum etiam Jehudah non custodiret præcepta JEHOVÆ, DEI sui, iretque in statutis Israelis, quæ fecerant:

20. Aversatus tandem est JEHOVAH universum semen Israelis, afflixitque eos, ac tradidit eos in manum deprædantium, donec abjecit eos à facie bus suis.

e) *1. Reg.* 21. Avulsit namque se [e] Israel ab- *12, 20.* apud domum Davidis, & Regem fecerunt Jerobeamum, filium Nebati: at abripuit Jerobeamus Israelem à-post JEHOVAM, ac peccare fecit eos peccatum magnum:

22. Ut irent filii Israelis in omnibus peccatis Jerobeami, quæ fecit; nec recederent ab ullo.

f) *Jer.* 23. Donec removit JEHOVAH Israe- *25, 9.* lem à-coram facie suis; [f] quemadmodum locutus est per manum omnium servorum suorum, prophetarum: ac transmigrare fecit Israelem de-super terra sua in Assyriam, usque ad diem hunc.

24. Adduxit verò Rex Assyriæ è Babel, & è Cuthe, & ex Ava, & ex Chamatha, & Sepharvajim, & habitare fecit in urbibus Samariæ loco filiorum Israelis: qui hereditarunt Samariam, & habitarunt in urbibus ejus.

25. Factum autem est in initio, quo habitarunt ibi: non timuerunt JEHOVAM: ideò misit JEHOVAH inter eos leones, qui fuerunt occidentes eos.

26. Unde dixerunt Regi Assyriæ, dicendo; gentes, quas transtulisti, & habitare fecisti in urbibus Samariæ, non noverunt consuetudinem DEI terræ: ideò misit inter eos leones, qui, ecce, interficiunt eos; sicut non noverunt consuetudinem DEI terræ.

27. Tum præcepit Rex Assyriæ, dicendo; deducite eò unum de Sacerdotibus, quos transportastis inde, ut abeant, & habitent ibi; doceat verò eos consuetudinem DEI terræ.

28. Venit itaque unus de Sacerdotibus, quos transportarunt è Samaria, qui consedit in Bethele, fuitque docens eos, quomodo timerent JEHOVAM.

29. Exinde fuerunt facientes gens quævis deos suos, & collocarunt in domo excelsorum, quæ fecerant Samaritani; quælibet gens in urbibus suis, ubi illi habitantes.

30. Nimirum, homines Babelis fecerunt Succoth-Benoth; & homines Chuthæ fecerunt Nergalem; & homines Chamathæ fecerunt Aschimam:

31. Et Avitæ fecerunt Nibehanem & Thirthakum; at Sepharvitæ combusserunt filios suos igne Adrammelecho & Anammelecho, diis Sepharvajim,

32. Simulque fuerunt timentes JEHOVAM; feceruntque sibi de extremis ipsorum Sacerdotes excelsorum, & fuerunt facientes *(deos)* sibi in domo excelsorum.

33. JEHOVAM *(inquam)* fuerunt timentes: & diis suis fuerunt servientes, juxta consuetudinem gentium, unde transportarunt eos.

34. Usque ad diem hunc illi *(sunt)* facientes juxta consuetudines priores: non timentes JEHOVAM *(sincerè;)* neque facientes *(sunt)* juxta statuta sua, & juxta consuetudinem suam; neque secundum legem, & secundum præceptum, quod

præcepit JEHOVAH filiis Jacobi, cui im-
g) *Gen.* posuit [g] nomen Israelis:
32, 28.
1. Reg. 35. Cum quibus pepigerat JEHOVAH
18, 31. fœdus, & præceperat eis, dicendo; Non timebitis deos alios; neque incurvabitis vos illis, neque servietis illis, neque sacrificabitis illis:

36. Sed JEHOVAM, qui ascendere fecit vos è terra Ægypti per virtutem magnam, & per brachium extensum, hunc timebitis, & huic incurvabitis vos, & huic sacrificabitis:

37. Statuta, & judicia, & legem, & præceptum, quod scripsit vobis, custodietis, ut faciatis omnibus diebus: neque timebitis deos alios:

38. Neque fœdus *(meum,)* quod pepigi vobiscum, obliviscemini. Ne timeatis deos alios *(inquam;)*

39. Sed JEHOVAM, DEUM vestrum, timeatis: tum ille eripiet vos è manu omnium hostium vestrorum.

40. Sed non obediverunt; verum secundum consuetudinem suam priorem illi *(fuerunt)* facientes.

41. Ita fuerunt gentes hæ timentes JEHOVAM, & sculptilibus suis fuerunt servientes; etiam filii eorum, & filii filiorum eorum, sicut fecerunt patres eorum, ipsi *(sunt)* facientes usque ad diem hunc.

CAP. XIIX.

Chiskijah I. filius Achasi Rex fit super Iehudam. v. 1, 2. Hic II pessimus fuit, sicut David, & reformator cultus Iehovæ. à v. 3. Unde III. Prudens & felix. v. 3, 4. Contra eum tamen IV. sicut prius contra Samariam Schalmaneser, ita nunc Sancheribus Assyrius ascendit usq; ad Hierosolymam. à v. 9. Cumq; V. coram eo Chiskyah ad tributi servitium usq; se humiliaret, frustra fuit. a v. 14. Nihilominus enim VI. Sancheribus per legatos non tantum Chiskyam & populum contemtim terruit: sed ipsum etiam Iehovam maledicentissime blasphemavit. à v. 17.

CÆterum factum est in anno tertio,
a) *2. Par.* (qui) Hoseheæ, filio Elæ, Regi Is- *29, 1.* raelis: Rex factus est [a] Chiskijah, filius Achasi, Regis Jehudæ.

2. Filius viginti quinque annorum fuit, cum Rex factus est; & viginti ac novem annos regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus, Abi, filia Sechatjæ.

3. Fecit autem rectum in oculis JEHOVÆ; juxta omne, quod fecit David, pater ejus.

4. Hic removit excelsa, & confregit statuas, & excidit lucum; quin etiam contudit serpentem æris, quem fecerat [b] Moses; eò quod usque ad dies istos b) *Num* *21, 9.*
(fuerunt) filii Israelis sufflentes ei, vocaruntque eum Nechuschthan.

5. In JEHOVAH, DEO Israelis, confisus est: ita ut post eum non fuerit par illi inter omnes Reges Jehudæ, neque qui fuerunt ante ipsum.

6. Adhæsit enim JEHOVÆ, non recessit à-post eum: sed custodivit præcepta ejus, quæ præceperat JEHOVAH Mosi.

7. Unde fuit JEHOVAH cum eo: in omnibus, ad quæ exivit, prudenter egit: defecit autem à Rege Assyriæ, neque servivit illi.

8. Hic percussit Philisthæos usque ad Gasam, & terminos hujus; a turri custodum usque ad urbem munimenti.

9. Cæterum factum est in anno quarto, *(qui)* Regi Chiskijæ, [hic annus septimus, *(qui)* Hoscheæ, filio Elæ, Regi Israelis:] ascendit [c] Schalmaneser, Rex c) *2. Reg.* Assyriæ, contra Samariam, obsedit que *17, 6.* eam:

10. Cepit autem eam à fine trium annorum, in anno sexto, *(qui)* Chiskijæ [hic annus nonus, *qui*) Hoscheæ, Regi Israelis;] capta *(inquam)* est Samaria:

11. Transportavitque Rex Assyriæ Israelem in Assyriam; ac deduxit eos in Chalacham, & Chaborem, ad fluvium Gosanis, & *(in)* urbes Mediæ:

12. Propterea quod non obediverunt voci JEHOVÆ, DEI sui, sed transgressi sunt fœdus ejus, cum omnibus, quæ præcepit Moses, servus JEHOVÆ; non *(inquam)* obediverunt, neque fecerunt:

13. At in quarto decimo anno, *(qui)* Regi Chiskijæ, ascendit [d] Sancheribus, d) *2. Par.* Rex Assyriæ, contra omnes urbes Jehudæ *32, 1.* munitas, cepitque eas. *Esa. 36, 1.*

14. Ideò misit Chiskijah, Rex Jehudæ, ad Regem Assyriæ Lachischam, dicendo; peccavi, revertere à-contra me; quod imposueris super me, portabo. Tum *Sirac. 48, 20.*

posuit

posuit Rex Assyriæ super Chiskijam, Regem Jehudæ, trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri.

15. Quare dedit Chiskijah omne argentum inventum in domo JEHOVÆ, & in thesauris domus Regis.

16. In isto tempore amputavit Chiskijah januas templi JEHOVÆ, & antas, quas obtexerat Chiskijah, Rex Jehudæ, deditque ea Regi Assyriæ.

17. Nihilominus misit Rex Assyriæ Tharthanem, & præfectum Eunuchorum, & præfectum pincernarum à Lachisha ad Regem Chiskijam cum exercitu gravi Hierosolymam: qui ascenderunt veneruntque Hierosolymam; ubi ascenderunt, veneruntque, ac constiterunt in aquæductu piscinæ superioris, quæ in semita agri fullonis.

18. Ibi clamarunt ad Regem: ideoque exivit ad eos Eljakim, filius Chilkijæ, qui super domo, & Schebnah, scriba, & Joachus, filius Asaphi, Commemorator.

19. Tum dixit ad eos præfectus pincernarum; dicite, agite, Chiskijæ; Sic dixit Rex magnus, Rex Assyriæ; quæ confidentia hæc, quâ confisus es?

20. Dixisti [sed verbum labiorum est] consilium & potentia (*mihi*) ad bellum. Jam (*ergò*) super quo confisus es, quod rebellasti contra me?

21. Utique, ecce, confisus es tibi super scipione arundinis contusæ istius, super Ægypto: super quo si nititur vir, intrat in manum ejus, & perforat illam: sic (*enim est*) Pharao, Rex Ægypti, omnibus confidentibus super ipso.

22. Quod si dixeritis ad me; super JEHOVAH DEO nostro confidimus: nonne ille (*est*,) cujus removit Chiskijah excelsa, & altaria ejus? dixitque Jehudæ, & Hierosolymæ, coram altari hoc incurvabitis vos in Hierosolyma?

23. Jam porrò sponsionem, quæso, ini cum domino meo, cum Rege Assyriæ; ut dem tibi bis mille equos; num poteris dare tibi equitantes super iis?

24. Quomodo ergò avertes faciem ducis unius servorum domini mei minimorum? si maximè confidas tibi super Ægypto, quoad currus, & quoad equites.

25. Insuper, num sine JEHOVAH ascendi contra locum hunc, ad perdendum eum? JEHOVAH dixit ad me; ascende contra terram hanc, & perde eam.

26. Cumque diceret Eljakimus, filius Chilkijæ, & Schebnah, & Joachus ad præfectum pincernarum; Loquere, quæso, ad servos tuos Syriacè; quia intelligentes nos (*sumus*:) nec loquatis nobiscum Judaicè in auribus populi, qui super muro.

27. Dixit ad eos præfectus pincernarum; num (*tantùm*) ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, ut loquar verba hæc? nonne (*etiam*) ad viros sedentes super muro, ut comedant excrementa sua, & bibant urinam suam vobiscum?

28. Stetit igitur præfectus pincernarum, & clamavit voce magnâ judaicè; locutusque est, ac dixit; Audite verbum Regis magni, Regis Assyriæ;

29. Sic dixit Rex; ne decipiat vos Chiskijah; non enim poterit eripere vos è manu mea.

30. Neque confidere faciat vos Chiskijah super JEHOVAH, dicendo; eripiendo eripiet nos JEHOVAH, neque dabitur urbs hæc in manum Regis Assyriæ.

31. Ne obediatis Chiskijæ: nam sic dixit Rex Assyriæ; Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, ut comedat vir vitem suam, & vir ficum suam; & bibite vir aquas putei sui:

32. Donec veniam, & accipiam vos in terram, sicut terra vestra (*est*) terram tritici & musti, terram panis & vinearum, terram olivæ olei & mellis; ut vivatis, & non moriamini. Ne itaque obedite Chiskijæ, si incitaverit vos, dicendo; JEHOVAH eripiet nos.

33. Num eripiendo eripuerunt [e] dii gentium, vir terram suam, è manu Regis Assyriæ? e) *Esa.* 10,9.

34. Ubi sunt dii Chamathæ, & Arpadii? ubi dii Sepharvajim, Henæ & Ivæ? num eripuerunt Samariam è manu mea? //

35. Quis (*est*) ex omnibus diis terrarum, qui eripuerint terram suam è manu mea? ut eripiat JEHOVAH Hierosolymam è manu mea. //

36. Sed tacuerunt populus, neque responderunt illi verbum: quia præceptum Regis (*erat*) hoc, dicendo; Non respondebitis illi.

37. Venit autem Eljakimus, filius Chilkijæ, qui super domum, & Schebnah, scriba, & Joachus, filius Asaphi, commemorator, ad Chiskijam, rupti vestes, ac annuntiarunt illi verba præfecti pincernarum.

CAP. XIX.

Chiskijah Rex, auditis I. verbis Legatorum Sancheribi, rupit vestes, & sacco indutus in domum Iehova venit. v.1. Legatos II. ad prophetam Ieschaiam mittit: à quo bonum responsum accipit. At III. Sancheribus iterat legationem cum blasphemis literis. à v.8. Quas Chiskijah IV. acceptas coram Iehovah exponit, & pro liberatione preces fundit fide plenas à v.14. Ad quas V. Ieschaia prophetiam contra Sancheribum prolixam Chiskijæ mittit, & signo eam confirmat, cum liberationis promissione & protectionis. à v.20. Quæ VI. ita impleta est, ut per Angelum Iehovæ occisis in castris Assyriorum 185000. millibus, Sancheribus domum fugerit, & à filiis duobus occisus sit, succedente tertio Asarchaddone. à v.36.

a) *Esa.* 37, 1. FActum verò est: [a] cum audivit Rex Chiskijah, rupit vestes suas, & obtexit se sacco, veniitque in domum JEHOVÆ.

2. Misit autem Eljakimum, qui super domum, & Schebnam scribam, & Seniores Sacerdotum, indutos saccis, ad Jeschajam propheram, filium Amozi:

3. Qui dixerunt ad eum; sic dixit Chiskijah; dies angustiæ, & objurgationis, & contumeliæ (*est*) dies hic: quia venerunt filii ad os uteri (*quidem*;) sed vires non (*sunt*) ad partum.

4. Fortè audiet JEHOVAH, DEus tuus, omnia verba præfecti pincernarum, quem misit Rex Assyriæ, Dominus ejus, ad blasphemandum DEUM vivum, & ad objurgandum verbis, quæ audivit JEHOVAH, DEus tuus; suscipies ergò preces pro reliquiis inventis.

b) *Esa.* 37,5. 5. Cum [b] ergò venerunt servi Regis Chiskijæ ad Jeschajam:

6. Dixit illis Jeschajah; sic dicetis ad Dominum vestrum; Sic dixit JEHOVAH; ne timeas tibi propter verba, quæ audivisti, quibus blasphemarunt pueri Regis Assyriæ Me.

7. Ecce (*enim*) Ego (*sum*) dans in eum spiritum, ut audiat famam, & revertatur in terram suam: cadere autem faciam eum gladio in terra ejus.

8. Interea reversus est [c] præfectus pincernarum, invenitque Regem Assyriæ pugnantem contra Libnam: audiverat namque, quod profectus esset à Lachisha. c) *Esa.* 37, 8.

9. Cum verò audivisset de Thirhaka, Rege Cusch, dicendo; Ecce, exivit ad pugnandum tecum: reversus est, & misit legatos ad Chiskijam, dicendo;

10. Sic dicetis Chiskijæ, Regi Jehudæ, dicendo; ne decipiat te DEus tuus, super quo tu confidis, dicendo; non dabitur Hierosolyma in manum Regis Assyriæ.

11. Ecce (*enim,*) tu audivisti, quid fecerint Reges Assyriæ omnibus terris, devovendo eas: tu ergò eripieris?

12. Num eripuerunt eas dii gentium, quas perdiderunt patres mei? Gosanem (*nimirum*) & Charanem, & Rezeph, & filios Edenis, qui sunt in Thalassar?

13. Ubi est Rex Chamathæ, & Rex Arpadis, & Rex, qui (*erat*) urbi Sepharvajim, Henæ & Ivæ?

14. Tum sumsit Chiskijah literas, è manu legatorum, legitque eas: mox ascendit in domum JEHOVÆ, & expandit eas Chiskijah coram JEHOVAH.

15. Ac precatus est Chiskijah coram JEHOVAH, dixitque; JEHOVAH, DEus Israëlis, insidens Cherubis; Tu (*es*) ipse DEus solus omnibus regnis terræ; Tu fecisti cœlum & terram:

16. Inclina, JEHOVAH, aurem tuam, & audi: aperi, JEHOVAH, oculos tuos, & vide: audi, inquam, verba Sancheribi, qui misit eum ad blasphemandum DEUM vivum.

17. Utique, JEHOVAH, devastarunt Reges Assyriæ gentes & terram eorum:

18. Et miserunt deos eorum in ignem: sed non (*erant*) dii illi; verum opus manuum

mum hominis, lignum & lapis: ideò perdiderunt eos.

19. Jam verò JEHOVAH, DEus noſter, libera nos, quæſo, è manu ejus; ut cognoſcant omnia regna terræ, quod Tu ſis JEHOVAH DEus ſolus.

20. Mox miſit Jeſchajah filius Amozi, ad Chiskijam, dicendo; Sic dixit JEHOVAH DEus Iſraëlis, id quod precatus es ad Me de Sancheribo, Rege Aſſyriæ, exaudivi.

21. Hoc (*itaq;*) eſt verbum, quod locutus eſt JEHOVAH ſuper illum; ſprevit te, ſubſannavit te virgo filia Zijonis: poſt te caput movit filia Hieroſolymæ.

22. Quem ignominia affeciſti, & blaſphemaſti? & contra quem extuliſti vocem, ac ſuſtuliſti in altum oculos tuos? contra Sanctum Iſraëlis.

23. Per manum legatorum tuorum ignominia affeciſti Adonaj, ac dixiſti; Per multitudinem curruum meorum ego aſcendi in altitudinem montium in latera Libani: ubi excindam altitudinem cedrorum ejus, electionem abietum ejus, & perveniam in diverſorium finis ejus, ſilvam arvi ejus.

24. Ego fodi & bibi aquas alienas, ac exiccabo vola greſſuum meorum omnes fluvios Ægypti.

25. Nonne audiviſti, à longinquo quæ fecerim; a diebus antiquitatis quæ formaverim? nunc (*ergò*) adduxi illud, ut fiat, ad vaſtandum (*in*) acervos vaſtos urbes munitas:

26. At habitatores earum breves manu (*facti ſunt,*) conſternati ſunt, & pudefacti: facti ſunt (*ſicut*) herba agri, & olus gra- d) *Pſal.* minis, [d] fœnum tectorum, & uredo co- *129,7.* ram ſegete ſtante.

27. Jam ſedere tuum, & exire tuum, & intrare tuum novi, & quod commoveris te contra Me.

28. Propterea quod te commoviſti contra Me, & confidentia tua aſcendit in aures Meas: ponam hamum Meum in naſum tuum, & frenum Meum in labia tua, & reducam te per viam, per quam veniſti.

e) *Iſa.* 29. Et hoc tibi (*ô Chiskijah*) [e] ſignum *37,30.* (*eſto,*) comeſturum te hoc anno ſponte natum; & in anno ſecundo ultrò creſcens: anno autem tertio ſerite, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum.

30. Inſuper addent erepti domus Jehudæ reſidui radicem deorſum, & facient fructum ſurſum.

31. Nam ex Hieroſolyma exibunt reliquiæ, & erepti ex monte Zijonis: Zelus JEHOVÆ Zebaoth faciet hoc.

32. Quapropter ſic dixit JEHOVAH de Rege Aſſyriæ; non veniet ad urbem hanc, neque jaculabitur huc ſagittam, neque prævenlet eam ſcuto, neque aſcendet contra eam vallum:

33. Per viam, per quam venit, revertetur, ut ad urbem hanc non veniat, dictum JEHOVÆ.

34. Protegam enim urbem hanc ad ſervandum eam, propter Me, & propter Davidem ſervum Meum.

35. Factum itaque eſt in nocte iſta: exivit Angelus JEHOVÆ, [f] percuſſitque f) *Eſ.37.* in caſtris Aſſyriorum centum octoginta & *36.* quinque millia (*virorum:*) unde quando *Tob.1,21* ſurrexerunt manè, ecce, omnes iſti (*erant*) *Sir. 48,* cadavera mortua. *24.* *1.Macc.*

36. Quare profectus eſt, abivitque, ac *7,41.* reverſus eſt Sancheribus, Rex Aſſyriæ, *2.Macc.* manſitque in Nineveh. *8,19.*

37. Ubi factum eſt; cum ille (*eſſet*) incurvans ſe in domo Niſrochi, dei ſui, Adrammelech & Sarezer, filii ejus, percuſſerunt eum gladio; illi autem evaſerunt in terram Ararat: at regnavit Aſarchaddon, filius ejus, loco ejus.

CAP. XX.

Chiskijæ I. ægrotanti Propheta Jeſchajah finem vitæ indicat. v. 1. Deprecanti tamen II. Jehovam, hujus juſſu, quindecim vitæ annos addit. à v.2. Et III. ſigno miraculoſo in ſciatherio confirmatum ſanat. à v.7. Mox IV. Chiskiæ Legatis Berodachi Babylony, de reconvaleſcentia gratulantib, omnes ſuas theſauros jactabundus oſtentat. a v.12. Quare V. ipſi à Jeſchajah triſtia eorundem in Babelem tranſlatio prædicitur à v.14. Tandem VI. Chiſkias moritur, ſuccedente in regno Menaſcheh filio, v. 20. 21.

a) *2.Par.* IN diebus iſtis [a] ægrotavit Chiſkijah *32,24.* ad moriendum: ideò venit ad eum Je- *Eſ.38,1.* ſchajah, filius Amozi, propheta, & dixit ad eum; Sic dixit JEHOVAH; præcipe domui tuæ; quia moriens (*eris*) tu, neque vives.

2. Quare convertit facies ſuas ad parietem, precatuſque eſt ad JEHOVAM, dicendo;

3. Quæſo, JEHOVAH; memento, quæſo, hujus, quod ambulaverim coram Te in veritate, & in corde perfecto, & bonum in oculis Tuis fecerim: flevit etiam Chiſkijah fletum magnum.

4. Unde factum eſt: Jeſchajah nondum egreſſus erat extra urbem mediam, cum verbum JEHOVÆ factum eſt ad eum, dicendo;

5. Revertere, & dic ad Chiskijam, ducem populi mei; Sic dixit JEHOVAH, DEus Davidis, patris tui; audivi preces tuas, vidi lachrymam tuam: ecce, Ego (*ſum*) ſanans te; in die tertio aſcendes in domum JEHOVÆ:

6. Addam etiam ſuper dies tuos quindecim annos, & è manu Regis Aſſyriæ liberabo te, & urbem hanc: & protegam urbem hanc propter Me, & propter Davidem, ſervum Meum.

7. Porrò dixit Jeſchajah; ſumite palatham ficuum: ſumſerunt ergò, ac poſuerunt ſuper ulcus: tum convaluit.

8. Dixerat autem Chiskijah ad Jeſchajam; Quodnam ſignum, quod ſanaturus ſit JEHOVAH me, & aſcenſurus ſim in die tertio in domum JEHOVÆ?

9. Dixerat autem Jeſchajah; hoc (*erit*) tibi ſignum à cum JEHOVAH; quod facturus ſit JEHOVAH verbum, quod locutus eſt: num procedet umbra decem gradibus; an retrocedet decem gradibus?

10. Verum dixit Chiskijah; Facilius eſt umbræ, ut pergat decem gradibus: non; ſed regrediatur umbra retrorſum decem gradibus.

11. Quare clamavit Jeſchajah prophe- b) *Eſa.* ta ad JEHOVAM: qui retraxit [b] um- *38,8.* bram in gradibus, ſuper quos deſcenderat, *Sir. 48,* in gradibus Achaſi, retrorſum, decem gra- *26.* dibus

12. In tempore iſto [c] miſit Berodach c) *Eſa.* Bal Adan, filius Bal Adanis, Rex Babelis, *39,1* literas & munus ad Chiskijam: audiverat enim, quod ægrotaſſet Chiskijah.

13. Quum autem audiviſiet eos Chiſkijah, oſtendit iis totam domum Gazarum ſuarum; argentum & aurum, & aromata, & oleum bonum, & totam domum armorum ſuorum, & omne, quod inventum in theſauris ipſius: non fuit verbum, quod non oſtenderit illis Chiskijah in domo ſua, & in toto regno ſuo.

14. Sed venit Jeſchajah Propheta ad Regem Chiskijam, dixitque ad eum; Quid dixerunt viri hi, & unde venerunt ad te? Cui dixit Chiskijah; è terra longinqua venerunt, ex Babel.

15. Dixit denuò; Quid viderunt in domo tua? rum dixit Chiskijah; omnia, quæ in domo mea, viderunt: non fuit verbum, quod non oſtenderim illis in theſauris meis.

16. Quare dixit Jeſchajah ad Chiskiam; Audi verbum JEHOVÆ;

17. Ecce, dies (*ſunt*) venturi, cum abſportabitur omne, quod in domo tua, & quod repoſuerunt patres tui uſque ad diem hunc, in Babelem, non relinquetur verbum, dixit JEHOVAH.

18. Quin de filiis tuis, qui egredientur ex te, quos generabis, accipient, qui ſint Eunuchi in palatio Regis Babelis.

19. Dixit autem Chiskijah ad Jeſchajam; Bonum eſt verbum JEHOVÆ, quod locutus es. Porrò dixit; Annon verò pax & veritas erit in diebus meis?

20. Quod autem ad reliquum verborum Chiskijæ, & omnem potentiam ejus, & quod fecit, (*nimirum;*) piſcinam, & aquæductum, quo introduxit aquas in urbem; nonne [d] hæc ſcripta (*ſunt*) ſu- d) *2.Par.* per libro verborum dierum, (*qui*) Regibus *32,30.* Jehudæ?

21. Occubuit itaque Chiskijah cum patribus ſuis: regnavit autem Menaſcheh, filius ejus, loco ejus.

CAP. XXI.

Menaſcheh I. Rex Jehudæ factus impiiſſimè regnat, & crudeliſſimè, ſeq; & populum omnis generis idololatriis

trib. coinquinat. à v. 1. Unde II. gravissimæ ipsi & Hierosolymæ miseriæ à prophetis Iehovæ prædicitur. à v. 10. Eidem III. mortuo succedit in regno filius æquè impius Amon. à v. 17. Qui IV. à servis suis conspirantibus occiditur in domo suâ. v. 23. Conspirantes tamen V. etiam à populo terræ percuntur, & Filius Ioschijah loco ipsius Rex constituitur. & v. 24.

a) 2. Par. 33, 1. FIlius duodecim annorum *(fuit)* Menaſcheh, quum [a] Rex factus eſt: ac quinquaginta & quinque annos regnavit in Hieroſolyma; nomenque matris ejus Chephzibah.

2. Fecit autem malum in oculis IEHOVÆ: juxta abominationes gentium, quas expulit IEHOVAH coram filiis Iſraëlis:

3. Adeò ut reverſus ſit, & ædificaverit excelſa, quæ perdiderat Chiskijah, pater ejus, & erexerit altaria Baali, feceritque lucum, ſicut fecerat Achabus, Rex Iſraëlis, ac incurvaverit ſe omni exercitui cœlorum, ſerviveritque illis.

b) Deut. 12, 5. 1. Reg. 8, 29. Ier. 32, 34. 4. Ædificavit etiam altaria in domo IEHOVÆ; cum dixerit [b] IEHOVAH: in Hieroſolyma ponam nomen meum.

5. Ædificavit enim altaria omni exercitui cœlorum in duobus atriis domus IEHOVÆ.

c) Lev. 20, 27. Deut. 18, 10. 11. 1. Sam. 28, 9. Ier. 32, 35. 6. Sed & tranſire fecit [c] filium ſuum per ignem; & augurja fecit, & divinavit, fecitque Pythones, & hariolos: multiplicavit facere malum in oculis IEHOVÆ, ad provocandum *(eum)* ad iram.

7. Quin poſuit ſculptile luci, quod fecerat, in domo, de qua dixerat IEHOVAH ad Davidem, & ad Schelomonem, filium hujus; In domo hac & in Hieroſolyma, quam elegi ex omnibus tribubus Iſraëlis, ponam nomen meum in æternum:

8. Nec addam facere vacillantem pedem Iſraëlis à terra, quam dedi patribus eorum: ſi modò cuſtodiverint facere juxta omne, quod præcepi iis, & ſecundum totam legem, quam præcepit eis ſervus meus, Moſes.

9. Sed non obediverunt: ſeduxit enim eos Menaſcheh, faciendo malum præ gentibus, quas perdidit IEHOVAH coram filiis Iſraëlis.

10. Unde locutus eſt IEHOVAH per manum ſervorum ſuorum prophetarum, dicendo:

d) Ier. 15, 4. 11. Propterea [d] quod fecit Menaſcheh, Rex Jehudæ, abominationes has: malum fecit præ omni, quod fecerunt Emoritæ, qui ante eum, & peccare fecit etiam Jehudam per idola ſua:

12. Ideò ſic dixit IEHOVAH, DEus Iſraëlis; Ecce, Ego *(ero)* adducens malum ſuper Hieroſolymam & Jehudam; de quo quicunque *(erunt)* audientes, tinnient ambæ aures ejus.

13. Extendam enim ſuper Hieroſolymam lineam Samariæ, & perpendiculum domus Achabi; deleboque Hieroſolymam, ſicut *(quis)* extergit patopſidem; quam ubi exterſit, convertit ſuper facies ejus.

14. Deſetam etiam reliquias hereditatis meæ, & tradam eos in manum hoſtium eorum, ut ſint in ſpolium, & in prædam omnibus hoſtibus eorum.

15. Propterea *(inquam)* quod fecerunt malum in oculis meis, fuerunteque provocantes Me à die, quo exiverunt patres eorum ex Ægypto, & uſque ad diem hunc,

e) 2. Reg. 24, 4. 16. Quin [e] etiam ſanguinem innocentem effudit Menaſcheh multiplicando valdè, uſque dum implevit Hieroſolymam ab ore ad os, præter peccatum ipſius, quod peccare fecit Jehudam, faciendo malum in oculis IEHOVÆ.

17. Quod autem ad reliquum verborum Menaſcheh, & omne, quod fecit, & peccatum ejus, quod peccavit: nonne hæc [f] ſcripta *(ſunt)* ſuper libro verborum dierum, *(qui)* Regibus Jehudæ? f) 2. Par 33, 1.

18. Occubuit ergò Menaſcheh cum patribus ſuis, ſepultuſque eſt in horto domus ſuæ, in horto Uſſæ: regnavit autem Amon, filius ejus, loco ejus.

19. Filius viginti & duorum annorum *(fuit)* Amon, cum Rex factus eſt, & duos annos regnavit in Hieroſolyma: nomenque matris ejus Meſchullemeth, filia Charuzi, de Jotbâ.

20. Fecit autem malum in oculis IEHOVÆ; ſicut fecit Menaſcheh, pater ejus.

21. Ivit enim in omni viâ, in qua ivit

pater ejus; dum ſervivit idolis, quibus ſervivit pater ejus; & incurvavit ſe illis.

22. Contra deſeruit IEHOVAM, DEum patrum ipſius, neque ivit in via IEHOVÆ.

23. Conſpiraverunt verò ſervi Amonis contra eum, occideruntque Regem in domo ipſius.

24. Percuſſit tamen populus terræ omnes conjuratos contra Regem Amonem: & regnare fecerunt populus terræ Joſchijam, filium ejus, loco ejus.

25. Quod autem ad reliquum verborum Amonis, quæ fecit: nonne hæc ſcripta *(ſunt)* ſuper libro verborum dierum *(qui)* Regibus Jehudæ?

26. Sepeliverunt autem eum in ſepulchro ejus in horto Uſſæ: regnavit ergo Joſchijah, filius ejus, loco ejus.

CAP. XXII.

Ioſchijah I. filius octo annorum Rex factus rectum fecit in oculis Iehova. v. 1. 2. Per Schaphanem II. cum Sacerdote magno Chilkijah agit de reparandu rupturis templi. à v. 3. Chilkijah autem III. Regi mittit librum Legis inventum: cujus verbis Rex territus veſtes ſuas rumpit. à v. 8. Ideoq; IV. Chilkijam legatoſq; ad Chuldam prophetiſſam ablegat ad quærendum Iehovam. à v. 12. Qui V. per Chuldam Hieroſolymæ & populo triſtiſſima commi-natur: Regi tamen ipſi pio lætiora uſq; ad mortem prædicit. à v. 15.

a) 2. Paralip. 34, 1. FIlius octo annorum [a] Joſchijah, cum Rex factus eſt: & triginta ac unum annum regnavit in Hieroſolyma: nomenque matris ejus Jedidah, filia Adajæ de Bozkath.

2. Fecit autem rectum in oculis IEHOVÆ: dum ivit in omni via Davidis, patris ſui, nec receſſit ad dextram vel ſiniſtram.

3. Cæterùm factum eſt in octavo decimo anno, *(qui)* Regi Joſchijæ: miſit Rex Schaphanem, filium Azaljæ, filii Meſchullami, ſcribam, in domum IEHOVÆ, dicendo;

b) 2. Reg. 12, 11. 4. Aſcende ad Chilkijam, ſacerdotem magnum, ut in ſummam [b] conferat argentum, adductum in domum IEHOVÆ, quod collegerunt cuſtodes liminis à cum populo.

5. Dent autem illud ſub manum facientium opus, præfecti in domo IEHOVÆ; dent, inquam, illud facientibus opus, qui in domo IEHOVÆ ad reparandum ruptu-ram domus:

6. Fabris *(nimirum)* & architectis, & cæmentariis; & ad emendum ligna, & lapides exciſionis, ad reparandum domum.

7. Non tamen ineantur rationes cum iis, ob argentum datum ſub manum eorum: quia cum veritate illi *(erunt)* facientes.

8. Tum dixit Chilkijah, Sacerdos magnus, ad Schaphanem ſcribam; Librum Legis inveni in domo IEHOVÆ: deditque Chilkijah librum Schaphani, qui legit eum.

9. Venit itaque Schaphan ſcriba ad Regem, retulitque Regi verbum, dixitque; Conflarunt ſervi tui argentum, inventum in domo, dederuntque illud ſub manum facientium opus, præfecti in domo IEHOVÆ.

10. Inſuper indicavit Schaphan ſcriba Regi, dicendo; Librum dedit mihi Chilkijah Sacerdos: legitque eum Schaphan coram Rege.

11. Factum autem eſt: cum audivit Rex verba Libri Legis, rupit veſtes ſuas.

12. Deinde præcepit Rex Chilkijæ Sacerdoti, & Achikamo, filio Schaphanis, & Achbori, filio Michajæ, & Schaphani ſcribæ, & Aſajæ, ſervo Regis, dicendo;

13. Ite, quærite IEHOVAM pro me, & pro populo, & pro toto Jehudâ, ſuper verbis Libri inventi hujus: quia magna *(eſt)* ira IEHOVÆ, quæ accenſa eſt contra nos, propterea quod non obediverunt patres noſtri verbis Libri hujus, ad faciendum juxta omne præſcriptum nobis.

14. Ivit ergò Chilkijah Sacerdos, & Achikamus, & Achbor, & Schaphan, & Aſajah, ad Chuldam prophetiſſam, uxorem Schallumi, filii Thikvæ, filii Charchaſi, cuſtodis veſtium: illa verò *(erat)* habitans in Hieroſolyma, in parte ſecunda; locutique ſunt ad eam.

15. Quæ dixit ad eos; ſic dixit IEHOVAH, DEus Iſraëlis; dicite viro, qui miſit vos ad me:

16. Sic dixit JEHOVAH; Ecce, Ego (*ero*) adducens malum ſuper locum hunc, & ſuper habitatores ejus; omnia (*nimirum*) verba libri, quem legit Rex Jehudæ:

17. Pro eo, quod deſeruerunt Me, & ſuffiverunt diis aliis, propterea ut provocarent Me per omne opus manuum ſuarum: unde accenſa eſt ira mea contra locum hunc, neque extinguetur.

18. Ad Regem tamen Jehudæ, qui mittens (*ſiit*) vos, ad conſulendum JEHOVAM, ſic dicetis; ſic dixit JEHOVAH, DEUS Iſraëlis; quod ad verba, quæ audiviſti:

19. Propterea quod molle factum eſt cor tuum, & humiliaſti te coram JEHOVAH, cum audiviſti, quæ locutus ſum contra locum hunc, & contra habitatores ejus, futuros in devaſtationem, & in maledictionem; & rupiſti veſtes tuas, flevitique coram Me: ideò etiam Ego exaudivi, dictum JEHOVÆ.

20. Quapropter, ecce, Ego (*ero*) colligens te ad patres tuos, & colligeris in ſepulchrum tuum cum pace; neque videbunt oculi tui omne malum, quod Ego (*ero*) adducens ſuper locum hunc. Retuleruntque autem Regi verbum.

CAP. XXIII.

Rex Joſchijah I. cum congregatis Senioribus, Sacerdotibus, Prophetis, populo, fœdus ad ſervandum Jehovæ facit. præleſto Libro Legis. à v. 1. Mox II. cultum divinum reformat, abrogato omni idololatrico è templo, urbe & terra; vero autem ubique reſtituto cum Sacerdotio. à v. 4. Quâ III. reformatione progreſſus etiam eſt uſque in Bethel, ſervato tamen ſepulchro Prophetæ ibi ſepulti. à v. 15. & uſque in urbes Samariæ. v. 19. 20. Poſteà IV. Paſcha celebrat inſigne in Hieroſolyma, à v. 21. Unde V. ipſe Rex egregium encomium nactus eſt; non tamen ira Jehovæ ab Hieroſolymis & Jehuda averſa. à v. 24. Tandem VI. à Nechone occiſus Hieroſolymæ ſepultus eſt. à v. 28. Et VII. populus ſucceſſorem Joachaſum; at Necho, iſto abducto, Jehojakimum dedit. à v. 30.

2) 2. Par. 34, 29. POſteà miſit Rex, & [a] congregarunt ad eum omnes Seniores Jehudæ & Hieroſolymæ.

2. Aſcenditque Rex in domum JEHOVÆ, & omnis vir Jehudæ, omneſque habitatores Hieroſolymæ cum eo; (*omnes*) item ſacerdotes & prophetæ, & totus populus à parvo uſque ad magnum: legit autem in auribus eorum omnia verba libri fœderis, inventi in domo JEHOVÆ.

3. Deinde ſtetit Rex ad columnam, & pepigit fœdus coram JEHOVAH, ad eundum poſt JEHOVAM, & ad cuſtodiendum præcepta ejus, & teſtimonia ejus, & ſtatuta ejus in omni corde, & in omni anima, ad ſtabiliendum verba fœderis hujus, ſcripta ſuper libro hoc: ſtetitque omnis populus in fœdere.

4. Porrò præcepit Rex Chilkijæ Sacerdoti magno, & Sacerdotibus ſecundi ordinis, & cuſtodibus liminis, ad educendum è templo JEHOVÆ omnia vaſa, facta Baali, & luco, & omni exercitui cœlorum: quæ combuſſit extra Hieroſolymam in agris Kidronis; portavit autem pulverem eorum in Bethelem. b) Sir. 49, 1.

5. Abrogavit etiam Sacerdotes idololatricos, quos poſuerant Reges Jehudæ, ut ſuffirent in excelſis in urbibus Jehudæ, & circuitibus Hieroſolymæ; itemque ſuffientes Baali, Soli, & Lunæ, & aſtris, & omni exercitui cœlorum.

6. Prærerea eduxit lucum è domo JEHOVÆ, extra Hieroſolymam ad torrentem Kidronis, combuſſitque eum in torrente Kidronis, ac contudit in pulverem, projecitque pulverem ejus ſuper ſepulchrum filiorum populi.

7. Deſtruxit quoque domos cinædorum, quæ in domo JEHOVÆ, ubi mulieres texebant domos luco.

8. Adduxit porrò omnes Sacerdotes ex urbibus Jehudæ, & immunda reddidit (*omnia*) excelſa, ubi ſuffiverant Sacerdotes à Geba uſque ad Beer-Scheba: deſtruxit item excelſa portarum, quæ ante portam Jehoſchuæ, principis urbis: quæ ad ſiniſtram viri in porta urbis.

9. Veruntamen non obtulerunt Sacerdotes excelſorum ſuper altari JEHOVÆ in Hieroſolyma: ſed (*tantum*) comederunt azyma in medio fratrum ſuorum.

10. Impurum etiam reddidit Thopheth, quod in valle filiorum Hinnomi; ut non tranſire faceret quis filium ſuum, aut filiam ſuam per ignem Molecho.

11. Abolevit inſuper equos, quos poſuerant Reges Jehudæ ſoli ab introitu domus JEHOVÆ, juxta cubiculum Nethan-Melechi, Eunuchi, quod in ſuburbiis: & currus ſolis combuſſit igne.

12. Item altaria, quæ ſuper tecto hyperoi Achaſi, quæ fecerant Reges Jehudæ; & altaria, quæ fecit Menaſcheh, in duobus atriis domus JEHOVÆ, deſtruxit Rex, & procurrit inde, ac projecit pulverem eorum ad torrentem Kidronis.

13. Sed & excelſa, quæ ante facies Hieroſolymæ, quæ à dextra montis oliveti, c) 1. Reg. 11, 5. quæ [c] ædificavit Schelomoh, Rex Iſraëlis Aſchthorethæ, abominationi Zidoniorum, & Kemoſcho, abominationi Moabi, & Milcomo, abominationi filiorum Ammonis, impura fecit Rex.

14. Porrò confregit ſtatuas, & excidit lucos: implevitque locum eorum oſſibus hominis.

15. Denique etiam altare, quod in Bethel, excelſum, quod fecerat [d] Jerobeam, filius Nebati, qui peccare fecit Iſraëlem; etiam (*inquam*) altare hoc & excelſum deſtruxit: combuſſitque excelſum comminuendo in pulverem, & combuſſit lucum. d) 1. Reg. 12, 33.

16. Circumſpexit autem Joſchijah, viditque ſepulchra, quæ ibi in monte: miſit ergò, & ſumſit [e] oſſa ex ſepulchris, ac combuſſit ſuper altari, ut immundum redderet illud; juxta verbum JEHOVÆ, quod proclamaverat vir DEI, qui proclamavit verba hæc. e) 1. Reg. 13, 2.

17. At dixit; Quodnam monumentum, quod Ego (*ſum*) videns? Cumque dicerent ad eum viri urbis; (*eſt*) ſepulchrum [f] viri DEI, qui venerat ex Jehudah, & proclamaverat verba hæc, quæ feciſti, contra altare Bethelis: f) 1. Reg. 13, 30.

18. Dixit; mittite illum; vir ne moveat oſſa ejus, & oſſa prophetæ, qui venerat è Samaria.

19. Simulque omnes domos excelſorum, quæ in urbibus Samariæ, quæ fecerant Reges Iſraëlis ad irritandum ad iram, removit Joſchijah, fecitque illis, juxta omnia opera, quæ fecerat Bethæli.

20. Sacrificavit autem omnes Sacerdotes excelſorum, qui ibi, ſuper altaribus, combuſſitque oſſa hominum ſuper iis. Tum reverſus eſt Hieroſolymam.

21. Poſteà præcepit Rex omni populo, dicendo; [g] facite Paſcha JEHOVÆ, DEO veſtro; juxta (*quod*) ſcriptum ſuper libro fœderis hujus. g) 2. Paral. 35. 1.

22. Quia non factum eſt ſicut Paſcha hoc à diebus Judicum, qui judicarunt Iſraëlem; omnibus, inquam, diebus Regum Iſraëlis, & Regum Jehudæ.

23. Verùm in octavo decimo anno, (*qui*) Regi Joſchijæ, factum eſt Paſcha hoc JEHOVÆ in Hieroſolyma.

24. Quin etiam Pythones, & hariolos, & Theraphim, & idola, & omnes abominationes, quæ viſæ ſunt in terra Jehudæ & Hieroſolyma, exturgavit Joſchijah; ut ſtabiliret verba legis ſcripta ſuper libro, quem invenerat Chilkijah Sacerdos in domo JEHOVÆ.

25. Ut adeò ſicut ille, non fuerit ante illum Rex, qui reverſus ſit ad JEHOVAM in toto corde ſuo, & in tota anima ſua, & in totis viribus ſuis, juxta totam legem Moſis: neque poſt eum ſurrexerit, ſicut ille. obſ: obſ.

26. Attamen non averſus eſt JEHOVAH ab ardore iræ ſuæ magno, quo exarſit ira ejus adverſus Jehudam: ob omnes irritationes, quibus irritaverat eum Menaſcheh:

27. Ut dixerit JEHOVAH; Etiam Jehudam removebo à coram facie bus Meis; quemadmodum removi Iſraëlem: & repudiabo urbem hanc, quam elegi, Hieroſolymam, ac domum, de qua dixi; Erit Nomen Meum ibi.

28. Quod autem ad reliquum verborum Joſchijæ, & omne, quod fecit; nonne hæc ſcripta (*ſunt*) ſuper libro verborum dictum, (*qui*) Regibus Jehudæ?

29. In diebus illius aſcendit [h] Pharao Necho, Rex Ægypti, contra Regem Aſſyriæ, ad fluvium Euphratis: ſed ivit Rex Joſchijah obviam illi: qui verò occidit eum in Megiddo, cum vidiſſet eum. h) 2. Paral. 35, 20.

30. Vexe-

30. Vexerunt autem eum, super currum servi ejus mortuum à Megiddo, deduxeruntque eum Hierosolymam, ac sepeliverunt eum in sepulchro ejus: sumsit verò i) 2. Par. 36, 1. populus terræ [i] Joachasum, filium Joschijæ, unxeruntque eum, ac Regem fecerunt eum, loco patris ejus.

31. Filius viginti & trium annorum (*erat*) Joachasus, quum Rex fieret: & tres menses regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus Chamutal, filia Jeremijæ de Libnâ.

32. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ, juxta omne, quod fecerant patres ejus.

33. Sed vinxit eum Pharao Necho in Ribla, in terra Chamath, ut non regnaret in Hierosolyma: imposuitque mulctam super terram, centum talenta argenti, & talentum auri.

34. Contrà regnare fecit Pharao Necho Eljakimum, filium Joschijæ, loco Joschijæ, patris ejus; convertitque nomen ejus, Jehojakim: Joachasum autem cepit, ac duxit in Ægyptum, ubi mortuus est.

35. At argentum (*quidem*) & aurum dedit Jehojakimus Pharaoni; veruntamen æstimavit terram, ut daret argentum juxta os Pharaonis: à viro juxta æstimationem ipsius exegit argentum, & aurum, quoad populum terræ, ut daret Pharaoni Necho.

36. Filius viginti & quinque annorum (*erat*) Jehojakimus, cùm Rex fieret, & undecim annos regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus Sebuddah, filia Padajæ, de Rumah.

37. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: juxta omne, quod fecerant patres ejus.

CAP. XXIV.

Iehojakimus I. Rex Iehuda à Nebucadnezare Rege Babelis fit servus: cui cùm rebellat, variis turmis infestatur, & Iehudah perditur, juxta os Iehovæ; tandemq; moritur. à v. 1. Eius loco II. Rex fit eius Iehojachinus, quia etiam malus, à Nebucadnezare Hierosolymis obsidetur: cui se dedens cum matre uxoribusq;, & magno principum captivorum numero, in Babel transportatur. à v. 6. Ei III. substituitur Rex à Nebucadnezare patruus Matthan sive Zidkijah. v. 17. Qui IV. non tantùm malum etiam facit in oculis Iehovæ: sed contra Regem Babelis etiam rebellat. à v. 10.

IN diebus ejus ascendit Nebucadnezar, Rex Babelis: cui quum factus esset Jehojakimus servus tribus annis; reversus est, & rebellavit contra eum.

2. Tum misit JEHOVAH contra eum turmas (*prædatorias*) Chaldæorum, & turmas Syrorum, & turmas Moabi, & turmas filiorum Ammonis; misit, inquam, eas in Jehudam, ad perdendum eum; juxta verbum JEHOVÆ, quod locutus erat per manum servorum suorum prophetarum.

3. Utique juxta [a] os JEHOVÆ factum est in Jehudah, ad removendum (*eum*) à coram faciebus ipsius; ob peccata Menascheh, juxta omne, quod fecerat: a) 2. Reg. 23, 26.

4. Etiamque (*ob*) sanguinem innocentium, quem effudit, ut impleverit Hierosolymam sanguine innocenti: neque enim voluit JEHOVAH condonare.

5. Quod ad reliquum autem verborum Jehojakimi, & omne, quod fecit: nonne hæc scripta (*sunt*) [b] super libro verborum dierum, (*qui*) Regibus Jehudæ? b) 2. Par. 36, 8.

6. Occubuit itaque Jehojakimus cum patribus suis; regnavitque Jehojachinus, filius ejus, loco ejus.

7. Exinde non addidit amplius Rex Ægypti exire è terra sua: nam cepit Rex Babel a flumine Ægypti usque ad flumen Euphratis, quoad omne, quod fuit Regi Ægypti.

8. Filius octodecim annorum (*erat*) Jehojachinus, cum Rex fieret; & tres menses regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus Nechuschtha, filia Elnathanis, de Hierosolyma.

9. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ, juxta omne, quod fecit pater ejus.

10. In tempore isto [c] ascenderunt servi Nebucadnezaris, Regis Babelis, Hierosolymam; venitque urbs in obsidionem. c) Dan. 1, 1.

11. Cum itaque venisset Nebucadnezar, Rex Babelis, contra urbem, & servi ejus obsiderent illam:

12. Exi-

12. Exivit Jehojachinus, Rex Jehudæ, ad Regem Babelis; ipse & mater ejus, & servi ejus, & principes ejus, & Eunuchi ejus: accepit autem eum Rex Babelis, in anno octavo, ex quo regnavit.

13. Insuper [d] abduxit inde omnes thesauros domus JEHOVÆ, & thesauros domus Regis: amputavitque omnia vasa auri, quæ fecerat Schelomoh, Rex Jisraëlis, in templo JEHOVÆ; sicut locutus erat JEHOVAH. d) 2. Paralip. 36, 10.

14. Transportavit autem totam Hierosolymam, & omnes principes, & omnes potentes robore, decem millia migrantium; & omnem fabrum, & claustrarios: non relictus est, nisi tenuitas populi terræ.

15. Transportavit, inquam, Jehojachinum in Babelem; & matrem Regis, & omnes uxores Regis, & Eunuchos ejus, & duces terræ duxit, captivitatem ex Hierosolyma in Babelem.

16. Item omnes vitos roboris, septem millia, & fabros atque claustrarios mille; omnes potentes, facientes bellum; quos duxit Rex Babelis captivitatem in Babel.

17. Contra regnare fecit [e] Rex Babelis Matthanjam, patruum ejus, loco ejus: convertit autem nomen ejus Zidkijah. e) Ier. 37, 1.

18. Filius viginti & unius anni (*erat*) Zidkijah, cum Rex fieret; & undecim annos regnavit in Hierosolyma: nomenque matris ejus, Chamutal, filia Jirmejahu, de Libnâ. f) Ier. 52, 1.

19. Fecit autem malum in oculis JEHOVÆ: juxta omne, quod fecerat Jehojakimus.

20. Quia ob iram JEHOVÆ factum est in Hierosolyma, & in Jehudah, usque dum projecit eos à coram faciebus ipsius: rebellavit autem Zidkijah contra Regem Babelis.

CAP. XXV.

Zidkijah I. ob rebellionem Hierosolymis obsidetur, & urbe expugnata fugiens capitur, & in Riblam ad Nebucadnezarem deductus, post occisos in conspectu eius liberos excæcatur, vinctusq; Babelem abducitur. à v. 1. Nebusaradan II. Hierosolymam veniens Templum DEI, urbemq; comburit, muros destruit, populum, excepta eius tenuitate, captivum abducit: columnas autem, vasa & instrumenta Templi Babelem portat. à v. 8. Nebucadnezar III. post occisos præcipuos urbis viros reliquum populo Gedaliam præficit: quo occiso populus in Ægyptum fugit. à v. 18. Tandem IV. Iehojachinus ab Evilmerodacho è carcere evehitur. à v. 27.

UNde factum est in anno nono, ex quo [a] regnavit, in mense decimo, in (*die*) decimo mensis: venit Nebucadnezar, Rex Babelis; ipse & omnis exercitus ejus, contra Hierosolymam, & castra posuit contra illam; ædificaruntque contra illam vallum circumcirca. a) 2. Par. 36, 17. Ier. 39, 1. 52, 4.

2. Venit autem urbs in obsidionem usque ad undecimum annum, (*qui*) Regi Zidkijæ.

3. In nono (*die*) mensis, cum invaluit fames in urbe, nec fuit panis populo terræ:

4. Perrupta est urbs, & omnes viri belli (*fugerunt*) noctu per viam portæ inter duos muros, qui apud hortum Regis; Chaldæi autem (*erant*) contra urbem circumcirca. Abivit ergò (*Rex*) via planitiei.

5. Verum persecuti sunt exercitus Chaldæorum post Regem, & assecuti sunt eum in planitie Jerichuntis; omnis autem exercitus ejus dispersus est à cum eo.

6. Comprehenderunt itaque Regem, & ascendere fecerunt eum ad Regem Babelis in Riblam: ubi dictarunt illi judicium:

7. Ita ut [b] occiderint filios Zidkijæ coram oculis ejus; oculos autem Zidkijæ excœcaverint, vinxerintque eum duabus catenis, ac abduxerint eum in Babel. b) Ier. 39, 6.

8. Deinde in mense quinto, in septimo (*die*) mensis [hic est annus, (*qui erat*) nonus decimus, (*qui*) Regi Nebucadnezari, Regi Babelis.] venit Nebusaradan præfectus satellitum, servus Regis Babelis, Hierosolymam:

9. Ac combussit domum JEHOVÆ, & domum Regis; omnesque domos Hierosolymæ; omnem quidem domum magnam combussit igne.

10. Muros autem Hierosolymæ circumcirca

eumcirca deſtruxerunt univerſus exercitus Chaldæorum, qui (*erat*) præfecto ſatellitum.

11. Reliquum porrò populum, relictos (*nimirum*) in urbe, & deſciſcentes, qui deſciverant ad Regem Babelis, reſiduamque multitudinem, transportavit Nebuſaradan, præfectus ſatellitum.

12. Tantum de tenuitate terræ reliquit præfectus ſatellitum in vinitores, & in agricolas.

c) *Ier. 27,19.* 13. At [c] columnas æris, quæ in domo JEHOVÆ, & baſes, & mare æris, quod in domo JEHOVÆ, confregerunt Chaldæi; abſportaruntque æs eorum Babelem.

14. Ollas quoque, & ſcopas, & pſalteria, & acerras, & omnia vaſa æris, quibus miniſtraverant, ſumſerunt.

15. Thuribula porrò & crateras, quicquid aurum, & quicquid argentum (*erat*,) ſumſit præfectus ſatellitum.

16. Cæterum (*quod attinet*) columnas duas, mare unum, & baſes, quæ fecit Schelomoh domui JEHOVÆ: non fuit pondus æri omnium inſtrumentorum iſtorum.

d) *1. Reg. 7. 15. 2. Par. 3. 15. Ier. 52,21* 17. Octodecim ulnæ (*erat*) altitudo columnæ unius; & corona ſuper illa ex ære, altitudoque coronæ tres ulnæ; inſuper reticulum, & malogranata ſuper coronâ circumcirca, omnia ex ære. Et ſicut hæc (*erant*) columnæ alteri ſuper reticulo.

18. Præterea ſumſit præfectus ſatellitum Serajam, Sacerdotem primum, & Zephanjam, Sacerdotem ſecundum, & tres cuſtodes liminis:

19. De urbe verò ſumſit Eunuchum unum, qui (*erat*) præfectus ſuper viros belli, & quinque viros, de videntibus facies Regis, qui inventi ſunt in urbe, & ſcribam, principem exercitus, qui militare docebat populum terræ, & ſexaginta viros de populo terræ inventos in urbe:

20. Sumſit, inquam, eos Nebuſaradan, præfectus ſatellitum, & abduxit eos ad Regem Babelis in Riblam.

21. Percuſſit autem eos Rex Babelis, & occidit eos in Riblâ, in terra Chamath. Sic tranſmigravit Jehudah à ſuper terra ſua.

22. Quod autem ad populum reſiduum in terra Jehudæ, quem reliquit Nebucadnezar, Rex Babelis: conſtituit ſuper eos [e] Gedaljam, filium Achikami, filii Schaphanis. e) *Ier. 40,5.*

23. Cum verò audiverunt omnes principes exercituum, ipſi & viri (*eorum*) quod conſtituiſſet Rex Babelis Gedaljam, venerunt ad Gedaljam in Mizpam; inprimis Jiſchmael, filius Nethanjæ, & Jochanan, filius Kareach, & Serajah, filius Thanchumeth, Netophathita, & Jaaſanjah, filius Maachathi; ipſi & viri eorum:

24. Quibus juravit Gedaljah, virisque eorum, dixitque illis; ne timete vobis à ſervis Chaldæorum; manete in terra, & ſervite Regi Babelis, ut benè ſit vobis.

25. Sed factum eſt in menſe ſeptimo venit Jiſchmael, filius Nethanjæ, filii Eliſchamæ, de ſemine regni, & decem viri cum eo, percuſſeruntque Gedaljam, ut mortuus ſit: itemque Judæos, ac Chaldæos, qui cum eo fuerunt in Mizpâ.

26. Tum ſurrexerunt univerſus populus, à parvo uſque ad magnum, & principes exercituum, veneruntque in Ægyptum: timuerunt enim ſibi à Chaldæis.

f) *Ier 52,31.* 27. Tandem [f] factum eſt in trigeſimo & ſeptimo anno, (*qui*) captivitati Jehojachini, Regis Jehudæ, in duodecimo menſe, in vigeſimo ſeptimo (*die*) menſis, extulit Evilmerodachus, Rex Babelis, anno, quo Rex factus eſt, caput Jehojachini, Regis Jehudæ, è domo carceris:

28. Locutuſque eſt cum eo bona; deditque thronum ejus ſupra thronum Regum, qui cum ipſo in Babele:

29. Mutavit etiam veſtes carceris ejus; comeditque panem jugiter coram ipſo, omnibus diebus vitæ ſuæ.

30. Cibanum quoque ejus, cibarium jugis temporis, datum eſt illi, à-eum Rege, verbum diem in die ſuo, omnibus diebus vitæ ejus.

PSALMI.

PSALMUS I.

Commendatio eſt ſtudij Verbi DEI & pietatis, prædicando (1.) ejuſmodi hominem beatum, à v. 1. oſtendendo (2.) diverſam ejus ab impiis ſortem. à v. 3.

BEatus vir, qui non ambulat in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtat; & in ſede irriſorum non ſedet:

2. Sed in Lege JEHOVÆ beneplacitum ipſius (*eſt,*) & in lege a) *Joſ. 1,8* ejus [a] meditatur diu noctuque.

b) *Ier. 17,8.* 3. [b] Erit enim ſicut arbor plantata juxta rivos aquarum, quæ fructum ſuum dabit in tempore ſuo, foliumque ejus non decidet: & quicquid fecerit, proſperabitur.

4. Non ſic (*ſunt*) impii, ſed ſicut gluma, quam impellit ventus.

5. Propterea (*etiam*) non conſiſtent impii in Judicio (*DEI,*) aut peccatores in congregatione juſtorum.

6. Quia cognoſcens (*eſt*) JEHOVAH viam Juſtorum: at via impiorum peribit (*à Jehovah.*)

PSALM. II.

Prophetia eſt egregia de Meſſia ſeu Chriſto. Contra ejus (1.) regnum quidem tumultuabitur mundus. à v. 1. quod verò (2.) DEUS confirmabit, & amplabit potenter. à v. 4. Adeò (3.) ut Reges etiam illi ſervituri ſint, aut perituri. à v. 10.

2) *Act. 4,25.* QUare [a] tumultuatæ ſunt gentes, & populi meditati vanitatem.

2. Conſtiterunt Reges terræ, & dominatores conſultarunt unâ, contra JEHOVAM & contra Chriſtum ejus.

b) *Ier. 2, 20.* 3. [b] Avellemus vincula eorum, & abjiciemus à nobis funes eorum.

c) *Prov. 3,26.* 4. [c] Habitans in cœlis ridebit. Dominus ſubſannabit eos

5. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in excandeſcentia ſua perterrefaciet eos.

6. Ego verò inunxi Regem Meum ſuper Zijonem, montem ſanctitatis Meæ.

d) *Act. 13,33. Hebr. 1,5. 5,5* 7. [d] Annuntiabo de ſtatuto, JEHOVAH dixit ad Me; Filius Meus Tu: Ego hodie genui Te.

8. Pete à Me, & dabo (*Tibi*) gentes hereditatem Tuam, & poſſeſſionem Tuam fines terræ.

c) *Ap. 2, 27. 19,15.* 9. Conteres eos [e] ſceptro ferreo: ſicut vaſa figuli diſpérges eos.

10. Nunc ergò Reges intelligite: eruditimini Judices terræ.

11. Servite JEHOVÆ in timore, & exultate in tremore.

12. Oſculamini Filium, ne iraſcatur, & pereatis in via; quia exardebit brevi ira ejus: beati omnes confidentes in ipſo.

PSALM. III.

Preces ſunt hominis (1.) hoſtibus & adverſitatibus, ſicut David olim, circumdati. à v. 1. Sed (2.) DEO confidentis, & ad Eum clamantis. à v. 3. Adeoq; (3.) ſub ſcuto ejus ſecuri & gloriantis. à v. 6.

PSalmus Davidis; cum hic [a] fugeret coram Abſchalomo, filio ſuo. a) *2. Sam. 15,14.*

2. JEHOVAH! quantopere multiplicati ſunt hoſtes mei? (*quàm*) multi (*ſunt*) inſurgentes contra me?

3. (*Quàm*) multi (*ſunt*) dicentes de anima mea; non eſt ſalus illi in DEO? Selah.

4. Veruntamen Tu JEHOVAH (*es*) ſcutum pro me; gloria mea, & Erigens caput meum.

5. Voce mea ad JEHOVAM clamo: qui exaudit me de monte Sanctitatis Suæ. Selah.

6. (*Imò*) ego cubabo (*ſecurus,*) & dormiam, (*&*) expergiſcar (*in tempore:*) nam JEHOVAH ſuſtentabit me (*interea.*)

7. (*Quare*)

7. (*Quare*) non timebo mihi à myriadibus populi; qui circumcirca posuerint se contra me.

8. (*Dicam verò;*) Surge, JEHOVAH; serva me, DEus mi: quia percuties omnes hostes meos maxillam, dentes impiorum confringes.

9. JEHOVÆ (*enim*) est salus; (*&*) super populum Tuum benedictio, Tua, Selah.

PSALM. IV.

Preces (1.) hominis justi contra suos in afflictione contemtores, v. 2. 3. quos (2.) ad pœnitentiam, & meliora hortatur. à v. 4. contra (3.) eos renuentes confidit tamen, in DEO se securum fore. à v. 7.

PRæfecto (*Musices;*) super Neginoth; Psalmus; Davidis.

2. Quum clamavero, responde mihi, DEus justitiæ meæ; in angustia da latitudinem mihi: miserere mei, & audi preces meas.

3. (*At ô*) filii viri (*superbi,*) quousque (*erit vobis*) gloria mea in ignominia? amabitis vanum? quæretis mendacium? Selah.

4. Agnoscite potius, quod mirabilem faciat JEHOVAH sanctum Ipsi (*me;*) JEHOVAH exaudiat, cùm clamo ad Ipsum.

a) *Eph. 4, 26.* 5. [a] Commovemini, & ne peccate; loquimini cum corde vestro super cubili vestro; & acquiescite. Selah.

6. Sacrificate sacrificia justitiæ; & confidite super JEHOVAH.

7. (*Sed*) multi (*sunt*) dicentes: quis ostendet nobis bonum? Tolle (*ergò*) super nos lucem facierum tuarum, JEHOVAH.

8. Das (*enim*) gaudium in corde meo (*magnum*) præ tempore, (*quo*) frumentum & mustum eorum multiplicantur.

9. (*Unde*) in pace cubo, & dormio: nam Tu, JEHOVAH, solus (*es, qui*) securum me habitare facis (*bonâ conscientia.*)

PSALM. V.

Preces hominis fidelis (1.) pro exauditione orantis, v. 2. quia (2.) orat non ut homo impius; nec gloriabundus in sua justitia; sed fidens bonitate DEI, v. 5. Nec (3.) petat vana, sed ductum verbi DEI, contra mendacia hominum hujus mundi, v. 9. Quibus propter ea mala; pia autem bona precatur, v. 11.

PRæfecto (*Musices;*) super Nechiloth a Psalmus; Davidis.

2. Verba mea attende, JEHOVAH: intellige meditationem meam.

3. Audi vocem clamoris mei, Rex mi, & Deus mi: quum ad Te oravero.

4. (*Ergò*) JEHOVAH, manè audies vocem meam: manè (*enim*) disponam me Tibi, & speculabor.

5. Non enim DEus, approbans impietatem Tu (*es;*) non manebit apud Te malus,

6. Non consistent gloriabundi coram oculis tuis; odisti omnes operatores iniquitatis.

7. Perdes loquentes mendacium; virum sanguinum & doli abominabitur JEHOVAH.

8. Ego verò in multitudine misericordiæ Tuæ veniam in domum Tuam; incurvabo me versus templum sanctitatis Tuæ in timore Tui.

9. (*Precans;*) JEHOVAH duc me in justitia Tua, propter inimicos meos; dirige coram me viam Tuam,

10. Nam non (*est*) in ore cujusque (*eorum*) certum: medium eorum (*sunt*) perditiones; sepulchrum apertum guttur eorum (*est:*) lingua sua blandiuntur.

11. (*Idèo*) reos eos pœnage, DEus; cadant de consiliis suis; propter multitudinem prævaricationum eorum impelle eos; quia rebellant contra Te.

12. Lætentur verò omnes confidentes in Te; in æternum jubilent, & protegas eos: ut exultent in Te amantes Nomen Tuum.

13. Tu enim benedices justo, JEHOVAH, sicut clypeo beneplacito circumdabis eos.

PSALM. VI.

Preces hominis in angustia hostium, & conscientia constituti, quam (1.) gravissimam describit, v. 3. 4. 7. 8. (2.) deprecatur, v. 2. 3. 5. & (3.) se exauditum credens, contra hostes gloriatur, v. 9. sqq.

PRæfecto (*Musices;*) in Neginoth, super octava; Psalmus; Davidis.

2. [a] JEHOVAH, ne in ira Tua corripeme; & ne in excandescentia Tua castiga me.

a) *Psal. 38, 2.*

3. Miserere mei, JEHOVAH, quia languidus ego; (*ideò*) sana me, JEHOVAH, quia perturbata sunt ossa mea:

4. Et anima mea perturbata est valdè. Tu ergò, JEHOVAH, quousque?

5. Revertere, (*quaso*) JEHOVAH, eripe animam meam; serva me propter misericordiam Tuam.

6. Non enim in morte (*est*) memoria Tui: in inferno quis confitebitur Tibi?

7. Fessus sum anhelitu meo: lavo per totam noctem lectum meum; lachryma mea cubile meum liquefacio.

8. Contabuit præ indignatione oculus meus; inveteravit inter omnes hostes.

b) *Mat. 7, 23. 25, 41. Luc. 13, 27.* 9. [b] Recedite à me, omnes operatores iniquitatis: quia audivit JEHOVAH vocem fletus mei:

10. Audivit JEHOVAH precationem meam; JEHOVAH preces meas accipiet.

11. Pudefient, & perturbabuntur valdè omnes hostes mei; revertentur, pudefient subitò.

PSALM. VII.

Preces Davidis, & cujusq; innocentis, contra hostes persecutores, in quibus (1.) suam innocentiam docet, à v. 4. (2.) restitutionem suam petit, v. 7. 8. (3.) justitiam DEI appellat, v. 9. 10. quam sibi secutum, v. 11. hostibus gravissimam non pœnitentibus fore, certus est, à v. 12. adeò ut (4.) gratias illi agat. v. ult.

a) *2. Sam. 16, 5. 11.* SChiggajon; Davidis, quod cecinit JEHOVÆ, propter verba [a] Kuschi, Benjaminitæ.

2. JEHOVAH, DEus mi, in Te confisus sum: serva (*ita q;*) me ab omnibus persecutoribus meis & eripe me:

3. Ne rapiant sicut leo animam meam: discerpens (*sit,*) sed non eripiens.

4. JEHOVAH, DEus mi, si feci hoc; si est perversitas in manibus meis;

5. Si retribui pacifico mecum malum; aut dispoliavi (*vel*) hostes meos temerè;

6. Persequatur hostis animam meam, assequaturque; & conculcet in terram vitam meam; gloriamque meam in pulvere habitare faciat. Selah.

7. Surge (*ergò*) JEHOVAH, in ira Tua; effer Te in excandescentiis contra hostes meos; & excita Te (*veniendo*) ad me, (*qui*) Judicium præcepisti.

8. Congregatio enim populorum circumdat Te: idèo contra eam in altum revertere.

9. JEHOVAH judicabit populos: Judica (*ergò*) me, JEHOVAH, juxta justitiam meam, & juxta integritatem meam, (*quæ est*) super me.

10. Consumatur, quæso, malum impiorum; confirma autem justum: nam qui [b] probas corda & renes, DEus (*es*) justus.

b) *2. Sam. 16, 7. Jer. 11, 20. 17, 10. 20, 12.*

11. Scutum (*ita q;*) meum super DEO (*est*) servante rectos corde.

12. DEus, (*inquam, est*) Judex justus; & DEus indignans (*malo*) in toto die.

13. Si non reversus fuerit, gladium suum acuit; arcum suum tetendit, & direxit eum.

14. Præparavitque sibi vasa mortis; tela sua ardentia fecit.

15. En (*ergò!*) concipiet (*impius*) iniquitatem, sed [c] gravidus erit labore, parietque mendacium.

c) *Iob. 15, 35. Ies 59, 4.*

16. [d] Foveam fodit, effoditque eam; sed cadet in foveam, (*quam*) fecit.

d) *Ps. 9, 16.*

17. Revertetur labor ejus in caput ejus; & super verticem ejus violentia ejus descendet.

18. Confitebor (*ita q;*) JEHOVÆ juxta justitiam ipsius; & cantabo Nomen JEHOVÆ Altissimi.

PSALM. IIX.

Prophetia David est: in qua Ecclesia DEI DEUM suum laudat, quod in N. T. nomen suum per Christum & Evangelium gloriosum reddiderit: dum inprimis Christum post breve exinanitionis tempus super omnia manuum suarum opera exaltaverit.

PRæfecto (*Musices;*) super Gittithith (*instrumento:*) Psalmus, (*qui*) Davidi.

2. JEHOVAH, Domine noster, quam magnificum (*est*) Nomen Tuum in universa terra: cujus dare honorem (*est*) super cœlo.

3. Ex [a] ore infantium & lactentium fundasti robur propter inimicos Tuos; ut cessare facias hostem & vindictæ cupidum.

a) *Mat. 21, 16.*

4. Quando adſpicio cœlos, opus digitorum Tuorum; Lunam & ſtellas, quas præparaſti:

b) Ebr. 8, 6. 5. (*Admirabundus dico;*) [b] Quid eſt homo; quod recordaris ejus? & filius hominis, quod viſitas eum?

6. Carere quidem eum feciſti paululum præ Angelis: ſed (*mox*) gloria & honore coronaſti eum.

c) 1. Cor. 15, 25. 7. [c] Dominari feciſti eum ſuper opera manuum Tuarum: omnia poſuiſti ſub pedes ejus.

8. Gregem & armenta omnia; etiamque beſtias agrorum,

9. Avem cœli, & piſces maris; (*omnem*) tranſeuntem vias marium.

10. JEHOVAH, Domine noſter, quàm magnificum (*eſt*) Nomen Tuum in univerſa terra.

PSALM. IX.

Pſalmus Davidis eſt. In quo confitetur (1.) ſua gratias agit DEO pro hoſtium ſuorum aperſione. à v. 2. (2.) Simile DEI judicium juſtum orbi & pio promittit. à v. 8. (ut 3.) propterea confiteri debeant. à v. 12. (cum contra (4.) omnes impios perditurus ſit male. à v. 16.

PRæfecto (*Muſices;*) ſuper Muth-Labben; Pſalmus; Davidis.

2. Confitebor JEHOVÆ in toto corde meo: enarrabo omnia mirabilia Tua.

3. Gaudebo & exultabo in Te: cantabo Nomini Tuo, Altiſſime.

4. Pro eo, quod reverſi ſunt hoſtes mei retrò, impegerunt; & perierunt coram Te.

5. Feciſti enim judicium meum, & cauſam meam: ſediſti ſuper throno judex juſtitiæ.

6. Increpaſti gentes, perdidiſti impium: nomen eorum deleviſti in perpetuum & æternum.

7. Quod ad hoſtes; conſumti ſunt gladii in perpetuum; urbeſque evertiſti: periit memoria illorum ipſorum.

8. At JEHOVAH in æternum manebit: præparavit ad judicium thronum ſuum.

a) Pſ. 98, 9. 9. Idemque [a] judicabit orbem in juſtitia: judicabit populos in rectitudinibus.

10. Erit enim JEHOVAH propugnaculum contrito; propugnaculum in tempora (*juſta*) in anguſtia.

11. Unde confident in Te ſcientes Nomen Tuum: quod non deſeras quærentes Te, JEHOVAH.

12. Confitemini JEHOVÆ, habitanti in Zijone: annunciate inter gentes opera Ejus.

13. Quia (*eſt*) quærens ſanguines; eorum recordatur: non obliviſcitur clamoris miſerorum.

14. (*Dicentium;*) Miſerere mei, JEHOVAH vide miſeriam meam ab oſoribus meis; qui extollis me è portis mortis;

15. Ut enumerem omnes laudes Tuas in portis filiæ Zijonis; exultem in ſalute Tua.

16. (*Contrà*) ſubmerſæ ſunt gentes in fovea, (*quam*) fecerunt; in reti, quod abſconderunt, captus eſt pes earum.

17. Notus factus eſt JEHOVAH judicio, (*quod*) fecit; (*dum*) per opus manuum ſuarum illaqueatus eſt impius: in memoriale, Selah.

18. (*Quòd*) reverſuri ſint impii in infernum; omnes gentes obliviſcentes DEUM:

19. Non enim in perpetuum oblivioni traderetur egenus; (*aut*) ſpes miſerorum peribit in æternum.

20. Surge (*itaq;*) JEHOVAH; ne invaleſcat homo; judicentur (*verò*) gentes coram Te.

21. Injice, JEHOVAH, timorem illis, ut agnoſcant gentes, (*quod*) homo illi. Selah.

PSALM. X.

Preces Eccleſiæ contra impios ſuos, & miſerorum piorum perſecutores. Quorum (1.) inſolentiam, blaſphemias & fraudes prolixè deſcribit. à v. 2. contra quæ (2.) DEUM invocat. v. 1. 12. ſqq. Et (3.) exauditione precum, & interitu perſecutorum ſe & miſeros conſolatur. à v. 16.

QUare, JEHOVAH, ſtabis in longinquo, occultabis Te temporibus in anguſtia?

2. In inſolentia impii perſequitur (*iſtos*) miſerum: capiuntur (*miſeri*) per inventiones, quas excogitant (*impij.*)

3. Nam glorietur impius de concupiſcentia animæ ſuæ; & avarus benedicit, ſpernit JEHOVAM.

4. Impius juxta ſublimitatem iræ ſuæ, non quætit (*DEUM:*) non eſt DEUS (*in*) omnibus cogitationibus ejus.

5. Dolores pariunt viæ ejus omni tempore: ſublime quid (*ſunt*) judicia tua ab ipſo: omnes adverſarios ſuos exufflat.

6. Dicit in corde ſuo; non dimovebor: in generationem & generationem (*ero is*) qui non (*erit*) in malo.

a) Rom. 3, 14. 7. Maledictione [a] os ejus plenum eſt, doliſque ac fraude: ſub lingua ejus labor & iniquitas.

8. Sedet in inſidiis atriorum; in latibulis occidit innocentem: oculi ejus pauperi occultantur.

9. Inſidiatur in latibulo ſicut leo; in tentorio inſidiatur ad rapiendum miſerum: rapit miſerum, dum trahit eum in rete ſuum.

10. Conteritur, dejicitur, & cadit per robora ejus pauper quiſque.

11. Dicit in corde ſuo, Oblitus eſt DEUS: occultavit facies ſuas, non videbit in æternum.

b) Pſal. 9, 7. 12. Surge, ergò, JEHOVAH; DEUS extolle manum Tuam: ne obliviſcaris miſerorum.

13. Quare ſperner impius DEUM? dicet in corde ſuo, non quæret?

14. Vides (*utiq;*) Tu enim laborem & indignationem ſpectas ad retribuendum per manum Tuam: ſuper Te projicit pauper; pupillo Tu factus es auxiliator.

15. Frange brachium impii; & quod ad malum; quære impietatem ejus, (*ut*) non invenias.

c) Pſ. 29, 16. 16. [c] JEHOVAH (*eſt*) Rex in æternum & ſeculum: (*unde*) gentes peribunt de terra ipſius.

17. Deſiderium miſerorum audiviſti, JEHOVAH: diſpones cor eorum; attendes aurem Tuam:

18. Ad judicandum pupillum & attritum; ut non addat amplius violentiam exercere homo de terrâ.

PSALM. XI.

Tentatio hominis pij, tum per mundi illecebras. v. 1. tum perſecutiones. v. 2. 3. Sed DEO confidentia. v. 1. & juſtum ipſius judicium expectantis. à v. 4.

PRæfecto (*Muſices;*) Davidis. In JEHOVAH confiſus ſum: quomodo ergò dicitis animæ meæ; move te; (*in*) montem (*ſcil.*) veſtrum, (*ſicut*) avis?

2. Ecce enim, impii tendunt arcum; præparant telum ſuum ſuper nervo, ad jaculandum in tenebris rectos corde.

3. Nam fundamenta ſubruunt: juſtus (*ergò*) quid fecerit?

4. (*Sed*) JEHOVAH (*eſt*) in templo ſanctitatis ſuæ; JEHOVÆ in cœlo thronus; oculi ejus vident; palpebræ ejus probant filios hominis.

5. [a] JEHOVAH juſtum probat, & impium; amantem violentiam odit anima ejus. a) Hab. 2, 20. Pſ. 113, 5. Eſ. 66, 1. Matth. 5, 34.

6. (*Unde*) pluet ſuper impios laqueos, ignem & ſulphur! & ventus procellarum (*erit*) portio calicis eorum.

7. Nam juſtus (*eſt*) JEHOVAH, juſtitias amans; rectum reſpicient facies ejus.

PSALM. XII.

Eſt Pſalmus I. querela Eccleſiæ, tum de paucitate piorum; tum de multitudine falſorum doctorum. v. 2. 3. II. Preces ejuſdem contra ejuſmodi falſos doctores, ut excindantur; miſeri autem pij juxta promiſſiones ſervantur. à v. 4.

PRæfecto (*Muſices;*) ſuper Scheminith; Pſalmus; Davidis;

2. Salutem præſta, JEHOVAH; nam conſumtus eſt pius: quia defecerunt fidelitates à filiis hominis.

3. Vanitatem loquuntur vir cum ſocio ſuo; labio blanditiarum in corde & corde loquuntur.

4. (*Sed*) excindet JEHOVAH omnia labia blandituarum, linguam loquentem magna.

5. Qui dicunt; lingua noſtra prævalebimus; labia noſtra, nobiſcum (*ſtabunt;*) quis Dominus nobis?

6. (*Nam*) ob devaſtationem miſerorum, ob gemitum egenorum jam ſurgam, dicit JEHOVAH; ponam in ſalute (*eum,*) quem exufflat (*impius.*)

b) Prov 30, 5. 7. [b] Sermones JEHOVÆ (*in promissionibus*) sermones (*sunt*) puri, (*sicut*) argentum conflatum in tigillo terræ, purificatum septies.

8. (*Unde*) Tu, JEHOVAH custodies eos (*miseros,*) servabis quemque à generatione hac in æternum.

9. Circumcirca impii vagabuntur, quando efferent se vilitates apud filios hominis.

PSALM. XIII.

Psalmus de Christo loquitur: habetq; I. Christi passionem & tentationem. à v.1. II. Sub tentatione & passione Orationem. à v.4. III. Sub passione consolationem. v.6.

PRæcentori; Psalmus; Davidis.

2. Quousque ô JEHOVAH, oblivisceris mei (*quasi*) in æternum? quousque occultabis facies Tuas à me?

3. Quousque disponam consilia in anima mea? mœrorem in corde meo diu? quousque exaltabit se hostis meus super me?

4. Respice, exaudi me, ô JEHOVAH, Deus mi! Illumina oculos meos; ne forte dormiam mortem.

5. Ne forte dicat hostis meus; prævalui illi: (&) inimici mei lætentur, quod dimovear.

6. Ego tamen in misericordia Tua confisus sum: lætatur cor meum in salute Tuâ: cantabo JEHOVÆ; quia retribuit mihi.

PSALM. XIV.

Est in hoc Psalmo. I. Universalis humani generis per lapsum Adami descriptio. à v.1. II. Redargutio falsorum doctorum seducentium. à v. 4. III. Piorum desiderium adventus Christi. v. ult.

a) Ps. 53, 1. seqq. PRæfecto (*Musices:*) Davidis. Dixit [a] stultus in corde suo; non (*est*) Deus: (*hinc*) corruptam fecerunt, & abominabilem reddiderunt actionem (*suam:*) adeò (*ut*) non (*sit*) faciens bonum.

2. JEHOVAH (*enim quidem*) è cœlo prospexit super filios hominis, ad videndum; num esset intelligens (*quis,*) quærens DEUM.

3. (*Verum*) [b] unusquisque recesserat; b) Rom. 3, 10. unà putidi facti fuerant: non (*erat*) faciens bonum; non etiam unus.

4. Annon cognoverunt hoc omnes operantes iniquitatem; comedentes populum meum, (*sicut qui*) comedunt panem: (*qui verò*) JEHOVAM non invocant?

5. Ibi (*ergò*) timebunt timorem: quia Deus (*est*) in generatione justi.

6. (*Ideò quod*) consilium (*seu doctrinam*) afflicti contemsistis (*dicentis*) quod JEHOVAH (*sit*) fiducia ipsius.

7. Quis dabit (*tandem*) ex Zijone salutem Jisraëlis? Quum (*enim*) reducet JEHOVAH captivitatem populi sui: (*tum*) exultabit Jacob, lætabitur Jisraël.

PSALM. XV.

Tractatur in hoc Psalmo, I. Quæstio; quis in tentorio Jehovæ manserus. v. 1. II. Ad quæstionem responsio, per descriptionem hominis mansuri. à v. 2. III. Conclusio, per promissionem. v. ult.

PSalmus; Davidis. JEHOVAH, quis commorabitur in tentorio Tuo? quis habitabit in monte sanctitatis Tuæ?

2. [a] Qui ambulat integer, & qui facit justitiam: & qui loquitur veritatem in corde suo. a) Es 33, 15.

3. (*Qui*) non detractat lingua sua; non facit socio suo malum, & ignominiam non imponit super proximum suum.

4. Contemtus est in oculis ipsius reprobus: sed timentes JEHOVÆ honorat: (*si*) jurat ad affligendum se, non mutat.

5. Argentum suum non dat in usuram; & munus contra innocentem non accipit. Qui fecerit hæc, non dimovebitur in æternum.

PSALM. XVI.

Psalmus est de Christo propheticus. In quo est I. Christi eximanitis & patientis oratio. v. 1. II. Ejusdem solatium; cum argumento. à v.2. III. Efficacius jam oratione, quam solatio. à v. 7.

MIchtam: Davidi (*Davidis.*) Custodi me, Deus: quia confisus sum in Te.

2. Dixisti JEHOVÆ, ADONAI (*Dominus*) Tu: Bonum meum (*seu Beatitudinem*

nem meam quod attinet;) non (*est illud mihi*) propter Te.

3. Pro sanctis, qui in terra sunt, & magnificis, in quibus est omne beneplacitum meum.

4. (*Contrà*) multiplicabuntur dolores eorum, (*qui post*) alium festinarunt: non (*enim*) libabo libamina eorum de sanguine; & non tollam nomina eorum super labia mea.

5. JEHOVAH (*est*) portio partis meæ, & calix meus: Tu (*es*) sustentans sortem meam.

6. Funes eciderunt mihi super amœnos: etiam hereditas (*mea*) pulchra est super me.

7. Benedicam JEHOVÆ, qui consuluit mihi; etiam (*in*) noctibus castigant me renes mei.

a) Act 2, 25. 8. [a] Proposui JEHOVAM coram me jugiter: (*dicens*) quia (*ille est*) à dextra mea, ideò non dimovebor.

9. Propterea (*etiam*) lætatum est cor meum; & exultavit gloria mea: etiam caro mea habitabit confidenter.

b) Act. 2, 27. 31. 13, 35. 10. Quoniam [b] non relinques animam meam inferno: nec dabis sanctum Tuum, ut videat corruptionem (*foveam.*)

11. Notam facies mihi viam vitæ; saturitatem gaudiorum cum facibus Tuis: jucunditates, in dextera Tua, in æternum.

PSALM. XVII.

Psalmus hic Oratio est Ecclesiæ omni tempore sub Christo (capite, cui conformatur, militantis, pro conservatione sui & sanæ doctrinæ; à v. 1 defensione verò contra falsos doctores & persecutores. à v. 9.

PRecatio; Davidis. Exaudi, JEHOVAH, justitiam; attende ad clamorem meum; adverte aurem ad preces meas, (*quæ*) sine labiis doli.

2. (*Ut*) a coram Te judicium meum exeat; oculi Tui videant rectitudines.

3. Probasti (*enim*) cor meum; visitasti nocte; exploresti me, nec (*quicquam*) inveniisti: (*nam*) quod cogito (*bonum,*) non transgreditur os meum.

4. Quantum (*autem*) ad opera hominis; per verbum Tuum ego caveo mihi à viis violenti.

5. Fulci (*modo*) gressus meos in orbitis Tuis; ut non dimoveantur incessus mei.

6. (*Pro hoc*) ego invoco Te: respondebis enim mihi, Deus: inclina (*ergò*) aurem Tuam ad me, exaudi sermonem meum.

7. Mirabilem fac misericordiam Tuam, Salvator confidentium; ab insurgentibus contra me, per dextram Tuam.

8. Custodi me, sicut pupillam, filiam oculi: in umbra alarum Tuarum occulta me:

9. Coram impiis, qui vastant me; hostibus meis, qui contra animam meam circumdant me.

10. (*Qui*) adipem suum clauserunt; ore suo loquuntur in superbia.

11. Gressus nostros quod attinet; jamjam circumdederunt nos; oculos suos posuerunt, ad inclinandum (*nos*) in terram.

12. Similitudo ejus (*est*) sicut leo, (*qui*) desiderat discerpere; & sicut leo juvenis, qui sedet in latibulis.

13. Surge (*ergò*) JEHOVAH, præveni facies ejus, humilia eum: (*ita*) eripe animam meam ab impio, gladio Tuo.

14. Ab hominibus manu Tua JEHOVAH, ab hominibus (*inquam*) quorum portio (*est*) de seculo in vita; & thesauro Tuo, (*quo*) imples ventrem eorum, saturantur filii, relinquunt autem residuum suum infantibus eorum.

15. Ego (*verò*) in justitia videbo facies Tuas: saturabor, quum evigilavero, imagine Tuâ.

PSALM. XIIX.

Psalmus hic ita de Davide agit, ut nobis semen Davidis Christum repræsentet. Habet autem I. Exauditionem precantis in eo. à v. 1. II. Liberationem ejusdem ex omni angustia. à v. 8. III. Retributionem integritatis. à v. 21. IV Conservationem & defensionem in officio. à v. 33. V. Gratiarum actionem & glorificationem. à v. 47.

PRæfecto Musices; servi JEHOVÆ, Davidis; qui locutus est JEHOVÆ verba Cantici hujus; [a] in die, (*quo*) eripuit JEHOVAH illum è manu omnium hostium illius, inprimis è manu Schaulis. a) 2. Sa. 22, 1.

2. Dixit

2. Dixit ergò : Diligam Te JEHOVAH, [b] robur meum.

b) *Heb.* 3. JEHOVAH (*enim eſt*) petra mea, & propugnaculum meum ; & creptor meus ; DEUS meus, rupes mea, in qua confido ; ſcutum meum, & cornu ſalutis meæ, refugium meum.

comp. II Sam. XXII. notas

4. Laudatum invocabo JEHOVAM : tum ab hoſtibus meis ſervabor (*liberabor.*)

5. Circumdederunt (*quidem enim*) me funes mortis ; & torrentes Belialis terruerunt me.

6. Funes inferni circumdederunt me : prævenerunt me laquei mortis.

7. (*Sed*) quum anguſtia mihi eſſet, invocavi JEHOVAM, & ad DEUM meum clamavi : (*qui*) audivit de templo Suo vocem meam ; & clamor meus ante Ipſum venit in aures Ipſius.

8. Unde commota eſt, & contremuit terra, & fundamenta montium trepidarunt, & commoverunt ſe, quando exarſit Illi (*ira.*)

9. Aſcendit enim fumus in naſo Ejus, & ignis ex ore Ejus comedit : prunæ arſerunt ex Eo.

10. Et inclinavit cœlum, atque deſcendit ; caligoque (*fuit*) ſub pedibus Ejus.

11. Equitavitque ſuper Cherubo, & (*ſic*) volavit ; ac vectus eſt ſuper alis venti.

12. Poſuit tenebras latibulum Suum ; circuitus ſuos [c] tentorium Suum : tenebræ aquarum (*erant*) nubes cœlorum.

c) *Eſ. 50. 3.*

13. A ſplendore, (*qui*) ante Ipſum, nubes tranſierunt ; (*à,*) grandine, & prunis ignis.

14. Tonavit enim in cœlis JEHOVAH ; & Altiſſimus dedit vocem Suam ; grandinem & prunas ignis.

15. Ita ut miſerit tela ſua, & diſperſerit illos ; & fulmina multa, conturbaverit que illos.

16. Tum apparuerunt alvei aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis, ab increpatione JEHOVÆ, & à flatu ſpiritus naſi Ejus.

17. (*Sic*) miſit de alto, (*&*) eripuit me ; extraxit me ex aquis multis.

18. Liberavit me ab hoſte meo forti ; & ab oſoribus meis, quando validiores fuerunt me.

19. (*Quive*) prævenerunt me in die perniciei meæ ; ſed fuit JEHOVAH in fulcimentum mihi :

20. Eduxitque me in latitudinem ; ac eripuit me ; quia benè placebam Ipſi.

21. (*Nimirum*) retribuit mihi JEHOVAH juxta juſtitiam meam ; juxta puritatem manuum mearum reddit mihi.

22. Quia cuſtodivi vias JEHOVÆ ; & non impiè egi contra DEUM meum.

23. Sed omnia judicia Ejus (*ſunt*) coram me ; & ſtatuta Ejus non removeo à me.

24. Ut ſim integer cum Ipſo : & caveam mihi ab iniquitate meâ.

25. Ideò (*inquam*) reddidit JEHOVAH mihi juxta juſtitiam meam ; juxta puritatem manuum mearum coram oculis ipſius.

26. (*Nam*) cum ſancto ſanctè Te geris ; cum viro integro integrum Te præbes ;

27. Cum puro purum Te præſtas : ſed cum perverſo ut cum perverſo certas.

28. Tu enim populum miſerum ſervas ; at oculos altos humilias.

29. Unde Tu (*etiam*) illuminas lucernam meam (*miſeris:*) JEHOVAH DEUS meus ſplendere facit tenebras meas.

30. Adeò ut Tecum contundam turmam (*hoſtilem,*) & cum DEO meo tranſiliam murum.

31. Quod (*enim*) ad DEUM ; integra eſt via Ejus ; ſermo JEHOVÆ purgatus : ſcutum (*eſt*) Ille omnibus confidentibus in Eo.

32. Quis namque DEUS (*eſt*) præter JEHOVAM ! aut quæ petra (*eſt,*) niſi DEUS noſter ?

33. DEUS (*eſt,*) qui me accingit robore ; & dat integram viam meam.

34. Qui ſimiles facit pedes meos, ſicut cervarum ; & ſuper excelſa mea collocat me :

35. Qui docet manum meam bellum ; ut demittat ſe arcus æneus (*ſuper*) brachia mea.

36. Daſque mihi (*ô DEUS*) ſcutum ſalutis Tuæ, & dextera Tua ſuſtentat me ; atque aſſictio Tua magnum me facit.

37. Amplos facis greſſus meos ſubter me ; nec vacillant malleoli mei.

38. Ita ut perſequar hoſtes meos, & comprehendam eos ; nec revertar, uſque dum conſumſero eos :

39. Perculſero eos, ut reſurgere non poſſint ; ceciderint ſub pedes meos.

40. Accinges itaque me robore ad bellum ; incurvabis inſurgentes contra me, ſub me,

41. Dabiſque mihi hoſtes meos in fugam ; utque oſores meos excindam.

42. Clamabunt (*quidem,*) ſed non (*erit*) ſervans ; adque JEHOVAM, ſed non reſpondebit illis.

43. Unde conteram eos, (*ut ſint*) ſicut pulvis coram faciebus venti ; ſicut cœnum plateatum attenuabo eos.

44. Liberabis me à contentionibus populi ; pones me in caput gentium : populus, (*quem*) non noveram, ſervient mihi.

45. Ad auditum auris obedient mihi ; filii alienigenæ adblandientur mihi.

46. Filii alienigenæ decidunt ; & cohorreſcunt è clauſtris ſuis.

47. Vivus JEHOVAH, & benedicta petra mea : & exaltabitur DEUS ſalutis meæ.

48. DEUS, qui dat ultiones mihi ; & coërcet populos ſub me,

49. Qui liberat me ab hoſtibus meis ; etiam ex inſurgentibus contra me exaltabis me ; à viro violentiæ eripies me.

d) *Rom. 15, 9.* 50. Propterea [d] confitebor Tibi in gentibus, ô JEHOVAH : & Nomini Tuo canam.

51. Qui magnas facit ſalutes Regis Sui ; facitque miſericordiam uncto ſuo ; Davidi & ſemini ejus uſque in ſeculum.

PSALM. XIX.

Pſalmus hic Prophetia eſt de Evangelio ſub Novo Teſtamento prædicando. Partes ejus tres. I. Encomium Eccleſiæ N. T. Evangelium ſub Chriſto prædicantis, à v. 1. II. Evangelij prædicandi commendatio. à v. 8. III. Uſus & fructus Evangelij. à v. 12.

PRæfecto (*Muſices;*) Pſalmus ; Davidi (*Davidis.*)

2. Cœli enumerant gloriam DEI : & opus manuum ejus annuntiat firmamentum.

3. Dies diei profert ſermonem ; & nox nocti indicat ſcientiam.

4. Non (*eſt*) ſermo, neque (*ſunt*) verba : (*ubi*) non eſt audita vox eorum.

5. In omnem terram exivit [a] linea eorum ; & in finem orbis verba eorum ; Soli poſuit tentorium in iis.

e) *Rom. 10, 18.*

6. Et hic (*eſt*) ſicut ſponſus exiens è conclavi ſuo : gaudet ſicut Heros, ad currendum viam.

7. A fine cœlorum (*eſt*) exitus ejus ; & circuitio ejus ad fines eorum : nec eſt occultatus à calore ejus.

8. Lex JEHOVÆ (*eſt*) perfecta, recreans animam : teſtimonium JEHOVÆ firmum (*eſt,*) ſapientem reddens ſimplicem.

9. Mandata JEHOVÆ recta (*ſunt*) lætificantia cor ; præceptum JEHOVÆ purum (*eſt,*) illuminans oculos.

10. Timor JEHOVÆ mundus (*eſt,*) permanens in æternum : judicia JEHOVÆ veritas (*ſunt,*) juſta ſunt ſimul.

11. Deſiderabilia præ auro, & præ obryzo multo, & dulcia præ melle, & ſtillatione favorum.

12. Etiam ſervus Tuus monetur per ea : in cuſtodiendo ea commodum multum.

13. Errores quis intelligit ? ab occultis munda me,

14. Etiam à ſuperbis prohibe ſervum Tuum, ut non dominentur in me : quia tum perfectus, & mundus ero à prævaricatione multa.

15. Sint in beneplacitum ſermones oris mei, & meditatio cordis mei coram Te, ô JEHOVAH, petra mea, & Redemptor mi.

PSALM. XX.

Pſalmus hic de Chriſto agit, & fidelibus in regno Ipſius. Eſtq; in eo. I. Votum pium populi Chriſti pro felici ſucceſſu operis Redemtionis. à v. 2. II. Congratulatio pro opere hoc perfecto. à v. 7. III. Tria Eccleſiæ preces. v. 10.

PRæfecto Muſices ; Pſalmus ; Davidis.

2. Miſ-

2. Respondeat tibi JEHOVAH in die angustiæ: exaltet te Nomen DEI Jacobi.
3. Mittat auxilium tuum è sanctuario; & ex Zijone sustentet te.
4. Recordetur omnium oblationum tuarum; & holocaustum tuum pingue faciat, Selah.
5. Det tibi juxta cor tuum; & omne consilium tuum impleat.
6. (*Tum*) cantabimus in salute tua, & in nomine DEI nostri vexilla tollemus: implebit JEHOVAH omnes petitiones tuas.
7. Nunc novi, quod salvet JEHOVAH unctum suum, respondeat ipsi è cœlo sanctitatis suæ, per virtutes salutis dextræ suæ.
8. Hi in curru; & isti in equis: nos verò stamus, & suffulti persistimus.
9. Illi incurvati sunt, & ceciderunt: nos verò stamus, & suffulti persistimus.
10. O JEHOVAH, salva: Rex respondeat nobis in die, (*quo*) invocabimus.

PSALM. XXI.

Psalmus hic Prophetia est de Christo. Et quidem I. de Exaltatione ad dextram DEI Patris. à v. 1. II. De operibus Christi ad dextram DEI Patris exaltati. à v. 9.

PRæfecto Musices; Psalmus; Davidis.
2. JEHOVAH in robore Tuo lætatur Rex: Et in salute Tua quam exultat valdè?
3. Desiderium cordis ipsius dedisti ipsi. & petitum labiorum ipsius non prohibuisti (*ab eo.*) Selah.
4. Quoniam prævenisti (*etiam*) ipsum benedictionibus boni: posuisti super caput ejus coronam auri (*optimi.*)
5. Vitam petiit à Te: dedisti ipsi longitudinem dierum, in seculum & æternum.
6. Magna est gloria ipsius in salute Tua: decus & honorem ponis super ipsum.
7. Quoniam ponis eum benedictiones in perpetuum: exhilarabis eum gaudio ante facies Tuas.
8. Eò quod Rex confisus est in JEHOVAH: ideò per misericordiam Altissimi non dimovebitur.
9. (*Sed*) inveniet manus Tua omnes hostes Tuos: dextera Tua inveniet osores Tuos.
10. Pones eos sicut clibanum ignis tempore iræ Tuæ: JEHOVAH in indignatione sua absorbebit eos; comedetque eos ignis.
11. Fructum eorum de terra perdes; & semen eorum de filiis hominis.
12. Quia inclinarunt super Te malum: cogitarunt facinus; (*sed*) non prævaluerunt.
13. Quoniam pones eos (*sicut*) humerum: nervis Tuis dirriges (*tela*) contra facies eorum.
14. Extolle Te, JEHOVAH, in roboro Tuo: (*tum*) canemus & cantabimus de virtute Tua.

PSALM. XXII.

Hic etiam Psalmus prophetia est de Christo. Continetur, in eo I. Querela & descriptio maxima (Christi tam internæ quam externæ, passionis, cum precibus pro liberatione. à v. 1. II. Votum gratitudinis Christi pro liberatione. à v. 23.

PRæfecto Musices; de Cerva Auroræ; Psalmus; Davidis.
2. [a] DEUS mi, DEUS mi, quare me dereliquisses? Procul (*quidem*) absuntà salute mea verba clamoris mei. a) *Matth. 27, 46. Mar. 15, 34.*
3. (*Nam*) ô DEUS mi, clamo interdiu; sed non respondes: & noctu (*etiam clamo,*) sed non est cessatio mihi.
4. Tu tamen sanctus (*es,*) sedens (*super*) laudibus Jisraëlis.
5. (*Ideò*) in Te confisi sunt patres nostri: confisi (*inquam*) sunt, & eripuisti illos.
6. Ad Te clamarunt, & erepti sunt: in Te confisi, & non pudefacti sunt.
7. Ego quidem (*jam sum*) vermis, & non vir; probrum hominis, & contemtus populi.
8. Omnes videntes me, subsannant me: dilatant labium, (*&*) movent caput.
9. (*Dicentes;*) Volvendo (*volvat*) super JEHOVAM; qui (*scilicet*) eripiet ipsum:

ipsum: liberabit eum (*scilicet,*) quia delectatur eo.
10. Quoniam Tu (*tamen es*) eductor meus ex utero; fiduciam mihi faciens super uberibus matris meæ.
11. (*Et*) super Te projectus sum ab utero; (*ac*) à ventre matris meæ DEUS meus Tu (*es:*)
12. (*Ideò*) ne absis procul à me: quia angustia propinqua (*est;*) (*&*) quia non auxiliator.
13. Circumdederunt (*enim*) me juvenci magni; (*&* fortes (*boves*) Baschanis circumcinxerunt me.
14. Aperuerunt (*etiam*) contra me os suum; (*sicut*) leo diripiens & rugiens.
15. (*Unde*) ficut aquæ effusus sum, & & dissoluta sunt omnia ossa mea; factum (*etiam*) est cor meum, sicut cera: (*imò*) liquefactum est in medio viscerum meorum.
16. Exaruit (*quod*) sicut testa virtus mea; & lingua mea adhæsit faucibus meis: nimirum in pulverem mortis deposuisti me.
17. Quia (*porrò*) circumdederunt me canes: congregatio malignorum circumcinxerunt me: (*qui sunt*) perfodientes manus meas, & pedes meos.
18. Numerare possum (*etiam*) omnia ossa mea: (*sed*) illi vident, (*&*) spectant me (*lati.*)
19. (*Etiamdù*) [b] diviserunt vestes meas sibi; & super vestimentum meum jecerunt sortem. b) *Matt. 27, 35. Mar. 15, 34. Luc. 23, 34. Joh. 19, 24.*
20. Tu ergò, ô JEHOVAH, ne absis procul: ô robur meum, ad auxilium meum propera.
21. Libera à gladio animam meam; è manu canis solitariam meam.
22. Serva me ex ore leonis; & à cornibus Monocerotum (*ut liberes*) exaudi me.
23. (*Tum*) [c] enarrabo Nomen Tuum fratribus meis: in medio congregationis laudabo Te. c) *Joh. 20, 17. Hebr. 2, 12.*
24. (*Etiam*) timentes JEHOVAM laudabunt Illum: omne semen Jacobi honorabunt: & metuent Eum omne semen Jisraëlis.
25. Ideò quod non sprevit, neque abominatus est miseriam miseri, neque abscondidit facies suas ab eo: sed quando clamavit ad ipsum, exaudivit.
26. De Te cum (*erit*) laus mea (*de Te*) in congregatione magna: (*&*) vota mea reddam coram timentibus Ipsum.
27. Comedent (*quoq;*) miseri, & saturabuntur; (*&*) laudabunt JEHOVAM quæ tentes Ipsum; vivet cor vestrum in æternum (*latum.*)
28. Recordabuntur (*etiam*) & convertentur ad JEHOVAM omnes fines terræ; adorabuntque coram Te omnes familiæ gentium.
29. Quia JEHOVÆ (*erit*) regnum: & dominans (*erit*) inter gentes.
30. Comedent & adorabunt omnes pingues terræ; coram Ipso incurvabunt se omnes descendentes (*in*) pulverem; & (*qui*) animam suam non vivificavit.
31. Semen, (*quod*) serviet Ipsi, numerabitur Domino in generationem.
32. Venient, qui enarrabunt justitiam Ipsius, populo nascendo: quod istæc fecerit.

PSALM. XXIII.

Psalmus hic de bonis spiritualibus, quæ in Christo habentur, agit. Invenitur in eo I. Gloriatio hominis fidelis in Christo Pastore suo. à v. 1. II. Solatium hominis fidelis sub cruce & tribulatione. à v. 4.

PSalmus, (*qui*) Davidi. JEHOVAH (*est*) [a] Pastor meus: ideò non carebo (*ullâre.*) a) *Isa. 40, 11. Jer. 23, 4. Ezech. 34, 23. Joh. 10, 11. 1. Pet. 2, 25.*
2. (*Nam*) in pascuis herbæ (*herbosis*) cubare facit me: (*&*) ad aquas quietum deducet me.
3. (*His ille*) animam meam recreabit: (*&*) ducet me in orbitis justitiæ, propter Nomen Suum.
4. Etiam verò cum ambulavero in valle umbrositatis: non timebo (*tamen*) mihi malum: quoniam Tu (*ô Jehovah*) mecum (*eris:*) (*&*) virga Tua & baculus Tuus consolabuntur me.
5. (*Quinimò*) dispones ante me mensam coram inimicis meis: (*&*) pingue facies oleo caput meum: poculum (*etiam*) meum abundabit.

6. (*Ideò*)

6. (*Ideò*) omninò bonitas & misericordia (*Tua*) persequentur me omnibus diebus vitæ meæ; & quietus ero in domo JEHOVÆ in longitudinem usque dierum.

PSALM. XXIV.

Prophetat Psalmus hic. I. de Universali Christi in omnes res potestate & dominio. v. 1. 2. describit. II. Subditos cœlestis regni Christi. à v. 3. Admonet III. omnes homines ad suscipiendum Evangelium Christi. a v. 7.

a) *Exod. 19. 5. 1. Cor. 10. 26. Psal. 50, 12.* DAvidis ; Psalmus. JEHOVÆ (*est*) [a] terra, & plenitudo ejus; orbis, & habitantes in eo.

2. Ille enim super maria fundavit eum : & super flumina stabilivit eum.

b) *Psal. 15, 1.* 3. Quis (*ergò*) [b] ascendet in montem JEHOVÆ : & quis stabit in loco sanctitatis ejus ?

4. Mundus manibus, & purus corde ; qui non efferet ad vanitatem animam suam (*meam,*) & non jurabit cum dolo.

5. (*Hic,*) referet benedictionem à cum JEHOVAH ; & justitiam à DEO salutis suæ.

6. Hæc (*autem est*) generatio, (*quæ*) quærentes Eum : (*quæ sunt*) quærentes faciem tuas, Jacob : Selah ;

7. Attollite portæ capita vestra ; & extollimini ostia mundi : ut ingrediatur Rex gloriæ :

8. Quis hic est Rex gloriæ ? JEHOVAH fortis & Heros ; JEHOVAH Heros belli.

9. Attollite portæ capita vestra ; & attollite ostia mundi ; ut ingrediatur Rex gloriæ.

10. Quisnam hic est Rex gloriæ ? JEHOVAH Zebaoth ; hic (*est*) Rex gloriæ, Selah.

PSALM. XXV.

Oratio Psalmus est Ecclesiæ, & cujusvis hominis fidelis, Ut I. ne pudefiat ob peccata sua, sed misericorditer in Via Domini deducatur. à v. 1. Quam viam Domini II, omnibus cum timentibus commendatur. a v. 12. III. Liberationem sui contra insidias, odium & violentiam hostium petit. à v. 15.

DAvidis. Ad Te, JEHOVAH, animam meam attollo,

2. DEUS mi, in Te confisus sum ; (*ideò*) ne pudefiam ; ne exultent hostes mei super me.

3. Etiam (*namq;*) omnes expectantes Te [a] non pudefient ; pudefient (*autem*) perfidè agentes sine causa. a) *Sir. 2, 11.*

4. Vias (*ergò*) Tuas, [b] JEHOVAH, notas fac mihi ; semitas Tuas doce me. b) *Psal. 27, 11. 86, 11.*

5. Deduc me in veritate Tua, & doce me (*eam:*) quia Tu (*es*) DEUS salutis meæ : Te expecto omni die.

6. Memento miserationum Tuarum, JEHOVAH, & miserationum Tuarum : nam ab æterno hæ.

7. Peccatorum (*autem*) pueritiæ meæ & prævaricationum mearum ne [c] memineris ; (*sed*) juxta misericordiam Tuam memineris mei Tu, propter bonitatem Tuam, JEHOVAH. c) *Iob, 13, 26 Jer. 31, 19.*

8. Bonus & rectus (*est*) JEHOVAH : propterea docebit peccatores in via.

9. Ducet miseros in judicio ; & docebit miseros viam Suam.

10. Omnes viæ JEHOVÆ (*sunt*) misericordia & veritas custodientibus fœdus Ipsius, & testimonia Ipsius.

11. Propter Nomen Tuum, JEHOVAH, (*facies,*) ut condones iniquitatem meam, licet multa (*sit*) illa.

12. Quis est vir, timens JEHOVAM ? docebit eum in via, (*quam*) eliget.

13. Anima ejus in bono pernoctabit : & semen ejus possidebit terram.

14. Arcanum JEHOVÆ (*est*) timentibus Eum ; & fœdus Ipsius, ut notum faciat illis.

15. Oculi mei jugiter (*sunt*) erga JEHOVAM ; Ille enim educet è reti pedes meos.

16. Respice (*precor*) ad me, & miserere mei ; quia solitarius & miser ego.

17. Angustiæ cordis mei dilatarunt se : (*ideò*) ex angustiis meis educ me.

18. Vide miseriam meam & laborem meum ; & aufer omnia peccata mea.

19. [d] Vide hostes meos, quod multiplicati sint ; & odio violentiæ oderint me. d) *Iob, 15. 25.*

20. Custodi animam meam, & eripe me : ne pudefiam ; quia confisus sum in Te.

21. Integritas & rectitudo custodient me : quia expectavi Te.

22. Redime, DEUS, Jisraëlem, ex omnibus angustiis ejus.

PSALM. XXVI.

Psalmus preces habet hominis fidelis. In quibus I. DEO suo proponit cordis & vitæ suæ integritatem. à v. 1. Ideoq; orat II. misericordiam DEI, ne cum impiis reputetur, & abripiatur, a v. 9.

DAvidis. Judica me, JEHOVAH ; quia ego in integritate mea ambulavi ; & in JEHOVAH confisus sum ; nec vacillavi.

2. Proba me (*enim*) JEHOVAH, & tenta me : explora renes meos, & cor meum.

3. Nam misericordia Tua (*est*) coram oculis meis & ambulabo in veritate Tua.

4. Non sedi cum hominibus vanitatis ; & cum occultis non intravi.

a) *Iob. 31, 5.* 5. [a] Odi cœtum malorum : & cum impiis non sedeo.

b) *Psal. 119, 121.* 6. Lavo in innocentia manus meas : & circumdo altare Tuum, JEHOVAH :

7. Ut audiri faciam vocem legis, & ad enumerandum omnia mirabilia Tua.

8. JEHOVAH, amo habitaculum domus Tuæ ; & locum habitaculi gloriæ Tuæ.

9. Ne (*ergò*) colligas cum peccatoribus animam meam ; aut cum viris sanguinum vitam meam :

10. In quorum manibus facinus & dextra eorum plena est munere.

11. Ego verò in integritate mea incedo : (*ideò*) redime me, & miserere mei.

12. (*Ita*) pes meus stabit in plano : in cœtibus benedicam JEHOVÆ.

PSALM. XXVII.

Suam I. homo fidelis exponit in DEO confidentiam. à v. 1. Ex quâ II. orat ut in Jehovæ domo semper maneat, & abscondatur coram hostibus. à v. 4. Petit III. in posterum etiam precum exauditionem contra hostes. à v. 7. Tandem IV. quemvis fidelem secum hortatur ad sperandam in Domino. v. ult.

a) *Mich. 7, 8.* DAvidis ; JEHOVAH (*est*) [a] lux mea : à quo (*ergò*) timeam mihi ? JEHOVAH (*est*) robur vitæ meæ : à quo (*ergò*) extimescam ;

2. Quum (*enim*) accesserint contra me mali : ad comedendum carnem meam hostes mei & inimici mei ; impingent, & cadent.

3. Quum (*itaq;*) [b] metabuntur castra contra me, non timebit sibi cor meum ; si surrexerit contra me bellum ; in hoc (*tamen*) ego (*ero*) confidens. b) *Psal. 3, 7.*

4. Unum (*jam olim*) petii à JEHOVAH ; hoc (*ergò*) unum quæram, ut (*scil.*) maneam in domo JEHOVÆ omnibus diebus vitæ meæ ; ad videndum suavitatem JEHOVÆ, & ad visitandum manè templum Ipsius.

5. Quia abscondet me in tabernaculo suo in die mali ; occultabit me in occulto tentorii sui ; in petra exaltabit me.

6. Quare exaltabitur caput meum contra hostes meos circa me ; ut sacrificem in tentorio Ejus sacrificia applausus ; canam & psallam JEHOVÆ :

7. (*Simul precans,*) Audi (*semper*) JEHOVAH vocem meam ; (*quum*) clamavero, miserere mei, & responde mihi.

8. Tibi dixit cor meum ; quærite (*dixisti*) facies meas ; (*atqui*) facies Tuas, JEHOVAH, quæro.

9. Ne (*ergò*) abscondas facies Tuas à me ; ne rejicias in ira servum Tuum, (*qui*) auxilium meum fuisti : ne deseras me, nec derelinquas me, DEUS salutis meæ.

10. Quia pater meus & mater mea deseruerunt me : sed JEHOVAH colligit me.

11. Doce, (*ergò*) me [c] JEHOVAH viam Tuam, & duc me in semita rectitudinis, propter inimicos meos. c) *Psal. 25, 4.*

12. Ne tradas me in desiderium hostium meorum : quia surrexerunt contra me testes mendacii, & (*qui*) efflat violentiam.

13. Nisi crederem videre bonum JEHOVÆ in terra vitæ.

14. [d] Expecta (*itaq;*) JEHOVAM ; sis fortis, & robustum sit cor tuum ; & expecta JEHOVAM. d) *Hab. 2, 3.*

PSALM. XXIIX.

Sunt in hoc Psalmo preces I. hominis fidelis (qualis & David,) ut exaudiatur, nec impiis (quos describit) similis reddatur. à v. 1. II. Gratiarum actio pro

exauditione. v. 6. 7. III. Intercessio pro populo DEI. v. 8. 9.

DAvidis. Ad Te, JEHOVAH, clamo: petra mea, ne fileas à me, ne fortè fileas à me, & similis reddar descendentibus in foveam.

2. Audi vocem precum mearum, quum clamavero ad Te; quum sustulero manus meas ad adytum sanctitatis Tuæ.

3. Ne abstrahas me cum impiis, & cum a) *Ier. 9, 8.* operatoribus iniquitatis; [a] loquentibus pacem cum sociis suis, sed malum in corde eorum.

4. Da illis juxta opus eorum, & juxta malitiam facinorum ipsorum; juxta opus manuum eorum da illis; redde retributionem illorum illis.

5. Quia non attendunt ad opera JEHOVÆ, & ad opus manuum ejus: (*idcò*) destruet eos, & non ædificabit eos,

6. Benedictus (*esto*) JEHOVAH: quia audivit vocem precum mearum.

7. JEHOVAH (*est*) robur meum, & scutum meum: in ipso confidit cor meum; adjuvorque, ut lætetur cor meum; unde cantico meo confitebor Illi.

8. (*Dicens;*) JEHOVAH robur illis; & robur salutum Uncti Ipsius idem.

9. Serva (*itaq;*) populum Tuum, & benedic hæreditati Tuæ, & pasce eos, & extolle eos usque in æternum.

PSALM. XXIX.

In hoc Psalmo, qui de Christo propheta est, habetur. I. Exhortatio ad audiendum Verbum Iehovæ Messiæ, & dandam illi gloriam. v. 1. II. Verbi seu doctrinæ Iehovæ Messiæ descriptio. à v. 2.

PSalmus, (*qui*) Davidi. Date, JEHOVÆ, filii deorum; date JEHOVÆ gloriam & robur.

2. Date JEHOVÆ gloriam Nominis Ejus: incurvate vos JEHOVÆ in ornatu sanctitatis.

3. Vox JEHOVÆ super aquis; DEUS gloriæ tonare fecit; JEHOVAH super aquis magnis.

4. Vox JEHOVÆ in virtute: vox JEHOVÆ cum honore.

5. Vox JEHOVÆ frangens cedros; confregitque JEHOVAH cedros Libani.

6. Et saltare fecit eos sicut vitulum; Libanum & Schirjonem sicut filium Monocerotum.

7. Vox JEHOVÆ incidens (*sicut*) flamma ignis.

8. Vox JEHOVÆ trepidare facit desertum: trepidare facit JEHOVAH desertum Kedesch.

9. Vox JEHOVÆ parturire facit cervas, & denudat silvas. Sed in templo ipsius quivis dicit (*illi*) gloriam.

10. JEHOVAH ad diluvium sedit; sedetque JEHOVAH Rex in æternum.

11. JEHOVAH robur populo suo dabit; JEHOVAH benedicet populo suo in pace.

PSALM. XXX.

Canitur I. Homo fidelis in hoc Psalmo Domino pro liberatione ex afflictione. à v. 1. Ad similes II. laudes sanctos ejus invitat. v. 5. 6. Suo III. decet exemplo, quod Dominus afflictione fideles ex securitate excitet, & tandem tamen ex ea illos liberet. à v. 7.

PSalmus; Canticum initiationis domus; Davidis.

2. Exaltabo Te, JEHOVAH, quia afflixisti (*quidem*) me; sed non lætificasti inimicos meos de me.

3. JEHOVAH (*enim*) DEUS mi, clamavi ad Te, ac sanasti me.

4. (*Quin*) JEHOVAH, [a] ascendere fe- a) *Ps. 86. 13.* cisti ex inferno animam meam, vivificasti me ex descendentibus in foveam.

5. Cantate (*itaque*) JEHOVÆ, sancti Ejus; & confitemini memoriæ sanctitatis Ejus.

6. Nam momentum (*est*) in [b] ira b) *Esa 54, 7.* Ejus; vitæ (*autem*) in beneplacito Ejus: (*unde*) in vespera pernoctabit (*quidem*) fletus; sed manè (*erit*) cantus.

7. Sed ego dixeram, in tranquillitate meâ, non dimovebor in æternum.

8. (*Equidem*) JEHOVAH, in beneplacito Tuo stabiliveras montem meum robore: cum abscondisti facies Tuas perturbatus sum.

9. Ad Te (*tamen*) JEHOVAH, clamavi, & ad JEHOVAM precatus sum; (*dicens:*)

10. Quid lucri (*eris Tibi*) in sanguine meo; si descendero [c] in foveam? num c) *Ps. 6. 6.* confitebitur Tibi pulvis? num annuntiabit veritatem Tuam?

11. Audi (*ergò*) JEHOVAH, & miserere mei: JEHOVAH esto auxiliator mihi.

12. (*Tum*) convertisti luctum meum in choream mihi; aperuisti saccum meum; & accinxisti me gaudio,

d) *Ps. 16, 9.* 13. Ut [d] psallat Tibi gloria (*mea,*) & non sileat, JEHOVAH, DEUS mi, in æternum confitebor Tibi.

PSALM. XXXI.

Psalmus Propheticus est: in quo sistitur Christus orans. Petit autem I. liberationem ab hostibus & passionibus. à v. 1. II. Orat contra hostes suos. à v. 18. III. Gratias agit pro exauditione. à v. 20.

PRæfecto Musices, Psalmus; Davidis, 2. In Te JEHOVAH speravi, ne pudefiam in æternum; propter justitiam Tuam eripe me

3. Inclina ad me aurem Tuam citò, libera me; esto mihi in petram roboris, in domum propugnaculorum, ad servandum me.

4. Quia petra mea, & propugnaculum meum Tu: ideò propter Nomen Tuum duc me, & deduc me.

5. Educ me è reti, quod absconderunt mihi: quia Tu robur meum.

6. [a] In manum Tuam commendabo spiritum meum: (*quando*) redemeris me, JEHOVAH, DEUS veritatis. a) *Luc. 23, 46. Act. 7, 59.*

7. Odi observantes vanitates vanitatis: ego vero super JEHOVAH confido.

8. Exultem & læter in benignitate Tua, quod respexeris afflictionem meam; agnoveris in angustiis animam meam.

9. Et non concluseris me in manum inimici: (*sed*) stare feceris in latitudine pedes meos.

10. Miserere mei, JEHOVAH, quia angustia mihi: contabuit præ indignitate oculus meus, anima mea, & venter meus.

11. Quoniam consumta est præ mœrore vita mea, & anni mei præ luctu: labefactata est præ iniquitate mea virtus mea, & ossa mea contabuerunt.

12. Ab omnibus hostibus meis factus sum opprobrium; & vicinis meis inprimis, terror autem notis meis: videntes me in platea diffugiunt à me.

13. Oblivioni traditus sum, sicut mortuus, de corde: factus sum sicut vas perditum,

14. Audivi enim diffamationem multorum, in (*quorum*) circuitu terror (*est,*) quando consultant unà contra me; ut eripiant animam meam, meditantur.

15. Ego verò super Te confisus sum, JEHOVAH: dixi, DEUS meus Tu.

16. In manu Tua (*sunt*) tempora mea; libera me è manu hostium meorum & persecutorum meorum.

17. Illumina facies Tuas super servum Tuum; serva me propter benignitatem Tuam,

18. JEHOVAH, ne pudefiam; quia invocavi Te: pudefiant (*verò*) impii, (*&*) conticescantur in inferno.

19. Obmutescant labia mendacii; loquentia contra justum durum cum superbia & violentia,

20. Quam magna (*est*) bonitas Tua, quam recondidisti timentibus Te; fecisti confidentibus in Te coram filiis hominis,

21. Occultas eos in abdito facierum Tuarum præ elationibus viri, abscondis eos in tabernaculo a lite linguarum.

22. Benedictus JEHOVAH: quia admirabilem fecit benignitatem suam mihi in urbe angustiæ.

23. Ego quidem dixeram in perturbatione mea, excisus sum à coram oculis Tuis: verum exaudivisti vocem precum mearum, quando clamavi ad Te.

24. Diligite JEHOVAM omnes sancti Ejus: fideles custodiens (*est*) JEHOVAH, & retribuens juxta abundantiam exercenti superbiam.

25. Confirmemini, & confortetur cor vestrum, quotquot (*estis*) expectantes JEHOVAM.

PSALM. XXXII.

Oratio est, non Davidi tantùm, sed pro omni fideli composita. In quo gratiæ I. agunt ur pro remissione peccatorum. v. 3. sqq. Per quam homo 2. beatus redditur. v. 1. 2. 6. Et DEUS 3. sit protector & ductor. v. 7. 8. modò 4. homo non malitiosè resistat, v. 9. Unde 5. gaudium rectis in corde v. ult.

Davidis;

a) *Rom. 4.7.* DAvidis; didascalicum. [a] Beatus, cui remissa est prævaricatio, tectum peccatum.

2. Beatus homo, cui non imputat JEHOVAH iniquitatem: modò non (*sit*) in spiritu ejus dolus.

3. Quum (*enim*) reticui, inveterata sunt ossa mea, per rugitum meum omni die.

4. Nam diu & noctu gravis fuit super me manus Tua: conversus est humor meus, (*sicut*) per siccitates æstatis; Selah.

b) *Prov. 28,13.* 5. (*At cùm*) peccatum meum [b] notum feci Tibi, & iniquitatem meam non celavi, (*ac*) dixi; Confitebor de peccato meo JEHOVÆ: tum Tu remisisti iniquitatem peccati mei; Selah.

6. Super hoc precabitur omnis sanctus ad Te tempore inveniendi: unde sub inundationem aquarum multarum, (*hæ*) ad ullum non pertingent.

7. Tu (*ergò*) latibulum (*es*) mihi; ab angustia servabis me: cantibus ereptionis circumdabis me; Selah.

8. (*Dicens mihi;*) Intelligentem faciam te, & docebo te in via, quâ ambulabis; consulam super te oculo meo.

9. Ne sitis (*modo*) sicut equus, sicut mulus, (*cui*) non (*est*) intelligere; (*sed*) freno & capistro os ejus obturandum est; (*aliàs*) non (*est illi*) accedere ad Te.

10. Multi (*sunt*) dolores impio: sed confidentem in JEHOVAH, misericordia circumdabit.

11. Gaudete (*ergò*) in JEHOVAH, & exultate justi, & cantate omnes recti corde.

PSALM. XXXIII.

Canticum Ecclesiæ & fidelium est. In quo I. excitant ad laudem Iehovæ. à v. 1. II. Materiam laudi suppeditant: à proprietatibus, operibus & providentia ejus. à v. 4. inprimis super fideles. v. 18. 19. III. Fiduciam in eo ponunt. à v. 20.

CAntate justi in JEHOVAH; rectis decora est laus.

2. Confitemini JEHOVÆ in cithara, in nablio decachordii psallite Illi.

3. Cantate illi canticum novum; reddite egregium pulsare cum clangore.

4. Quia rectum (*est*) verbum JEHOVÆ; & omne opus Ejus in veritate.

5. Amans (*est*) justitiam & judicium; misericordiæ JEHOVÆ plena est terra.

6. Per [a] Verbum JEHOVÆ cœli facti a) *Gen. 1.6. 2,1.* sunt; & per Spiritum oris Ejus omnis exercitus eorum.

7. [b] Colligens (*est*) sicut cumulum b) *Iob. 38,8.* aquas maris; dans in thesauris abyssos.

8. Timeant (*ergò*) à JEHOVAH omnis terra; ab illo extimescant omnes habitatores orbis.

9. Nam [c] Ille dixit, & factum est: c) *Gen. 1,3.* Ipse præcepit, & adstitit.

10. JEHOVAH (*adhuc*) irritum reddit *Iudith. 16,17.* consilium gentium; subvertit cogitationes populorum.

11. (*At*) [d] consilium JEHOVÆ in æ- d) *Prov. 21,30.* ternum stabit; cogitationes cordis Ejus in generationem & generationem.

12. [e] Beata gens, cujus JEHOVAH e) *Psal. 144,15.* (*est*) DEUS; populus, (*quem*) in hereditatem elegit Sibi.

13. E cœlis prospexit JEHOVAH; vidit omnes filios hominis:

14. Ex habitaculo sedis suæ conspexit omnes habitatores terræ.

15. Formans (*est*) unà cor eorum: intelligens omnia opera eorum.

16. Non (*est*) Rex servatus per multitudinem exercitus; potens non eripitur per magnitudinem virium.

17. Mendacium (*est*) equus quoad salutem; & per magnitudinem roboris sui non eripiet.

18. Ecce, oculus JEHOVÆ (*est*) super timentibus Ipsum; expectantibus misericordiam ipsius;

19. Ad eripiendum à morte animam eorum; & ad [f] vivificandum eos in f) *Psal. 34,10.* fame. *37,19.*

20. (*Ideò*) anima nostra expectat JEHOVAH; auxilium nostrum & scutum nostrum Ille.

21. In Ipso enim lætabitur cor nostrum; quia in Nomine sanctitatis Ejus confidimus.

22. Sit (*itaq;*) misericordia Tua, JEHOVAH, super nos, quemadmodum speravimus super Te.

PSALM. XXXIV.

Psalmus Didascalicus. In quo David I. suum exemplum divinæ ex angustiis liberationis proponit, & celebrat. à v. 1. II. Omnes homines docet, quo modo eo modi DEUM timere, Illi confidere, bonis & custodia Ipsius frui possint, & debeant. à v. 10.

a) *1. Sam. 21,13.* DAvidis: quum [a] mutaret ille mentem suam coram Abimelecho, ut expelleret eum, abiretque.

2. Benedicam JEHOVÆ in omni tempore; jugiter laus Ejus (*erit*) in ore meo.

3. In JEHOVAH gloriabitur anima mea: audient miseri, & gaudebunt.

4. Magnificate JEHOVAM mecum; & exaltabimus Nomen Ejus unà.

5. Quæsivi (*enim*) JEHOVAM, & respondit mihi; & ex omnibus timoribus meis eripuit me.

6. (*Ideò*) respicient ad Illum, & confluent; & facies eorum ne erubescant.

7. (*Dicite;*) hic miser clamavit, & JEHOVAH audivit, ac ex omnibus angustiis ejus eripuit eum.

b) *Gen. 32,1.2.* 8. Castrametans (*enim*) [b] Angelus JEHOVÆ circa timentes Ipsum, & liberat eos.

9. Gustate (*itaq;*) & videte, quod bonus JEHOVAH: beatus vir, (*qui*) confidit in eo.

10. Timete JEHOVAM (*inprimis*) sancti Illius: quia non (*est*) defectus [c] timentibus Ipsum. c) *Psal. 37, 19.*

11. Leones juvenes (*quidem*) egebunt & esurient: sed quærentes JEHOVAM non egebunt ullo bono.

12. Ite filii, audite me: timorem JEHOVÆ docebo vos.

d) *1. Pet. 3,10.* 13. [d] Quis (*est*) vir desiderans vitam? amans dies ad videndum bonum?

14. Custodi linguam tuam à malo; & labia tua à loquendo dolum.

15. Recede à malo, & fac bonum: quære pacem, & persequere eam.

e) *Iob. 36,7. Psal. 33,18.* 16. [e] Oculi (*enim*) JEHOVÆ (*sunt*) super justis; & aures ejus versus clamorem eorum.

17. Facies (*autem*) JEHOVÆ contra facientes malum, ad excindendum è terra memoriam eorum.

18. Clamant (*justi,*) & JEHOVAH audit; atque ex omnibus angustiis eorum eripit eos.

19. Propinquus enim JEHOVAH (*est*) fractis corde; & contritos spiritu servat.

20. Multa (*quidem sunt*) mala justi; sed ex omnibus eripit eum JEHOVAH.

21. Custodiens (*est*) omnia ossa ejus: unum de illis non frangetur.

22. Occidet impium malum; & osores justi reatum habebunt.

23. Redimens (*contrà est*) JEHOVAH animam servorum suorum: nec reatum habebunt omnes confidentes in Ipso.

PSALM. XXXV.

Psalmus hic propheticus est Precatio Christi pro liberatione sui contra hostes, inprimis tempore passionis & crucifixionis. Sunt q. partim preces generales Christi pro se contra hostes quæsiti, in genere. à v. 1. partim speciales certas hostium classes, in specie; falsos testes, & illusores. à v. 11.

DAvidi (*vel Davidis:*) Litiga, JEHOVAH, cum litigatoribus meis: pugna cum oppugnatoribus meis.

2. Prehende scutum, & clypeum, & surge in auxilium meum.

3. Exprome hastam, & interveni contra persecutores meos: dic animæ meæ; salus Tua ego.

4. [a] Pudefiant, & erubescant quæ- a) *Psal. 71,13* rentes animam meam: repellantur retrorsum, & pudore pallescant cogitantes malum meum.

5. Fiant ficut gluma coram vento: Angelus JEHOVÆ impellat (*eos.*)

6. Fiat via eorum tenebræ & lubricitates: & Angelus JEHOVÆ persequatur eos (*ibi.*)

7. Quia sine causa occultarunt mihi foveam retis sui: sine causa foderunt (*foveam*) animæ meæ.

8. (*Sed*) veniat ei devastatio, antequam sciat; & rete ejus, quod occultavit (*mihi*) capiat eum: in devastationem (*suam*) incidat ipse.

9. Anima verò mea exultet in JEHOVAH: lætetur in salute Ejus.

10. Omnia ossa mea dicant; ò JEHOVAH, quis sicut Tu; eripiens miserum à validiori

validiori ipso, & miserum ac egenum à spoliantibus ipsum?

11. Surgunt testes violentiæ (*contra me*) quæ non novi, quærunt ex me.

12. Retribuunt mihi malum pro bono; direptionem, animæ meæ.

13. Ego verò, quum illi ægrotarent, vestis mea (*erat*) laccus: afflixi fame animam meam: & precatio mea super gremium meum reverterabatur.

14. Quasi socius, quasi frater (*esset*) mihi, ambulavi: quasi lugens matrem atratus incurvavi me.

15. At quando ego claudico, lætantur, congregantur contra me claudi, quos non novi: distorquent (*os*,) nec taceut.

16. Inter hypocritas subsannationum pro placenta, frendunt contra me dentibus suis.

17. Domine, quousque spectabis? educ animam meam è devastatoribus eorum: è juvencis leonum unicam meam.

b) *Psal. 40,10.* 18. [b] Confitebor Tibi in congregatione magna: in populo numeroso laudabo Te.

19. Ne lætentur super me hostes mei

c) *Joh. 15,25.* mendacii; odio habentes [c] me sine causa (*ne*) nictent oculo.

20. Non enim pacem loquuntur; etiam contra tranquillos terræ verba fraudum cogitant.

21. Unde dilatarunt os suum contra me: dixerunt; Eja, Eja; vidit oculus noster.

22. Vidisti (*utiq;*) JEHOVAH: ne (*ergò*) tace: Domine, ne longè absis à me.

d) *Psal. 44,24.* 23. [d] Evigila & expergiscere ad judicium meum: DEUS mi, & Domine mi, ad litem meam.

24. Judica me juxta justitiam Tuam, JEHOVAH DEUS mi: nec lætentur super me.

25. Ne dicant in corde suo: Eja animæ nostræ! ne dicant; absorpsimus eum.

26. Pudeant & erubescant simul gaudentes malo meo: induantur pudore & ignominia extollentes se contra me.

27. Cantent & lætentur cupientes justitiam meam: & dicant jugiter; Magnus esto JEHOVAH, volens pacem servi sui.

28. Ac lingua mea meditetur justitiam Tuam: omni die laudem Tuam.

PSALM. XXXVI.

Via hominis pij & servi DEI, qualis David, oratio est. In qua I. describitur homo impius. à v. 1. II. Misericordia DEI celebratur. à v. 6. Qua III. contra impium imploratur. v. 11. 12.

PRæfecto Musices; servi JEHOVÆ Davidis.

2. Dictum prævaricationis, (*quod est*) impio, in medio cordis mei (*notum est mihi:*) non est (*scil.*) pavor DEI coram oculis ejus.

3. Nam blanditur (*quidem*) illi oculis suis; (*Sed*) ad inveniendum iniquitatem suam, ad odio habendum (*eum.*)

4. Verba oris ejus (*sunt*) iniquitas & dolus: cessat ab intelligendo, (*&*) a faciendo bonum.

5. Iniquitatem cogitat super cubili suo; consistit super via non bona; malum non aversatur.

6. (*Verùm*) ô JEHOVAH, in cœlis est [a] misericordia Tua; veritas Tua usque a) *Psal. 57,11.* ad ætheres.

7. Justitia Tua (*est*) sicut montes DEI; judicia Tua abyssus magna: hominem (*enim*) & bestiam servas, ô JEHOVAH.

8. Quàm pretiosa (*est*) misericordia Tua, ô DEUS? Et filii hominis in umbra alarum Tuarum confidunt.

9. Implentur pinguedine domus Tuæ; & flumine deliciarum Tuarum potas eos.

10. Quia Tecum (*est*) scaturigo vitæ; in luce Tua videmus lucem.

11. Extende misericordiam Tuam agnoscentibus Te; & justitiam Tuam rectis corde.

12. Ne veniat (*ergò*) super me pes superbiæ; & manus impiorum ne transeat super me: ibi (*potius*) cadant operantes iniquitatem: impellantur, ut non possint resurgere.

PSALM. XXXVII.

Psalmus didascalicus est. In quo homo pius I. munitur contra scandalum ex felicitate impiorum: & contrà ad constans pietatis studium excitatur. à v. 1. Proposito in primis II. diverso tum pij tum impij eventu. à v. 9.

e) *Prov. 23,17. 24,19.* DAvidis. Ne [a] exardescas in malos: ne zelum exerce contra facientes perversitatem.

2. Nam sicut gramen subitò excidentur; & sicut olus herbæ marcescunt.

3. Confide in JEHOVAH, & fac bonum; habita (*in*) terra, & pascere (*in*) veritate.

4. Confide (*potius*) in JEHOVAH: qui dabit Tibi petitiones cordis tui.

b) *Psal. 55,23. 1. Pet. 5, 7.* 5. Volve super [b] JEHOVAM viam tuam, & confide super Eo: tum Ille faciet,

6. Educet enim sicut lucem justitiam tuam, & judicium tuum sicut meridiem.

7. Sile JEHOVÆ, & expecta Eum; ne excandesce in prosperantem viam suam; in virum facientem facinora.

8. Cessa ab ira, & omitte excandescentiam: ne excandesce tantum ad malum faciendum.

9. Nam mali excindentur: sed expectantes JEHOVAM, hi, (*inquam,*) possidebunt terram.

10. Adhuc verò parum, cum non (*erit*) impius: & attendes (*quidem*) ad locum ejus, sed non (*erit*) ille.

c) *Mat. 5,5.* 11. Contra miseri [c] possidebunt terram; & deliciabuntur super multitudine pacis.

12. Meditatur malum (*quidem*) impius Justo: & frendit super eo dentibus suis:

d) *Psal. 2,4.* 13. (*Sed*) [d] Dominus ridet eum; videt enim, quod veniat dies ejus.

14. Gladium nudant impii, & tendunt arcum suum, ad dejiciendum miserum & egenum; ad mactandum rectos via.

15. (*Sed*) gladius eorum intrabit in cor eorum; & arcus eorum frangentur.

16. Bonum (*est*) parum justo, præ opibus malorum multorum.

17. Nam brachia impiorum frangentur: sustentans verò (*est*) justos JEHOVAH.

18. Agnoscens (*est*) JEHOVAH dies integrorum, & hereditas eorum in æternum erit.

19. Non pudefient in tempore malî; & in diebus famis satiabuntur.

20. Nam impii [e] peribunt; & hostes e) *Psal. 68,3.* JEHOVÆ sicut gloria agrorum consumentur, in fumo consumentur.

21. Mutuò petit impius, sed non restituit: justus autem (*est*) misereseens & dans.

22. Nam benedicti ejus possidebunt terram; at maledicti ejus excindentur.

23. A JEHOVAH gressus viri firmantur, & via ejus placet (*Ei.*)

24. Cum ceciderit, non abjicietur; nam JEHOVAH suffulcit manum ejus.

25. Puer fui, etiamque consenui: sed non vidi [f] justum derelictum, aut semen f) *Sirac. 12.* ejus quærens panem.

26. (*Potius*) omni die miseretur, & mutuo dat; semenque ejus (*est*) in benedictione.

27. Recede à malo, & fac bonum; & habita in æternum.

28. Nam JEHOVAH (*est*) amans judicium; & non deserit sanctos suos; in æternum custodiuntur; at semen impiorum excinditur.

29. Justi possidebunt terram; & habitabunt in æternum super illa.

30. Os justi meditatur sapientiam; & lingua ejus loquetur judicium:

31. [g] Lex DEI ipsius (*est*) in corde g) *Esa. 51,7.* ipsius: unde non vacillabunt gressus ejus.

32. Speculatur impius contra justum; & quærens (*est*) ad occidendum eum:

33. (*Sed*) JEHOVAH non derelinquet illum in manu ejus; neque condemnabit illum, quum judicabitur.

34. Expecta (*itaq;*) JEHOVAM, & custodi viam Ejus, ut exaltet te ad possidendum terram; &, excindi impios, videas.

35. Vidi impium violentum, & vire scentem sicut laurum viridem:

36. Cum (*quis*) præteriit, ecce, non (*erat amplius*) ille: quæsivi quidem eum, sed non inventus est.

37. Observa (*itaq;*) integrum, & vide rectum: nam posteritas (*est*) viro pacis.

38. Sed prævaricatores disperdentur una; (*&*) posteritas impiorum excindetur.

39. Salus verò justorum (*est*) à JEHOVAH; (*ac*) robur eorum in tempore angustiæ.

40. Auxiliabitur enim illis JEHOVAH, & eripiet illos; eripiet illos ab impiis, & ſervabit illos, quia confidunt in eo.

PSALM. XXXIIX.

Oratio eſt hominis graviter tentati ob peccata & hoſtes ſuos. In qua deprecatur. I. deſertionem DEI ob peccata. v. 2. 12. & auxilium petit contra hoſtes. v. 23. Ita II. ut dolores ob peccata deſerbat, à v. 3. Vt & III. malitiam & inſidias hoſtium. à v. 13.

PSalmus; Davidis; ad rememorandum.

2. JEHOVAH ne in ira Tua redargue me; & in excandeſcentia Tua (*ne*) caſtiga me.

a) *Iob. 6, 4.* 3. Quia [a] tela Tua deſcenderunt in me, & deſcendit ſuper me manus Tua.

4. Non eſt integritas in carne mea propter indignationem Tuam: non (*eſt*) pax in oſſibus meis propter peccatum meum.

5. Nam iniquitates meæ tranſiverunt caput meum: ſicut onus grave aggravatæ ſunt præ me.

6. Computruerunt, contabuerunt vulnera mea, propter ſtultitiam meam.

7. Everſus ſum, incurvatus ſum uſque valdè: toto die attratus inceſſi.

8. Nam inteſtina mea repleta ſunt ardore, nec (*eſt*) integritas in carne mea.

9. Debilitatus ſum, & contritus ſum uſque valdè: rugivi præ rugitu cordis mei.

10. ADONAI, coram Te (*eſt*) omne deſiderium meum; & gemitus meus à Te non eſt abſconditus.

11. Cor meum circumactum eſt; deſeruit me robur meum; & lux oculorum meorum etiam ipſorum non (*eſt*) mecum.

12. Amici mei & ſocii mei à coram plaga mea ſtant; & propinqui mei è longinquo ſtant.

13. Laqueos autem tendunt quærentes animam meam; & quærentes malum meum loquuntur perditiones: & dolos toto die meditantur.

14. Ego verò (*ſum*) ſicut ſurdus, (*qui*) non audit; & ſicut mutus, (*qui*) non aperit os ſuum.

15. Ego, inquam, ſum ſicut vir, qui non audiens, nec (*ſunt*) in ore ejus redargutiones.

16. Quia Te, JEHOVAH, expectavi: (*ideò*) Tu reſpondebis, ADONAI, DEUS mi.

17. Dixi enim; ne fortè gaudeant ſuper me: ſi dimoveatur pes meus, contra me magna loquentur.

18. Ego enim ad claudicationem paratus ſum; & dolor meus coram me (*eſt*) jugiter.

19. Quia iniquitatem meam indico: ſolicitus ſum ob peccatum meum.

20. Hoſtes autem mei vivi, validi ſunt; & multiplicantur odio habentes me temerè.

21. Et rettribuentes mihi malum pro bono, adverſantur mihi, eò quod perſequor bonum.

22. Ne, (*itaq;*) dereliquas me, JEHOVAH DEUS mi, ne procul abſis à me.

23. Feſtina ad auxilium meum, ADONAI, ſalus mea.

PSALM. XXXIX.

Preces ſunt hominis petentis reſocillationem ex morbo gravi. à v. 11. In quo tamen ſilentium I. patientiæ ſub doloribus promittit. à v. 2. Vitæ 2. brevitatem agnoſcit. à v. 5. & 3. remiſſionem iniquitatum petit. v. 9.

PRæfecto (*Muſices,*) Jeduthuni; Pſalmus, Davidis.

2. Dixi, cuſtodiam vias meas à peccando lingua mea; cuſtodiam ori meo frenum: dum adhuc impius (*eſt*) coram me.

3. Obmutui ſilentio; ſilui à bono. Sed dolor meus turbatus eſt:

4. Incaluit cor meum in medio mei; in meditatione mea exarſit ignis: (*ideò*) locutus ſum lingua mea.

5. Notum fac mihi, JEHOVAH, finem meum: & menſura dierum meorum, quæ illa? (*ut*) agnoſcam, quam brevi ceſſans ego.

6. Ecce, palmos dediſti dies meos; & a) *Pſal. 90, 6.* tempus meum ſicut nihil coram Te. Profectò omnis vanitas omnis hominis fixa eſt. Selah.

7. Profectò in imagine ambulat vir; profectò cum vanitate tumultuantur: colligit (*quis,*) & non ſcit, quis colligens ea.

8. Jam ergò quid expectem, ADONAI; ſpes mea, Tibi (*data eſt*) illa.

9. (*Ideò*) ab omnibus prævaricationibus meis libera me; opprobrium (*autem*) ſtulti ne ponas me.

10. Obmutueſcam, non aperiam os meum: quia Tu feciſti.

11. Remove (*modò*) deſuper me plagam Tuam: (*aliàs*) à conflictu manus Tuæ conſumat.

12. Redargutionibus ſuper iniquitate caſtigas virum, ut contabeſcat ſicut tinea humor ejus. Profectò vanitas (*eſt*) omnis homo. Selah.

13. Audi (*ergò*) preces meas, ô JEHOVAH, & clamorem meum aute percipe; ad d) *2. Cor. 5, 6, 7. Phil. 3, 20. Hebr. 11, 13.* lachrymam meam ne taceas, quia [b] peregrinus ego Tecum; inquilinus ſicut omnes patres mei.

14. Reſpice à me, ut refocillet; antequam abeam, ut non (*ſim*) ego.

PSALM. XL.

Pſalmus Propheticus eſt de Chriſto. In quo eſt. I. Prægnitio & fiducia certæ exauditionis & liberationis divinæ ex paſſione graviſſima. à v. 2. II. Deprædicatio conſilij divini ſuper redemtione hominum. à v. 6. III. Preces Chriſti pro ſe contra hoſtes. à v. 10.

PRæfecto Muſices; Davidis; Pſalmus.

2. Expectando expectavi JEHOVAM: qui inclinavit ad me Se; & exaudivit clamorem meum.

3. Fecitque aſcendere me è fovea devaſtationis, è cœno luti: ac conſtituit ſuper petra pedes meos; firmos reddidit greſſus meos.

4. Ita ut dederit in os meum canticum novum, laudem DEO noſtro (*dicendam:*) (*quod*) videbunt multi, & timebunt, confidentque in JEHOVAH:

5. (*Dicentes;*) Beatus vir; qui poſuit JEHOVAM fiduciam ſuam, nec reſpexit ad ſuperbos, & declinantes ad mendacium.

6. Magna (*enim*) feciſti Tu, ô JEHOVAH, DEUS mi, mirabilia Tua, & cogitationes Tuas ſuper nobis, (*ut*) non (*ſit, qui*) comparetur Tecum: (*ideò*) annuntiabo, & eloquar (*ea*) (*quod*) majora ſint, quàm ut enarrentur.

7. (*Nimirum,*) [a] ſacrificium & munus a) *Pſal. 51, 18. Hebr. 10, 5.* non voluiſti; ideò aures fodiſti mihi; holocauſtum & peccatum non petiiſti.

8. Tunc (*ergò*) dixi: Ecce, veni; [b] in b) *Ioh. 5, 46.* volumine libri ſcriptum eſt de me.

9. Facere [c] voluntatem Tuam, DEUS c) *Eſai 50, 5.* mi, deſideravi; & lex Tua (*eſt*) in viſceribus meis.

10. [d] Evangelizavi juſtitiam in con- d) *Pſal. 35, 18.* gregatione magna: ecce, labia mea non cohibebo; (*quod*) Tu, ô JEHOVAH, noviſti.

11. Juſtitiam Tuam non abſcondidi in medio cordis mei: fidem Tuam & ſalutem Tuam elocutus ſum: non celavi miſericordiam Tuam veritatemque Tuam, congregationi magnæ.

12. (*Quare*) Tu, ô JEHOVAH, non prohibebis (*etiam*) à me miſericordias Tuas: (*ſed*) miſericordia Tua & veritas Tua perpetuò cuſtodient me.

13. Quoniam (*nunc*) circumdederunt me mala, ut eorum non (*ſit*) jam numerus: apprehenderunt me iniquitates meæ; (*eæ*) ut non valeam videre (*omnes:*) (*quia*) plures ſunt; quam pili capitis mei; unde & cor meum deſtituit me:

14. Placeat (*verò*) ô JEHOVAH, eripere me: ô JEHOVAH, ad auxilium meum feſtina.

15. (*Contrà*) pudefiant, & tubore ſuf- e) *Pſal. 35, 4. 70, 3.* fundantur ſimul, quærentes animam meam ad conſumendum eam: convertantur retrorſum, & erubeſcant cupientes malum meum.

16. Obſtupeſcant ſuper pudore ſuo, qui dicunt mihi; Euge, Euge.

17. (*Ita ut*) gaudeant & lætentur in Te omnes quærentes Te: (*&*) dicant jugiter; Magnificetur JEHOVAH, diligentes ſalutem Tuam.

18. Interea ego afflictus (*ſum*) & miſer; (*ideò*) Domine, memento mei: auxilium meum, & ereptor meus Tu (*es:*) (*ideò*) DEUS mi, ne tarda.

PSALM.

406 PSALM. XLI.

Psalmus hic etiam de Christo prophetat. Habet autem I. Christum, Virum ad afflictum attendentem, deprædicantem. à v. 1. II. De crudelitate hostium conquerentem. à v. 6. III. Orantem v. 5. 11. sqq.

PRæfecto Muſices, Pſalmus, Davidis.

2. Beatus (*eſt,*) quiſquis animum ſuum attendit ad afflictum (*attritum:* (*nam*) in die mali eripiet eum JEHOVAH.

3. JEHOVAH cuſtodiet eum, & vivificabit eum: beatus reddetur in terra; nec dabis eum (*ô Jehovah*) in animam (*deſiderium*) hoſtium ejus.

4. JEHOVAH ſuſtentabit eum ſuper ſponda (*lecto*) infirmitatis: totum cubile ejus vertiſti in morbo ejus.

5. Ego (*verò*) dixi (*dicere cogor*) JEHOVAH, miſerere mei; ſana animam meam; quia peccavi Tibi.

6. Hoſtes mei loquuntur malum contra me; quando morietur, ut peteat nomen ejus.

7. Quod ſi (*utiq; aliquis eorum*) venit, ad viſendum (*me:*) vanitatem (*tamen*) loquitur cor ejus; captat cumulum criminum (*de me*) ſibi: (*moxq;*) exit, (*&*) eloquitur foris (*illa de me falsò.*)

8. (*Deinde*) ſimul muſſitant omnes oſores mei contra me: cogitant malum contra me:

9. (*Dicentes:*) Verbum (*crimen*) Beliālis effundatur ſuper eum (*à nobis;*) ut, quando (*ſemel*) dejectus cubuerit, non addat reſurgere.

10. Etiam vir pacis meæ, cui confiſus ſum, [a] comedens panem meum, extulit ſuper me calcaneum.

a) *Joh. 13, 18. Act. 1, 16.*

11. Tu ergò, ô JEHOVAH, miſerere mei, & erige me, ut retribuam illis.

12. Ex hoc (*namq;*) cogniturus ſum, quod complacitum Tuum ſit in me, quando non jubilabit hoſtis meus ſuper me.

13. Contra verò quantum ad me; propter integritatem meam ſuſtentáveris me; & conſtituetis me coram Te in æternum.

14. (*Et dicam:*) Benedictus JEHOVAH, Deus Iſraëlis, à ſeculo in ſeculum uſque, Amen, & Amen.

PSALM. XLII.

Deſiderium hominis DEUM timentis: conqueretentis I. prohibitum ſibi ab impiis hoſtibus ſuis eſſe exercitium cultus divini, intra DEI gravi. à v. 2. confirmantis tamen II. animam ſuam miſericordiâ & auxilio DEI. v. 6. 9. ſqq.

PRæfecto Muſices; Didaſcalicum; Filiorum [a] Korachi.

a) *1 Par. 7, 33 37.*

2. Sicut cervus vociferatur ſuper tivis aquarum: ſic anima mea vociferatur ad Te, DEUS.

3. Sitit anima mea DEUM, DEUM vivum: (*dicens:*) quando venero, ut videat coram faciebus DEI?

4. Facta eſt mihi lachryma mea panis diu noctuque: dum dicitur ad me toto die; Ubi (*eſt*) DEUS tuus?

5. Hæc memorabo, & effundam ſuper me animam meam: quando in numero tranſivero, movebo me cum illis uſque ad domum DEI, cum voce cantus, & confeſſionis, (*cum*) multitudine feriante.

6. Quid incurvas te anima mea, & tumultuaris ſuper me? expecta DEUM: nam adhuc confitebor illi: ſalutes (*enim ſunt*) facies ejus.

7. DEUS mi, ſuper me anima mea incurvat ſe: propterea meminero Tui è terra Jordanis; & (*ex*) Chermonim, ex monte exiguitatis.

8. Abyſſus ad abyſſum (*eſt*) clamans ad vocem canalium Tuorum: omnes conſtractiones Tuæ & fluctus Tui ſuper me tranſiverunt.

9. Interdiu (*tamen*) præcipit JEHOVAH miſericordiæ ſuæ, & noctu canticum ejus mecum (*eſt:*) preces (*meæ ſunt*) DEO vitæ meæ.

10. Dico DEO; Petra mea, quare oblitus es mei; quare attatus incedam in oppreſſione hoſtis.

11. Quum cædes (*eſt*) in oſſibus meis, opprobrio afficiunt me hoſtes mei; dum dicunt ad me toto die; Ubi (*eſt*) DEUS tuus?

12. Quid [b] incurvas te, anima mea; & quid tumultuatis ſuper me? Expecta DEUM, quia adhuc confitebor Illi; ſalutes facierum mearum (*Ille,*) & DEUS meus.

b) *Pſal. 116, 7*

PSALM. XLIII.

Oratio eſt ejuſdem argumenti. In qua homo pius I. petit liberationem ab hoſtibus, & reditum ad cultum DEI publicum. à v. 1. Et II. animam ſuam ad patientiam componit. v. 5.

JUdica me, DEUS, & litiga litem meam a gente non ſancta; à viro doli & perverſitatis libera me.

2. Quia Tu (*es*) DEUS roboris mei: quare (*ergò*) deſeruiſti me? quare attatus ambulo in oppreſſione hoſtis?

3. Mitte lucem Tuam, & veritatem Tuam: hæ ducant me: deducant me ad montem ſanctitatis Tuæ, & ad habitacula Tua.

4. Ut ingrediar ad altare DEI, ad DEUM (*qui eſt*) gaudium exultationis meæ; confitearque Tibi citharâ, DEUS, DEUS mi.

a) *Pſal. 42, 6. 12.*

5. Quare [a] incurvas te anima mea, & tumultuaris ſuper me: expecta DEUM; quia adhuc confitebor Illi: (*quia*) ſalutes facierum mearum (*Ille,*) & DEUS meus.

PSALM. XLIV.

Querela Eccleſiæ ſeu populi DEI eſt de perſecutoribus ſuis. In quâ I. DEO revocat in memoriam, auxilium populo veteribus temporibus præſtitum. à v. 2. Suam II. in DEO fiduciam exponit. à v. 7. III. Iam ſe deſeri conqueritur. à v. 10. Auxilium, q. IV. petit. v. 5. 6. 24. ſeqq.

PRæfecto Muſices; Filiorum Korachi; Didaſcalicum.

2. DEUS, auribus noſtris audivimus; patres noſtri enarrarunt nobis; Opus operatus es in diebus illorum, in diebus antiquitatis.

3. Tu (*enim*) manu Tua gentes expuliſti, & ipſos plantaſti; malis affeciſti populos, & ejeciſti eos.

4. Non enim gladio ſuo poſſederunt terram; & brachium eorum non ſervavit eos: ſed dextra Tua & brachium Tuum, & lux facierum Tuarum; eò quod beneplacitum Tuum fuit in illis.

5. Tu ipſe (*es*) Rex meus, DEUS: præcipe ſalutes Jacobi.

6. Per Te hoſtes noſtros feriemus: in Nomine Tuo conculcabimus inſurgentes contra nos.

7. Non enim in arcu meo confido; & gladius meus non ſervabit me:

8. Sed ſervaſti nos ab hoſtibus noſtris; & oſores noſtros pudefeciſti.

9. In DEO gloriamur toto die: & Nomini Tuo in æternum confitebimur. Selah.

10. Nihilominus deſeruiſti, & ignominiæ tradidiſti nos; nec exiviſti in exercitibus noſtris.

11. Reverti facis nos retrorſum ab hoſte: & oſores noſtri deprædantur ſibi.

12. Tradis nos ſicut gregem cibi; & inter gentes diſpergis nos.

13. Vendis populum Tuum pro non opibus; & non multiplicas pretia eorum.

14. Ponis nos opprobrium vicinis noſtris; ſubſannationem & illuſionem circuitibus noſtris.

15. Ponis nos proverbium inter gentes; motionem capitis inter populos.

16. Omni die ignominia mea (*eſt*) coram me; & pudor facierum mearum operit me:

17. Ob vocem opprobrantis & blaſphemantis; ob hoſtem & vindictæ cupidum.

18. Omne hoc obvenit nobis; non tamen obliti ſumus Tui; nec fefellimus fœdus Tuum.

19. Non receſſit retrò cor noſtrum; aut declinavit greſſus noſter à via Tua.

20. Nam contriviſti nos in loco draconum; & obduxiſti ſuper nos umbram mortis.

21. Si obliti fuiſſemus Nominis DEI noſtri, & expandiſſemus manus noſtras Deo alieno:

22. Nonne DEUS ſcrutaretur hoc? quia Ille (*eſt*) cognoſcens occulta cordis.

23. Sed [a] propter Te occiſi ſumus omni die; reputati ſumus ſicut grex mactationis.

a) *Rom. 8, 36.*

24. Evigila (*ergò:*) quare dormis, ADONAI? expergiſcere, ne deſere in perpetuum.

25. Quare facies Tuas abſcondis; obliviſceris miſeriæ & oppreſſionis noſtræ?

26. Incurvata enim eſt ad pulverem anima noſtra; adhæſit terræ venter noſter.

27. (*Quare*)

27. *(Quare)* ſurge in auxilium nobis; redime nos propter miſericordiam Tuam.

PSALM. XLV.

Prophetia hic Pſalmus eſt de Meſſia ſeu Chriſto. In quo poſt I. Titulum Pſalmi. v. 1. Ejuſq; II. exordium. v. 2. Agitur de Regno III. Chriſti. Et quidem (1.) Rege Chriſto Ipſo: à v. 3. (2.) Subditis Regis h.e. Eccleſia, à v. 10. Tandem IV. concluditur cum laude. v. 18.

PRæfecto Muſices ſuper Schoſchannim, Filiis *(filiorum)* Korachi; Doctrinale; Canticum amorum.

2. Volvit cor meum verbum bonum: dicens *(ſum)* ego; opera mea *(carmen meum)* Regi *(Regum:)* lingua mea ſtylus *(eſt)* Scribæ expediti *(Spiritus Sancti.)*

3. Pulcher es longè præ filiis hominum: effuſa eſt gratia ſuper labia Tua: propterea benedixit Tibi DEus in æternum.

4. Accinge *(igitur)* gladium Tuum ſuper femur, ô Potens *(Heros, in)* decore Tuo, & *(in)* honore Tuo.

5. Et *(in)* honore Tuo conſcende *(quaſi currum)*, *(&)* equita ſuper verbo veritatis, & manſuetudinis, juſtitiæque, & *(ſic)* docebit Te mirabilia dextra Tua.

6. Tela Tua *(ſunt)* acuta, *(ut)* populi cadant ſub Te; ex corde hoſtes Regis *(ſub Te cadent humiles.)*

a) *Heb. 1, 8.* 7. Thronus Tuus, [a] ô DEus, *(manet)* in ſeculum, & æternum, Sceptrum rectitudinis *(eſt)* ſceptrum regni Tui.

8. Dilexiſti juſtitiam, & odio habuiſti impietatem: propterea unxit Te, ô DEus, DEus Tuus oleo lætitiæ præ ſociis Tuis.

9. Myrrha, & aloe, *(&)* Kezia *(ſunt)* omnes veſtes Tuæ: de palatiis ebotis, chordis lætificarunt Te, &c.

10. Filiæ Regum *(ſunt)* inter pretioſas Tuas: conſiſtit Regina ad dextram Tuam in auro optimo Ophirtis.

11. Audi, filia, & vide, & inclina aurem Tuam: ut obliviſcaris populi Tui, & domus patris Tui.

12. Tum *(enim)* delectabitur Rex pulchritudine Tua; ipſe namque *(eſt)* Dominus Tuus; ideò incurva Te Illi.

b) *Pſal. 72. 10.* 13. [b] Filia autem Tyri *(erit)* munus *(Tibi)* faciesque Tuas deprecabuntur divites populi. [Vel

Filiam autem Tyri quod attinet: hoc munere facies Tuas deprecabuntur divites populi *(Tyri.)*]

14. Tota glorioſa *(eſt)* Filia Regis, intus: *(&)* de implexis auri veſtis ejus.

15. In acupictis adducetur Regi: virgines *(autem,)* *(quæ)* poſt illam, *(erunt)* amicæ ejus, quæ adducentur Tibi *(ô Rex.)*

16. Adducentur cum gaudiis & exultatione: venient in palatium Regis.

17. Loco patrum Tuorum erunt *(ô Rex)* filii Tui: pones eos in principes in univerſa terra.

18. Commemorabo Nomen Tuum in omni generatione & generatione, *(uſque dum veneris,)* propterea populi *(poſteà)* confitebuntur Tibi in ſeculum, & æternum.

PSALM. XLVI.

Celebrat I. Eccleſia DEI fiducram & auxilium DEI ſui contra hoſtes. v. 2. Unde II. perpetuò ſe manſuram laudat. à v. 3. Hoſtes autem ſuos à DEO III. deviſtum iri, quantumcunq; apparatum fecerint & habuerint. à v. 7.

PRæfecto Muſices; Filiorum Korachi; ſuper Alamoth, Canticum.

2. [a] DEus nobis refugium & robur; auxilium in anguſtiis inventus valde. a) *Pſal. 2. 3. Prov. 18, 10.*

3. Propterea non timebimus, cùm mutabitur terra, & cum movebuntur montes in corde marium.

4. *(Cùm)* tumultuabuntur, turbabuntur aquæ ejus; contremiſcent montes in exaltatione ejus. Selah.

5. Fluvius *(enim erit,)* cujus rivi lætificabunt urbem Dei; Sancti habitationum Altiſſimi.

6. DEus *(eſt)* in medio ejus; *(unde)* non dimovebitur: adjuvabit eam DEus; cùm reſpicit matuta.

7. Tumultuentur *(ergò)* gentes, commoveant ſe regna: *(cùm)* dederit vocem ſuam, liquefcet terra.

8. JEHOVAH *enim)* Zebaoth *(eſt)* nobiſcum; refugium nobis DEus Jacobi Selah.

9. Ite, videte opera JEHOVÆ; qui ponit vaſtitates in terra.

10. Ceſſare faciens *(eſt)* bella uſque ad extremitatem terræ; arcum frangit; & amputat haſtam, currus comburit igne.

11. Ceſſate, & agnoſcite, quod Ego *(ſim)* DEus: exaltabor inter gentes, exaltabor in terra.

b) *Rom. 8, 31.* 12. [b] JEHOVAH Zebaoth *(eſt)* nobiſcum; refugium nobis DEus Jacobi. Selah.

PSALM. XLVII.

Prophetia eſt de Novo Teſtamento. In qua eſt I. Apoſtolica omnium populorum ad fidem & laudem Chriſti invitatio. à v. 2. II. Apoſtolica invitationis, per Angelici cantici triumphalis conſenſum, commendatio. à v. 6.

PRæfecto Muſices; Filiorum Korachi, Pſalmus.

2. Omnes populi, clangite manu, concinite DEo voce cantus.

3. Quia JEHOVAH *(eſt)* excelſus, venerabilis: Rex Magnus ſuper omnem terram.

4. Subjiciet populos ſub nos, & gentes ſub pedes noſtros.

5. Eliget nobis hæreditatem noſtram; cum magnificentia Jacobi, quem dilexit. Selah.

6. Aſcendit DEus cum clangore; JEHOVAH cum voce buccinæ.

7. Canite DEo, canite: canite Regi noſtro, canite.

8. Quia Rex omnis terræ DEus *(eſt: ideò)* canite canticum Maskil.

9. Regnavit DEus ſuper gentes: DEus conſedit ſuper throno Sanctitatis Suæ.

10. Spontanei populorum congregati ſunt; populus DEi Abrahami: quia DEo *(ſunt)* ſcuta terræ; *(idcò)* valdè *(Ille)* exaltatus eſt.

PSALM. XLIIX.

Trophetat Pſalmus de Eccleſia Chriſti in Novo Teſtamento. Habetq; poſt titulum. I. Deſcriptionem Spiritualu Zyonu ſeu Eccleſiæ Chriſti. à v. 1. II. Fidelium Eccleſiæ membrorum confeſſionem. à v. 2. III. Ad fidelia Eccleſiæ membra adhortationem. à v. 13.

CAnticum, Pſalmus, Filiorum Korachi.

2. Magnus *(eſt)* JEHOVAH, & col. laudatus valdè; in urbe DEi noſtri, monte ſanctitatis Ejus.

3. Pulcher tractu, gaudium totius terræ *(eſt)* mons Zijonis, latera Septentrionis; urbs Regis Magni.

4. DEus in palatiis ejus notus *(eſt)* tanquam refugium.

5. Ecce namque Reges ſe congregarunt; præteriverunt una,

6. Hi *(cum)* viderunt, ſtatim admirati ſunt, confuſi ſunt, feſtinarunt *(etiam, ut aufugerent.)*

7. Terror *(enim)* arripuit eos ibi; dolor ſicut parturientis,

8. Per ventum Orientalem confringes *(DEUS)* naves Tharſchiſchi.

9. Quemadmodum audivimus, ita vidimus in urbe JEHOVÆ Zebaoth, in urbe DEi noſtri, *(quod)* DEus ſtabiliat eam in æternum. Selah.

10. Conſideravimus, ô DEus, miſericordiam Tuam, in medio Templi Tui.

11. Quemadmodum Nomen Tuum *(eſt)* DEus, ſic laus Tua *(eſt)* uſque ad fines terræ: juſtitia plena eſt dextra Tua.

12. Lætabitur mons Zijonis, exultabunt filiæ Jehudah propter judicia Tua.

13. Circumdate Zijonem, & circumcingite eam: numerate turres ejus.

14. Ponite cor veſtrum ad antemurale Ejus; diſtinguite palatia ejus: ut enarretis generationi inſequenti.

15. Quod hic DEus *(ſit)* DEus noſter in ſeculum & in æternum: Ille ducet nos *(cum cantico)* Almuth.

PSALM. XLIX.

Eccleſia DEi diduſcelicum eſt. In quo I. gloriatur in DEO, diem etiam malis ſibi timendum non eſſe. à v. 2. & v. 16. Deſcribit II. Vanitatem hominum confidentium ſuper opibus & gloria mundi. à v. 7. Unde III. neminem felicitate eorum ſcandalizari debere, monet. à v. 17.

PRæfecto Muſices, Filiorum Korachi; Pſalmus.

2. Audite hoc omnes populi; auro percipite omnes habitatores ſeculi:

3. Tàm filii hominis, quàm filii viri; una dives & egenus.

4. Os (*enim*) meum loquetur sapientias; & meditatio cordis mei (*eris*) intelligentiæ.

a) *Mat. 13,35. Ps. 78,2.* 5. Inclinabo ad [a] proverbium aurem meam; aperiam in citharâ ænigma meum.

6. Quare timuerim in diebus mali; (*quibus*) iniquitas calcaneorum meorum circumdabit me?

7. Q confidentes super opibus suis! & (*eos, qui*) in divitiis suis gloriantur!

8. (*Atqui*) frater non redimendo redimet virum: non dabit DEo expiationem ejus.

9. Pretiosior namque est redemtio animæ eorum ut omittat in æternum:

10. Si (*maximè*) vivat in perpetuum adhuc; non videat foveam.

11. Videbit enim, sapientes (*quòd*) moriantur; simul stultus & stolidus pereant; relinquantque aliis opes suas.

12. Intra se (*dicunt,*) domos suas (*fore*) in æternum; habitacula sua in generationem & generationem: vocant de nominibus suis terras.

13. Atqui homo in gloria non permanebit; assimilatur, sicut bestiæ (*quæ*) excinduntur.

14. Hæc via eorum (*tamen*) spes illis (*est:*) & post eos ore suo approbant (*homines.*) Selah.

15. (*Sed*) sicut pecus in inferno ponentur; mors pascet eos, & dominabuntur in eos recti mane; species quoque eorum (*erit*) ad inveterascendum; infernus pro habitaculo illi.

16. Verùm DEus redimet animam meam è manu inferni; acceptabit enim me. Selah.

17. Ne (*itaq,*) time, quando ditescet vir; quando multiplicabitur gloria domus ejus.

18. Non enim in morte sua accipiet (*secum*) quicquam: non descendet post eum gloria ejus.

19. (*Sed*) quum animæ suæ in vita sua benedixerit; & laudaverit te, quod benefacias tibi.

20. Veniet illa ad generationem patrum ipsius; (*&*) usque in æternum non videbunt lucem.

21. Homo (*itaq,, qui*) in gloria (*est.*) & non intelligit, assimilatur, sicut bestiæ, (*quæ*) excinduntur.

PSALM. L.

Prophetiam habet Psalmus de Christo. In qua est I. Exordium Psalta attentionem concilians Christo mox locuturo. à v.1. II. Iehovæ Messiæ seu Christi ad populum suum oratio duplex: una ad sanctos & electos. à v. 5. altera ad hypocritas impios & reflectos. à v.16.

PSalmus; Asaphi. DEus, DEus, JEHOVAH loquetur, & vocabit terram ab ortu Solis usque ad occasum ejus.

2. E Zijone perfectio pulchritudinis, DEus effulgebit.

3. Veniet DEus noster, & non tacebit; ignis coram ipso comedet, & circa ipsum procella habit vehementer.

4. Clamabit ad cœlum sursum, & ad terram, ad judicandum populum suum.

5. Colligite (*inquiet mox*) mihi, sanctos meos, pangentes fœdus meum super sacrificio.

6. Annuntiabunt enim cœli justitiam ejus, quod DEus Judex sit, Selah.

7. Audi (*igitur*) populе Mi, & loquar; Jisraël (*audi.*) & contestabor erga te; DEus, DEus tuus, Ego (*sum.*)

8. Non (*amplius*) super sacrificiis tuis redarguam te: & (*non super*) holocaustis tuis, (*quæ sunt*) coram me semper.

9. Non sumam è domo tua juvencum; (*nec*) è caulis tuis hircos.

10. Quia mihi (*est*) omnis fera sylvæ; (*&*) bestiæ in montibus millium.

11. Novi omnem avem montium; & fera agrotum meorum mecum (*est.*)

12. Si esurirem, non dicerem tibi: quia mihi orbis (*est,*) & plenitudo ejus.

13. Num comederim carnem robustorum? aut sanguinem hircorum biberim?

14. Sacrifica (*modò*) DEo confessionem: & exolve Altissimo vota tua.

15. Et invoca Me in die angustiæ: (*tum*) eripiam te, & honorabis Me.

16. Sed impio dicet ELOHIM; Quid tibi, ut enarres statuta Mea, & assumas fœdus Meum super os tuum?

17. Cum tu (*tamen*) oderis disciplinam; & rejicias verba Mea post te.

18. Si videris furem, curris cum eo; & cum adulteris (*est*) pars tua.

19. Os tuum aperis ad malum: & lingua tua nectis dolum.

20. Sedes; (*&*) contra fratrem tuum loqueris: (*ac*) in filium matris tuæ ponis ignominiam.

21. Hæc fecisti (*hactenus,*) verum (*Ego*) tacui: (*hinc*) cogitasti, fore, ut sim sicut tu: (*sed*) redarguam te, & proponam ante oculos tuos.

22. Attendite, quæso, hoc, qui obliviscimini DEI: ne abripiam (*vos,*) nec sit eripiens.

23. Sacrificans confessionem, honorat Me: & qui disponit viam (*rectè*) ei monstrabo salutem DEI.

PSALM. LI.

Egregium exemplum Psalmus hic sistit peccatoribus in panitentia & confessione Davidis. In qua I. humiliter peccati remissionem & gratiam DEI petit. à v.3. II. Renovationem cordis per Spiritum Sanctum DEI cum gaudio. à v.11. Novam III. obedientiam & veram promittit. à v.15. tandem. IV. Pro Ecclesia etiam orat. v.20,21.

PRæfecto Musices; Psalmus, Davidis:

a) *2. Sa. 12,1-7.* 2. Quum venisset ad ipsum [a] Nathan propheta, postquam ingressus erat ad Bath-schebam.

3. Miserere mei, DEus, juxta misericordiam Tuam; juxta multitudinem miserationum Tuarum dele prævaricationes meas.

4. Multiplica, lava me ab iniquitate mea; & à peccato meo munda me.

5. Nam prævaricationes meas ego agnosco; & peccatum meum coram me (*est*) jugiter.

b) *Rom. 3,4. Iob. 14, 4.* 6. Tibi soli peccavi, & malum in oculis Tuis feci; ut [b] justificeris in loquendo Tuo, & purus sis in judicando Tuo.

c) *Ioh. 3, 6.* 7. Ecce [c] in iniquitate formatus sum; & in peccato calefecit me mater mea.

8. Ecce, veritatem desideras in renibus; & in occulto sapientiam notam facis mihi.

d) *Lev. 14,6. Numer. 19, 6. Esa. 1,18.* 9. [d] Expiabis me hyssopo, ut mundus fiam; lavabis me, & præ nive dealbabor.

10. Audire facies me gaudium & lætitiam; exultabunt ossa, (*quæ*) contrivisti.

11. Absconde (*ergò*) facies Tuas à peccatis meis; & omnes iniquitates meas dele.

12. Cor mundum crea mihi DEus; & spiritum firmum innova in medio mei.

13. Ne abjice me à coram Te; & Spiritum Sanctitatis Tuæ ne aufer à me.

14. Reduc (*autem*) mihi gaudium salutis Tuæ, & Spiritus spontaneus sustentet me.

15. (*Tum*) docebo prævaricatores vias Tuas; & peccatores ad Te revertentur.

16. Libera (*ergò*) me à sanguinibus, DEus, DEus salutis meæ: (*tum*) cantabit lingua mea justitiam Tuam.

17. ADONAI, labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem Tuam.

18. Non enim delectaris sacrificio, utdem; holocaustum non approbas:

19. (*Sed*) sacrificia DEI (*sunt*) Spiritus infractus; cor infractum & contritum DEus non spernes.

20. Bene fac in beneplacito Tuo (*etiam*) Zijoni; ædifica muros Hierosolymæ:

21. Tunc delectaberis sacrificiis justitiæ, holocausto, & adusto: tunc ascendere facient super altare Tuum juvencos.

PSALM. LII.

Oratio est contra hostem potentem, qualis Doëg Davidi fuit. Cujus I. de superbia & impia facta conqueritur. à v.3. II. Tyrannam & interitum prædicit. à v.7. Suis autem III. conservationem latam expectat. v. 10. 11.

PRæfecto Musices; Didascalicum; Davidis.

a) *1. Sa. 22, 9.* 2. Quum venisset [a] Doëg Edomita, indicassetque Schauli, & dixisset illi; Venit David in domum Achimelechi.

3. Quid gloriaris malo, potens? Misericordia DEI (*durat*) toto die.

4. Perditiones cogitat lingua tua; sicut novacula acuta faciens (*es*) dolum.

5. Diligis malum præ bono; mendacium præ loquendo justitiam. Selah.

6. Diligis omnia verba absorptionis, linguam doli.

7. (*Ideò*) etiam DEus destruet te in perpetuum; conteret te, & evellet te è tentorio; & eradicabit te è terra vivorum. Selah.

8. Ut videant justi, & timeant, superque illo rideant.

9. (*Dicentes;*) Ecce virum, (*qui*) non posuit DEUM robur suum; sed confisus est in magnitudine divitiarum suarum: (*unde*) validus factus est in perditione sua.

b) *Psl. 92, 11.* 10. Ego [b] verò (*ero*) sicut olea virens in domo DEI: confido (*enim*) in misericordia DEI in seculum & æternum.

11. (*Quare*) confitebor Tibi in æternum; quod fecisti: & expectabo Nomen Tuum, quia bonum (*est,*) coram sanctis Tuis.

PSALM. LIII.

Tsalmus hic idem fere est cum Psalm. XIV. unde cum hoc habet. I. Universalem humanæ naturæ per lapsum Adami corruptæ descriptionem. à v. 1. II. Falsorum Doctorum redargutionem. à v. 4. III. Piorum desiderium adventus Christi. v. 7.

PRæfecto Musices super Machalath; Didascalicum: Davidis.

a) *Tsal. 14, 1.* 2. Dixit [a] stultus in corde suo, non (*est*) DEus: (*hinc*) corruptam fecerunt, & abominabilem reddiderunt iniquitatem (*suam:*) (*adeò ut*) non (*sit*) faciens bonum.

3. DEus (*enim quidem*) è cœlo prospexit super filios hominis ad videndum; num esset intelligens (*quis,*) quærens DEUM.

b) *Rom. 3, 10.* 4. (*Verùm*) unusquisque [b] avertit se, unà putidi facti fuerant: non (*erat*) faciens bonum; non etiam unus.

5. Annon cognoverunt (*hoc*) operantes iniquitatem; comedentes populum meum, (*sicut qui*) comedunt panem: (*qui verò*) DEUM non invocant.

6. Ibi paverunt pavorem; (*cum*) non esset pavor; quia DEus dispersit ossa castrametantium contra te: pudefeciſti (*eos,*) quia DEus rejecit eos.

7. Quis dabit (*tandem*) ex Zijone salutes Jisraëlis? Quum (*enim*) reducet DEus captivitatem populi Sui: (*tum*) exultabit Jacob, lætabitur Jisraël.

PSALM. LIV.

Preces habet Psalmus contra hostes, quales Siphita David. Contra quos I. judicium DEI imploratur à v. 3. II. Auxilium DEI speratur. v. 5. 6. III. Confessio gratitudinis promittitur. v. 8. 9.

PRæfecto Musices; in Neginoth; Didascalicum; Davidis:

a) *1. S. 23, 19 — 26,* 2. Quum venissent [a] Siphitæ, dixissentque Schauli; Nonne David latet nobiscum?

3. DEus, propter Nomen Tuum serva me; & per potentiam Tuam judica me.

4. DEus audi preces meas; aure percipe verba oris mei.

5. Quia alieni surrexerunt contra me; & violenti quæsiverunt animam meam: non posuerunt DEUM ante se. Selah.

6. (*Sed,*) ecce, DEus (*est*) auxiliator mihi; ADONAI inter sustentantes animam meam:

7. Retribuet (*ergò*) malum hostibus meis: in veritate Tua excindes illos.

8. Unde voluntarium sacrificabo Tibi; confitebor Nomini Tuo, JEHOVAH, quod bonum.

9. Nam ex omni angustia eripuit me; ut spectaverit in adversariis meis oculus meus.

PSALM. LV.

Preces hic etiam Tsalmus habet contra hostes. In quibus I. ingens describitur cordis angustia, & quò fugiendum, ubi manendum, nescitur. Unde II. interitus eorum, inprimis falsi amici, à DEO petitur. à v. 10. III. Clamanti verò Justi exauditionem & redemtionem sui sibi promittit, & in DEUM onus justorum projiciendum docet. à v. 17.

PRæfecto Musices; In Neginoth; Didascalicum; Davidis.

2. Aure percipe, DEus, preces meas; & ne absconde Te coram precatione mea.

3. Attende ad me, & responde mihi; (*nam*) plango in meditatione mea, & perstrepo:

4. Ob vocem hostis, propter oppressionem

impii: quia conjiciunt in me iniquitatem, & cum ira oderunt me.

5. (*Unde*) cor meum trepidat in medio mei, & terrores mortis ceciderunt super me.

6. Timor & tremor venit in me; & operuit me horror.

7. Unde dixi; quis dabit mihi alam, sicut columbæ? avolabo (*enim*) ubi habitem.

8. Ecce, elongabo vagari; Pernoctabo in deserto. Selah.

9. Festinabo ereptionem mihi, à vento impetuoso, à procella.

10. Absorbe, JEHOVAH, divide linguam eorum: vidi namque violentiam & contentionem in urbe.

11. Interdiu noctuque circumeunt in eâ super muris ejus; & iniquitas ac labor (*est*) in medio ejus.

12. Perditiones (*sunt*) in medio ejus; nec recedit à platea ejus fraus & dolus.

13. Quia non hostis opprobrio afficit me, quem feram; non oſor meus contra me se exaltat, à quo abscondam me:

14. Sed tu, homo, sicut ego ipse, dux meus & notus meus:

15. Qui unà suaviter egimus arcanum; in domo DEI ambulavimus cum turba.

16. Defraudet (*itaq;*) mors eos; descendant in infernum vivi: quia mala (*sunt*) in habitaculo eorum, in medio eorum.

17. Ego (*autem*) ad DEUM clamabo; ac JEHOVAH servabit me.

18. Vesperi, & manè, & (*in*) meridie meditabor, & gemam: ac exaudiet vocem meam.

19. Redimet cum pace animam meam, ne appropinquent mihi; quando cum multis erunt mecum.

20. Audiet (*enim*) DEus, & affliget eos, & habitare faciet (*me, sicut*) olim, Selah; quippe quibus non (*sunt*) mutationes (*in melius,*) neque timent DEUM.

21. Sed immisit (*quisq;*) manus suas in pacificos Ipsius; profanavit fœdus Ipsius.

22. Blandum faciunt (*sicut*) butyra os suum; & cum appropinquat cor cujusvis, mollia sunt verba ejus præ oleo; cùm (*sint*) illa stricti gladii.

23. (*Sed*) [a] projice super JEHOVAM onus tuum; Ille enim sustentabit te; non dabit in æternum dimoveri justo. a) *Mat. 6, 25. Luc. 12, 22.*

24. Tu verò, DEus, dejicies eos in puteum foveæ; viri sanguinum & doli non dimidiabunt dies suos: ego autem confidam in Te. *1. Pet. 5, 7.*

PSALM. LVI.

Psalmo hujus occasionem dedit proditio Siphitarum, & persecutio Saulis adversus Davidem: qui non tantùm ipse eo usus est, sed Ecclesiæ quoq; DEI & cuivis fideli in similibus adversitatibus utendum reliquit.

PRæfecto Musices; de columba obmutescentiæ (*inter*) longinquos; Davidis. Michtham: quum comprehenderunt [a] eum Philisthæi in Gath. a) *1. Sa. 21, 11.*

2. Miserere mei, DEus: quia homo absorbet me; toto die oppugnator opprimit me.

3. Absorbent hostes mei toto die: (*sunt*) namque multi oppugnantes me in alto (*loco.*)

4. (*Sed*) die, (*quo*) timeo mihi, ego super Te confido.

5. In DEO gloriabor de verbo Ejus: in DEO confido, nec timeo mihi: quid (*enim*) faciet caro mihi?

6. Toto die verba mea exagitant: contra me omnes cogitationes eorum (*sunt*) in malum.

7. Congregant se, occultant se; iidem calcaneos meos observant; sicut expectarunt animam meam.

8. Ob iniquitatem (*eorum*) etipe (*me*) illis; in ira populos dejice, ô DEus.

9. Fugam meam numeras Tu; pone lachrymam meam in uttem Tuum: nonne (*est*) in numero Tuo?

10. Tunc revertentur hostes mei retrò, in die (*scil. quo*) clamavero: hoc novi, quod DEus (*sit*) pro me.

11. In DEO gloriabor de verbo (*Ejus;*) in JEHOVAH gloriabor de verbo (*Ejus.*)

12. In [b] DEO confidam, nec timebo mihi: quid (*enim*) faciet homo mihi? b) *Tsal. 118, 6.*

13. Super me (*sunt*) ô DEus, vota Tua: rettribuam confessiones Tibi.

14. Liberasti enim animam meam à morte;

morte: nonne pedes meos ab impulsione, ad ambulandum coram DEO in luce vivorum?

PSALM. LVII.

Psalmus hic cum præcedenti ejusdem argumenti est compositus à Davide occasione fugæ in speluncam coram Saule: utendus Ecclesiæ & fidelibus tempore adversitatum & hostilis persecutionis.

PRæfecto Musices; Ne perde; Davidis; Michtham: quum [a] fugeret coram Schaule in speluncam.

a) 1. Sa. 22, 1. 24, 4.

2. Miserere mei, DEus, miserere mei; quia in Te confidit anima mea, & in [b] umbra alarum Tuarum confido; usque dum transeant ærumnæ.

b) Psl. 17, 8

3. Invoco DEUM Altissimum; DEUM perficientem pro me.

4. Mittet (*enim*) è cœlis, & servabit me, quum opprobrat absorbens me, Selah: mittet (*inquam*) DEus misericordiam Suam & veritatem Suam.

5. Animâ meâ in medio leonum cubo inflammantur filii hominis; dentes eorum (*sunt*) hasta & tela; & lingua eorum gladius acutus.

6. Extolle Te DEus super cœlos; super omnem terram gloriam Tuam.

7. Rete pararunt gressibus meis, ut incurvet (*quisque*) animam meam; [c] foderunt coram me foveam, (*sed*) ceciderunt in medium ejus. Selah.

c) Psl. 7. 16.

8. Paratum est cor meum, DEus, paratum est cor meum: cantabo & psallam.

9. Excita te, gloria mea; excita te, nablium & cithara: evigilabo manè.

10. Confitebor Tibi inter gentes, ADONAI; psallam Tibi inter populos.

11. Quia magna est usque ad cœlum d) Psal. 36, 6. 108, 5. [d] misericordia Tua; & usque ad æthera veritas Tua.

12. Exalta Te, DEus, super cœlos; super omnem terram gloriam Tuam.

PSALM. LIIX.

Preces hic Psalmus habet contra impios Ecclesiæ & piorum hostes. Quorum I. impietas & facta describuntur & arguuntur. à v. 2. II. DEUS contra eos invocatur. à v. 7. III. Eventus illius tristis, justitiæ pradicitur, v. 11. 12.

PRæfecto (*Musices*) ne perde; Davidis, Michtham.

2. Ergone obmutescentia (*est*) justitia (*quam*) loquimini; rectitudines (*quas*) judicatis, o filii hominis?

3. Etiam in corde perversitates operamini? in terra violentiam manuum vestrarum expenditis?

4. Abalienati (*verò*) sunt impii ab utero; aberrant à ventre verbis mendacii.

5. Venenum illorum (*est*) instar veneni serpentis; sicut aspidis surdæ, (*qua*) obturat aurem suam.

6. Ut non audiat vocem mussitantium, incantatoris incantationum sapientis.

7. DEus ergò destrue dentes eorum in ore eorum: molares leonum juvenum everte, JEHOVAH.

8. Colliquescant sicut aquæ, (*ut*) abeant sibi: tendat tela sua, ita ut excindantur.

9. Sicut testudo in liquefactionem abeant; (*sicut*) abortus mulieris, ne videant solem.

10. Antequam sentiant (*homines,*) spinæ vestræ (*fiant*) rubus; quem sive vivum sive adustum procellet.

11. (*Tum*) lætabitur justus, quum viderit vindictam; (*&*) gressus suos [a] lavabit in sanguine impii.

a) Psl. 58, 11.

12. Dicetque homo; Utique fructus (*est*) justo: utique est DEus judex in terra.

PSALM. LIX.

Preces habet Psalmus contra insidias hostium, quales David à Saule passus, Ecclesia & fideles ab hominibus hujus mundi patiuntur: quorum atrocitas DEO proponitur, & liberatio ab iis petitur, cum gratitudinis promissione.

PRæfecto (*Musices*) ne perde; Davidis; Michtham: quum mitteret [a] Schaul, & custodirent domum ad occidendum eum.

a) 1. Sa. 19, 11.

2. Libera me ab hostibus meis, DEus mi: ab insurgentibus contra me exalta me.

3. Libera me ab operatoribus iniquitatis; & à viris sanguinum serva me.

Nam, ecce, insidiantur animæ meæ, congregant se contra me fortes, sine prævaricatione mea, & sine peccato meo, ô JEHOVÆH.

5. Sine iniquitate (*mea*) currunt & præparant se: evigila (*ergò*) erga me, & vide.

6. Tu, inquam, JEHOVAH DEus, (*DEUS*) exercituum, DEus Israëlis, expergiscere ad visitandum omnes gentes: ne parceullis perfidis iniquitate. Selah.

7. Revertantur vesperi, tumultuentur sicut canis, circumeantque in urbe.

8. Ecce, eructant ore suo, gladii (*sunt*) in labiis eorum: quis namque (*ajunt*) audiens?

9. Sed Tu, [b] JEHOVAH, ridebis eos; subsannabis omnes gentes.

b) Psl. 2, 4.

10. Cum robur illi (*erit;*) Te observo: nam DEus (*est*) refugium meum.

11. DEus misericordiæ meæ præveniet me: DEus faciet me videre in hostibus meis (*malum.*)

12. Ne (*quidem*) occide eos, ne forte obliviscantur populus meus: dimove tamen eos per robur Tuum, & dejice eos, ô scutum nostrum, DEus.

13. Peccatum oris eorum (*est*) verbum labiorum eorum: capiantur ergò in superbia sua, ut de maledictione & de mendacio narrent.

14. Consume in excandescentia, consume, ut non (*sint*) illi; quò cognoscant, quod DEus (*sit*) dominans in Jacobo, usque ad fines terræ. Selah.

15. Revertantur itaque vesperi, tumultuentur sicut canis, & circumeant in urbe.

c) Am. 8, 11, 12. 16. Iidem [c] vagentur ad comedendum; si non satientur, ita pernoctent.

17. Ego verò canam robur Tuum, & decantabo sub auroram misericordiam Tuam; quod fueris refugium mihi, & perfugium in die, (*quo*) angustia mihi.

18. O robur meum; de Te psallam; quod DEus (*sit*) refugium meum, DEus misericordiæ meæ.

PSALM. LX.

Psalmus hic occasione belli cum Syris gravissimi à David compositus, ab Ecclesia tristitiæ imprimis bellorum & periculorum tempore usurpatur merito; ne DEUS ipsam potestatis hostium permittat, sed ab iis patenter liberet.

PRæfecto (*Musices*) super Schuschan testimonii; Michtam; Davidis; ad docendum:

a) 2. Sa. 8, 3. 10, 13. 18. 1. Paral. 18, 3.

2. Quum [a] certaret cum Syro fluviorum, & cum Syro Zobæ, & reverteretur Joabus, percuteretque Edomum in valle salis, duodecim millia.

3. DEus, (*qui*) deseruisti nos, ruptutam fecisti in nobis; succensuisti, redue nobis quietem.

4. Qui tremefecisti terram, diffregisti; sana fracturas ejus, quia commota est.

5. Ostendisti populo Tuo durum; [b] potasti nos vino trepidationis.

b) Psl. 75, 9.

6. Dedisti (*tamen*) timentibus Te signum, quod attollerent, propter veritatem, Selah.

7. Ut liberarentur dilecti Tui: serva (*itaq;*) dextra Tua, & responde nobis.

8. DEus locutus est per sanctitatem Suam: (*ideò*) exultabo, dividam Schechemum, & vallem Succoth dimetiar.

9. Mihi (*erit*) Gilead, & mihi Menascheh; & Ephrajim robur capitis mei: Jehudah legislator meus.

10. Moabus pelvis lotionis meæ; super Edomum extendam calceum meum; super me Philisthæa jubilum aget.

11. Quis deducet (*verò*) me ad urbem obsidionis; quis ducet me usque ad Edomum?

12. Nonne Tu, DEus, (*qui*) deseruisti nos, & non exivisti, DEus, in exercitibus nostris?

13. Præsta (*ergò*) nobis auxilium contra hostem: nam vanitas (*est*) salus hominis.

14. Cum DEO faciemus robur; Ille enim conculcabit hostes nostros.

PSALM. LXI.

Preces piæ Davidis Regis pro seipso habet Psalmus hic; quas communes sibi facere possunt pij Reges & Magistratus inprimis. Materiam tamen etiam præbet quibuscunque piis orandi tum pro se, tum pro Magistratibus suis.

PRæfecto Muſices ; ſuper Neginath ; Davidis.

2. Audi, DEus, clamorem meum ; attende ad preces meas.

3. Ab extremitate terræ ad Te clamo, cùm deficit cor meum ; in petra, (*qua*) alta eſt præ me, duces me.

4. Nam factus es refugium mihi ; turris roboris coram hoſte.

5. (*Unde*) manebo in tentorio Tuo in æternitates ; confidam in latibulo alarum Tuarum. Selah.

6. Quia Tu, DEus, exaudiviſti vota mea ; dediſti hæreditatem timentium Nomen Tuum.

7. Dies ſuper dies Regis addes ; anni ejus (*erunt*) juxta generationem & generationem.

8. Habitabit æternum coram DEo : miſericordiam & veritatem para, (*qua*) cuſtodiant eum.

9. Ita canam Nomen Tuum in perpetuum, reddendo vota mea quovis die.

PSALM. LXII.

Pſalmus hic piam quam vis animam ad patientiam ſub cruce & perſecutione hoſtium hortatur : ſpem eidem facit liberationis & ſalutis divinæ certam : tandemq; ad confidentiam, non in hominibus, ſed in DEO cohortatur.

PRæfecto Muſices ; pro Jeduthune ; Pſalmus, Davidis.

2. Tantummodò erga DEUM ſilentium (*eſto tibi,*) anima mea : ab illo (*enim erit*) ſalus mea.

3. Utique Ille (*eſt*) petra mea, & ſalus mea, refugium meum ; (*ut*) non dimoveat multum.

4. Quouſque extendetis linguam contra virum, ut occidatis (*eum*) omnes, ſicut parietem inclinatum ? (*ſicut*) maceriem impulſam ?

5. Utique pro elatione ſuâ conſultant ad impellendum (*eum,*) delectantur mendacio : ore (*quidem*) ſuo benedicunt, ſed in medio ſui maledicunt. Selah.

6. Veruntamen DEo ſile, anima mea : quia ab Eo (*erit*) ſpes mea.

7. Utique Ille (*eſt*) petra mea, & ſalus mea ; refugium meum, (*ut*) non dimoveat.

8. Super DEo (*eſt*) ſalus mea, & gloria mea : petra roboris mei, fiducia mea (*eſt*) in DEo.

9. Confidite in eo in omni tempore, populi ; effundite coram ipſo cor veſtrum : DEus (*dicite*) refugium (*eſt*) nobis. Selah.

10. Utique vanitas (*ſunt*) filii hominis ; mendacium filii viri ; in libra ad aſcendendum, illi præ vanitate ſimul.

11. Ne (*ergò*) confidite in oppreſſione ; & in rapina ne evaneſcite : [a] opes quando proveniunt, ne apponite cor. a) *Matt. 19,22. Luc. 12, 19,20. 1. Tim. 6,9.17.*

12. Semel locutus eſt DEus, quod bis audivi ; quod robur DEo ſit. b) *Matt. 16,27. Rom. 2,6 1. Cor. 3, 2. 2. Cor. 5, 10.*

13. Et Tibi, ADONAI, miſericordia : quia [b] Tu retribues viro juxta opus ipſius.

PSALM. LXIII.

Pſalmum hunc à Davide, cum in deſerto Iudæ propter Saulem eſſet, compoſitum eſſe, inſcriptio ejus docet. Preces autem in eo ſunt, quas uti q. Eccleſia DEI inprimis contra hoſtes ſuos uſurpare poteſt, quos ſaltem ſpirituales ſemper habet.

PSalmus, Davidis : quum eſſet [a] in deſerto Jehudæ. a) *1. Sam. 23,14. 24,1.*

2. DEus, DEus meus Tu (*es :*) manè quæro Te ; ſitit anima mea Tibi ; deſiderat Te caro mea in terra ſiccitatis, & (*ubi*) laſſus (*ſum*) ſine aquis.

3. Ita in ſanctuario videam Te, ad ſpectandum robur Tuum, & gloriam Tuam.

4. Bona enim eſt miſericordia Tua præ vita ; (*ideò*) labia mea laudabunt Te.

5. Ita benedicam Tibi in vita mea ; (&) in Nomine Tuo tollam manus meas.

6. Quaſi adipe & pinguedine ſaturabitur anima mea ; & labiis canticorum laudabit os meum.

7. Quum recordabor Tui ſuper cubili meo ; in vigiliis meditabor de Te.

8. Nam factus es auxilium mihi ; (*ideò*) in umbra alarum Tuarum cantabo.

9. Adhæret anima mea Tibi : me (*autem*) ſuſtentat dextra Tua.

10. At iſti ad devaſtationem quærunt animam meam ; (*ideò*) venient in inferiora terræ.

11. DEfluere facient quemque per manus gladii ; portio vulpium erunt.

12. Rex verò gaudebit in DEo ; gloriabitur omnis jurans per Eum : obſcurabitur enim os loquentium mendacium.

PSALM. LXIV.

Pſalma hoc pro precibus contra falſos doctores eorumq; aſſeclas Eccleſi emeritò utitur, ne fideles ſeducant ; ſed à DEO potiùs repellantur vel extinguantur.

PRæfecto Muſices ; Pſalmus ; Davidis.

2. Audi, DEus, vocem meam in meditatione mea ; à timore hoſtis cuſtodi vitam meam.

3. Abſconde me ab arcano malorum ; à tumultu operantium iniquitatem :

4. Qui acuunt ſicut gladium linguam ſuam ; tendunt telum ſuum, verbo amaro ;

5. Ut [a] jaculentur in latibulis integrum ; quem ſubitò ferient, nec timebunt. a) *Pſal. 11, 3.*

6. Firmum faciunt ſibi verbum malum ; narrant ad occultandum tendiculas ; dicunt, quis providebit illis ?

7. Inveſtigant perverſitates ; conſumti ſumus inveſtigatione inveſtigata ; nam intimum viri atque cor (*eſt*) profundum.

8. Sed jaciet eos DEus telo ; ſubitò erunt plagæ eorum.

9. Impellerque quemque, ut (*ſit*) contra eos lingua eorum ; fugiant ſibi omnis videns eos.

10. Timebunt enim omnis homo, annuntiabuntque opus DEi, & factum Ejus intelligent.

11. Lætabitur juſtus in JEHOVAH, confideturque in Eo ; ac gloriabuntur omnes recti cordè.

PSALM. LXV.

Gratiarum actio Eccleſiæ & fidelium eſt pro publico cultus divini & quieto exercitio : in quo Verbum DEI & mirabilia Ejus prædicantur ; DEUSq; ipſe invocatur & celebratur, Eccleſiæq; & timentibus Ipſum benedicit.

PRæfecto Muſices ; Pſalmus ; Davidis ; Canticum.

2. Tibi (*eſt*) ſilentium laudis, DEus, in Zijone ; & Tibi redditur vorum (*ibi.*)

3. O audiens preces, ad Te omnis caro venient.

4. Verba iniquitatum invaluerunt (*quidem*) præ me : (*ſed*) prævaricationes noſtras (*quod attinet ;*) Tu expiabis eas.

5. Beatus (*eſt, quem*) eligis, & appropinquas ; (*qui*) inhabitabit atria Tua : ſaturabimur (*enim*) bono domus Tuæ ; ſancto templi Tui.

6. Mirabilia in juſtitia reſpondebis nobis, DEus ſalutis noſtræ ; fiducia omnium finium terræ & maris longinquorum.

7. Qui firmat montes virtute Sua ; accinctus eſt potentia.

8. Qui ceſſare facit tumultum marium, tumultum fluctuum eorum, & ſtrepitum populorum.

9. Ut timeant habitatores finium à ſignis tuis ; exitus auroræ & veſperæ canere facias.

10. (*Quando*) viſitas terram, & delectaris ea, valdè ditas eam : [a] rivus (*enim*) DEi plenus (*eſt*) aquis ; præparas frumentum eorum ; ſic enim ſtabilis eam. a) *Pſal. 46,5.*

11. Sulcos (*ergò*) ejus irriga ; demitte turmas ejus ; ſtillis liquefac eam ; germini ejus benedic.

12. Coronaſti annum bonitatis Tuæ ; & orbitæ Tuæ ſtillant pinguedine.

13. Stillant habitacula deſerti ; & exultatione colles cingunt ſe.

14. Induunt prata gregem ; & valles operiuntur frumento ; ut plaudant, etiamque cantent (*homines.*)

PSALM. LXVI.

Eccleſia Canticum Pſalmus eſt, quo DEUM laudibus debitis extollit, & pro beneficiis Ipſius gratias agit : quo uti inprimis poteſt, quando ex adverſitatibus & ab hoſtibus liberata eſt.

PRæfecto Muſices ; Canticum ; Pſalmus. Jubilate DEO omnis terra.

2. Canite gloriam Nominis Ejus ; ponite (*in*) gloriam laudem Ejus.

3. Dicite DEO : quàm formidabilia (*ſunt*) opera Tua : propter magnitudinem roboris Tui blandientur Tibi hoſtes Tui.

4. Omnis

4. Omnis terra incurvabunt se Tibi, & psallent Tibi; psallent Nomini Tuo, Selah.

5. Ite & videte opera DEI; formidabilis opere supra filios hominis.

6. Vertit (*enim*) mare in aridam; per fluvium transiverunt pede: ibi lætabimur in Eo.

7. Dominans (*est*) potentia Sua æternum; oculi Ipsius gentes intuentur: (*unde*) rebelles non exaltabuntur sibi. Selah.

8. Benedicite populi DEO nostro; & audiri facite vocem laudis Ejus.

9. Qui ponit animam nostram inter viventes: nec permittit vacillare pedem nostrum.

10. Probasti enim nos, DEus; purgasti nos, sicut purgatur argentum.

11. Induxisti nos in rete; posuisti oppressionem super lumbos nostros.

12. Equitare fecisti hominem in capite nostro; intravimus in ignem & aquas: eduxisti tamen nos in latitudinem.

13. (*Ideò*) veniam in domum Tuam cum holocaustis; reddam Tibi vota mea.

14. Quæ ediderunt labia mea, & locutum est os meum, cum angustia (*esset*) mihi.

15. Holocausta pinguium offeram Tibi, cum suffimento arietum: faciam bovem cum hircis. Selah.

16. Ite, audite, & enarrabo ô omnes timentes DEI, quæ fecit animæ meæ.

17. Ad ipsum (*scilicet*) ore meo clamavi; & exaltatus est sub lingua mea.

18. Iniquitatem si spectassem in corde meo: non audiret ADONAI.

19. Atqui audivit DEus; attendit ad vocem precum mearum.

20. Benedictus DEus, qui non rejecit preces meas, aut misericordiam Suam à mecum.

PSALM. LXVII.

Tsalmus Egregius est. Habet autem I. preces Ecclesiæ V.T. pro maturando Messiæ adventu. à v.2. II. Precum rationes ad movendum DEUM. v.3 sqq. III. Precum repetitionem & instaurtam. v.7. 8.

PRæfecto Musices; super Neginoth (*instrumentis*;) Psalmus, Canticum,

2. DEus miserebitur nostri, & benedicet nobis; illuminabit facies Suas nobiscum. Selah.

3. Ad cognoscendum in terra viam Ejus; inter omnes gentes salutem Ejus.

4. (*Tum*) confitebuntur Tibi populi, ô DEus; confitebuntur Tibi populi omnes.

5. Lætabuntur & jubilabunt gentes: cò quod judicaturus es populos (*cum*) æquitate; & Gentes in terra (*quod attinet,*) ducturus es eas, Selah.

6. Confitebuntur Tibi (*inquam, propterea*) populi, ô DEus: confitebuntur Tibi populi omnes:

7. (*Dicentes;*) Terra dedit proventum suum; Benedicat (*ergò*) nobis DEus: DEus noster:

8. Benedicat nobis DEus, ut timeant Ipsum omnes fines terræ.

PSALM. LXIIX.

Tsalmus hic de Christo agit. Cujus asseritur I. adventus certitudo. à v. 2. II. In carne præsentia doctrina seu Evangelium. à v. 9. III. In cælum abeuntis triumphus. à v. 18. IV. Regnantis imperium. à v. 20.

PRæfecto Musices; Davidis; Psalmus, Canticum.

2. Exurget DEus: (*tum*) dispergentur hostes Ejus: & fugient osores Ejus coram Ipso.

3. Secundum impellere fumum, impelles (*eos,*) secundum liquefieri ceram coram igne, (*ita*) peribunt impii coram DEo.

4. Contrà justi lætabuntur, (*&*) exultabunt coram DEo, & gaudebunt in lætitia.

5. (*Dicentes;*) Cantate DEo, laudate Nomen Ejus, extollite equitantem super nubibus per JAH nomen Ipsius, & exultate coram Ipso.

6. (*Qui est*) Pater pupillorum, & Judex viduarum: DEus in habitaculo sanctitatis Suæ;

7. DEus habitare faciens [a] solitarios in domo; educens vinctos compedibus; contrà autem rebelles habitarunt in siccitate. a) *Tsal. 113,9.*

b) *Exod. 13,20.21.* 8. DEus, quum [b] Tu exires coram populo Tuo; quum incederes Tu in deserto, Selah:

c) *Exod. 19,16. seq.* 9. Tetra [c] contremuit; etiam cœli stillarunt coram DEo; hic Sinaj coram DEo, DEo Jisraëlis,

10. (*Nunc verò*) pluviam benevolentiarum stillare facis, ô DEus; hæreditatem Tuam, eamque laborantem (*quod attinet;*) Tu confirmabis eam.

11. Bestia Tua (*Alij;* cœtus Tuus) habitabunt in ea: confirmabis bono Tuo miserum, ô DEus.

12. Dominus dabit sermonem; bonas nuntias, exercitum magnum.

13. Reges exercituum discurrent, discurrent; & habitatrix domus dividet spolium.

14. Si cubuerint inter ordines, (*eritis sicut*) alæ columbæ, obductæ argento, & (*sicut*) pennæ ejus (*obductæ*) flavedine auri.

15. Quum expandes, ô Fulminator, Reges in eâ, albescet (*dealbabitur sicut*) in Zalmone.

16. Mons DEi (*est*) mons Baschanis, mons collium (*est*) mons Baschanis, (*vel;*) Mons DEi est: mons Baschanis: mons collium est mons Baschanis.

d) *Tsal. 114,4.* 17. Quare subsilitis, [d] montes, colles montis? (*Atqui*) desiderat DEus inhabitare illum; etiam JEHOVAH habitabit in perpetuum.

18. Currus DEi sunt binæ myriades, milleni pacificorum: Dominus in illis; (*DEUS*) Sinaj in sanctuario.

e) *Eph. 4,10.11.* 19. Ascendisti in altum: captivam duxisti captivitatem; accepisti dona pro homine; etiamque rebelles (*quod attinet,*) (*erunt*) ad habitandum (*inter*) JAH DEUM.

20. Benedictus Dominus de die in f) *Matt. 11,29.* diem! (*si*) [f] onus grave est nobis, DEus (*est*) salus nostra, Selah.

21. DEus nobis (*est*) DEus in salutes: & quantum ad JEHOVAM DEUM, morti exitus (*novit.*)

22. Contrà DEus contundet caput hostium Ipsius; verticem capilli; ambulantis in reatibus suis (*hostis.*)

23. Dixit (*enim*) DEus; è Baschane educam; educam è profunditatibus maris;

24. Ut imprimat pes tuus; in sanguinem, linguam canum tuorum; de hostibus, de unoquoque (*eorum.*)

25. Viderunt gressus Tuos, ô DEus, gressus DEi mei Regis mei in Sanctuario.

26. (*Ideò*) præcesserunt cantantes post pulsantes; in medio virginum tympanizantium.

27. In congregationibus benedicite DEo; Domino è fonte Jisraëlis.

28. Ibi Benjamin parvus præest illis; Principes Jehudæ, cœtus eorum; Principes Zebulunis, principes Naphthali.

29. Præcepit DEus tuus robur tuum; indue robur, ô DEus: hoc fecisti nobis.

30. E templo tuo super Hierosolymam; tibi adducent Reges munus.

31. Increpa feram arundinis, congregationem fortium, inter vitulos populorum; conculcans laminas argenti: dispersit populos, (*qui*) bella desiderant.

32. Venient pingues ex Ægypto: Æthiopia accelerabit manus suas DEo.

33. O Regna terræ, cantate DEo; psallite Domino, Selah.

34. Equitanti super cœlo cœli antiquitatis? Ecce, dabit in voce Sua, vocem roboris.

35. Date robur DEo, super Jisraële, elatio Ipsius; & robur Ejus super nubibus.

36. Formidabilis (*es*) DEus; è Sanctuariis Tuis, DEus Jisraëlis: Ipse dans robur & vires populo. Benedictus DEus.

PSALM. LXIX.

Totus hic Tsalmus preces Christi patientis ad DEUM Patrem habet. Et I. quidem precationem pro liberatione ex angustiis ab hostibus. à v. 1. II. Vindictæ de hostibus petitionem. à v. 23. III. Gratiarum actionem: tum Christi. à v. 30. tum piorum. à v. 33. tum creaturarum, à v. 35.

PRæfecto Musices; super Schoschannim; Davidis.

2. Salvum fac me, DEus; quia venerunt aquæ (*mihi*) usque ad animam.

3. [a] Submersus sum in luto profun- a) *Tsal. 40,3.* ditatis; nec (*sum*) consistens: veni in profun-

profunditates aquarum, & fluctus obruit me.

4. Delassatus sum clamando; incaluit guttur meum; consumti sunt oculi mei: expectans (*tamen sum*) DEUM meum.

h) Iob. 15, 25. 5. [b] Multiplicati sunt præ pilis capitis mei osores mei gratis: prævaluerunt excisores mei, hostes mei mendacii: non rapui, attamen restituo.

6. DEUS, Tu novisti stultitiam meam; & reatus mei à Te occultati non sunt.

7. Ne pudefiant in me expectantes Te, Domine JEHOVAH Zebaoth: ne ignominia afficiantur in me quærentes Te, DEUS Jisraëlis.

8. Quia propter Te fero opprobrium, obtexit ignominia facies meas.

9. Alienus factus sum fratribus meis; & extraneus filiis matris meæ.

c) Iob. 2, 17. 10. Quia [c] zelus domus Tuæ consumsit me; & [d] opprobria opprobrio

d) Rom. 15, 3. afficientium Te, ceciderunt super me.

11. Sed quum flevi in jejunio animæ meæ, factum (*hoc*) mihi est in opprobria.

12. (*Sic*) quum dedi vestem meam sac-

e) Iob. 30, 9. Thren. 3, 63. cum, factus sum illis in dicterium.

13. Nugantur de me [e] habitatores portæ; & cantilenas (*faciunt*) ingurgitantes siceram.

14. Me tamen quod attinet; precatio mea erga Te (*est*) JEHOVAH, in tempore beneplaciti: (*ideò*) ô DEUS, propter magnitudinem misericordiæ Tuæ responde mihi in veritate salutis Tuæ.

15. Eripe me è luto, ne submergar: eripiar ab osoribus meis, & è profunditatibus aquarum.

16. Ne obruat me fluctus aquarum: neque absorbeat me profunditas; nec claudat super me fovea os suum.

17. Responde mihi JEHOVAH, quia bona (*est*) misericordia Tua: propter multitudinem miserationum Tuarum respice ad me.

18. Ne abscondas facies Tuas à servo Tuo: quia angustum mihi (*est,*) festina, responde mihi.

19. Appropinqua ad animam meam, libera eam; propter inimicos meos redime me.

20. Tu novisti opprobrium meum, & pudorem meum, & ignominiam meam, coram Te omnes angustatores mei.

21. Opprobrium fregit cor meum: & ægrotavi, ac expectavi, ut consolationem acciperem; sed nulla (*fuit;*) & consolatores, sed non inveni.

f) Matt. 27, 34. 48. 22. [f] Dederunt autem in cibum meum fel; & in siti mea potarunt me acéto.

23. (*Ideò*) fiat mensa eorum coram illis [g] in laqueum: & pro retributionibus

g) Rom. 11, 9. (*sit ipsis*) tendicula.

24. Obscurentur oculi eorum, ut non videant: & lumbos eorum jugiter concute.

25. Effunde iram Tuam super eos; & excandescentia indignationis Tuæ assequatur eos.

26. Sit [h] habitatio eorum devastata; *h) Act.* in tentoriis eorum ne sit habitans. *1, 20.*

27. Quia quem Tu [i] percussisti, *i) Esa.* (*illi*) persecuti sunt; & super dolore con- *53, 4.* fossorum Tuorum nugantur.

28. Da iniquitatem super iniquitatem eorum: & ne perveniant ad justitiam Tuam.

29. Deleantur è libro vitarum: & cum justis ne scribantur.

30. Cæterum ego miser & dolens (*licet sim:*) salus Tua, ô DEUS, in altum educet me.

31. Laudabo Nomen DEI cantico (*tum:*) magnum faciam eum confessione.

32. Et placebit JEHOVÆ præ bove juvenco, cornuto, & ungulas findente.

33. Videbunt mansueti, & lætabuntur; quærentes DEUM, & vivet cor vestrum.

34. Quia exaudit egenos JEHOVAH, & vinctos suos non spernit.

35. Laudent eum cœlum & terra; maria, & omne reptitans in iis.

36. Quia DEUS salvabit Zijonem, & ædificabit urbes Jehudæ: habitabuntque ibi, & hæreditabunt eam.

37. Et semen servorum Ipsius hæreditabunt eam, & diligentes Nomen Ipsius habitabunt in eâ.

PSALM. LXX.

Hic etiam Psalmus preces habet Christi patientis. In quibus notanda I. Precum apud DEUM Patrem propositio. à v. 2. II. Precum instantia, per repetitionem, & novas rationes. à v. 6.

PRæfecto Musices; Davidis; ad commonefaciendum.

2. DEUS, ad eripiendum me; JEHOVAH, ad auxilium meum, festina.

3. (*Ut*) erubescant, & pudefiant, quærentes animam meam: rejiciantur retrorsum, & ignominia afficiantur cupientes malum meum.

4. Revertantur propter pudorem suum, dicentes; hæah, hæah!

5. (*E contrario*) lætentur, & gaudeant in Te omnes quærentes Te: & dicant jugiter, Magnus fiat DEUS, amantes salutem Tuam.

6. Ego ergò afflictus (*cum sim,*) & egenus, ô DEUS, festina mihi: (*quia*) auxilium meum, & ereptor meus (*Tu es,*) ô JEHOVAH, ne moreris.

PSALM. LXXI.

Preces ad DEUM. Psalmus habet hominis pij persecutionem ab hostibus, etiam in senectute sua patientis. Suntq; in eo I. preces pro liberatione ab hostibus. à v. 1. II. Rationes variæ DEUM ad liberandum moventes. à v. 5. III. Gratiarum actionis promissio. à v. 22.

IN Te, JEHOVAH, confisus sum: (*ideò*) ne pudefiam in æternum.

2. (*Sed*) propter justitiam Tuam eripe me, & libera me: inclina ad me aurem Tuam, & serva me.

3. Esto mihi in petram habitaculi, ad veniendum (*eò*) jugiter, (*qui*) præcepisti servare me: quia petra mea & propugnaculum meum Tu.

4. DEUS mi, libera me è manu impii, è manu perversè agentis & opprimentis.

5. Quia Tu (*es*) spes mea, ADONAI JEHOVIH, fiducia mea à puericia mea.

6. (*Imò*) super Te impositus sum ab utero; è visceribus matris meæ Tu eductor meus: (*unde*) in Te laus mea jugiter.

7. Sicut prodigium (*quidem*) factus sum multis: sed Tu fiducia mea fortitudinis.

8. (*Ideò*) implebitur os meum laude Tua; tota die honore Tuo.

9. Ne (*ergò*) abjicias me tempore senectutis; quando consumuntur vires meæ, ne deseras me.

10. Dicunt namque hostes mei de me; & observantes animam meam consultant una:

11. Dicendo; DEUS deseruit eum; persequimini (*itaq;*) & comprehendite eum; non enim (*est*) eripiens.

12. (*Quare,*) ô DEUS, ne procul esto à me: DEUS mi, ad auxilium meum festina.

13. Pudefiant, consumantur odio habentes animam meam; operiantur opprobrio & ignominia quærentes malum meum.

14. Ego verò jugiter sperabo; & addam super omnem laudem Tuam.

15. Os meum enarrabit justitiam Tuam; toto die salutem Tuam: non enim novi numerationes

16 Intrabo (*tamen*) cum virtutibus, ADONAI JEHOVIH: memorabo justitiam Tuam, solius.

17. DEUS, docuisti me à juventute mea; & hucusque annuntio mirabilia Tua.

18. Quare etiam usque ad senectutem & canitiem, DEUS ne desere me, usque dum enarravero brachium Tuum, generationi (*sequenti;*) omni, (*qui*) venerit, virtutem Tuam.

19. Nam justitia Tua, DEUS, usque ad excelsum (*cœlum est,*) qui fecisti magna: DEUS, quis sicut Tu?

20. Qui ostendisti (*quidem*) mihi angustias multas & malas: revertere, vivifica me: & ex abyssis terræ, revertere, ascendere fac me.

21. Auge magnificentiam meam, & convertere, consolare me.

22. (*Nam*) etiam ego confitebor Tibi instrumento nablii, veritatem Tuam, DEUS mi: canam Tibi in cithara, ô Sancte Jisraëlis.

21. Laudabunt labia mea, quia canam Tibi, & anima mea, quam redemisti.

24. Etiam lingua mea toto die meditabitur justitiam Tuam : eò quod pudefacti sint, & erubuerint quærentes malum meum.

PSALM. LXXII.

Psalmus hic de Regno Christi prophetat; ita ut in eo I. fit precatio pro missione Regis Messiæ. à v.1. II. Gratiarum actio pro destinato, & suo tempore mittendo Messia. à v.17.

SChelomonis : DEus, judicia Tua Regi da : & justitiam Tuam filio Regis.

2. Judicabit populum Tuum in justitia : & miseros Tuos in judicio.

3. Ferent montes pacem populo : & colles in justitia.

4. Judicabit miseros populi : servabit filios egeni ; conteret autem oppressorem (*eorum.*)

5. Timebunt Te cum Sole : & ante Lunam, generatione generationum.

6. Descender sicut pluvia super vellus : sicut guttæ (*rorus super*) fissuram terræ.

7. Florebit in diebus ejus justus : & multa (*erit*) pax, usque dum non (*erit*) Luna.

a) *Zach. 9, 10.* 8. Et [a] dominabitur à mari ad mare : & à fluvio usque ad fines terræ.

9. Coram Ipso incurvabunt se barbari, & hostes ejus pulverem lambent.

10. Reges Tharschisch & Insularum munus adducent : Reges Schebæ & Seba donum appropinquabunt.

11. Et (*imò*) incurvabunt se Illi omnes Reges : omnes gentes servient Ei.

12. Quia liberabit egenum clamantem : & miserum, & cui non (*est*) auxilians.

13. Parcet afflicto & egeno, & animas egenorum servabit.

14. A dolo & violentia redimet animam eorum, & pretiosus erit sanguis eorum in oculis Ipsius.

15. Et vivet, & dabit illi de auro Schebæ : & orabit pro ipso jugiter : omni die benedicet illi.

16. Erit exiguum tritici in terra : (*sed*) in capite montium commovebitur sicut Libanon fructus ejus : & florebunt ex urbe sicut herba terræ.

17. Erit Nomen ejus in æternum : ante Solem Nomen filii habebit, & benedicentur in eo : omnes gentes beatum prædicabunt Eum.

18. Benedictus (*esto*) JEHOVAH DEus, DEus Jisraëlis : faciens mirabilia solus.

19. Et benedictum Nomen gloriæ Ejus (*erit*) in æternum, & implebitur gloria Ejus omnis terra, Amen, & Amen.

20. Absolutæ sunt precationes Davidis, filii Jischaji.

PSALM. LXXIII.

Confessionem hic Psalmus habet hominis scandalum passi à mira DEI super homines tam impios quàm pios providentia. In qua. I. describitur hominum impiorum felicitas. à v.4. II. Hominis pij infelicitas seu afflictio. à v.13. III. Scandalum inde sumtum. à v.21 IV. A scandalo liberatio. à v.15 V. Ingenua & grata erga DEUM confessio. v. 1. & à v.22.

PSalmus : Asaphi. Utique bonus Jisraëli (*est* DEus, puris corde.

2. Ego verò, parum abfuit, quin declinarent pedes mei : quasi nihil, quin effusi essent gressus mei.

3. Zelo enim tactus sum contra gloriabundos : cum pacem impiorum viderem.

4. Non enim (*sunt*) vincula ad mortem eorum : & sana porticus.

5. In molestia hominis non (*sunt*) illi : & cum homine plaga non afficiuntur.

6. Ideò (*quasi*) torques circumdat eos superbia : operit (*quasi*) ornamento violentia eos.

7. Exit præ adipe oculus eorum : transeunt imaginationes cordis.

8. Tabidos faciunt (*alios,*) & loquuntur in malo oppressiones : ex excelso loquuntur.

9. Ponunt in cœlum os suum : & lingua eorum vagatur per terram.

10. Ideò convertitur populus eius huc : & aquæ pleni (*fontis*) exprimuntur illis.

11. Unde dicunt : quomodo novit DEus ? aut est notitia in Altissimo ?

12. Ecce, hi (*sunt*) impii : & secuti mundi multiplicant opes.

13. Utique (*ergò*) frustra mundavi cor meum, & lavi in innocentia manus meas.

14. Fui enim plaga affectus omni die ; & correptio mea (*adfuit*) ad auroras.

15. Si (*tamen*) dixissem ; enuntiabo sicut illi : ecce generationi Filiorum Tuorum perfidus fuissem.

16. Ideò cogitavi scire hoc ; (*sed*) molestia illud in oculis meis.

17. Donec intravi in sanctuaria DEI ; intellexi extremum eorum.

18. Utique (*scil.*) in lubricis ponis eos ; dejicis eos in vastitates.

19. Quomodo (*enim*) facti sunt in vastitatem subitò ? consumti sunt, consummati sunt à terroribus (*subitis?*)

20. Sicut somnium ab evigilando, ADONAI, in urbe imaginem eorum contemnis.

21. Exacerbatur enim (*quidem*) cor meum ; & renibus meis exacuo me :

22. Sed ego stolidus, nec cognosco : (*sicut*) bestiæ fui apud Te.

23. Ego verò semper (*fui*) Tecum ; apprehendisti manum dexteræ meæ.

24. In consilio Tuo ducis me ; & post (*eum*) gloria acceptas me.

25. Quis mihi in cœlis ? Et Tecum non delector terrâ.

26. Consumta fuerit caro mea, & cor meum : petra (*tamen*) cordis mei & portio mea DEus (*est*) in æternum.

27. Ecce, enim elongati à Te peribunt ; excindes omnem scortantem contra Te.

28. Me verò quod attinet ; propinquitas DEI mihi bona (*est,*) dum pono in ADONAI fiduciam meam, ad enarrandum omnia opera Tua.

PSALM. LXXIV.

Orat in hoc Psalmo Ecclesia, cœtus Jehovæ, Conqueritur autem de sui devastatione & sanctuary cum cultu & prædicatione publica veri DEI. à v.3. Excitat II. Jehovam in sui miserationem & auxilium, ut possit. à v.10. III. Ad quod Ipsum etiam precibus suis solicitat. à v.1. & à v.18.

DIdascalicum ; Asaphi. Quare, ô DEus, deseruisti in perpetuum ? fumat ira Tua contra gregem pascui Tui.

2. Memento cœtus Tui, (*quem*) acquisivisti olim ; redemisti (*in*) tribum hæreditatis Tuæ ; montis Zijonis, in quo habitasti.

3. Exalta gressus Tuos ad vastitates æternitatis : omnia (*enim*) perdidit hostis in sanctuario.

4. Rugierunt hostes Tui in festi Tui medio ; posuerunt signa sua (*in*) signa.

5. Cognoscitur, sicut tollens sursum in implexum ligni secures.

6. Et jamjam sculpturas ejus unà securi & malleo contundunt.

7. [a] Miserunt in ignem sanctuarium Tuum ; in terram usque profanarunt habitaculum Nominis Tui.

a) *2. Reg. 25, 9.*

8. Dixerunt in corde suo ; opprimamus eos unà : combusserunt omnia festalia loca DEI in terram usque.

9. Signa nostra non videmus : non (*est*) amplius propheta : nec (*est*) nobiscum sciens. Quousque ?

10. Quousque, DEus, opprobrabit hostis ? spernet inimicus Nomen Tuum in perpetuum ?

11. Quare retrahes manum Tuam & dextram Tuam ? è medio sinus Tui prome (*eam.*)

12. DEus enim (*est*) Rex meus ab antiquo, operans salutes in medio terræ.

13. Tu perrupisti robore Tuo mare ; fregisti capita balænarum super aquis.

14. Tu confregisti capita Livjathanis ; dedisti eum cibum populo Zijim.

15. Tu fidisti fontem & fluvium : Tu exiccasti fluvios roboris.

16. Tibi (*est*) dies, etiam Tibi nox : Tu præparasti lucem & solem.

17. Tu decidisti omnes terminos terræ ; æstatem & hyemem Tu formasti.

18. Memento (*ergò*) hujus, (*quod*) hostis opprobrio afficiat JEHOVAM ; & populus stultus spernat Nomen Tuum.

19. Ne des bestiæ animam turturis Tui ; vitæ miserorum Tuorum ne obliviscaris in perpetuum.

20. Respice fœdus : quia impleta sunt tenebricosa terræ habitaculis violentiæ.

21. Ne redeat contritus ignominia affectus: (*ut*) miser & egenus laudent Nomen Tuum.

22. Surge (*itaq;*) JEHOVAH, litiga
b) *Esa. 49,4.* [b] litem Tuam; memento opprobrii Tui à stulto omni die.

23. Ne obliviscere vocis hostium Tuorum; tumultus insurgentium contra Te ascendentis jugiter.

PSALM. LXXV.

Oratio est Ecclesiæ contra insolentes & gloriabundos hostes suos. In quâ I. confitetur DEO pro promissione ipsius. à v.1. Cui confisa II. hostes à gloriatione dehortatur. à v.5. Ipsa vero III. in DEO gloriatur spe felicis eventus. à v.10.

PRæfecto Musices; ne perde; Psalmus; Asaphi; Canticum.

2. Confitemur Tibi, DEus, confitemur, & propinquum (*labiis nostris*) Nomen Tuum: enarrant mirabilia Tua:

3. (*Dicentis;*) Quum apprehendero tempus statum; ego (*cum*) rectitudinibus judicabo.

4. Liquescentes fient terra, & omnes habitatores ejus: ego (*tamen*) firmabo columnas ejus, Selah.

5. (*Ideò*) dixi gloriabundis; ne gloriamini; & impiis, ne attollite cornu.

6. Ne attollite in altum cornu vestrum; (*nec*) loquimini collo duro:

7. Quasi non ab ortu, & occasu; neque à deserto montium (*venturum malum.*)

8. Nam DEus (*est*) judex: (*qui*)
a) *1. Sa. 2,7. Dan. 5, 21.* [a] hunc humiliabit, & istum exaltabit.

9. Nam [b] calix (*est*) in manu JEHOVÆ, & vino misceut: implevit mixto, &
b) *Psal. 60,5.* effudit inde; sed fæces ejus exugent, bibent omnes impii terræ.

10. Egò verò annuntiabo in æternum, canam DEO Jacobi.

11. Omnia autem cornua impiorum amputabo; ut exaltentur cornua justi.

PSALM. LXXVI.

Ecclesia I. agnoscit beneficium DEI, dantis sibi sedem certam, & in eâ publicum divini cultus exercitium. à v.2. Ubi II. quod ipsam protegat, contra hostes, laudat. à v.4. III. Laudes propterea ejus canit. à v.8. Et IV. omnes ad sincerum ejus cultum hortatur. à v.12.

PRæfecto Musices; in Neginoth; Psalmus; Asaphi; Canticum.

2. Notus (*est*) in Jehudah DEus: in Jisraële magnum Nomen ejus.

3. Estque in Schalem tabernaculum ejus; & habitaculum ejus in Zijone.

4. Ibi [a] fregit scintillas arcus; scu- a) *Psalm. 46,10.*
tum, & gladium, & bellum, Selah.

5. Illuminatus (*es*) Tu, magnificus præ montibus rapinæ.

6. Præda facti sunt fortes corde; dormitarunt somnum suum: nec invenerunt omnes viri roboris manus suas

7. Præ increpatione Tua, DEus Jacobi, obdormivit & currus & equus.

8. Tu formidabilis (*es,*) Tu, (*inquam:*) & quis consistet coram Te, ex quo ira Tua (*exarsit.*)

9. E cœlo audiri fecisti judicium; terra timuit, & quievit:

10. Quum surgit ad judicium DEus; ad servandum omnes miseros terræ, Selah.

11. Nam ira hominis confitebitur Tibi, (*cum*) residuo itarum accinges Te.

12. Vovete (*itaq;*) & reddite JEHOVÆ DEO vestro, omnes circuitus ejus; adducite munus formidabili:

13. (*Qui*) vindemiat spiritum principum; formidabilis (*est*) Regibus terræ.

PSALM. LXXVII.

Canticum est Ecclesiæ. In quo I. DEUM laudat pro exauditione sui in angustiis. v. 2. II. Quas angustias, & in iis tentationes describit. à v. 3. III. In quibus tamen se confirmavit, & precata est. v. 11. Recordata imprimis IV. veterum DEI operum & redemtionis populi sui. à v. 12.

PRæfecto Musices; pro Jeduthune; Asaphi; Psalmus.

2. Vox mea ad DEUM (*directa est,*) ut clamem; vox mea ad DEUM, & auterm advertit ad me.

3. In die angustiæ meæ ADONAI quæro; manus mea nocte extensa est, & non remittit; renuit anima mea consolationem accipere.

4. Re-

4. Recordor DEI, & ingemisco; meditor ita, ut deficiat spiritus meus, Selah.

5. Tenuisti (*enim*) custodiis oculos meos: concussus sum, ut non loquar.

6. Cogitavi dies ab antiquo, annos seculorum (*priorum.*)

7. Recordor pulsationis meæ, in nocte cum corde meo meditor; & scrutatur spiritus meus.

8. Num (*inquam*) in seeula deseret, ADONAI; & non addet propitius esse amplius.

9 Num desiit in perpetuum misericordia Ejus? defecit verbum in generationem & generationem?

10. Num oblitus est misereri DEus? an præcluait in ira miserationes suas? Selah.

11. Dixi tamen; Precari meum est; mutare (*verò*) dextræ Altissimi.

12. Recordor (*simul*) operum JAH; recordor namque ab antiquo mirabile Tuum.

13. Et considero omne opus Tuum; ac in operibus Tuis meditor.

14. DEus in sanctitate (*est*) via tua; quis (*est*) DEus magnus sicut DEus?

15. Tu (*enim es*) DEus faciens mirabile: (*qui*) notum fecisti inter populos robur Tuum.

a) *Exod. 14,19.* 16. [a] Redemisti brachio Tuo populum Tuum; filios Jacobi & Josephi, Selah.

17. Viderunt Te aquæ, DEus; viderunt Te aquæ, (*&*) extimuerunt; etiam commotæ sunt abyssi.

18. Stillarunt aquas nubes; vocem dederunt ætheres; & tela Tua iverunt.

19. Vox tonitrui Tui (*fuit*) in orbem; illustrarunt fulgura orbem; commota est & contremuit terra.

20. In mari (*fuit*) via Tua; & semita Tua in aquis multis; vestigia tamen Tua non nota facta sunt.

b) *Exod. 12,37. 14,22.* 21. [b] Duxisti sicut gregem populum Tuum per manum Mosis & Aharonis.

PSALM. LXXIIX.

Psalmus hic prophetia est, continens concionem Christi ad populum Judaicum sui temporis. In quâ I. notandum est Exordium; excitans ad attentionem audiendi, cum rationibus, à v.1. II. Rerum Concionis narratio à v.10.

MAskil (*Psalmus Doctrinalis*) Asapho (*Asaphi.*) Auscultа, populе mi, legem meam: inclinate aurem vestram verbis oris mei.

2. Aperiam (*enim*) [a] in parabola os a) *Psal. 49,5. Matth. 13,35.* meum: effabor ænigmata, ab antiquitate.

3. Quæ [b] audivimus, & cognovimus b) *Psal. 44,2.* ea: etiamque patres nostri enarrarunt nobis.

4. Nec celabimus à filiis eorum, in generationem posteriorem; enarrantes laudes JEHOVÆ, & robur Ejus, & mirabilia Ejus, quæ (*olim*) fecit.

5. Ideò namque erexit (*Jehovah*) testimonium in Jacobo, & legem posuit in Jisraële; quam præcepit patribus nostris, ut notam illi facerent filiis suis.

6. Ut cognoscerent generatio posterior; filii, (*qui*) nascendi, (*ut*) surgerent (*etiam hi,*) & enarrarent filiis suis.

7. Ponerentque in DEUM spem suam, nec obliviscerentur operum DEI, sed præcepta Ejus servarent.

8. Nec fierent, sicut patres eorum, generatio perversa & rebellis: generatio, (*quæ*) non rectum fecit cor suum, nec constans (*fuit*) cum DEO spiritus ejus.

9. (*Inprimis*) filii Ephrajimi, qui (*probè*) armati, (*&*) jaculatores (*periti*) arcu, (*nihilominus*) averterunt se (*in fugam*) in die prælii.

10. Non enim servarunt fœdus DEI, & in lege Ejus renuerunt ambulare.

11. Sed obliti sunt operum Ejus; & mirabilium Ejus, quæ videre eos fecit.

12. Coram (*namq;*) patribus eorum fecit mirabile in terra Ægypti, agro Zoan.

13. Divisit (*posteà*) mare, & transire c) *Exod. 13,21. 14,19. Psal. 105, 39.* fecit eos; statuitque aquas sicut utrem.

14. [c] Duxitque illos in nube interdiu; & tota nocte in luce ignis.

15. [d] Diffidit petras in deserto, & bi- d) *Exod. 17, 6. Numer. 20,11. Psal. 105, 41.* bere fecit abyssos magnas.

16. Eduxit enim fluenta è petra; & descendere fecit (*inde*) aquas sicut flumina.

17. Sed

17. Sed addiderunt amplius peccare illi, exacerbare Altissimum in deserto.

18. Dum tentarunt DEum in corde c) Num. suo, petendo [e] cibum animabus suis. 21, 4.

19. Locutique sunt contra DEum, (&) dixerunt; num poterit (nobis) DEus apparare mensam in deserto?

20. En! percussit (quidem) petram, ut aquæ emanarint, & fluvii effluxerint: num (verò) etiam panem poterit dare? num comparabit carnem populo suo?

21. Propterea audivit JEHOVAH, & excandnit; ut ignis exardesceret in Jacobum, etiamque ira ascenderet in Jisraëlem.

22. Quod non credidissent in DEum, & non confisi essent in salute ejus.

23. Ideò præcepit (quidem) ætheribus desuper, & ostia cœlorum patefecit.

d) Exod. 16,14. Numer. 11, 7. Joh. 6, 31. e) Sap. 16, 20. 24. Ac depluere fecit super eos [f] Man in cibum, & frumentum cœlorum dedit illis. Exod. 16. vers. 15.

25. [g] Panem (inquam) robustorum comedit vir: viaticum misit illis ad satietatem.

26. Proficisci (etiam) fecit Eurum in cœlis, & produxit virtute sua Austrum.

27. Atque depluere fecit super illos, h) Ps. sicut pulverem, [h] carnem, & sicut are- 11, 21. nam maris, avem alæ. Exod. xvi. vers. 13. &c.

28. Et cadere fecit in medium castrorum ejus, circum habitationes ejus.

29. Sed quum comedissent, & saturati essent valdè, & desiderium eorum venisset illis;

30. Nec tamen cessassent à desiderio suo; (atqui) adhuc cibus eorum in ore eorum (esset:)

31. Tum verò ira DEi ascendit contra illos, & occidit pingues eorum, & juvenes Jisraëlis incurvare se (morti) fecit.

32. Cum omnibus his peccarunt amplius; nec crediderunt per mirabilia Ejus.

33. Ideò consumsit in vanitate dies eorum; & annos eorum in terrore.

34. Si occidit eos, quæsiverunt ipsum, & conversi sunt, & manè quæsiverunt Eum.

35. Et recordati sunt, quod DEus esset petra ipsorum; & DEus excelsus redemtor eorum.

36. Sed persuaserunt Illi ore suo; & lingua sua mentiti sunt Illi.

37. Cum tamen cor eorum non (esset) rectum cum Ipso; nec fideles essent in fœdere Ipsius.

38. Ipse tamen misericors expiavit iniquitatem, nec perdidit, sed multiplicavit revocare iram suam: nec concitavit omnem excandescentiam suam.

39. Recordatus enim est, quod caro illi; spiritus, qui abiret, nec reverteretur.

40. Toties exacerbarunt Eum in deserto; (&) contristarunt Eum in vastitate.

41. Attamen (postea in terrâ) reversi sunt, & tentarunt DEum, & Sanctum Jisraëlis notarunt.

42. Non meminerunt manus Ejus, quo die redemit eos ex angustia.

43. Quo posuit in Ægypto signa sua, & prodigia sua in agro Zoanis.

44. Dum [i] convertit in sanguinem i) Exod. fluvios eorum; & rivos eorum, ut non 7, 20. possent bibere. Ps. 105 29.

45. Misit in eos [k] colluviem (insectorum,) quæ consumsit eos; & ranam, quæ k) Exod. perdidit eos. 8, 6 17, 24. Sap. 16,

46. Deditque brucho proventum eorum; & laborem eorum locustæ.

47. Percussit grandine [l] vitem eo- l) Exod. rum; & sycomora eorum grandine gravi. 9, 25

48. Et concluſit grandini bestiam eorum; & pecora eorum prunis.

49. Misit in eos [m] excandescentiam m) Ex. iræ suæ, indignationem, & furorem, & 9, 6 angustiam, immissionem angelorum malorum.

50. Direxit viam iræ suæ; non prohibuit à morte animam eorum, & vitam eorum pesti concluſit (in potestatem.)

51. Percussit omnem [n] primogenitum (eorum) in Ægypto: principium roborum in tentoriis Chami. n) Exod. 12, 29. Ps. 105, 36.

52. Proficisci autem fecit sicut oves populum suum; duxitque eos, sicut gregem in deserto.

53. Et [o] deduxit eos securè, ut non timerent: at hostes eorum operuit mare. o) Exod. 14, 19. 28

54. Et deduxit eos usque ad terminum Sanctitatis suæ; montem, quem acquisivit dextra Ejus.

55. Expulitque coram iis gentes, & incluſit eas in funem hæreditatis; ac habitare fecit in tentoriis earum tribus Jisraëlis.

56. Nihilominus (denuò) tentarunt, & exacerbarunt DEum Excelsum, neque testimonia Ejus servarunt.

57. Et recesserunt &, perfidè egerunt, sicut patres eorum: aversi sunt sicut arcus fraudis.

58 Nam provocarunt Eum ad iram per excelsa sua; & per sculptilia sua ad Zelum.

59. Quod cum audivit DEus, excanduit; & rejecit Jisraëlem valdè.

p) 1. Sa. 4, 11. 60. Ideò deseruit [p] habitaculum Schiluntis; tentorium, ubi habitavit inter homines.

61. Deditque in captivitatem robur ejus; & decus ejus in manum hostis.

62. Concluſitque (in potestatem) gladio populum suum; & in hæreditatem suam exarsit.

63. (Unde) Juvenes ejus comedit ignis; & virgines ejus non nuptæ sunt.

64. Sacerdotes ejus gladio ceciderunt: & viduæ ejus non deflerunt.

65. Donec evigilavit sicut dormiens Dominus; sicut potens (heros) vociferans à vino.

q) 1. Sa. 5, 6. 66. Percussitque [q] hostes ejus à posterioribus; ignominia æternitatis affecit eos.

67. Repudiavit tamen tentorium Josephi; & tribum Ephrajimi non elegit.

68. Sed elegit tribum Jehudæ, montem Zijonis, quem dilexit.

69. Ædificavitque sicut excelsa sanctuarium suum; sicut terram fundavit illud in æternum.

r) 1. Sa. 16, 11. seq. 2. Sam. 7, 8. 70. Et [r] elegit Davidem servum suum, ac accepit eum de caulis gregis.

s) 2. Sa. 5, 2. 71. A-post lactantes adduxit eum [s] ad pascendum Jacobum populum suum, & Jisraëlem hereditatem suam.

72. Qui pavit eos in integritate cordis sui; & in rectitudinibus manuum suarum duxit eos.

PSALM. LXXIX.

Psalmus prædicit futuram Hierosolyma & templi per Babylonios devastationem. Describit autem I. Devastationis atrocitatem à v. 1. Implorat IEs. auxilium DEi; tum ad remittendas iniquitates. v. 5. 8. 9. tum ad sumendam de hostibus vindictam. v. 6. 7. 10. & v. 12. tum ad reducendum populum. v. 11. 13.

PSalmus; Asaphi. DEus, venerunt gentes in hereditatem Tuam; polluerunt templum sanctitatis Tuæ; posuerunt Hierosolymam in acervos.

2. Dederunt cadaver servorum Tuorum cibum avi cœlorum, carnem sanctorum Tuorum feræ terræ.

3. Fuderunt [a] sanguinem eorum sicut a) aquas circa Hierosolymam, nec (erat) sepeliens. 1. Macca. 7, 17.

4. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio & illusio iis, qui circa nos.

5. Quousque, JEHOVAH, succensebis in perpetuum? ardebit sicut ignis zelus Tuus?

6. Effunde [b] iram Tuam super gen- b) Jer. tes, quæ non noverunt Te, & super regna, 10, 25. quæ Nomen Tuum non invocant.

7. Nam comedit Jacobum, & habitaculum ejus devastarunt.

8. Ne [c] memineris nobis iniquitatum c) Pſal. priorum; festina (autem) ut præveniant 25, 7. nos miserationes Tuæ, quia attriti sumus valdè.

9. Auxiliare nobis, DEus salutis nostræ, propter verbum gloriæ Nominis Tui, & libera nos, & expia peccata nostra propter Nomen Tuum.

10. Quare dicent gentes; ubi (est) d) Joel. DEus eorum? nota fiat inter gentes ante 2, 17. oculos nostros vindicta sanguinis servorum Tuorum effusi.

11. Veniat ante Te gemitus vincti; juxta magnitudinem brachii Tui fac residuos filios mortis.

12. Et rettribue vicinis nostris septuplum in sinum eorum, opprobrium eorum, quo affecerunt Te, ADONAI.

13. Nos autem populus Tuus, & grex pascui Tui confitebimur Tibi in æternum; in generationem & generationem enumerabimus laudem Tuam.

PSALM. XXC.

Habet Psalmus preces pro reductione è captivitate Babylonica. Quam I. ardenter & aliquoties petit. v.2.3.4. & v.8. v.15.18.19.20. II. Miseriam populi describit. v.5.6.7. 13.14.17. Inprimis III. DEO in memoriam revocat veterem erga populum favorem, v.9. sqq. v.16.

PRæfecto Musices; super Schoschannim; Testimonium; Asaphi; Psalmus.

2. Pastor Jisraëlis adverte aurem; qui ducis sicut gregem Josephum: qui sedes super Cherubim, effulge.

3. Coram Ephrajim, & Benjamine, & Menascheh excita potentiam Tuam; & ito in salutem nobis.

4. DEus reduc nos, & lucere fac facies Tuas, ut servemur.

5. JEHOVAH, DEus Zebaoth, quousque succenses precibus populi Tui.

6. Cibasti eos pane lachrymæ; & potasti eos lachrymis trientali.

7. Posuisti nos litem vicinis nostris, & hostes nostri subsannant sibi.

8. DEus Zebaoth, reduc nos; & lucere fac facies Tuas, ut servemur.

9. Vitem ex Ægypto proficisci fecisti; expulisti gentes, & plantasti eam.

10. Purgasti ante eam, & radicati fecisti radices ejus, ut impleverit terram.

11. Operti sunt montes umbra ejus; & ramis (*ejus*) cedri DEI.

12. Emisisti propagines ejus usque ad mare; & ad Euphratem ramusculos ejus.

13. Quare (*ergò*) perrupisti maceries ejus; ut discerpant eam omnes transeuntes per viam?

14. Conculcat eam aper è silva & fera agrorum depascit eam?

15. DEus Zebaoth, revertere, quæso, respice de cœlis, & vide, & visita vitem hanc;

16. Et surculum, quem plantavit dextra Tua; & super filium, (*quem*) confortaveras Tibi.

17. Combusta (*enim est*) igne, succisa est: ab increpatione facierum Tuarum perierunt.

18. Sit manus Tua pro viro dexteræ Tuæ; pro filio hominis, (*quem*) confortasti Tibi.

19. Tum non recedemus à Te; vivifica nos, ut Nomen Tuum invocemus.

20. JEHOVAH, DEus Zebaoth, reduc (*ergò*) nos, lucere fac facies Tuas, ut servemur.

PSALM. XXCI.

Excitat Psalmus populum. I. ad seriam pœnitentiam, cultum & laudes Iehova. à v.2. Quam II. necessariam esse ostendit inde, quia Iehovah habeat, quod conqueratur de inobedientia ejus pro beneficiis. à v.7. Qui tamen III. pœnitenti iterùm benefacturus sit. à v.14.

PRæfecto Musices; super Gitthith; Asaphi.

2. Jubilate DEo, robori nostro: acclamate DEo Jacobi.

3. Extollite cantum, & date tympanum; citharam jucundam cum nablio.

4. Clangite in mense buccinâ; in stata feriâ ad diem festi nostri.

5. Nam statutum (*est*) Jisraëli hoc, judicium DEo Jacobi.

6. Testimonium Josepho posuit illud, quum exiret contra terram Ægypti: (*ubi*) labium, (*quod*) non noveram, audivi.

7. Removi ab onere humerum ejus; manus ejus à fornace, (*quam*) transiverunt.

8. In angustia invocasti (*me,*) & eripui te; respondi tibi in occulto cum tonitru: [a] probavi te juxta aquas contentionis. Selah. a) *Exod. 17,6.*

9. Audi, populi mi: ut testificer contra te; Jisrael, si audiveris Me. *Numer. 20,13.*

10. Ne sit in te DEus alienus; nec incurves te DEo alienigenæ.

11. Ego (*enim sum*) [b] JEHOVAH DEus tuus, qui ascendere feci te è terra Ægypti: dilata (*quoad*) os tuum, ut impleam illud. b) *Exod. 20,1.*

12. Sed non obedivit populus meus voci Meæ, & Jisraël non acquievit Mihi.

13. Ideò [c] dimisi eum in duritie cordis eorum; (*ut*) irent in consiliis suis. c) *Act. 14,15.*

14. Utinam populus meus (*esset*) obediens Mihi; Jisraël in viis Meis ambularent. *Rom. 1, 14.*

15. (*Nam*) brevi hostes eorum humiliarem; & hostes eorum averterem manu Mea.

16. Osores JEHOVÆ blandirentur illi; esset que tempus eorum in æternum:

17. Cibaremque eos ex adipe tritici; & è petra melle saturatem eos.

PSALM. XXCII.

Sistit Psalmus DEUM I. de injustitia judicum terra conquerentem, & justa judicia requirentem. à v.1. Quibus II. non obedientibus pœna indicitur; quam oppressi etiam petant. à v.5.

PSalmus; Asaphi. DEus constitit in cœtu DEI; in medio Deorum judicabit.

2. (*Dicens;*) Quousque judicabitis perversitatem; & facies impiorum acceptabitis? Selah.

3. Judicate attritum & pupillum; miserum & pauperem justificate.

4. [a] Eripite attritum & egenum; è manu impiorum liberate. a) *Prov. 24,11.*

5. (*Sed*) non agnoscunt, nec intelligunt; in tenebris ambulant: vacillant omnia fundamenta terræ.

6. Ego (*quidem*) dixi; [b] Dii vos; & filii Altissimi omnes vos. b) *Iob. 10,34.*

7. Veruntamen sicut homo moriemini; & sicut unus principum cadetis.

8. Surge (*itaq;*) DEus, judica terram; quia Tu hæres es inter omnes gentes.

PSALM. XXCIII.

Oratio est Ecclesiæ Israëliticæ contra multos hostes suos. Quorum I. de consiliis, fœderibus & facto contra se DEO exponit. à v.2. II. Contra eos auxilium & vindictam à DEO petit. v.2. inpr. à v.16.

CAnticum; Psalmus; Asaphi.

2. DEus ne sileto Tibi; ne taceto, & ne quiescito, DEus.

3. Ecce enim, hostes Tui tumultuantur, & osores Tui tollunt caput.

4. Contra populum Tuum excogitant arcanum: consultant contra absconditos Tuos.

5. Dicunt; Ite, excindamus (*eos,*) ut non sint gens; nec memoretur nomen Jisraëlis amplius:

6. Nam consultant corde unâ; contra Te fœdus excidunt:

7. Tentoria Edomi, & Jischmaëlitæ; Moabus & Hagræi;

8. Gebal, & Ammon, & Amalek; Philisthæa cum habitatoribus Tyri.

9. Etiam Aschur associatur cum illis: facti sunt brachium filiis Lot, Selah.

10. Fac (*ergò*) illis sicut [a] Midjani, sicut [b] Siseræ, sicut Jabino in torrente Kischon. a) *Iud. 7,16.* b) *Iud. 4,15.22.*

11. (*Qui*) perditi sunt in En-dor; facti sunt fimus terræ.

12. Pone eos, Principes (*inprimis*) eorum, sicut [c] Orebum, & sicut Seebum; & sicut Sebachum, & sicut Zalmunam omnes magnates eorum. c) *Iud. 7,25. 8,21.*

13. Quia dixerunt; possidebimus nobis habitacula DEI.

14. (*Ergò*) DEus mi, pone eos sicut turbinem, sicut stipulam coram vento:

15. Sicut ignem, (*qui*) incendit silvam; & sicut flammam, (*qua*) inflammat montes.

16. Sic persequere eos per procellam Tuam; & per tempestatem Tuam terre illos.

17. Imple facies eorum ignominia, ut quærant Nomen Tuum, JEHOVAH.

18. Pudefiant, & confundantur usque in æternum; erubescantque, ac pereant.

19. Ut agnoscant, quod Tu (*sis*) Nomine Tuo JEHOVAH solus; Altissimus supra omnem terram.

PSALM. XXCIV.

Psalmus I. laudibus extollit locum, in quo cultus DEI publicus exercetur. à v.2. II. Beatos prædicat habitatores ejus. à v.5. DEUM III. invocat pro conservatione ejus & benedixendis piis Ipsi confidentibus. à v.9.

PRæfecto Musices; super Gitthith; Filiorum Korachi; Psalmus.

2. Quàm amabilia (*sum*) habitacula Tua, JEHOVAH Zebaoth.

3. Desideravit, imò consumta est anima mea erga atria JEHOVÆ; cor meum & caro mea jubilant erga DEum vivum.

4. Etiam avis invenit domum; & hirundo

tundo nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos, (*ſcilicet*) altaria Tua, JEHOVAH Zebaoth Rex mi & DEus mi.

5. Beati habitatores domus Tuæ: amplius laudabunt Te, Selah.

6. Beatus homo, cui robur (*eſt*) in Te: ſemitæ (*Tuæ*) in corde eorum.

7. Tranſeuntes in valle mori fontem ponent illàm; etiam benedictionibus operiet ſe doctor.

8. Ibunt de virtute in virtutem; videbitur (*homo*) apud DEUM in Zijone.

9. JEHOVAH DEus Zebaoth, audi preces meas: aure attende, DEus Jacobi. Selah.

10. Scutum noſtrum, vide DEus: & reſpice facies uncti Tui.

11. Quia bonus (*eſt*) dies in atriis Tuis præ millibus; elegi ad januam ſtare in domo DEI mei, præ habitare in tentoriis impietatis.

12. Nam Sol & ſcutum (*eſt*) JEHOVAH DEus: gratiam & gloriam dabit JEHOVAH; non [a] prohibebit bonum ab ambulantibus in integritate.

a) *Pſal. 34,11. Luc. 12, 35.*

13. JEHOVAH Zebaoth, beatus homo, qui confidit in Te.

PSALM. XXCV.

Preces habet Pſalmus populi ſeu Eccleſiæ proſùs reductione. v.5. In quibus I. DEO revocat in memoriam jam olim ſibi exhibitam miſericordiam & reductionem. à v.1. Cui II. ſimilem nunc etiam ſibi exhiberi humiliter petit: à v.5. Et III. Ejus in fide ſpem certam ſibi facit. à v. 9.

PRæfecto Muſices; Filiorum Korachi; Pſalmus.

2. Propitius fuiſti JEHOVAH terræ Tuæ; reduxiſti captivitatem Jacobi.

3. Remiſiſti iniquitatem populi Tui: operuiſti omnia peccata eorum, Selah.

4. Collegiſti omnem iram Tuam: convertiſti Te ab excandeſcentia iræ Tuæ.

5. Reduc (*ergo etiam nunc*) nos, DEus ſalutis noſtræ; & diſſolve indignationem Tuam contra nos.

6. Num (*enim*) in æternum iraſceris nobis? protrahes iram Tuam in generationem & generationem;

7. Nonne Tu reverteris, viviſicabis nos; ut populus Tuus lætentur in Te?

8. Oſtende nobis JEHOVAH miſericordiam Tuam: & ſalutem Tuam da nobis.

9. Audiam (*verò,*) quod locuturus ſit JEHOVAH: nam (*utiq;*) loquetur pacem ad populum Suum & ad Sanctos Suos; ut ne revertantur ad ſtultitiam.

10. Utique propinqua eſt timentibus Eum ſalus Ejus, ut habitet gloria in terra noſtra:

11. Miſericordia & veritas obvient: juſtitia & pax oſculentur ſe:

12. Veritas è terra germinet; & juſtitia è cœlo proſpectet.

13. Etiam JEHOVAH dabit bonum; & terra noſtra dabit proventum ſuum.

14. Juſtitia ante Ipſum ibit; ponetque in via greſſus ſuos.

PSALM. XXCVI.

Pſalmus, ut titulus habet, eſt Precatio. In quâ ſi homo piùs cum Davide petit exauditionem precum: v. 1.6.7. additis rationibus. à v.1. Petita examinanda II. ſunt, cuſtodia & lætificatio animæ per miſericordiam DEI. à v.2. ductus in via. v.11. corroboratio & conſervatio. v.16.17. Tres quibus III. gratam promittit confeſſionem. à v.12.

PRecatio; Davidis. Inclina, JEHOVAH, aurem Tuam; reſponde mihi: quia miſer & egenus ego (*ſum.*)

2. Cuſtodi animam meam, quia ſanctus ego; ſerva ſervum Tuum, (*quia*) Tu (*es*) DEus meus, qui confido in Te.

3. Miſerere mei, ADONAI; quia ad Te clamo toto die.

4. Lætifica animam ſervi Tui: quia ad Te, ADONAI, animam meam attollo.

5. Tu enim, ADONAI, [a] bonus (*es*) & propitius; & magnus miſericordia omnibus invocantibus Te.

a) *Ioel. 2, 13. Ion. 4, 2.*

6. Aure (*ergò*) percipe, JEHOVAH, preces meas; & attende ad vocem precationum mearum.

7. In die angustiæ meæ invoco Te; reſpondebis enim mihi.

8. Non eſt ſicut Tu inter Deos, ADONAI; & non (*ſunt*) ſicut opera Tua.

9. Omnes gentes, quas feciſti, venient, & incurvabunt ſe coram Te, ADONAI; & honorabunt Nomen Tuum.

10. Quia magnus Tu, & faciens mirabilia; Tu DEus ſolus (*es.*)

11. Doce me, JEHOVAH, viam Tuam, (*ut*) eam in veritate Tua; aduna cor meum ut timori Nominis Tui.

12. (*Tum*) confitebor Tibi, ADONAI, DEus mi, in toto corde meo; & honorabo Nomen Tuum in æternum.

13. Quia miſericordia Tua magna (*eſt*) ſuper me; & eripuiſti animam meam ex inferno imo.

14. DEus, ſuperbi ſurrexerunt contra me, & cœtus violentorum quæſiverunt animam meam, nec poſuerunt Te coram ſe.

15. Tu verò, ADONAI, DEus (*es*) [b] miſericors & gratioſus; tardus ad iram, ac magnus miſericordia & veritate.

b) *Exod 34,6. Pſ. 145,8*

16. Reſpice (*ergò*) ad me, & miſerere mei, da robur Tuum ſervo Tuo; & ſerva filium ancillæ Tuæ.

17. Fac mecum ſignum in bonum, ut videant oſores mei, & pudefiant, quod Tu JEHOVAH adjuveris me, & conſolatus ſis me.

PSALM. XXCVII.

Pſalmus hic Spiritualis Hieroſolyma gloriam celebrat. Eſt q; in eo I. Pſalmiſta ad Zijonem alloquium. à v.1. II. Jehova facta Zijoni de novo Teſtamento promiſſio. v.4. III. Laudum Zijonis à fidelibus celebratio. à v.5.

FIlliis (*Filiorum*) Korachi; Pſalmus; Canticum. O fundata ab eo (*Jehovah*) in montibus ſanctitatis.

2. Amans (*eſt*) JEHOVAH portas Zijonis, præ omnibus habitaculis Jacobi.

3. Gloriosa prædicanda (*ſunt*) in Te, ô urbs DEI, Selah.

4. Memorabo [a] Rahabam & Babel inter cognoſcentes me: imò Philiſthæam, & Tyrum, cum Æthiopia; qui natus ibi.

Eſa. 30,7.

5. Unde Zijoni dicetur; Vir, & vir natus in ea, & ille, Altiſſimus, firmabit eam.

6. JEHOVAH numerabit in deſcribendo populos; Hic natus ibi, Selah.

7. Et cantantes (*erunt*) ſicut tripudiantes (*dicendo:*) Omnes fontes mei in te (*ſunt.*)

PSALM. XXCIIX.

Propheta Pſalmus hic de Chriſto: ſed valdè triſtis. Eſt namq; I. in eo, Oratio Chriſti pro precum continuatarum non differenda exauditione. à v.2. II. Precum inſtantia. à v.14.

CAnticum; Pſalmus; Filiis (*Filiorum*) Korachi; Præfecto Muſices ſuper (*inſtrumento*) Machalath, ad mutuò reſpondendum: Didacticum, Hemani Eſrachitæ.

2. JEHOVAH, DEus ſalutis meæ, interdiu clamavi, (&) in nocte coram Te.

3. Veniat ante Te oratio mea; inclina aurem Tuam ad clamorem meum.

4. Quoniam ſaturata eſt anima mea malis: & vitæ meæ ad infernum pertigerunt.

5. Reputatus ſum cum deſcendentibus in foveam; factus ſum ſicut vir, (*cui*) non (*eſt*) robur.

6. (*Reputatus inquam ſum*) inter mortuos neglectus; ſicut confoſſi, cubantes in ſepulchro: quorum non meminiſti amplius; quique à manu Tua exciſi ſunt.

7. Poſuiſti me in fovea inferiorum; in tenebris, in profunditatibus.

8. Super me incubuit excandeſcentia Tua; & omnes fluctus Tuos inflixiſti (*mihi,*) Selah.

9. Procul abeſſe feciſti notos meos à me; poſuiſti me abominationes illis: clauſus (*ſum,*) neque exeo.

10. Oculus meus indoluit, præ miſeria; (*ideò*) clamavi ad Te, ô JEHOVAH, in omni die; expandi ad Te manus meas.

11. Num mortuis facies miraculum? num [a] Rephaim (*mortui*) ſurgent, (&) confitebuntur Tibi, Selah?

a) *Pſ. 6,6*

12. Num enarrabitur in ſepulchro miſericordia Tua; (&) veritas Tua in perditione?

13. Num nota fiet in tenebris mirabilitas Tua; & juſtitia Tua in terra oblivionis.

14. Atqui ego ad Te, ô JEHOVAH, clamavi; & mane oratio mea prævenit Te.

15. Quare

15. Quare (*ergò*) ô JEHOVAH, deseres animam meam? abscondes facies Tuas a me?

16. Miser (*sum*) ego & suspirans præ excussione: portavi terrores Tuos, (*adeò ut*) dubius sim (*de me.*)

17. Super me transiverunt excandescentiæ Tuæ: terrores Tui exciderunt me (*propè totum.*)

18. Circumdederunt me sicut aquæ omni die: circumposuerunt se contra me simul.

19. Procul abegisti à me (*omnem*) amicum & socium: noti mei tenebræ sunt (*nusquam comparent.*)

PSALM. XXCIX.

Psalmus hic de Christo prophetat: cujus continet in acerbissima passione preces. Ubi notandum I. Precum Messiæ Fundamentum, scil. promissio Davidi olim facta. à v. 2. II. Ipsa Messiæ in passione preces. à v. 39.

MAskil (*seu Didascalicum*) Ethanis Esrachitæ.

2. Misericordias JEHOVÆ æternas canam: in generationem & generationem notam faciam veritatem Tuam ore meo.

3. Quoniam dixi; in æternum misericordia ædificabitur: in ipsis cœlis confirmabis veritatem Tuam.

a) 2. Sā. 7, 12 seq. Ps. 132, 11. 4. [a] Pepigi fœdus electo meo: juravi Davidi servo Meo.

5. In æternum usque firmabo semen tuum: & ædificabo in generationem & generationem thronum tuum, Selah.

6. Et confitebuntur cœli mirabile Tuum, ô JEHOVAH: etiam veritatem Tuam in congregatione Sanctorum.

7. Quis namque in cœlis comparabit se cum JEHOVAH: par erit JEHOVÆ in filiis Deorum?

8. DEus terribilis est in arcano sanctorum magno: & timendus super omnes circumsistentes Ipsum.

9. O JEHOVAH, DEus Zeoaoth, (*exercituum,*) quis sicut Tu fortis JAH: & veritas Tua in circuitibus Tuis (*est.*)

10. Tu dominaris in elationem maris: quum attollit fluctus suos, Tu quiescere facis eos.

11. Tu contrivisti sicut confossum (*unum*) Rahabam: per brachium roboris Tui dispersisti inimicos Tuos.

12. Tui (*sunt*) cœli, etiam Tua (*est*) terra; orbem & plenitudinem ejus Tu fundasti.

13. Septentrionem & dexteram (*plagam*) Tu creasti: Thabor, & Chermon per Nomen Tuum exultabunt.

14. Tibi (*est*) brachium cum virtute; fortis est manus Tua, exaltabitur dextra Tua.

15. Justitia & judicium (*sunt*) fulcrum throni Tui: misericordia & veritas consistent ante facies Tuas.

16. Beatus populus eorum, qui clangorem norunt: ô JEHOVAH, in luce faciei rum Tuarum ambulabunt.

17. In Nomine Tuo exultabunt omni die; & in justitia Tua exaltabuntur.

18. Quia decus fortitudinis eorum Tu (*es:*) & per beneplacitum Tuum exaltabis cornu nostrum.

19. Quoniam JEHOVÆ (*est*) scutum nostrum: & sancto Jistaëlis Rex noster.

20. Tunc locutus es in visione sancto Tuo, & dixisti; posui auxilium super potentem: exaltavi electum è populo.

b) 1. Sā. 16, 13. Act. 13, 22. 21. [b] Inveni Davidem servum Meum: oleo sanctitatis Meæ unxi eum.

22. Cum quo manus Mea firma erit: etiam brachium Meum corroborabit eum.

23. Non decipiet hostis eum: nec filius perversitatis affliget eum.

24. Contundam enim coram eo hostes ejus: & osores ejus percutiam.

25. Veritas autem Mea & misericordia Mea (*erit*) cum ipso: & in Nomine Meo exaltabitur cornu ejus.

26. Ponamque in mari manum ejus: & in fluviis dextram ejus.

27. Ille vocabit Me: Pater meus (*es*) Tu; DEus meus, & petra salutis meæ.

28. Etiam Ego primogenitum dabo eum: altum Regibus terræ.

29. In æternum servabo illi misericordiam Meam: & fœdus Meum stabile erit illi.

30. Po-

30. Ponamque in æternum semen ejus: & thronum ejus, sicut dies cœlorum.

31. Si deserent filii ejus legem Meam: & in judiciis Meis non ambulabunt.

32. Si statuta Mea profanabunt; & præcepta Mea non servabunt.

33. Tum visitabo virga prævaricationem eorum; & plagis iniquitatem eorum.

34. Misericordiam tamen Meam non irritam reddam à cum ipso: neque mendacem faciam veritatem Meam.

35. Non profanabo fœdus Meum: & pronunciatum labiorum Meorum non mutabo.

36. Semel juravi per Sanctitatem Meam; si Davidi mentiar.

c) 2. Sā. 7, 16. Ps. 72, 17 Ioh. 12, 34. 37. [c] Semen ejus in æternum erit: & thronus ejus sicut Sol coram Me.

38. Sicut Luna firmus erit in æternum; & (*sicut*) testis [d] in nubibus fidelis, Selah.

d) Gen. 9, 13 seq. 39. Atqui Tu dereliquisti, & repudiasti: & iram exerces cum uncto Tuo.

40. Detestatus es fœdus servi Tui: profanasti in terram usque coronam ejus.

41. Diruisti omnes macerias ejus: posuisti munitiones ejus in horrorem.

42. Spoliarunt eum omnes transeuntes in via: factus est opprobrium vicinis suis.

43. Exaltasti dextram inimicorum ejus: gaudere fecisti omnes hostes ejus.

44. Etiam reverti facis aciem gladii ejus: & non consistere fecisti eum in bello.

45. Cessare fecisti puritatem ejus: & thronum ejus in terram projecisti.

46. Abrupisti dies juventutis ejus: operuisti eum pudore, Selah.

47. Quousque, ô JEHOVAH, abscondes TE in perpetuum? ardebit sicut ignis excandescentia TUA?

48. Memento, ego cur brevissimi temporis (*futurus*) quare frustra creaveris omnes filios hominis?

49. Quis vir vivet, & non videbit mortem? eripiet animam suam è manu inferni? Selah.

50. Ubi (*sunt*) misericordiæ TUÆ priores, Domine? juraisti Davidi in veritate TUA?

51. Memento, Domine, opprobrii servorum TUORUM: portare mei in sinu meo omnes magnos populos.

52. Quia ignominia afficiunt hostes TUI, ô JEHOVAH: quia ignominia afficiunt vestigia uncti TUI.

53. Benedictus JEHOVAH in æternum. Amen, Amen.

PSALM. XC.

Moses, Vir DEI, deplorat I. vitæ humanæ miseriam & brevitatem comparatione cum DEI æternitate. à v. 1. Causam ejus II. ostendit esse peccatum hominis, & ob id DEI iram promeritam. à v. 7. Precatur III. piis servis rei hujus intelligentiam, misericordiam & vitæ directionem. à v. 12.

PRecatio; Moses, viri DEI. ADONAI, habitaculum TU fuisti nobis, in generatione & generatione.

2. Antequam montes nati sunt, & formata est terra & orbis; & ab æterno usque in æternum TU (*es*) DEus.

3. Redigis hominem ad contritum usque, dicisque; revertimini, filii hominis.

4. Nam mille anni in oculis TUIS (*sunt*) sicut dies hesternus, quum transiit, & (*sicut*) custodia in nocte.

5. (*Quando*) inundas eos, (*sicut*) somnus erunt; sub auroram, sicut gramen transit.

6. Sub auroram florebit, & transibit; sub vesperam resecabit, ut exarescat.

7. Consumti enim sumus in ira TUA, & in excandescentia TUA conturbati sumus.

8. Posuisti iniquitates nostras coram TE; occultum nostrum in lucem facierum TUARUM.

9. Omnes namque dies nostri abierunt in ira TUA: consumsimus annos nostros sicut sermonem.

a) Sir. 41, 1. 10. Quantum ad dies [a] annorum nostrorum; in iis (*sunt*) septuaginta anni; & si in extensionibus (*fuerint,*) octoginta anni: & excellentia eorum labor & miseria; nam excinditur citò, ita ut avolemus

11. Quis

11. Quis scit vehementiam iræ Tuæ? & juxta timorem Tui (*an est*) ira Tua?

12. Ad numerandum dies nostros, rectum notifica (*nobis*;) ut induamus cor sapientiæ.

13. (*Dicamus ergò*:) Revertere JEHOVAH, (*ab ira*;) quousque (*enim iraſceris?*) & pœniteat Te super servis Tuis.

14. Satura nos sub auroram misericordia Tua: ut jubilemus & gaudeamus omnibus diebus nostris.

15. Lætifica nos juxta dies, (*quibus*) afflixisti nos; (*juxta*) annos, (*quibus*) vidimus malum.

16. Ostendatur servis Tuis opus Tuum; & honor Tuus super filios eorum.

17. Sitque suavitas ADONAI DEI nostri super nobis; & opus manuum nostrarum dirige super nobis; opus, inquam, manuum nostrarum, hoc dirige.

PSALM. XCI.

Excitat Psalmista ad confidentiam in DEO, tanquam refugio. Ita ut promittat ejusmodi homini. I. Liberationem DEI tempore pestis. à v. 3. II. Vindictam de hostibus. v. 8. III. Liberationem ab omni plaga per tutelam Angelorum. à v. 10. IV. à malis bestiis. v. 13. Ipsam V. DEI gratiam & salutem. à v. 14.

QUi sedet in latibulo Altissimi; in umbra Fulminatoris permanet:

2 Dicens (*erit*) JEHOVÆ, ô refugium meum, & propugnaculum meum; DEUS mi, in quo confido.

3. Nam Ille liberabit te à laqueo aucupis; à peste perditionum.

4. Sub ala Sua obteget te; & sub alis Ejus confides: clypeus & parma (*erit*) veritas Ejus.

5. Non timebis tibi à pavore noctis; à telo, (*quod*) volat interdiu:

6. A peste, (*que*) in caligine serpit; à morte, (*que*) vastat in meridie.

7. Cadent à latere tuo mille; & myrias à dextra tua; ad te (*tamen*) non appropinquabit.

8. Quin oculis tuis spectabis, & retributionem impiorum videbis.

9. Quia (*inquies*) Tu JEHOVAH (*es*) refugium meum, Altissimum posuisti habitaculum tuum.

10. Non incurret in te malum; & plaga non appropinquabit ad tentorium tuum.

11. Nam [a] Angelis suis præcipit de te, ad custodiendum te in omnibus viis tuis: a) *Matt. 4, 6. Luc. 4 10.*

12. (*Qui*) super manibus portabunt te; ne forte impingas in lapidem pedem tuum.

13. Super leonem & aspidem calcabis; conculcabis leonem juvenem & draconem.

14. Quia (*inquiet Jehovah,*) Me desiderat, eripiam eum: exaltabo eum, quia novit Nomen Meum.

15. Invocavit Me, ideò respondebo illi; cum eo Ego (*ero*) in angustia; eripiam eum, & honorem dabo ei.

16. Longitudine vitæ saturabo eum: & ostendam ei salutem Meam.

PSALM. XCII.

Commendat hic Psalmus I. Confessionem fidelem, quæ Jehovæ sit, tum voce tum instrumentis musicis. à v. 2. Et quidem II. ex agnitione beneficiorum & operum Jehovæ: quæ stulti non intelligunt. à v. 5. Qui propterea III. citò perduntur à DEO, tanquam hostes Ejus. à v. 8. Cum IV. pij & justi semper floreant & prosperentur. à v. 11.

PSalmus; Canticum; in diem Sabbathi.

2. Bonum (*est*) confiteri JEHOVÆ; & canere Nomini Tuo, Altissime.

3. Annuntiare sub auroram misericordiam Tuam; & veritatem Tuam in noctibus.

4. Super decachordo, & super nablio; super Higgajon in cithara.

5. Nam lætificasti me, JEHOVAH, opere Tuo; ob opera manuum Tuarum jubilabo.

6. Quam magna sunt opera Tua, JEHOVAH! valdè profundæ sunt cogitationes Tuæ.

7. Vir stolidus non agnoscit; & stultus non intelligit hoc:

8. Quum germinant impii sicut herba, & florent omnes operantes iniquitatem:

(*sit hoc*) ad perdendum eos in æternum usque.

9. Tu autem in alto (*manes*) in æternum JEHOVAH.

10. Nam, ecce, hostes Tui, ô JEHOVAH; nam, ecce, hostes Tui peribunt; disjicientur omnes operantes iniquitatem.

11. Exaltabis autem sicut Monocerotis cornu meum, consenescam in oleo vitidi.

12. Videbitque oculus meus hostes meos; de insurgentibus contra me malis audient aures meæ (*grata*.)

13. Justus sicut palma florebit; sicut cedrus in Libano crescet.

14. Plantati (*erunt*) in domo JEHOVÆ; in atriis DEI nostri germinabunt.

15. Adhuc proventum habebunt in senio; pingues & virides erunt;

16. Ad annuntiandum, quod rectus (*sit*) JEHOVAH, petra mea, & perversitas non in Eo.

PSALM. XCIII.

Psalmus hic Propheticus est de Messia seu Christo & regno Ejus. In quo est I. Regni Messiæ seu Christi commendatio & laudes. à v. 1. II. Mundi contra Regnum Ejus tumultus & bellum vanum. à v. 3.

JEHOVAH regnavit; Majestatem induit; induit JEHOVAH robur; (*quo*) accinxit Se: (*unde*) etiam stabilietur orbis, nec dimovebitur.

2. Firmatus est thronus Tuus ex tunc: ab æterno Tu (*es.*)

3. Sustulerunt (*quidem*) flumina, ô JEHOVAH, sustulerunt flumina vocem suam; sustulerunt flumina fragorem suum.

4. (*Sed*) præ vocibus aquarum multarum, (*&*) magnificarum; (*præ*) fluctibus maris, magnificus (*est*) in alto JEHOVAH.

5. Testimonia Tua stabilita sunt valdè; domui Tuæ pulchra est Sanctitas: JEHOVAH (*manet in eâ*) in longitudinem dierum.

PSALM. XCIV.

Precatio est contra homines impios & superbos. In qua I. DEUS Jehovah excitatur ad vindictam de illis à v. 1. II. Impia eorum opera describuntur. à v. 4. Stultitia III. eorum redarguitur. à v. 8. At IV. Beatus prædicatur vir, qui à Domino castigatur. à v. 12. V. Laudatur auxilium DEI contra impios præstitum. à v. 16.

DEus [a] Ultionum, JEHOVAH; DEus ultionum, effulge. a) *Deut. 32, 35. Rom. 12, 19.*

2. Extolle Te, Judex terræ; redde retributionem super superbos.

3. Quo usque impii, ô JEHOVAH; quousque impii exultabunt?

4. Eructant (*enim*) loquuntur durum; gloriantur omnes operantes iniquitatem.

5. Populum Tuum, JEHOVAH, conterunt: & hereditatem Tuam affligunt.

6. Viduam & peregrinum occidunt; & pupillos intersiciunt.

7. Tamen dicunt; Non videbit JAH; neque intelliget DEUS Jacobi.

8. Intelligite, stolidi in populo; & stulti, quando sapietis?

9. Qui plantat aurem, nonne audiet? si (*est*) formans oculum, num non spectabit?

10. Num qui castigat gentes, num (*inquam*) non corripiet? qui docet hominem scientiam.

11. JEHOVAH (*est*) [b] sciens cogitationes hominis, quod hæ (*sint*) vanitas. b) *1. Cor. 3, 20.*

12. [c] Beatus vir, quem castigas, JAH; & ex lege Tua informas eum. c) *Psal. 119, 71. Prov. 3, 12.*

13. Ad dandum quietem illi à diebus mali: donec effodiatur malo fovea.

14. Non enim deseret JEHOVAH populum suum, & hereditatem suam non derelinquet.

15. Quia ad justitiam redibit judicium; & post illud (*erunt*) omnes recti corde.

16. Quis stabit mihi contra malos? quis consistet mihi contra operantes iniquitatem?

17. Nisi JEHOVAH (*fuisset*) auxilium mihi; parum (*abfuisset, quin*) habitasset (*in*) silentio anima mea.

18. (*At*) si dixi; vacillat pes meus; misericordia Tua, JEHOVAH, suffulcivit me.

19. In multitudine dubitationis meæ in medio mei, consolationes Tuæ oblectarunt animum meum.

20. Num associabitur Tibi thronus perditio-

perditionum? fingens, (*qui*) laborat contra statutum?

21. (*Qui*) conglomerant se contra animam justi; & sanguinem innocentem condemnant.

22. Sed factus est JEHOVAH mihi in refugium; & DEus meus in petram fiduciæ meæ.

23. Rettribuetque illis iniquitatem illorum; & ob malitiam eorum excindet eos: excindet eos JEHOVAH DEus noster.

PSALM. XCV.

Tsalmus hic concio est de Christo, in primo ipsius in carnem adventu, considerato. In quâ est I. Adhortatio ad fidem in Christum humilem. à v. 1. II. Ab incredulitate dehortatio. à v. 7. med.

ITe, cantabimus JEHOVÆ: jubilabimus petræ salutis nostræ.

2. Veniemus ante facies Ejus in confessione: cum canticis jubilabimus Illi.

3. Quia DEus magnus (*est*) JEHOVAH; & Rex magnus super omnes Deos.

4. In Cujus manu (*sunt*) pervestigationes terræ: & robora montium Ipsius (*sunt.*)

5. Cujus (*est*) mare, & Ipse fecit illud: & aridum manus Ejus formarunt.

6. Venite, incurvabimus nos, & humiliabimus nos, & genua flectemus coram JEHOVAH, factore nostro.

a) *Psal. 100, 3.* 7. Quia [a] Ille (*est*) DEus noster, & nos populus pascui Ejus, & grex manus Ejus: hodiè, si vocem ejus audiveritis:

8. Ne obdurate convestrum, sicut (*in*) Meribah, (*i.e. loco contentionis*) sicut (*in*) die Massæ (*i.e. loci tentationis*) in deserto.

b) *Exod 7, 2. 7. Numer. 14, 22. Heb. 3, 17. 41.* 9. Ubi tentarunt [b] Me patres vestri; probarunt Me; (*sed*) etiam viderunt opus Meum.

10. Quadraginta (*enim*) annos fastidivi in generatione, dixique: populus (*sunt*) errantes corde, iidemque non cognoverunt vias Meas.

11. Quibus juravi in ira Mea; si venient ad requiem Meam.

PSALM. XCVI.

Tsalmus hic Propheticus hortatur tam Judæos, quàm gentiles ad dignam Christi in adventu Ejus exceptionem & obedientiam. Hortatur, inquam I. ad dignam Christi in adventu exceptionem. à v. 1. Et II. ad obedientiam & submissionem sub regnum Christi à v. 10.

CAntate JEHOVÆ canticum novum; cantate JEHOVÆ omnis terra.

2. Cantate JEHOVÆ, benedicite Nomini Ejus: Evangelizate de die in diem salutem Ejus.

3. Enumerate in gentibus gloriam Ejus; inter omnes populos mirabilia Ejus.

4. Quia magnus (*est*) [a] JEHOVAH & collaudatus valdè: timendus Ille super omnes deos. a) *Sir. 43, 32.*

5. Quia omnes dii populorum vanitates (*sunt:*) at JEHOVAH cœlos fecit.

6. Gloria & honor coram Ipso (*est:*) robur & decor in Sanctuario Ejus.

7. Date (*itaq;*) [b] JEHOVÆ, o familiæ populorum; date JEHOVÆ gloriam & robur. b) *Psal. 29, 1. seq.*

8. Date JEHOVÆ gloriam Nominis Ejus: ferte munus, & venite in atria Ejus.

9. Adorate JEHOVAM in decore Sanctitatis; timete coram Eo omnis terra.

10. Dicite inter gentes; JEHOVAH reguavit; etiam orbis stabilietur, nec dimovebitur: judicabit populos in rectitudinibus.

11. Lætabuntur cœli, & gaudebit terra; commovebit se mare & plenitudo ejus.

12. Exultabit ager, & omne, quod in eo; tunc cantabunt omnia ligna silvæ.

13. Coram JEHOVAH, quia [c] venit; quia venit ad judicandum terram; judicabit orbem in justitia; & populos in veritate Sua. c) *Esa. 2, 4. 13, 14.*

PSALM. XCVII.

Tsalmus hic de Christo Propheticus habet. I. Nuntium propheticum de præsentia Jehova Messiæ. à v. 1. II. Messiæ adventûs officium Propheticum. à v. 3. III. Jehova Messiæ celebrationem. à v. 8. IV. Adhortationem ad fideles Messiæ. à v. 10.

JEHOVAH reguavit: (*idèo*) exultabit terra; (&) gaudebunt insulæ multæ.

2. Nubes & caligo (*sunt*) circa Ipsum: justitia & judicium (*sunt*) fulcrum throni Ejus.

3. Ignis coram Ipso ibit; & inflammabit circumcirca hostes Ejus.

4. Illustrabunt fulgura Ejus orbem: (*quod*) videbit, & timebit terra.

5. Montes sicut cera liquefient coram JEHOVAH; coram Domino totius terræ.

6. Annuntiabunt cœli justitiam Ejus: & videbunt omnes populi gloriam Ejus.

7. Pudefient omnes colentes sculptile; gloriantes de vanitatibus: adorate Ipsum omnes dii.

8. Audivit & lætata est Zijon, & exultarunt filiæ Jehudæ, propter judicia Tua, ô JEHOVAH.

9. Quia Tu, ô JEHOVAH, (*es*) altus super omnem terram, valdè exaltatus es super omnes deos.

10. Amantes JEHOVÆ [c] odio habete malum, custodientis animas Sanctorum Suorum: è manu impiorum eripiet eos. c) *Am. 5, 15. Psm. 12, 3.*

11. Lux seminata est Justo: & rectis corde lætitia.

12. Gaudete justi in JEHOVAH; & confitemini memoriæ Sanctitatis Ejus.

PSALM. XCIIX.

Tsalmus hic ejusdem cum præcedenti argumenti est de Christo. Est q; in eo I. Adhortatio ad canendum generalis. à v. 1. II. Adhortatio specialis de modo cantandi. à v. 4. III. Adhortatio specialis, describens Cantores. à v. 5.

PSalmus; Cantate JEHOVÆ Canticum novum; quia mirabilia fecit: salvum fecit Ipsum dextera Ipsius, & brachium Sanctitatis Ipsius.

2. Noram fecit JEHOVAH salutem suam: coram oculis gentium revelavit justitiam Suam. a) *Esa. 52, 10.*

3. Recordatus est misericordiæ Suæ & veritatis Suæ domui Jisraëlis: viderunt omnes fines terræ salutem DEI nostri.

4. Clangite JEHOVÆ omnis terra; personate, & jubilate, & cantate.

5. Cantate JEHOVÆ cithatâ: cithara & voce cantus.

6. Tubis, & voce buccinæ: clangite coram Rege JEHOVAH.

7. Sonitum edat mare, & plenitudo ejus: orbis, & habitantes in eo.

8. Flumina plaudant manu: una montes jubilent.

9. Coram JEHOVAH, quia venit ad judicandum terram: judicabit orbem in justitia, & populos in rectitudinibus.

PSALM. XCIX.

His etiam Tsalmus propheticus est de Novo Testamento. Habet autem I. Concionem Evangelicam de Christo & regno Ejus. à v. 1. II. Adhortationem ad obedientiam, laudem & preces Jehova Messiæ fundendas. à v. 5.

JEHOVAH regnavit; commovebuntur populi: insidens Cherubim (*Rex factus est;*) nutabit terra.

2. JEHOVAH in Zijone magnus: & Altus Ille super omnes populos.

3. Qui confitebuntur Nomen Tuum magnum & formidabile; (*quia*) Sanctum Illud.

4. Et robur Regis, Judicium amavit; Tu fundasti rectitudines: judicium & justitiam in Jacobo Tu fecisti.

5. Exaltate JEHOVAM DEUM nostrum; & adorate (*Eum*) versus scabellum pedum Ejus: (*quia*) sanctus Ille.

6. (*Sicut*) Moses, & Aharon inter Sacerdotes ejus, & Samuel inter invocantes nomen ejus: clamarunt (*enim*) ad JEHOVAM; & Hic exaudivit eos.

7. In columna nubis locutus est ad eos: servarunt testimonia Ejus, & statutum, (*quod*) dedit eis

8. JEHOVAH, DEus noster, (*dicentes,*) Tu exaudivisti illos; DEus remittens peccata fuisti illis, & ultor de factis eorum.

9. Exaltate (*itaq;*) JEHOVAM, DEUM nostrum; & adorate (*Eum*) versus montem Sanctitatis Ejus; quia sanctus JEHOVA DEus noster.

PSALM. C.

Tsalmus hic ita de Christo prophetat, ut duplicem habeat adhortationem. Unam I. totius terræ, Judæorum & gentilium ad fidem in Christum, gaudium & cultum. à v. 1. Alteram II. eo tendentem ad imperandum per portas Messiæ, confessionem & benedictionem Ejus. à v. 4.

PSalmus; in confessionem. Jubilate JEHOVÆ, omnis terra.

2. Servite JEHOVÆ in lætitia: venite ante Illum in cantu.

3. Agnoscite, quod JEHOVAH, Ille (*inquam*) sit DEUS: Ille (*enim*) fecit nos, & non nos (*ipsi,*) populum Suum, & gregem pascui Sui. (*Vel juxta Keri;*) Ideo ipsius nos (*sumus,*) populus Ejus, & grex pascui Ejus.

4. (*Quare*) intrate per portas Ejus in confessione: (*per*) atria Ejus in laude: confitemini Ipsi, benedicite Nomini Ejus.

5. Quia bonus (*est*) JEHOVAH; in æternum (*est*) misericordia Ejus; & usque in generationem & generationem veritas Ejus.

PSALM. CI.

Habetur in hoc Psalmo, ad exemplum Davidis, Aulæ egregij Principis constitutio. Ubi I. qualis Rex & Princeps ipse esse debeat. à v. 1. II. Qualis Ipsius Aulici & ministri. à v. 4. III. Quale regimen. v. 8.

DAvidis; Psalmus. Misericordiam & judicium canam; Tibi JEHOVAH, psallam.

2. Informabo in via integrum: quousque venies ad me? ambulabo in integritate cordis mei in medio domus meæ.

3. Non ponam ante oculos meos verbum Belialis; facere declinationes odi; non adhærebit mihi.

4. Cor perversum recedet à me; malum non agnosco.

5. Calumniantem in occulto socium suum, hunc (*inquam*) excindam; altum oculis, & latum corde, hunc (*inquam*) non sustinebo.

6. Oculi mei (*sunt*) erga fideles terræ, ut sedeant mecum: ambulans in via integri, hic ministrabit mihi.

7. Non sedebit in medio domus meæ, faciens dolum; loquens mendacia, non consistet coram oculis meis.

8. Sub auroras excindam omnes impios terræ ad excidendum ex urbe JEHOVÆ omnes operantes iniquitatem.

PSALM. CII.

Psalmus hic aliàs inter Pœnitentiales numeratus, simul egregiam de Christo & Novo Testamento prophetiam continet. Et utendum in eo est. I. Titulus. v. 1. II. Preces miseri. à v. 2. III. Solatium sub miseria. à v. 13. IV. Miseri in patientia ex solatio confirmatio. à v. 24.

PRecatio; pro misero, quando deficit, & coram JEHOVAH effundere vult lamentationem suam.

2. JEHOVAH audi precationem meam, & clamor meus ad Te veniat.

3. Ne abscondas facies Tuas à me, *in* die, quo angustia mihi (*est:*) sed inclina ad me aurem Tuam; (&) in die, quo clamo, festina (*ac*) responde mihi.

4. Quoniam consumti sunt sicut fumus dies mei, & ossa mea sicut titio combusta sunt.

5. Percussum est sicut herba, & exaruit cor meum: nam oblitus sum comedere panem meum.

6. Præ voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

7. Similis factus sum plateæ deserti: factus sum sicut bubo vastitatum.

8. Vigilavi, & factus sum, sicut avis solitaria super tecto.

9. Toto die ignominia afficiunt me hostes mei; insanientes contra me per me jurant.

10. Quoniam cinerem, sicut panem, comedi; & potus meos cum lachrymis miscui.

11. Propter indignationem & iram Tuam: quia extulisti me, & projecisti me.

12. Dies mei (*sunt*) sicut [a] umbra inclinata: & ego sicut herba exaresco. a) *Psal. 144. 4.*

13. Tu autem, ô JEHOVAH, in æternum permanebis, & memoria Tua in generationem & generationem.

14. Tu surges (&) miserebetis Zijonis: quia tempus ad miserandum eam, nam venit tempus statutum.

15. Quia desiderant servi Tui lapides ejus, & pulverem ejus miserantur (*gratum habituri sunt.*)

16. Ut timeant gentes Nomen JEHOVÆ, & omnes Reges terræ gloriam Tuam.

17. Quod ædificaverit JEHOVAH Zijonem; (&) apparuerit in gloria Sua.

18. Respexerit ad precationem solitarii; & non contemserit precationem eorum.

19. Scribetur hoc in generationem posteriorem: & populus, qui creabitur, laudabit JAH (*Jehovam.*)

20. Quod prospexerit ex alto sanctitatis Suæ; JEHOVAH è cœlis ad terram respexerit.

21. Ad audiendum gemitum vincti; ad aperiendum filios mortis:

22. Ad annuntiandum in Zijone Nomen JEHOVÆ; & laudem Ejus in Hierosolyma.

23. Quando congregabuntur populi unà; & regna ad serviendum JEHOVÆ.

24. Afflixit in via vires meas; abbreviavit dies meos.

25. Dico, DEUS mi, ne auferas me in dimidio dierum meorum. In generatione generationum anni tui.

b) *Ebr. 1, 10.* 26. Antea terram fundasti; & [b] opus manuum Tuarum (*sunt*) cœli.

27. Illi peribunt; sed Tu perstabis; & omnes sicut vestis veterascent: sicut vestem mutabis eos, & mutabuntur.

28. Tu autem idem (*es*) & anni Tui non consumuntur.

29. Filii servorum Tuorum habitabunt; & semen eorum coram Te stabilietur.

PSALM. CIII.

Psalmus hic est canticum Eucharisticum. In quo I. homo pius & fidelis DEO pro beneficijs animæ suæ exhibitis gratias agit. à v. 1. II. Misericordiam DEI multam & paternam celebrat. à v. 8. III. Hominum brevitatem & Misericordiæ DEI æternitatem admiratur. à v. 14. IV. Ad benedicendum Jehova cœlum & terram excitat. à v. 19.

DAvidis. Benedic, anima mea, JEHOVÆ: & omnia viscera mea Nomini Sanctitatis Ejus.

2. Benedic, anima mea, JEHOVÆ; & ne obliviscere omnes retributiones Ejus.

3. Qui condonat omnem iniquitatem tuam: qui sanat omnes infirmitates tuas.

4. Qui redimit à fovea vitam Tuam: qui coronat te misericordia & miserationibus.

5. Qui saturat bono os tuum; ut renoveris sicut aquila pueritiâ suâ.

6. Faciens (*est*) justitias, JEHOVAH; & judicia omnibus oppressis.

7. Notas fecit vias suas Mosi; filiis Israëlis opera sua.

8. [a] Misericors & gratiosus (*est*) JEHOVAH, tardus ad iram, & magnus misericordia. a) *Exod. 34, 6. Numer. 14, 18. Psal. 86, 5. 145, 8.*

9. Non in æternum litigabit, & non in æternum servabit (*iram.*)

10. Non secundum peccata nostra fecit nobis; & non secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

11. Sed juxta altitudinem cœlorum super terram; invalescit misericordia Ejus super timentes Ipsum.

12. Juxta abesse orientis ab occidente, abesse fecit à nobis prævaricationes nostras.

13. Sicut miseratur pater filios suos, miseratur JEHOVAH timentes Ipsum.

14. Ille enim novit figmentum nostrum; memor (*est,*) quod pulvis nos.

15. Hominem (*enim quod attinet:*) sicut [b] graminis (*sunt*) dies ejus; sicut flos agri sic floret. b) *Esa. 40, 6. 7.*

16. Quando ventus transit super eum, non (*est*) ille; & non agnoscit eum amplius locus ejus.

17. At misericordia JEHOVÆ (*est*) ab æterno in æternum usque super timentes Ipsum; & justitia Ejus in filios filiorum:

18. Custodientibus fœdus Ipsius, & recordantibus præcepta Ejus, ad faciendum ea.

19. JEHOVAH in cœlis firmavit thronum Suum; & regnum Ejus in omnia dominatur.

20. Benedicite (*ergò*) JEHOVÆ Angeli Ipsius; potentes robore, facientes verbum Ipsius, obediendo voci verbi Ipsius.

21. Benedicite JEHOVÆ omnes exercitus Ejus; ministri Ipsius, facientes [c] voluntatem Ipsius. c) *Dan. 7. 10.*

22. Benedicite JEHOVÆ omnia opera Ipsius, in omnibus locis dominii Ipsius; benedic anima mea JEHOVÆ.

PSALM. CIV.

Canticum laudis Jehovæ est Psalmus hic, Quo I. opus Creationis rerum graphicè describitur & celebratur. à v. 1. II. Providentia DEI mira decantatur:

quæ conservantur & disponuntur, tum (1.) quæ super terra; à v. 10. tum (2.) quæ in mari vivunt, & versantur: à v. 25. Propter quæ III. gloria DEO danda in æternum. à v. 31.

BEnedic anima mea JEHOVÆ; DEus mi, magnus es valdè, gloriam & honorem induisti.

2. Qui operit Seluce, quasi veste; extendit cœlos, sicut cortinam.

3. Contignans (*est*) aquis triclinia Sua; ponit nubes currum Suum; ambulat super alis venti.

a) *Hebr. 1, 7.* 4. Facit Angelos Suos Spiritus; ministros Suos ignem flammantem.

5. Fundavit terram super basibus ejus; ut non dimoveatur (*in*) æternum & perpetuum.

6. Abyssus (*est*) sicut vestis, qua obvelasti Te: super montibus stant aquæ.

7. Ab increpatione Tua fugiunt; à voce tonitru Tui protipiunt se.

8. Ascendunt montes, descendunt valles, ad locum, quem fundasti illis.

b) *Iob. 38, 13.* 9. [b] Limitem posuisti, (*quem*) non transeunt; non revertuntur ad obtegendum terram.

10. Qui emittit fontes in fluvios, (*ut*) inter montes eant.

11. Potum præbent omni feræ agrorum; frangunt onagri (*iis*) sitim suam.

12. Juxta illos avis cœlorum habitat; ab inter ramos edunt vocem.

13. Qui irrigat montes de conclavibus suis; de fructu operum Tuorum saturatur terra.

c) *Psal. 147, 8.* 14. Qui [c] germinare facit gramen bestiæ, & herbam in ministerium hominis, ad educendum panem è terra.

d) *Iud. 9, 13. Sir. 40, 20.* 15. Et [d] vinum lætificat cor hominis; (*est*) ad exhilarandum facies oleo, & panis cor hominis fulcit.

16. Saturantur ligna JEHOVÆ; cedri Libani, quas plantavit.

17. Ubi (*sunt*) aves, quæ nidificant; ciconia, cujus in abietibus domus.

18. Montes alti (*sunt*) capreis: petræ refugium cuniculis.

19. Fecit lunam pro festis statis; solem (*qui*) novit occasum suum.

20. Disponit tenebras, ut fiat nox; in qua prodit omnis fera silvæ.

21. Leones, rugientes ad prædam; & ad quærendum à DEO cibum.

22. (*Quando autem*) oritur Sol, colliguntur, & in habitaculis suis recubant.

23. (*Tum*) exit homo ad opus suum, & ad laborem suum usque ad vesperam.

24. Quam multa sunt opera Tua, JEHOVAH; (*quæ*) omnia in sapientia fecisti: plena est terra possessionibus Tuis.

25. (*Jam quod ad*) hoc mare magnum & latum spatiis: ibi (*est*) reptile, cui non (*est*) numerus; animalia parva cum magnis.

e) *Iob 40, 10.* 26. Ibi naves eunt; [e] Livjathan, quem formasti ad ludendum in eo.

f) *Psalt 145, 15.* 27. Omnia [f] Te expectant, ut des cibum eorum tempore suo.

Matth. 6, 26. 28. Das illis, (*quod*) colligant: aperis manum Tuam, (*&*) saturantur bono.

29. (*Quando*) abscondis facies Tuas, conturbantur; colligis spiritum eorum, expirant, & ad pulverem revertuntur.

30. Emittis Spiritum Tuum, creantur, & renovas faciem terræ.

31. Sit gloria JEHOVÆ in æternum; lætetur JEHOVAH operibus Suis.

32. Qui spectat terram, ut trepidet; tangit montes, ut fumigent.

33. Cantabo JEHOVÆ in vita mea; psallam DEO meo, dum adhuc sum.

34. Grata sit illi meditatio mea: ego (*autem*) gaudebo in JEHOVAH.

35. Consumantur peccatores de terra, ut impii amplius non (*sint.*) Benedic anima mea JEHOVÆ. Hallelujah.

PSALM. CV.

Psalmus etiam hic Canticum laudis Iehovæ est. In quo I. est excitatio prolixior ad confitendum, & laudandum Iehovam. à v. 1. II. Celebratio operum DEI, quæ sunt (1.) Fœdus DEI cum Abrahamo. à v. 7. (2.) Mira Patriarcharum in peregrinationibus eorum gubernatio. à v. 12. (3.) Eductio populi Israëlitici ex Ægypto. à v. 26. (4.) Deductio ejus per desertum in terram Canaan. à v. 39.

a) *1. Par. 16, 8. Es. 12, 4.* COnfitemini [a] JEHOVÆ; invocate Nomen Ejus: nota facite inter populos opera Ejus.

2. Cantate Illi, psallite Illi; meditamini in mirabilibus Ejus omnibus.

3. Gloriamini in Nomine sanctitatis Ejus; lætetur cor quærentium JEHOVAM.

4. Quærite JEHOVAM & robur Ejus; quærite facies Ejus jugiter.

5. Memorate mirabilia Ejus, quæ fecit; prodigia Ejus & judicia oris Ejus:

1 Chron. (: XVI. vers. 13 apud Hebræos.

6. Semen Abrahami, servi Ipsius; filii Jacobi, electi Ipsius.

7. Ille (*est*) JEHOVAH, DEus noster; in omni terra (*sunt*) judicia Ejus.

8. Memor fuit in æternum fœderis Sui; verbi, (*quod*) præcepit in mille generationes;

b) *Gen. 12, 7. 26, 4. 28, 13. Luc. 1, 73. Hebr. 6, 17.* 9. Quod [b] excidit cum Abrahamo; & juramenti, (*quod fecit*) Jischchako.

10. Constituitque illud Jacobo in statutum, Israëli in fœdus æternitatis:

11. Dicendo; Tibi dabo terram Canaanis, (*in*) funem hereditatis vestræ.

12. Cùm adhuc essent homines (*exigui*) numeri; sicut parum, & peregrinantes in eâ.

c) *Gen. 12, 1. 13, 18.* 13. [c] Iverunt (*enim*) de gente ad gentem; de regno ad populum alium.

d) *Gen. 20, 3. 7.* 14. Non (*tamen*) permisit homini opprimere eos: sed [d] redarguit Reges propter illos.

15. (*Dixit;*) ne tangite Unctos Meos; & propheris Meis ne facite malum.

16. Postea vocavit famem super terram; omnem baculum panis fregit.

e) *Gen. 37, 28.* 17. Misit ante eos virum: in servum venditus est Josephus.

f) *Gen. 39, 20.* 18. [f] Afflixerunt in compede pedem ejus; in ferrum venit anima ejus.

19. Usque ad tempus, quo veniret verbum ejus; sermo JEHOVÆ probavit eum.

g) *Gen. 41, 14. 41.* 20. (*Tum*) misit Rex, & [g] solvit eum; dominator gentium aperuit eum.

21. Posuit eum dominum domui suæ; & dominantem in omnem possessionem suam:

22. Ad vinciendum principes ipsius juxta arbitrium suum, & Seniores ipsius ut erudiret.

Gen. 45, 6. 23. Tunc venit [h] Israël in Ægyptum; & Jacobus peregrinus factus est in terra Chami.

24. [i] Fructiferum autem fecit (*DEus*) populum Suum valdè; auxitque eum præ hostibus ejus.

i) *Exod. 1, 12. Act. 7, 17.*

25. (*Unde*) vertit cor eorum; ut [k] odio haberent populum Ipsius; [l] dolo uterentur contra servos Ipsius.

k) *Exod. 1, 13.* l) *Exod. 1, 10.*

26. (*Sed*) misit [m] Mosen servum Suum; Aharonem quem elegit.

m) *Exod. 3, 10.*

27. (*Qui*) posuerunt [n] inter eos verba signorum Ipsius, & prodigia in terra Chami.

n) *Exod. 7, 10.*

28. Misit (*enim*) [o] tenebras, & obtenebravit: nec rebellarunt contra verbum Ipsius.

o) *Exod. 10, 22.*

29. Vertit [p] aquas eorum in sanguinem; & occidit piscem eorum.

p) *Exod. 7, 20. Psal. 78, 45.*

30. Prorepere fecit terram eorum [q] ranas, in conclavibus Regum eorum.

q) *Exod. 8, 6.*

31. Dixit, ut veniret [r] colluvies; pediculi in omni termino eorum.

r) *Exod. 8, 17. 31. Psal. 78, 46.*

32. Dedit pluvias eorum [s] grandinem; ignem flammarum in terra eorum.

s) *Exod. 9, 25.*

33. Et percussit vitem eorum, & ficum eorum: & confregit arborem termini eorum.

34. Dixit, ut veniret [a] locusta, & bruchus, ut non (*esset*) numerus;

a) *Exod. 10, 14. Sap. 16, 9.*

35. Quæ comedit omnem herbam in terra eorum: & comedit fructum terræ eorum.

36. Percussitque omnem [b] primogenitum in terra eorum, præcipuum omnis roboris eorum.

b) *Exod. 12, 29.*

37. Tum eduxit eos [c] cum argento & auro, nec (*fuit*) in tribubus ipsius impingens.

c) *Exod. 12, 35.*

38. Lætata est Ægyptus, cùm exirent; quia ceciderat pavor eorum super illos.

39. Expandit [d] nubem in regumentum; & ignem ad illuminandum noctem.

d) *Exod. 13, 21. Ps. 78, 14.*

40. Petiit (*populus;*) & adduxit (*DEus*) [e] coturnicem; ac pane cœlorum saturavit eos.

e) *Exod. 16, 13.*

41. Aperuit [f] petram, ut effluerent aquæ; iverunt in siccitatibus (*sicut*) fluvius.

f) *Exod. 17, 6. Numer. 20, 11.*

42. Recordatus enim est verbi sanctitatis Suæ cum [g] Abrahamo servo Suo;

g) *Gen. 22, 16.*

43. Eduxit itaque populum Suum cum gaudio; cum jubilo electos Suos.

44. Deditque illis terras gentium, ut laborem populorum possiderent;

45. Ut servarent statuta Ipsius, & leges Ipsius custodirent. Halelujah.

PSALM. CVI.

Hic etiam Psalmus Canticum laudis Iehovæ est; inprimis quidem Misericordiæ & clementiæ erga populum Israël. Quam I. Psaltes sibi precatur. à v. 1. II. Confitetur peccata populi ingrati erga DEUM. à v. 6. (1.) in Ægypto. à v. 7. (2.) in deserto sapide. à v. 13. (3.) in terra Canaan. à v. 34. III. Quem ingratum non planè rejecit. à v. 44.

HAlelu Jah. Confitemini JEHOVÆ, quia bonus (*est*;) quia in æternum misericordia Ejus.

2. Quis eloquetur virtutes JEHOVÆ? audiri faciet omnem laudem Ejus?

3. Beati servantes judicium: faciens justitiam in omni tempore.

4. Memento mei, JEHOVAH, in beneplacito populi Tui: visita me in salute Tua.

5. Ut videam bonum electorum Tuorum; ut lætet in gaudio gentium Tuarum; ut glorier cum hereditate Tua.

a) *Dan. 9, 5. Judith. 7, 19.* 6. [a] Peccavimus cum patribus nostris, perversè egimus, impii fuimus.

7. Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia Tua; non recordati sunt magnitudinis misericordiarum Tuarum; sed rebellarunt juxta mare, ad mare Suph.

8. Servavit tamen eos propter Nomen Suum, ut ostenderet virtutem Suam:

b) *Exod. 14, 21.* 9. Dum [b] increpavit mare Suph, ut exiccaretur; duxitque eos per abyssos, sicut (*in*) deserto.

10. Ita servavit eos è manu osoris, & redemit eos è manu hostis.

c) *Exod. 14, 28.* 11. Obtexerunt enim [c] aquæ hostes eorum; unus de iis non superfuit.

12. Et (*tum*) quidem crediderunt in verba Ipsius; (&) decantarunt laudem Ipsius:

13. (*Sed*) festinarunt, obliti sunt operum Ejus; non expectarunt consilium Ipsius,

14. Nam [d] concupiverunt concupiscentiam in deserto; & tentarunt DEUM in eremo. d) *Exod. 16, 2. Numer. 11, 4. 1. Cor. 10, 6.*

15. Dedit quidem illis petitum illorum; misit tamen maciem in animam eorum.

16. Mox æmulati sunt contra Mosen in castris; Aharonem, sanctum JEHOVÆ.

17. (*Sed*) aperuit [e] se terra, & deglutivit Dathanem; operuitque cœtum Abirami; e) *Num. 16, 31. Deut. 11, 6.*

18. Simulque accensus est ignis in cœtu eorum; flamma inflammavit impios.

19. (*Insuper*) fecerunt [f] vitulum in Chorebo; & incurvarunt se fusili. f) *Exod. 32, 4.*

20. [g] Permutaruntque gloriam suam in effigiem bovis, comedentis herbam. g) *Rom. 1, 23*

21. Obliti sunt DEI Servatoris sui, qui fecerat magna in Ægypto:

22. Mirabilia in terra Chami; tremenda ad mare Suph.

23. Unde [h] dixit perditurum illos; nisi Moses, electus ipsius, stetisset in ruptura ante Ipsum; ut averteret excandescentiam Ipsius à disperdendo (*eos.*) h) *Exod. 32, 10. 11.*

24. Post [i] aversati sunt terram desiderii: non crediderunt verbo Ejus. i) *Num. 14, 2.*

25. Murmuraruntque in tentoriis suis: non obediverunt voci JEHOVÆ.

26. Ideò [k] sustulit manum Suam illis, facturum eos cadere in deserto. k) *Num. 14, 28. 26, 65.*

27. Facturumque cadere semen eorum inter gentes; & dispersurum eos in terras.

28. Præterea [l] adhæserunt Baal-Peori, comederuntque sacrificia mortuorum: l) *Num. 25, 3.*

29. Provocaruntque iram per opera sua: unde irrupit in eos plaga.

30. Sed [m] stetit Pinechasus, & judicium exercuit: ut inhiberetur plaga. m) *Num. 25, 7.*

31. Quod imputatum illi est in justitiam in generationem & generationem usque in æternum.

32. Porrò [n] iram moverunt ad aquas contentionis, ut male esset Mosi propter illos. n) *Exod. 17, 3. Numer. 20, 2.*

33. Exacerbarunt enim spiritum ejus, ut effutiret labiis suis.

34. (*Insuper*) non perdiderunt populos, de quibus [o] locutus erat JEHOVAH illis. o) *Deut. 1, 2. 12, 2.*

35. Sed commiscuerunt se cum gentibus; didicerunt que opera earum:

36. Ita ut serviverint idolis earum; essentque illis in laqueum.

37. Imò sacrificarunt filios suos, & filias suas dæmonibus.

38. Fuderuntque sanguinem innocentem; sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quos sacrificarunt idolis Canaanis, ut pollueretur terra sanguinibus.

39. Sic immundi facti sunt operibus suis; scortatique sunt factis suis.

40. Ideò exarsit ira JEHOVÆ in populum Suum; & abominatus est hereditatem Suam:

41. Ut traderet eos in manum gentium, dominarenturque in eos osores eorum.

42. Et opprimerent eos hostes eorum, ac humiliarentur sub manum eorum.

43. (*Equidem*) vicibus multis eripuit eos; nihilominus rebellarunt per consilium suum; unde attriti sunt ob iniquitatem suam.

44. Respexit tamen, quum angustia (*esset*) illis, dum exaudivit clamorem eorum.

p) *Deut. 30, 1. seq.* 45. [p] Recordatusque est illis fœdus Suum; & pœnituit Eum ex multitudine misericordiarum Ipsius.

46. Ut daret eos in miserationes coram omnibus captivantibus eos.

47. Serva (*itaque*) nos, JEHOVAH, DEus noster, & congrega nos ex gentibus, ad confitendum Nomini Sanctitatis Tuæ, & ad gloriandum in laude Tua.

48. Benedictus (*esto*) JEHOVAH, DEus Jisraelis, ab æterno, & in æternum usque; & dicat omnis populus, Amen. Halelu-Jah.

PSALM. CVII.

Psalmus hic requirit gratiarum actionem, ab iis. I. Qui ab exilio & fuga, ejusq; incommodis redemti. à v. 2. II. Qui ex miseria & vinculis liberati. à v. 10. Qui III. ex afflictione & morbis ob peccata inflictis erepti à v. 17. Qui IV. ex periculis maris navigantes servati. à v. 23. Qui V. alia magna Iehovæ opera & beneficia viderunt & experti sunt. à v. 33.

COnfitemini JEHOVÆ, quia bonus (*est.*) quia in æternum misericordia Ejus,

2. Dicant, redemti JEHOVÆ, quos redemit è manu hostis.

3. Et ex terris congregavit eos, ab ortu & ab occasu; à septentrione & à mari.

4. (*Qui*) errarunt in deserto, in solitudine viæ; (*ubi*) urbem habitationis non invenerunt:

5. Famelici & sitibundi; (*ut*) anima eorum in iis deficeret.

6. Quare clamarunt ad JEHOVAM, quum angustia iis; (*qui*) ex angustiis eorum eripuit eos:

7. Duxitque eos in via recta, ut irent ad urbem habitationis.

8. Confiteantur (*itaq;*) JEHOVÆ misericordiam Ipsius; & mirabilia Ipsius filiis hominis.

9. Quod saturet animam appetentem; & animam famelicorum impleat bono.

10. Qui (*porrò*) sedentes (*erant*) in tenebris & umbra mortis; vincti miseria & ferro.

11. Eò quod rebellarunt verbis DEI; & consilium Altissimi spreverunt.

12. Unde humiliavit per laborem cor eorum; impegerunt, nec fuit auxilians.

13. Clamarunt autem ad JEHOVAM, cum angustia illis: (&) ex angustiis eorum servavit eos;

14. Eduxitque eos è tenebris & umbra mortis; ac vincula eorum abrupit.

15. Confiteantur JEHOVÆ misericordiam Ejus; & mirabilia Ejus filiis hominis.

16. Quod fregerit januas æris, & vectes ferri dissecuerit:

17. Stulti, (*qui*) ob viam prævaricationis suæ, & ob iniquitates suas affligebantur

18. Ut omnem cibum abominaretur anima eorum; pertigerintque usque ad portas mortis:

19. Sed clamarunt ad JEHOVAM, cum angustia (*esset*) illis; (&) ex angustiis eorum eripuit eos.

20. (*Dum*) misit verbum suum, & sanavit eos, eripuitque ex foveis eorum:

21. Confiteantur JEHOVÆ misericordiam Ejus; & mirabilia Ejus filiis hominis:

22. Sacrificentque ſacrificia confeſſionis, & annuntient opera Ejus cum jubilo.

23. Qui deſcendunt in mare in navibus, facientes opus in aquis multis.

24. (*Qui*) ipſi viderunt opera JEHOVÆ, & mirabilia Ejus in profundo:

25. Dum dixit, ut ſtaret ventus procellæ, & in altum ſuſtulit fluctus ejus:

26. Ut aſcenderent in cœlum, deſcenderent in abyſſos; anima (*verò*) eorum ob malum colliqueſceret:

27. Circumagerentur, & mottitarentur ſicut ebrius; & omnis ſapientia eorum abſorberetur.

28. Sed clamarunt ad JEHOVAM, cum anguſtia ipſis eſſet, & ex anguſtiis ipſorum eduxit ipſos.

29 (*Atq;*) ſubſiſtere fecit (DEUS) procellam, ut ſilerent fluctus earum (*aquarum.*)

30. Adeoque lætarentur, quod racerent: deduxitque eos ad portum deſiderii eorum:

31. Confiteantur JEHOVÆ miſericordiam Ipſius; & mirabilia Ejus filiis hominis;

32. Extollantque Eum in congregatione populi; & in conſeſſu ſenum laudent Eum.

33. (*Idem*) ponit fluvios in deſertum, & exitus aquarum in ſiccitatem:

34. Terram fructus in ſalſuginem, ob malitiam habitantium in ea.

35. (*Contrà*) ponit deſertum in ſtagnum aquarum, & terram ſiccitatis in exitus aquarum.

36. Facitque habitare ibi famelicos, ut exigant urbem habitationis:

37. Serantque agros, ac plantent vineas; & faciant fructum proventus.

38. Benedicit quoque iis, ut multiplicentur valdè; & beſtiam eorum non diminuit.

39. Diminuuntur autem & incurvantur præ vehementia malitiæ & mœrore.

40. Fundens (*inſuper eſt*) contemtum ſuper principes; ita ut errare eos faciat in vaſto, (*ubi*) non (*eſt*) via:

41. Exaltat autem egenum è miſeria; ponitque ſicut gregem familiæ.

42. Videbunt [a] recti, & lætabuntur; omnis autem perverſitas occluder os ſuum. a) *Job 22,19.*

43. Quis (*eſt*) ſapiens, qui obſervet hæc; ut intelligant miſericordias JEHOVÆ.

PSALM. CIIX.

Excitat I. Pſalmus ad laudes miſericordiæ & veritatis DEI. à v. 1. A qua II. petit liberationem dilectorum DEI. v. 6. 7. Quam III. ſibi certam fuiſſe ex promiſſione DEI, & de hoſtibus victoriam, à v. 8.

CAnticum; Pſalmus; Davidis.

2. Paratum (*eſt*) cor meum, DEUS; canam & pſallam, etiam gloria mea.

3. Excita te nablium & cithara; expergiſcar manè.

4. Confitebor Te in populis, JEHOVAH; & canam Te inter gentes.

5. Quia magna (*eſt*) præ-ſupra cœlum miſericordia Tua; & uſque ad ætheres veritas Tua.

6. Extolle Te ſupra cœlos, DEUS; & ſuper univerſam terram gloriam Tuam.

7. [a] Ut liberentur dilecti Tui: ſerva dexterâ Tua, & reſponde mihi. a) *Pſal. 60,7.*

8. DEus locutus eſt in Sanctuario Suo; (*ideò*) exulto: dividam itaque Schechemum; & vallem Succoth dimetiar.

9. Mihi (*eſt*) [b] Gilead, mihi Menaſcheh; & Ephraim robur capitis mei; Jehudah legiſlator meus. b) *Pſal. 60,9. 10.*

10. Moabus pelvis lotionis meæ; ſuper Philiſthæa clangam.

11. Quis deducet me (*in*) urbem munimenti? quis ducet me uſque ad Edomum.

12. Nonne, DEus, deſeruiſti nos, & non exis, DEus, cum exercitibus noſtris?

13. Præſta nobis auxilium ab hoſte: nam vanitas (*eſt*) ſalus hominis.

14. [c] Cum DEo faciemus robur; & Ille conculcabit hoſtes noſtros. c) *Pſal. 18,30.*

PSALM. CIX.

Pſalmus hic de Chriſto ita prophetat, ut ſit in eo. I. Petitio Chriſti, poſtulantis divinam vindictam contra hoſtes ſuos. à v. 1. II. Oratio Chriſti pro ſui liberatione. à v. 21.

PRæfecto Muſices; Davidis; Pſalmus: DEus laudis meæ, ne ſileas.

2. Quia os impii, & os doli contra me aperuerunt: locuti ſunt mecum lingua mendacii.

3. Et verbis odii circumdederunt me: impugnantque me gratis.

4. Pro amore meo adverſantur mihi: cum, quod me attinet, precer (*pro iis.*)

5. Itaque ponunt ſuper me malum pro bono; & odium pro amore meo.

6. (*Quare*) conſtitue ſuper illum impium, & Satanas ſtet ad dextram illius.

7. Quum venerit in judicium, exeat impius (*judicatus:*) & precatio ejus ſit (*imputetur*) pro peccato.

a) *Act. 1,20.* 8. Sint dies ejus pauci; [a] officium ejus accipiat alius.

9. Fiant filii ejus pupilli, & uxor ejus vidua.

10. Inſuper divagando divagentur filii ejus, & mendicent; & quærant (*panem*) ex vaſtationibus ſuis.

11. Attrahat ſibi creditor omne, quod ipſi: & deprædentur alieni laborem ejus.

12. Non ſit illi, qui miſereatur ejus: neque ſit, qui benignus ſit erga pupillos ejus.

13. Sit poſteritas ejus (*deſtinata*) ut excindatur: in altera generatione extinguatur nomen eorum.

14. In memoriam revocetur iniquitas patrum ejus apud JEHOVAM: & peccatum matris ejus non deleatur.

15. Sint (*illa*) coram JEHOVAH jugiter: ut excindat è terra memoriam eorum.

16. Propterea quod non recordatus eſt facere miſericordiam: ſed perſecutus eſt virum afflictum & egenum; & dejectum corde, ad interficiendum eum.

17. Itaque amavit maledictionem, & venit illi: nec voluit benedictionem, ideò procul facta eſt ab illo.

18. Induitque maledictionem ſicut veſtem ſuam; ac intravit in medium ejus ſicut aquæ, & ſicut oleum intra oſſa ejus.

19. Quare ſit illi ſicut veſtis, quam induit, & ſicut cingulum, quo ſe jugiter cingit.

20. Hoc (*eadem*) eſto merces adverſantium mihi à-cum JEHOVAH; & loquentium malum contra animam meam.

21. Tu verò, ô JEHOVIH, Domine, age mecum propter Nomen Tuum: quia bona (*eſt*) miſericordia Tua, eripe me.

22. Ego namque afflictus & egenus (*ſum;*) & cor meum (*quaſi*) confoſſum eſt in medio mei.

23. Sicut umbra, quando inclinatur, abire coactus ſum: excuſſus ſum ſicut locuſta.

24. Genua mea nutant præ jejunio, & caro mea, conſumta plus eſt oleo.

25. Unde ego factus ſum opprobrium illis: aſpiciunt me, motitant caput ſuum.

26. Adjuva (*ergò*) me, ô JEHOVAH, DEus mi: ſerva me juxta miſericordiam Tuam.

27. Ut cognoſcant, quod manus Tua hæc: (*ſit*) Tu, JEHOVAH, feceris id.

28. Maledicunt [b] illi, Tu verò benedic: inſurgunt, pudefiant verò; at ſervus Tuus lætetur. b) *Matt. 5,44. 1. Cor. 4,12. 12,13.*

29. Induant adverſantes mihi ignominiam, & velent ſe, ſicut amiculo, pudore ſuo.

30. (*Tùm*) confitebor JEHOVÆ valdè ore meo, & in medio multorum laudabo Eum.

31. Propterea quod ſteterit ad dextram egeni; ad ſervandum (*eum*) à judicantibus (*condemnantibus*) animam ejus.

PSALM. CX.

Egregia Pſalmus hic de Chriſto prophetia eſt. Agitur autem in eo. I. de ſtatu Exaltationis Chriſti. à v. 1. II. De ſtatu Exinanitionis Chriſti, tanquam via ad exaltationem: quoad debellationem hoſtium ſpiritualium. à v. 5.

DAvidis; Pſalmus. Dictum JEHOVÆ ad Dominum meum: [a] Sede ad dextram Meam; uſque dum poſuero inimicos Tuos ſcabellum pedum Tuorum. a) *Matt. 22,44. Marc. 12,36. Luc. 20, 42. Act. 2, 34. 1. Cor. 15, 25. Heb. 1, 13.*

2. Sceptrum roboris Tui mittet JEHOVAH è Zijone, (*dicens:*) dominare in medio inimicorum Tuorum.

3. Populus Tuus (*populus erit*) promtitudinum, in die fortitudinis Tuæ, in honoribus

moribus sanctitatis: ex utero auroræ Tibi ros juventutis Tuæ.

4. Juravit JEHOVAH & non pœnitebit Eum, (*dicens:*) Tu (*es*) Sacerdos in b) *Hebr.* æternum [b] juxta modum Malki-*5,6, 7,17.* Zedek.

5. ADONAI (*Dominus*) ad dextram Tuam (*qui est,*) percussit in die iræ Suæ Reges.

6. Judicabit inter gentes, implevit cadaveribus; percussit caput super terram multam.

7. E flumine (*torrente*) in via bibet: propterea exaltabit caput.

PSALM. CXI.

Est hic Psalmus confessio, hoc est, Canticum laudum Jehovæ (cujus in eo I. opera mirabilia, justitia, misericordia, veritas, beneficia erga populum suum celebrantur. à v. 1. Ob quæ II. timor Jehova, sanctusque sapientia commendatur omnibus hominibus. v. ult.

HAlelu-Jah: Confitebor JEHOVAM in toto corde; in consilio rectorum & cœtu.

2. Magna (*sunt*) opera JEHOVÆ: perquisita quoad omnia beneplacita eorum.

3. Decus & honor (*est*) opus Ejus: & justitia Ejus perstat in perpetuum.

4. Memoriam fecit mirabilibus Suis: gratiosus & misericors (*est*) JEHOVAH.

5. Cibum dedit timentibus Ipsum: recordatur in æternum fœderis Sui.

6. Virtutem operum Suorum indicavit populo Suo; ad dandum illis hereditatem gentium.

7. Opera manuum Ejus (*sunt*) veritas & judicium: fidelia omnia præcepta Ejus.

8. Firmata in perpetuum, in æternum; facta in veritate & recto.

9. Redemtionem misit populo Suo; præcepit in æternum fœdus Suum: Sanctum & venerandum (*est*) Nomen Ejus.

a) *Prov. 1,7. 9,10. Sir. 1,16* 10. [a] Principium sapientiæ (*est*) timor JEHOVÆ; intellectus bonus omnibus facientibus ea: laus Ejus stat in perpetuum.

PSALM. CXII.

Canit Psalmus hic I. de beatitudine viri timentis Jehovam. à v. 1. II. Ipsum timentem Jehovam describit à virtutibus & operibus Ipsius. à v. 4. III. Impios infelices fauit. v. ult.

HAlelu-Jah. Beatus vir, qui timet JEHOVAM: præceptis Ejus delectatur valdè.

2. Potens in terra erit semen ejus: generationi rectorum benedicetur.

3. Opes & divitiæ (*erunt*) in domo ejus; & justitia ejus stans in perpetuum.

4. Exoritur in tenebris lux rectis: gratiosus, & misericors, & justus (*est,*)

5. Bonus (*est*) vir miserans, & mutuò dans: sustinebit verba sua in judicio.

6. Nam in æternum non dimovebitur; in memoriam seculi erit justus.

7. A fama mala non timebit sibi: firmum (*est*) cor ejus, confidens in JEHOVAH.

8. Suffultum (*est*) cor ejus, (*ut*) non timeat sibi, usque dum spectet in hostibus suis (*malum.*)

9. [a] Dispergit, dat egenis; justitia ejus (*est*) stans in perpetuum: cornu ejus exaltabitur cum gloria. a) *2 Cor. 9, 9.*

10. Impius videbit; & succensebit; dentibus suis frendet, & colliquescet; (*nam*) desiderium impiorum peribit.

PSALM. CXIII.

Est hic etiam Psalmus canticum laudum Jehovæ. In quo I. omnes servi Jehovæ ad laudandum Ipsum excitantur. à v. 1. II. Materia laudandi, seu, ob quæ laudandus sit, præscribitur. à v. 4.

HAlelu-Jah. Laudate servi JEHOVÆ, laudate Nomen JEHOVÆ.

2. (*Dicite;*) sit [a] Nomen JEHOVÆ benedictum ex nunc & usque in æternum: a) *Dan. 2, 20.*

3. Ab [b] ortu Solis usque ad occasum ejus (*sit*) collaudatum Nomen JEHOVÆ. b) *Mal. 1, 11.*

4. Excelsus (*enim est*) supra omnes gentes JEHOVAH; supra cœlos gloria Ejus.

5. Quis (*est*) sicut JEHOVAH, DEus noster? qui [c] exaltat sedem (*suam:*) c) *Psal. 138, 6. Esa. 57.*

6. Demittit (*tamen*) se ad videndum in cœlis & in terra (*omnia:*)

7. Erigit ex pulvere attritum; è sterquilinio exaltat egenum;

8. Ad collocandum (*eum*) cum principibus; cum principibus populi sui.

d) *Gen. 21, 7. 1. Sam. 1, 20. Luc. 1, 57* 9. Qui habitare facit [d] sterilem domus, matrem filiorum lætam. Halelu-Jah.

PSALM. CXIV.

Psalmus hic laudat I. Jehovam pro eo, quod populum Israël ex Ægypto sibi acquisivit v. 1. 2. II. Mirabilia Jehova in eductione facta celebrat. à v. 3.

a) *Exod. 12, 41.* QUum [a] exiret Jisraël ex Ægypto; è populo barbaro.

2. Factus est Jehudah in sanctuarium Ejus; Jisraël dominia Ipsius.

b) *Exod. 14, 21.* 3. [b] Mare vidit, & fugit; [c] Jordan avertit se retrorsum:

c) *Jos. 3, 13.* 4. Montes saltarunt sicut arietes; colles sicut filii gregis.

5. Quid tibi, mare? quod fugis: Jordan? quod avertis te retrorsum

6. Montes? (*quod*) saltatis sicut arietes: colles? (*quod*) sicut filii gregis.

7. A-coram Domino parturi terra: à-coram DEO Jacobi:

d) *Exod. 17, 6. Numer. 20, 11.* 8. Qui convertit [d] petram in stagnum aquarum; silicem in fontes aquarum.

PSALM. CXV.

Psalmus hic I. soli DEO omnem gloriam vindicat inprimis contra gentes. v. 1. 2. 3. Ita ut II. vanitatem idolorum gentilium graphicè describat. à v. 4. & contrario III. ad fiduciam in Jehovam, & laudem Ejus omnes piè excitet. à v. 9. Cum IV. egregia benedictionis promissione. v. 12. sqq.

NOn nobis, JEHOVAH, non nobis, sed Nomini Tuo da gloriam, ob misericordiam Tuam, ob veritatem Tuam.

2. Quare dicent gentes; ubi, quæso, DEus eorum?

3. Atqui DEus noster in cœlis (*est;*) omnia, quæ vult, facit.

a) *Psal. 135, 15. Sap. 13, 15.* 4. Idola (*autem*) eorum [a] argentum & aurum (*sunt;*) opus manuum hominis.

5. Os illis, sed non loquuntur: oculi illis, sed non vident.

6. Aures illis, sed non audiunt; nasus illis, sed non odorantur.

7. Manus illis, sed non palpant; pedes illis, sed non ambulant: non enuntiant per guttur suum.

8. Sicut illa sunt, qui faciunt ea: omnis, qui confidit in illis.

9. O Jisraël confide in JEHOVAH. Hic (*enim est*) auxilium eorum, & scutum eorum.

10. Domus Aharonis, confidite in JEHOVAH. Hic (*enim est*) auxilium eorum, & scutum eorum.

11. Timentes JEHOVÆ confidite in JEHOVAH. Hic (*enim est*) auxilium eorum & scutum eorum.

12. JEHOVAH, (*qui*) recordatus est nostri, benedicit; benedicet domui Jisraëlis; benedicet domui Aharonis.

13. Benedicet timentibus JEHOVAM; parvis cum magnis.

14. Addet JEHOVAH super vos, super vos & super filios vestros.

15. Benedicti (*estis*) vos JEHOVÆ, qui fecit cœlos & terram.

16. Quantum ad cœlos; cœli (*sunt*) JEHOVÆ; quantum ad terram; dedit (*eam*) filiis hominis.

17. Non [b] mortui laudabunt JAH; neque ulli descendentes in silentium. b) *Psal. 6, 6. Bar. 2, 17.*

18. Nos ergò benedicamus JAH, ex nunc & in æternum, Halelu-Jah.

PSALM. CXVI.

Psalmista hic I. gratias agit Jehovæ pro exauditione precum in angustia, & liberatione. à v. 1. II. Unde animam adhortatur ad acquiescendum in Jehovah gratioso, à v. 5. III. Gratitudinem & vota sua Eidem promittit pro liberatione. à v. 12.

DIlexi, quod audiat JEHOVAH vocem meam, (*vocem*) precum mearum.

2. Quia inclinavit aurem Suam ad me: ideò invocabo (*eum*) per dies meos.

3. (*Nam*) circumdederunt me funes (*dolores*) mortis & angustiæ inferni invenerunt me; angustiam & tristitiam inveni,

4. Sed nomen JEHOVÆ invocavi, (*dicens;*) Quæso, JEHOVAH, eripe animam meam.

5. Gratiosus (*est*) JEHOVAH ac justus; & DEus noster misericors.

6. Custodiens (*es*) simplices JEHOVAH: quum (*esset*) afflictus, tum me servavit.

7. Ideo, revertere, anima mea, in quietes tuas; quia JEHOVAH retribuit tibi.

8. Liberasti namque animam meam à morte; oculos meos à lachrymâ; pedes meos ab impulsu.

9. Ambulabo (*ergò*) coram JEHOVAH in terris viventium.

a) 2. Cor. 4, 13. 10. [a] Credidi, ideò loquor. Ego (*quidem*) afflictus fui valdè.

b) Rom. 3, 4. 11. Ut ego dixerim in trepidatione meâ; [b] omnis homo mendax.

12. Quid (*ergò*) reddam JEHOVÆ pro omnibus retributionibus Ejus super me?

13. Calicem salutum accipiam; & Nomen JEHOVÆ invocabo.

14. Vota mea JEHOVÆ solvam; coram quidem omni populo ipsius.

15. Pretiosa (*est*) in oculis JEHOVÆ mors Sanctorum Ipsius.

c) Sap. 8, 5. 16. Quæso, JEHOVAH: quia [b] ego (*sum*) servus Tuus; ego servus Tuus, filius ancillæ Tuæ; (*sed*) aperuisti vincula mea:

17. Ideò Tibi sacrificabo sacrificium confessionis; & Nomen JEHOVÆ invocabo.

18. Vota mea JEHOVÆ solvam; coram quidem omni populo Ipsius;

19. In atriis domus JEHOVÆ; in medio tui, Hierosolyma. Halelu-Jah.

PSALM. CXVII.

Adhortantur I. in hoc Psalmo Prædicatores N. T. omnes gentes ad laudes Jehovæ. v. 1. Et II. adhortationis suæ rationem reddunt, v. 2.

a) Rom. 15, 11. LAudate [a] JEHOVAM omnes gentes: laudibus efferte Eum omnes populi.

2. Quia valida facta est super nos misericordia ejus; & veritas JEHOVÆ in æternum: Halelu-Jah.

PSALM. CXIIX.

Psalmus hic de Christo prophetat. Est autem in eo I. Exhortatio & excitatio Christi ad populum suum, ad agendas DEO Patri gratias. à v. 1. Et II. populi & fidelium Christi canticum & gratiarum actio.

CONfitemini JEHOVÆ; quia bonus; quia in æternum misericordia Ejus.

2. Dicat nunc Jisraël: quia in æternum misericordia Ejus. —

3. Dicant nunc domus Aharonis; quia in æternum misericordia Ejus. —

4. Dicant nunc timentes JEHOVÆ; quia in æternum misericordia Ejus.

5. Ex [a] angustia invocavi JAH (*Jehovam: &*) respondit mihi in latitudine JAH (*Jehova.*) a) Esa. 26, 16.

6. [b] JEHOVAH pro me (*est: ideò*) non timebo mihi: quid (*enim*) fecerit mihi homo? b) Psal. 56, 5. Heb. 13, 6

7. JEHOVAH mihi (*est, &*) in auxiliatoribus meis: unde spectabo (*vindictam*) in osoribus meis.

8. Bonum (*est*) confidere in JEHOVAH, quàm fiduciam ponere in homine.

9. Bonum (*est*) confidere in JEHOVAH, quàm fiduciam ponere in principibus.

10. Omnes gentes circumdederunt me: sed in nomine JEHOVÆ concidam eas.

11. Circumdederunt me, iterumque circumdederunt me: sed in Nomine JEHOVÆ concidam eas.

12. Circumdederunt me, sicut apes, (*&*) extinguunt sicut ignem spinarum: sed in Nomine JEHOVÆ concidam eas.

13. Impellendo impulisti me, ut caderem: sed JEHOVAH auxiliatus est mihi.

14. Robur [c] meum, & Canticum JAH; factus est enim mihi in salutem. c) Exod. 15, 2.

15. Vox jubili & salutis (*est,*) in tentoriis justorum, (*dicentium;*) dextra JEHOVÆ fecit fortitudinem. Esa. 12, 2.

16. Dextra JEHOVÆ exaltata est: dextra JEHOVÆ fecit fortitudinem.

17. Non moriar, sed vivam, & annuntiabo opera JAH (*Jehova.*)

18. Castigando castigavit me JAH (*Jehovah:*) sed morti non tradidit me.

19. Aperite mihi portas justitiæ: intrabo (*enim*) per eas, & confitebor JAH (*Jehovæ.*) d) Esa. 28, 16. Matth. 21, 42. Marc. 12, 10. Act. 4, 11. Rom. 9, 33. 1. Pet. 2, 6. 7.

20. Hæc (*est*) porta, (*quæ*) JEHOVÆ: justi intrabunt per eam.

21. Confitebor Tibi, quod respondisti mihi; & fuisti mihi in salutem.

22. [d] Lapis, (*quem*) rejecerunt architecti, factus est in caput anguli.

23. A-

23. A-cum JEHOVAH factum est hoc: Ille est mirabilis in oculis nostris.

24. Hic (*est*) dies, (*quem*) fecit JEHOVAH: exultemus, & lætemur in eo.

a) Matt. 21, 9. Marc. 11, 9. Luc. 19, 38. 25. (*Dicentes;*) quæsumus, [a] JEHOVAH serva, quæsumus: quæsumus, JEHOVAH prospera, quæsumus!

26. Benedictus, qui venit in Nomine JEHOVÆ: benedicimus vobis, de domo JEHOVÆ.

27. DEus (*est*) JEHOVAH, qui illuminavit nos: ligate festum funibus usque ad cornua altaris.

28. DEus meus Tu (*es;*) ideò confitebor Tibi. DEus mi, & exaltabo Te: (*dicens;*)

29. Confitemini JEHOVÆ; quia bonus; quia in æternum misericordia Ejus.

PSALM. CXIX.

Psalmus hic insigni Encomio Verbum & præcepta DEI commendat. Quippe quod I. DEI Verbum homines, qui juxta illud credant & vivant, beatos reddat. v. 1. sqq. Et II. quidem homines omnis ætatis & status: sive Seniores sive Iuniores. v. 9. Reges & populum, v. 46. Nec non III. ad omnia hominibus utile sit, ad doctrinam, ad eruditionem, ad deducendum in via, reddendum sapientem, adhortandum, beandam &c. Ut IV. meritò illi se homo totum committat, DEUM pro illo habendo solicitet, illi semper studeat, & in omnibus actionibus suis illud observet. per tot. Ts.

BEati integri via; ambulantes in lege JEHOVÆ.

2. Beati custodientes testimonia Ejus; in toto corde (*qui*) quærunt Eum.

3. Etiamque non faciunt perversitatem: (*sed*) in viis Ipsius ambulant.

4. Tu (*enim*) præcepisti mandata Tua, ad custodiendum (*ea*) valdè.

5. Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendum statuta Tua.

6. Tum (*enim*) non pudefierem, quando respicerem ad omnia præcepta Tua.

7. Confitebor Tibi in rectitudine cordis: quum didicero judicia justitiæ Tuæ.

8. Statuta Tua custodiam: (*ideò*) ne desere me usque adeò.

9. Per quid puram reddet puer viam suam? custodiendo se juxta verbum Tuum.

10. In toto corde meo quæsivi Te: (*ideò*) ne aberrare me fac à præceptis Tuis.

11. In corde meo abscondi verbum Tuum; ut non peccem Tibi.

12. Benedictus Tu (*es*) JEHOVAH: doce me statuta Tua.

13. Labiis meis enarravi omnia judicii oris Tui.

14. In via testimoniorum Tuorum lætor, sicut super omnibus opibus.

15. In mandatis Tuis meditor; & respicio vias Tuas.

16. In statutis Tuis delector: non obliviscor verbi Tui.

17. Retribue servo Tuo, ut vivam & custodiam verbum Tuum.

18. Revela oculos meos; ut videam mirabilia è lege Tua.

19. [a] Peregrinus (*ego*) sum in terra: (*ideò*) ne absconde à me præcepta Tua. a) Psal. 39, 13.

20. Fracta est anima mea ob desiderium erga judicia Tua in omni tempore.

21. Increpasti superbos maledictos, aberrantes à præceptis Tuis.

22. Devolve desuper me ignominiam & contemtum; quia testimonia Tua custodivi.

23. Etiam [b] sederunt principes, (*&*) contra me collocuti sunt: servus (*tamen*) Tuus meditatur in statutis Tuis. b) Psal.

24. Etiam judicia Tua (*sunt*) oblectationes meæ; viri consilii mei.

25. Adhæret pulveri anima mea; vivifica me juxta verbum Tuum.

26. Vias meas enarravi, & respondisti mihi: doce me statuta Tua.

27. Viam mandatorum Tuorum fac me intelligere; ut mediter in mirabilibus Tuis.

28. Stillavit anima mea præ tristitia: sustenta me juxta verbum Tuum.

29. Viam mendacii remove à me: ac legem Tuam dona mihi.

30. Viam veritatis elegi; judicia Tua proposui (*mihi.*)

31. Adhæsi testimoniis Tuis: JEHOVAH, ne pudefacias me.

32. Viam præceptorum Tuorum curram; quia latum facis cor meum.

33. Doce me, JEHOVAH, viam statu-

torum

torum Tuorum, ut cuſtodiam eam uſque ad finem.

34. Intelligere fac me, ut cuſtodiam legem Tuam; & obſervem eam in toto corde.

35. Duc me in ſemita præceptorum Tuorum; quia eâ delector.

36. Inclina cor meum ad teſtimonia Tua; & ne ad lucrum.

37. Tranſire fac oculos meos à videndo vanitatem: in via Tua vivifica me.

38. Confirma ſervo Tuo verbum Tuum, quod (*facit*) ad timorem Tui.

39. Tranſire fac ignominiam meam, quam timeo: quia judicia Tua bona (*ſunt.*)

40. Ecce deſideravi mandata Tua: per juſtitiam Tuam vivifica me.

41. Veniantque mihi miſericordiæ Tuæ, JEHOVAH; ſalus Tua juxta verbum Tuum.

42. Ut reſpondeam opprobrio afficienti me verbum: Confido enim verbo Tuo.

e) Jer. 15,16. 43. Et ne [*e*]ripe ex ore meo verbum veritatis uſque adeò: quia judicia Tua expecto.

44. Tum cuſtodiam legem Tuam jugiter, in æternum & perpetuum.

45. Ambulaboque in amplitudine: quia mandata Tua quæſivi.

46. Et loquar de teſtimoniis Tuis coram Regibus, nec pudebit me.

47. Imò delector præceptis Tuis, quæ diligo.

48. Ac tollo manus meas ad præcepta Tua, quæ diligo, meditorque in ſtatutis Tuis.

49. Memento verbum ſervo Tuo; ſuper quo feciſti me ſperare.

50. Hoc (*eſt*) ſolatium meum in afflictione meâ, quod verbum Tuum vivificavit me.

51. Superbi irriſerunt me uſque valdè: à lege tamen Tua non declinavi.

52. Memini judiciorum Tuorum a ſeculo, JEHOVAH, & conſolationem accepi.

53. Procella invaſit me ab impiis, deſerentibus legem Tuam.

54. Cantus fuerunt mihi ſtatuta Tua, in domo commorationum mearum.

55. Recordor noctu Nominis Tui, JEHOVAH; & cuſtodio legem Tuam.

56. Hoc factum eſt mihi, quod mandata Tua ſervavi.

57. Pars mea (*eſt*) JEHOVAH: (*ideò*) dixi cuſtoditurum verba Tua.

58. Precatus ſum facies Tuas in toto corde: (*ideò*) miſerere mei juxtâ verbum Tuum.

59. Expendi vias meas, & reduco pedes meos ad teſtimonia Tua.

60. Feſtinavi, & non moratus ſum, ad cuſtodiendum præcepta Tua.

61. Funes (*quidem*) impiorum ſpoliarunt me; legis (*tamen*) Tuæ non oblitus ſum.

62. (*In*) medio noctis ſurgo, ad confitendum Tibi ob judicia juſtitiæ Tuæ.

63. Socius ego (*ſum*) omnibus, qui timent Te, & qui cuſtodiunt mandata Tua.

64. Miſericordiâ Tuâ, JEHOVAH, plena eſt terra: ſtatuta Tua doce me.

65. Bonum feciſti cum ſervo Tuo, JEHOVAH, juxta verbum Tuum.

66. Bonum ſenſus & ſcientiæ doce me; quia præceptis Tuis credidi.

67. Antequam affligerer, ego (*eram*) errans: nunc autem verbum Tuum cuſtodio.

68. Bonus Tu (*es,*) & benefaciens: doce me ſtatuta Tua.

69. Conſuerunt contra me mendacium ſuperbi: ego (*verò*) in toto corde ſervo mandata Tua.

70. Impinguatum eſt ſicut adeps cor eorum: ego (*verò*) lege Tua delector.

71. Bonum (*eſt*) mihi, quod afflictus ſum, ut diſcam ſtatuta Tua.

72. Bona (*eſt*) mihi [*d*]lex oris Tui, *d) Pſal.* præ millenis auri & argenti. *19,11.*

73. Manus Tuæ fecerunt me, & præpararunt me: (*ideò*) intelligere fac me, ut diſcam præcepta Tua.

74. Timentes Te videbunt me, & lætabuntur; quia verbum Tuum expectavi.

75. Novi JEHOVAH, quod juſtitia

(*ſint*) judicia Tua: & (*cum*) fidelitate afflixeris me.

76. Sit, quæſo, miſericordia Tua ad conſolandum me, juxta verbum Tuum, (*quod factum eſt*) ſervo Tuo.

77. Eveniant mihi miſerationes Tuæ, ut vivam: quia lex Tua deliciæ meæ (*ſunt.*)

78. Pudefiant ſuperbi, qui ſine cauſa perverterunt me: ego verò meditor in mandatis Tuis.

79. Revertantur ad me timentes Te, & ſcientes teſtimonia Tua.

80. Sit cor meum integrum in ſtatutis Tuis, ut non pudefiam.

81. Conſumta eſt erga ſalutem Tuam anima mea: verbum (*enim*) Tuum expectavi.

82. Conſumti ſunt oculi mei erga verbum Tuum, dicendo; quando conſolaberis me?

83. Factus namque ſum, ſicut uter in fumo: ſtatuta tamen Tua non oblitus ſum.

84. Quot (*ſunt*) dies ſervi Tui? quando (*ergo*) facies in perſecutoribus meis judicium?

85. Foderunt mihi ſuperbi foveas, quæ non (*ſunt*) juxta legem Tuam.

86. Omnia præcepta Tua (*ſunt*) fidelitas: fruſtra (*verò*) perſequuntur me; (*ideò*) adjuva me.

87. Fere conſumſerunt me in terra: ſed ego non deſerui mandata Tua.

88. Juxta miſericordiam Tuam vivifica me: tum cuſtodiam teſtimonium oris Tui.

89. In æternum (*es*) JEHOVAH; verbum Tuum conſiſtit in cœlis.

90. In generationem & generationem (*eſt*) fidelitas Tua: firmaſti terram, & ſtat.

91. Ad judicia Tua ſtant hodieque: quia omnia (*ſunt*) ſervi Tui.

92. Niſi lex Tua (*fuiſſet*) oblectationes meæ: utique periiſſem in miſeria mea.

93. In æternum non obliviſcar mandatorum Tuorum: quia per ea vivificaſti me.

94. Tuus ego (*ſum;*) ſerva me: nam mandata Tua quæſivi.

95. Me expectatunt impii, ad perdendum me: (*ſed*) teſtimonia Tua attendo.

96. Omni rei vidi finem: (*ſed*) lata (*ſunt*) præcepta Tua valdè.

97. Quantoperè dilexi legem Tuam? toto die illa (*eſt*) meditatio mea.

98. Præ hoſtibus meis ſapientem me faciunt præcepta Tua: quia in æternum illa mihi.

99. Præ omnibus doctoribus meis intelligens factus ſum: quia teſtimonia Tua (*ſunt*) mihi meditatio.

100. Præ ſenibus intelligens ſum: quia mandata Tua cuſtodivi.

101. Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut cuſtodiam verbum Tuum.

102. A judiciis Tuis non receſſi; quia Tu docuiſti me.

103. Quam dulcia ſunt palato meo verba Tua? præ melle ori meo.

104. Ex mandatis Tuis intelligens factus ſum: ideò odi omnem viam mendacii.

105. Lucerna [*e*] pedi meo (*eſt*) verbum Tuum; & lux ſemitæ meæ. *e) 2. Pet. 1,19.*

106. Juravi, & ſervabo, obſervaturum judicia juſtitiæ tuæ.

107. Afflictus ſum uſque valdè: JEHOVAH, vivifica me juxta verbum Tuum.

108. Voluntaria oris mei placeant Tibi, quæſo, JEHOVAH: & judicia Tua doce me.

109. Anima mea (*eſt*) in manibus meis jugiter: non tamen legis Tuæ obliviſcor.

110. Poſuerunt impii laqueum mihi: non tamen à mandatis Tuis aberravi.

111. Pro hereditate habeo teſtimonia Tua in æternum; quia gaudium cordis mei illa (*ſunt.*)

112. Inclinavi cor meum ad faciendum ſtatuta Tua in æternum, perpetuò.

113. Machinationes odi: legem autem Tuam diligo.

114. Latibulum meum & ſcutum meum Tu (*es*) ideò verbum Tuum expectavi.

115. Recedite à me mali: cuſtodiam enim præcepta DEI mei.

116. Suſtenta me juxta verbum Tuum, ut vivam; & [*f*]ne pudefac me à ſpe mea. *f) Pſ. 22, 2,6.*

117. Fulci me, ut ſerver: tum inſpiciam ſtatuta Tua jugiter.

118. Conculcaſti omnes aberrantes à ſtatutis Tuis; quia mendacium dolus eorum.

119. (*Sicut*) ſcorias ceſſare feciſti omnes impios terræ: propterea diligo teſtimonia Tua.

120. Cohorruit præ timore Tui caro mea: & à judiciis Tuis mihi timui.

121. Feci judicium & juſtitiam: (*ideò*) ne permitte me oppreſſoribus meis.

122. Oblecta ſervum Tuum in bonum: ne opprimant me ſuperbi.

123. Oculi mei conſumti ſunt erga ſalutem Tuam, & erga verbum juſtitiæ Tuæ.

124. Fac cum ſervo Tuo juxta miſericordiam Tuam, & ſtatuta Tua doce me.

125. Servus Tuus ego (*ſum*;) erudi me, ut cognoſcam teſtimonia Tua.

126. Tempus (*eſt*) operandi JEHOVÆ: (*ſed*) irritam fecerunt legem Tuam.

127. Ideò diligo præcepta Tua præ auro & obrizo.

128. Ideo omnia mandata omnium correxi: (&) omnem viam mendacii odi.

129. Mirabilia (*ſunt*) teſtimonia Tua: ideò cuſtodivit ea anima mea.

130. Aditus verborum Tuorum illuminat; intelligentes [g] reddit ſimplices.

g) *Pſal. 19, 8.*

131. Os diſtendi & ſuſpiravi; quia præcepta Tua deſideravi.

132. Reſpice ad me, & miſerere mei; juxta judicium, (*quod*,) amantibus Nomen Tuum.

133. Greſſus meos dirige in verbo Tuo; nec dominetur in me ulla iniquitas.

134. Redime me ab oppreſſione hominis; ut cuſtodiam mandata Tua.

135. Facies Tuas illumina ſuper ſervum Tuum, & doce me ſtatuta Tua.

136. Rivisaquarum deſcenderunt oculi mei; ideò (*quod*) non cuſtodiverunt legem Tuam.

137. Juſtus (*es*) Tu, JEHOVAH; & recta judicia Tua.

138. Præcepiſti juſtitiam teſtimoniorum Tuorum, & fidelitatem valdè.

139. Excidit [h] me zelus meus, quod obliti ſunt verborum Tuorum hoſtes mei.

h) *Pſal. 69, 10.*

140. Purgatum (*eſt*) verbum Tuum: valdè: ideò ſervus Tuus diligit illud.

141. Exiguus ego, & contemtus: mandata (*tamen*) Tua non obliviſcor.

142. Juſtitia Tua (*eſt*) juſtitia in æternum; & lex Tua veritas.

143. Anguſtia & tribulatio invenerunt me: (*ſed*) præcepta Tua (*fuerunt*) oblectationes meæ.

144. Juſtitia (*ſunt*) teſtimonia Tua in æternum: intelligere me fac, ut vivam.

145. Clamavi in toto corde; reſpondæ mihi, JEHOVAH: ut ſtatuta Tua cuſtodiam.

146. Invocavi Te, (*ideò*) ſerva me: ut cuſtodiam teſtimonia Tua.

147. Prævени in crepuſculo, ut clamarem; verba Tua expectavi.

148. Prævenerunt oculi mei vigilias, ad meditandum in verbo Tuo.

149. Vocem meam audi juxta miſericordiam Tuam: JEHOVAH, juxta judicia Tua vivifica me.

150. Appropinquant perſecutores facinori: (*ſed*) à lege Tua procul abſunt.

151. Propinquus Tu (*es*,) JEHOVAH: & omnia præcepta Tua veritas.

152. Antiquitatem novi ex teſtimoniis Tuis: quia in æternum fundaſti ea.

153. Vide miſeriam meam, & libera me: quia legis Tuæ non oblitus ſum.

154. Litiga litem meam, & redime me; juxta verbum Tuum vivifica me.

155. Procul (*eſt*) ab impiis ſalus: quia ſtatuta Tua non quærunt.

156. Miſerationes Tuæ multæ (*ſunt*,) JEHOVAH: juxta judicia Tua vivifica me.

157. Multi (*ſunt*) perſecutores mei, & hoſtes mei: à teſtimoniis Tuis (*tamen*) non declinavi.

158. Vidi perfidos, & averſatus ſum: quod verbum Tuum non cuſtodiunt.

159. Vide, quod mandata Tua amem: JEHOVAH, juxta miſericordiam Tuam vivifica me.

160. Summa verbi Tui (*eſt*) veritas: & in æternum omne judicium juſtitiæ Tuæ,

161. Principes perſecuti ſunt me gratis; à verbo (*tamen*) Tuo timuit ſibi cor meum.

162. Lætus ego (*ſum*) ſuper verbo Tuo, ſicut inveniens ſpolium amplum.

163. Mendacium odi, & deteſtor: (*at*) legem Tuam amo.

164. Septies in die laudo Te ſuper judiciis juſtitiæ Tuæ.

165. Pax multa (*eſt*) diligentibus legem Tuam; nec illis offendiculum.

166. Expectavi ſalutem Tuam, JEHOVAH, & præcepta Tua feci.

167. Cuſtodivit anima mea teſtimonia Tua; & diligo ea valdè.

168. Cuſtodivi mandata Tua, & teſtimonia Tua; quia omnes viæ meæ (*ſunt*) coram Te.

169. Appropinquet clamor meus ante Te, JEHOVAH: juxta verbum Tuum erudi me.

170. Veniant preces meæ ante Te: juxta verbum Tuum libera me.

171. Eructent labia mea laudem: quia doces me ſtatuta Tua.

172. Reſpondeat lingua mea verbum Tuum: quia omnia præcepta Tua (*ſunt*) juſtitia.

173. Sit manus Tua ad juvandum me: quia mandata Tua elegi.

174. Deſideravi ſalutem Tuam JEHOVAH; & lex Tua oblectationes meæ.

175. Vivat anima mea, & laudet Te: ac judicia Tua adjuvent me.

i) *Eſ. 53, 1. 1. Pet. 2, 25.*

176. [i] Erravi ſicut pecus periens: quære ſervum Tuum; quia præceptorum Tuorum non oblitus ſum.

PSALM. CXX.

Pſaltes laudat I. DEUM pro liberatione ex angaſtia, inprimis lingua mendacii & doloſa. à v. 1. Quod II. quantum ſit beneficium, oſtendit per deſcriptionem malæ linguæ. à v. 3.

CAnticum graduum. Ad JEHOVAM, cum anguſtia eſſet) mihi, clamavi, qui reſpondet mihi.

2. (*Dixi*:) JEHOVAH, libera animam meam à labio mendacii, à lingua doli.

3. Quid (*verò*) dabit tibi, & quid addet tibi lingua doli?

4. (*Eſt ſicut*) tela potentis acuta, cum prunis juniperorum.

5. Væ mihi, quod peregrinor (*in*) Meſchech; habito cum tentoriis Arabiæ.

6. Nimium habitavit ſibi anima mea cum oſore pacis.

7. Ego (*ſum vir*) pacis: ſed cum loquor; illi ad bellum (*feſtinant.*)

PSALM. CXXI.

Pſaltes I. DEI ſolius, non alium DEI, auxilium in precibus ſuis petit, à v. 1. Cujus res II. rationem habet, quod non ſinat ſuos fideles vacillare, nec dormitet, ſed ſemper eos cuſtodiat. à v. 3.

CAnticum graduum. Tollo oculos meos ad montes, unde venit auxilium meum.

2. Auxilium meum (*venit*) à cum JEHOVAH; qui fecit cœlum & terram.

3. Non ſinet vacillare pedem tuum: non dormitabit cuſtos tuus.

4. Ecce, non dormitabit, neque dormiet cuſtos Iſraëlis.

5. JEHOVAH (*eſt*) cuſtos tuus; JEHOVAH (*eſt*) umbra tua ſuper manu dextræ tuæ.

6. (*Unde*) interdin Sol non percutiet te, aut Luna in nocte.

7. JEHOVAH cuſtodiet te ab omni malo; cuſtodiet animam tuam.

8. JEHOVAH cuſtodiet exitum tuum & introitum tuum, ex nunc & uſque in ſeculum.

PSALM. CXXII.

Pſaltes docet I. latandum eſſe pio, quando datur viſitare cultum DEI publicum, in loco ſuo probe conſtitutum à v. 1. Petendum eſſe II. ejus conſervationem. à v. 7. Eumq; omni ſtudio promovendum eſſe. v. 8. 9.

CAnticum graduum; Davidis. Gaviſus ſum ſuper dicentibus mihi; (*in*) domum JEHOVÆ ibimus.

2. Stantes fuerunt pedes noſtri in portis tuis, Hieroſolyma.

3. [a] Hieroſolyma (*enim eſt*) ædificata: ſicut urbs, quæ cohæret ſibi unà.

a) *2. Par. 6, 6.*

4. Eò enim aſcendunt tribus, tribus JAH, (*in*) teſtimonium Iſraëli, ad confitendum Nomini JEHOVÆ.

5. Quia

5. Quia ibi ſedent throni ad judicium; throni, (*qui*) domui Davidis.

6. Petite pacem Hieroſolymæ: quieti ſint amantes te.

7. Sit pax in antemurali tuo; quies in palatiis tuis.

8. Propter fratres meos, & ſocios meos loquar, age, pacem in te.

9. Propter domum JEHOVÆ, DEI noſtri, quæram bonum tibi.

PSALM. CXXIII.

Pſalmiſta pius I. conqueritur, quod pij à ſuperbo mundo contemnantur valdè. v.3.4. Ubi verò II. precibus confugiant ad Iehovam, & ab eo ita petendeant, ſicut ſervus & ancilla ab herio ſuo. v.1.2.

CAnticum graduum. Ad te ſuſtuli oculos meos, qui in cœlis habitas.

2. Ecce, ſicut oculi ſervorum ad manum domini ſui; ſicut oculi ancillæ ad manum heræ ſuæ; ſic oculi noſtri ad JEHOVAM, DEUM noſtrum (*ſunt directi,*) donec miſereatur noſtri.

3. Miſerere (*ergo*) noſtri, JEHOVAH; miſerere noſtri: quia nimium ſaturati ſumus contemtu;

4. Nimium ſaturata eſt ſibi anima noſtra ſubſannatione ſecurorum, contemtu ſuperborum.

PSALM. CXXIV.

Refert Eccleſia I. in quantis ab hoſtibus periculis fuiſſet, niſi DEUS adjuviſſet. à v.1. II. Laudat DEum, quod ex tantis periculis eripuerit. v.6.7. Et III. de ejus auxilio gloriatur. v.ult.

CAnticum graduum; Davidis. Niſi JEHOVAH (*eſſet,*) qui fuiſſet pro nobis; ita dicat, age, ſiſraël.

2. Niſi JEHOVAH (*eſſet,*) qui fuiſſet pro nobis, quum inſurrexit contra nos homo:

3. Tunc vivos deglutiviſſent nos, cum arderet ira eorum contra nos.

4. Tunc aquæ ſubmerſiſſent nos: fluvius tranſiviſſet ſuper animam noſtram.

5. Tunc tranſiviſſent ſuper animam noſtram aquæ (*hoc eſt*) ſuperbi.

6. Benedictus (*itaque ſit*) JEHOVAH qui non tradidit nos rapinam dentibus eorum.

7. (*Sed*) anima noſtra ſicut avis liberata eſt à laqueo aucupum: laqueus fractus eſt, nos verò liberati ſumus.

8. Auxilium noſtrum (*eſt*) in nomine JEHOVÆ, qui fecit cœlos & terram.

PSALM. CXXV.

Gloriatur I. Pſalmus de providentia DEI pro piis & Eccleſia. v. 1. 2. 3. Quam II. porrò precatur bonam bonis: impiis autem adverſam. v.4.5.

CAnticum graduum. Qui confidunt in JEHOVAH, ſicut mons Zijonis non commovebitur (*ullus, ſed*) in æternum manebit.

2. Hieroſolymam, quod attinet; montes ſunt circumcirca illi; ac JEHOVAH (*eſt*) circumcirca populo ſuo, ex nunc & uſque in æternum.

3. Non enim incumbet baculus impietatis ſuper ſorte juſtorum; ut non mittant (*etiam*) juſti in perverſitatem manus ſuas.

4. Fac benè JEHOVAH, bonis & rectis in cordibus eorum.

5. Qui autem declinare faciunt ambages ſuas; eos abducet JEHOVAH cum operantibus iniquitatem. Pax (*ergò*) ſuper Jiſraëlem (*ſit.*)

PSALM. CXXVI.

Pſalmus hic partes habet duas. Quarum I. eſt prophetia de ſolutione captivitatis ſpiritualis populi DEI per Chriſtum. à v. 1. II. Petitio ſolutionis captivitatis hujus. à v. 4.

CAnticum graduum. Quum reduceret JEHOVAH captivitatem Zijonis; erimus ſicut ſomniantes.

2. Tunc implebitur riſu os noſtrum; & lingua noſtra cantu: tunc dicent inter gentes; Magna præſtitit JEHOVAH faciendo cum illis.

3. Magna præſtitit JEHOVAH faciendo nobiſcum: (*ut*) facti ſimus læti.

4. Reduc (*ergò*) JEHOVAH captivitatem noſtram, ſicut rivos in meridie.

5. Qui ſerunt in lachryma, cum cantu metent.

6. Eundo ibit & flendo, portans ſactum ſeminis; ſed veniendo veniet cum cantu, portans mergetes ſuos.

PSALM. CXXVII.

Docet I. Pſalmus, ſine DEI providentia nihil boni effici. v. 1. 2. Cum qua II. amicis DEI ſine labore omnia ſuccedunt. v. 2. A qua inprimis III. eſt benedictio liberorum. à v. 3.

CAnticum graduum; Schelomonis. Si JEHOVAH non ædificaverit domum; fruſtra laborant ædificantes eam: Si JEHOVAH non cuſtodiverit urbem; fruſtra vigilat cuſtos.

2. Fruſtra (*eſt*) vobis, qui manè ſurgitis, prolongatis ſedere, comeditis panem dolorum. Sic (*enim*) dabit amico ſuo (*in*) ſomno.

3. Ecce, hereditas JEHOVÆ (*ſunt*) filii; merces fructus ventris.

4. Sicut tela in manu potentis; ſic filii adoleſcentiæ.

5. Beatus vir, qui implevit pharetram ſuam ex illis: non (*enim*) pudefient, quum loquentur cum hoſtibus in porta.

PSALM. CXXIIX.

Depradicat Pſaltes beatitudinem viri timentis DEum, I. quoad laborem manuum. v. 1,2. II. Uxorem & filios. v. 3. 4. III. Locum in Eccleſia DEI. v.5. IV. Longævitatem pacatam. v.6.

CAnticum graduum. Beatus omnis timens JEHOVÆ; qui ambulat in viis ejus.

a) *Gen. 3. 19.* 2. [a] Laborem enim manuum tuarum comedes: beatus (*es*) & bonum tibi.

3. Uxor tua (*erit*) ſicut vitis fructifera in lateribus domus tuæ: filii tui ſicut plantæ olearum, circumcirca menſæ tuæ.

4. En! namque ſic benedicitur viro, timenti JEHOVAM.

5. Benedicet tibi JEHOVAH è Zijone; ut videas bonum Hieroſolymæ omnibus diebus vitæ tuæ.

6. Ut videas filios filiorum tuorum; pacem ſuper Jiſraële.

PSALM. CXXIX.

Refert in hoc Pſalmo Eccleſia, quantas anguſtias. I. ab hoſtibus paſſa ſit: ut hi tantùm non prævaluerint. à v.1. Laudat II. Iehovam, qui ex illis clementer eripuerit; & deinceps etiam hoſtes perſecuturus ſit. à v. 4.

CAnticum graduum. Nimium anguſtarunt me ab adoleſcentia mea; dicat utique Jiſraël.

2. Nimium anguſtarunt me ab adoleſcentia mea: (*ſed*) etiam non prævaluerunt mihi.

3. Super dorſo (*quidem*) meo ararunt aratores; prolongarunt ſulcum ſuum.

4. (*Sed*) JEHOVAH juſtus abſcidit funem impiorum.

5. (*Unde*) pudefacti ſunt, & receſſerunt retrorſum omnes oſores Zijonis.

6. Erunt (*quoq;*) ſicut gramen [a] tectorum, quod, antequam diſtringitur, exareſcit: a) *Eſa. 37. 27.*

7. Ut non impleat manum ſuam meſſor; nec brachium ſuum manipulos faciens.

8. Nec dicant prætereuntes; benedictio JEHOVÆ (*ſit*) ſuper vobis: benedicimus vobis in Nomine JEHOVÆ.

PSALM. CXXX.

Siſtit Pſalmus exemplum peccatoris. I. ad DEUM pro remiſſione peccatorum clamantis. v. 1. 2. 3. 4. Eam II. fide DEUM expectante impetrantis. v.4.6. III. De remiſſione peccatorum Eccleſiam confirmantis. v.7.8.

CAnticum graduum. Ex profundis clamo ad Te, JEHOVAH.

2. ADONAI, audi vocem meam; ſint aures Tuæ attentæ ad vocem precum mearum.

3. Si iniquitates ſervabis, JAH; ADONAI, quis conſiſtet?

4. Nam Tecum eſt remiſſio; ut timearis.

5. Expectavi JEHOVAM, expectavit anima mea; & verbo ipſius confiſus ſum:

6. Anima, (*inquam*) mea, ADONAI; præ cuſtodibus ſub auroram, obſervantibus auroram.

7. Spetet Jiſraël ſuper JEHOVAH; quia cum

cum JEHOVAH (*est*) misericordia, & plurimum cum ipso redemtionis.

8. Et ille redimet Jisraëlem ex omnibus iniquitatibus ejus.

PSALM. CXXXI.

Proponit Psaltes I. Iehovæ humilem suam in eo sbem contra eorum superbiam pugnantem. v. 1. 2. Ad quam II. Ecclesiam hortatur. v. 3.

CAnticum graduum; Davidis. JEHOVAH, non altum est cor meum, nec erecti sunt oculi mei: nec ambulavi in magnis & mirabilibus præ me.

2. Si non ponerem, & silere facerem animam meam, sicut ablactatum super matre sua; sicut ablactatus (*esset*) super me anima mea.

3. Speret Jisraël (*similiter*) super JEHOVAH, ex nunc & usque in æternum.

PSALM. CXXXII.

Psalmus hic I. continet Iuramentum Davidis, & quæ cum eo conjuncta sunt; sanctum DEO factum. à v. 1. Et II. vicissim Iuramentum DEI, Davidi factum. à v. 11.

PSalmus graduum. Memento, JEHOVAH, Davidi omne laborare ejus.

2. Qui juravit JEHOVÆ, vovit forti Jacobi.

a) 2. Sam. 7, 2. 3. Si [a] intravero intra tentorium domus meæ: si ascendero super spondam strati mei:

4. Si dedero somnum oculis meis; palpebris meis dormitationem:

5. Usque dum invenero locum JEHOVÆ; habitacula forti Jacobi!

6. Ecce, audivimus de eo in Ephratha; invenimus eum in agris silvæ.

7. Intrabimus in habitacula Ejus: incurvabimus nos scabello pedum Ejus.

b) 1. Paral. 6, 41 8. [b] Surge JEHOVAH ad requiem Tuam; Tu & Arca fortitudinis Tuæ.

9. Sacerdotes Tui induantur Justitia: & sancti Tui jubilent.

10. Propter Davidem servum Tuum, ne (*pudefacias*) facies uncti Tui.

c) 2. Sa. 7, 12. Ps. 89, 4. 110, 4. 11. Juravit JEHOVAH [c] Davidi veritatem; à qua se non subducet; de fructu ventris tui ponam super thronum tibi.

12. Si custodiverint filii tui fœdus Meum; & testimonium Meum, quod docebo eos, etiam filii eorum usque in æternum sedebunt super throno tibi.

13. Quia elegit JEHOVAH Zijonem; desideravit (*eam*) in sedem sibi, (*dicens*)

14. Hæc (*est*) requies Mea usque in æternum: hic habitabo, quia desideravi Eam.

15. Annonæ ejus benedicendo benedicam: egenos ejus saturabo pane.

16. Et sacerdotes ejus induam salute: & sancti ejus jubilando jubilabunt.

d) Mat. 3, 1. Luc. 1, 69. 17. Ibi [d] germinare faciam cornu Davidi; disponam lucernam uncto Meo.

18. Hostes ejus induam pudore: sed super ipso florebit corona ipsius.

PSALM. CXXXIII.

Psalmus I. laudat fraternam charitatem. v. 1. Cui II. largam DEI benedictionem, oleo unctionis Aaroni & rori Chermonis similem promittit. v. 2. 3.

CAnticum graduum; Davidis. Ecce, quam bonum, & quam jucundum, habitare fratres etiam unà!

2. Sicut oleum bonum super capite, descendens in barbam; barbam (*inquam*) Aharonis; quod descendit super os vestium ipsius:

3. Sicut ros Chermonis, qui descendit super montes Zijonis. Ibi enim præcipit JEHOVAH benedictioni; vitæ, usque in seculum.

PSALM. CXXXIV.

Hortatur Psalmus I. servos Iehovæ ad benedicendum Iehovæ. v. 1. 2. Quibus II. vicissim benedictionem Iehovæ promittit. v. 3.

CAnticum graduum. Ecce, benedicite JEHOVÆ omnes servi JEHOVÆ, stantes in domo JEHOVÆ in noctibus.

2. Tollite manus vestras ad sanctuarium, & benedicite JEHOVÆ.

3. (*Sic*) benedicet tibi JEHOVAH è Zijone, qui fecit cœlos & terram.

PSALM.

PSALM. CXXXV.

Hortatur Psalmus I. omnes homines ad laudandum Iehovam. à v. 1. Celebrat II. eum in finem opera Iehovæ. v. 5. (1.) in natura. v. 6. (2) in eductione Israëlis ex Ægypto. v. 8. 9. (3.) in introductione in terram Canaan. à v. 10. (4.) Erga Ecclesiam suam. v. 13. 14. III. Idolorum & colentium ea vanitatem ostendit. à v. 15. IV. Omnes Ecclesiæ ordines ad benedicendum Iehova excitat. à v. 19.

HAlelu JAH. Laudate Nomen JEHOVÆ: laudate servi JEHOVÆ.

2. Qui (*estis*) stantes in domo JEHOVÆ; in atriis domus DEI nostri.

3. Laudate JAH, quia bonus JEHOVAH; psallite Nomini Ejus, quia jucundum.

4. Elegit enim sibi Jacobum JAH; Jisraëlem in peculium Suum.

5. Ego enim novi, quod magnus (*sit*) JEHOVAH; & Dominus noster præ omnibus diis.

6. Omne, quod vult JEHOVAH, facit in cœlis, & in terra, in maribus, & omnibus abyssis.

a) Ier. 10, 13. 7. Qui [a] ascendere facit vapores ab extremitate terræ; fulgura pluviæ facit: qui educit ventum ex thesauris suis.

b) Exod. 12, 29. 8. Qui [b] percussit primogenitos Ægypti, ab homine usque ad bestiam,

9. Misit signa & prodigia in medium tui, Ægypte; in Pharaonem & in omnes servos ejus.

10. Qui percussit gentes magnas, & occidit Reges porentes:

c) Num. 21, 24. 11. [c] Sichonem Regem Emoræi; & Ogum Regem Baschanis, & omnia regna Canaanis.

) Ios. 12, 4. 12. [d] Deditque terram eorum in hereditatem, hereditatem Jisraëli populo Suo.

13. JEHOVAH Nomen Tuum (*est*) in æternum: JEHOVAH memoria Tua (*est*) in generationem & generationem.

14. Judicabit enim JEHOVAH populum suum; & super servos ipsius pœnitebit ipsum.

) Psal. 115, 4. sp. 15. 13. 15. 15. Idola gentium (*sunt*) argentum & auxum; opus manuum hominis.

16. Os illis; sed non loquuntur: oculi illis, sed non vident.

17. Aures illis, sed non audiunt; etiam non est spiritus in naribus eorum.

18. Sicut illa erunt facientes ea; omnis qui confidit in iis.

19. Domus Jisraël, benedicite JEHOVÆ: domus Aharonis, benedicite JEHOVÆ.

20. Domus Levi, benedicite JEHOVÆ: timentes JEHOVÆ, benedicite JEHOVÆ.

21. Ber edictus (*sit*) JEHOVAH è Zijone, habitans (*in*) Hierosolyma. Halelu-Jah.

PSALM. CXXXVI.

Psalmus hic ejusdem planè cum præced. argumenti est: sed elegantissimè variati. Nam I. excitat ad laudes Iehovæ à v. 1. II. Celebrat opera ejus. v. 4. (1.) in natura. à v. 5. (2.) in eductione ex Ægypto. à v. 10. (3.) in deserto. à v. 13. (4.) in introductione in terram Canaan. à v. 17. (5.) in gubernatione populi sui à v. 23. Finit III. repetita excitatione ad confitendum Iehova. v. ult.

COnfitemini JEHOVÆ, quia bonus: quia in æternum misericordia Ejus.

2. Confitemini DEO Deorum: quia in æternum misericordia Ejus.

3. Confitemini Domino dominorum; quia in æternum misericordia Ejus.

4. Ei, qui fecit mirabilia magna solus: quia in æternum misericordia Ejus,

5. Qui [a] fecit cœlos per intelligentiam (*suam:*) quia in æternum misericordia Ejus. a) Gen. 1, 7.

6. Qui expandit [b] terram super aquis: quia in æternum misericordia Ejus. b) Gen. 1, 9. 10. Ier. 10, 12. 51, 15.

7. Qui fecit [c] luminaria magna: quia in æternum misericordia Ejus. c) Gen. 1, 14. 16.

8. Solem in dominium in die: quia in æternum misericordia Ejus.

9. Lunam & stellas in dominium in nocte: quia in æternum misericordia Ejus.

10. Qui percussit [d] Ægyptum in primogenitis eorum: quia in æternum misericordia Ejus. d) Exod. 12, 29.

11. Et [e] eduxit Jisraëlem è medio eorum: quia in æternum misericordia Ejus. e) Exod. 12, 41.

12. Per manum fortem, & brachium extensum: quia in æternum misericordia Ejus.

13. Qui

f) *Exod.* 14,21. 15. Qui [f] dissecuit mare Suph in partes: quia in æternum misericordia Ejus.

14. Et traduxit Israëlem per medium ejus: quia in æternum misericordia Ejus.

g) *Exod.* 14,29. 15. Et [g] excussit Pharaonem, & omnem exercitum ejus in mare Suph: quia in æternum misericordia Ejus.

16. Qui deduxit populum Suum per desertum: quia in æternum misericordia Ejus.

17. Qui percussit Reges magnos: quia in æternum misericordia Ejus.

18. Et occidit Reges magnificos: quia in æternum misericordia Ejus.

h) *Num.* 21,24,35 19. [h] Sichonem Regem Emoræi: quia in æternum misericordia Ejus.

20. Et Ogum Regem Baschanis: quia in æternum misericordia Ejus.

i) *Ios.* 12, 2. *seqq.* 21. Et [i] dedit terram eorum in hereditatem: quia in æternum misericordia Ejus.

22. Hereditatem Israëli servo suo; quia in æternum misericordia Ejus.

23. Qui in humilitate nostra recordatus est nostri; quia in æternum misericordia Ejus.

24. Et liberavit nos ab hostibus nostris: quia in æternum misericordia Ejus.

25. Qui dat panem omni carni; quia in æternum misericordia Ejus.

26. Confitemini DEo cœlorum: quia in æternum misericordia Ejus.

PSALM. CXXXVII.

Prophetat hic Psalmus de captivitate Babylonicâ. v. 1. (cujus I. miseriam describit. à v. 1. II. Psarum in ea constantiam laudat. à v. 4. III. Qui justè mala imprecantur hostibus, tum Edomo. v. 7. tum Babeli. v. 8, 9.

SUper fluviis Babelis; ibi, (*inquam,*) sedimus; etiam flevimus, quum recordati fumus Zijonis.

2. Super salices in medio ejus suspendimus citharas nostras.

3. Ibi enim petierunt nos captivantes nos verba Cantici, & detentores nostri gaudium: (*dicentes;*) cantate nobis de cantico Zijonis.

4. (*Sed*) quomodo caneremus canticum JEHOVÆ super terra alienigenæ?

5. Si oblitus fuero tui, Hierosolyma; (*si tui*) oblita fuerit dextra mea:

6. Adhæreat lingua mea palato meo: si non recordatus fuero tui; si non ascendere fecero Hierosolymam super initium gaudii mei.

7. Memento, JEHOVAH, filiis Edomi diem Hierosolymæ, dicentibus; Nudate, nudate usque ad fundamentum, (*quod*) in eâ.

8 (*Imò*) filia [a] Babelis devastata, a) *Esa.* 13,19. beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.

9. Beatus, qui apprehendet, & [b] dis- b) *Esa.* 13,16. perget infantes tuos ad petram.

PSALM. CXXXIIX.

Canticum Eucharisticum est Psalmus. In quo I. gratia aguntur pro liberatione in die clamoris & angustiæ. à v. 1. Quæ II. digna, ut ab omnibus gentibus celebretur, à v. 4. Unde III. in futurum liberatio speratur. v. 7, 8.

DAvidis. Confitebor Tibi in toto corde meo: coram diis psallam Tibi.

2. Incurvabo me versus templum sanctitatis Tuæ, & confitebor Nomini Tuo, propter misericordiam Tuam, & propter veritatem Tuam: quia magnum fecisti super omne Nomen Tuum verbum Tuum.

3. (*Nam*) in die, (*quo*) clamavi, respondisti mihi; dilatasti mihi in anima mea robur.

4. (*Ideò*) confitebuntur Tibi, JEHOVAH, omnes Reges terræ: audiverunt enim verba oris Tui.

5. Et canent de viis JEHOVÆ: quia magna (*est*) gloria JEHOVÆ.

6. Est enim [a] altus JEHOVAH, hu- a) *Psal.* milem tamen respicit; altum autem è lon- 113, 6. 7. ginquo (*tantum*) cognoscet.

7. (*Unde*) si ambulavero in medio angustiæ; vivificabis me: ob iram hostium meorum mittes manum Tuam, & servabis me dextra Tua.

8. JEHOVAH perficiet pro me; JEHOVAH misericordia Tua (*est*) in æternum: ideo opera manuum Tuarum ne omittas.

PSALM. CXXXIX.

(onsiderat Psaltes pié mirabilem DEI super se providentiam. Miratur autem I. Omnisciam omnium rerum suarum notitiam & perscrutationem. à v. 1. II. Omnipræsentiam ubiq; ipsum ducentem & tuentem. à v. 7. III. Omnipotentiam per formationem in utero testatam. à v. 13. Quam IV. contra impios sibi exosos implorat. à v. 19.

PRæfecto Musices; Davidis, Psalmus. JEHOVAH perscrutatus es me & cognovisti.

2. Tu cognovisti sedere meum, & surgere meum: intellexisti cogitationem meam è longinquo.

3. Viam meam & locum quietis meæ cinxisti; & omnibus viis meis assuescis.

4. Non enim (*est*) verbum in lingua mea, (*quod*) ecce, JEHOVAH, non noveris omne.

5. Post & antè formasti mihi, & posuisti super me manum Tuam.

6. Mirabilis (*est*) scientia præ me; altior (*est,*) quam ut sufficiens sim illi.

7. Quo abivero à Spiritu Tuo; & quo coram Te avolavero?

a) *Am.* 9,2. 8. Si [a] ascendero in cœlos, ibi Tu: aut sternam (*in*) inferno, ecce Tu (*hic.*)

9. (*Si*) sumsero alas auroræ, (*aut*) habitavero in extremitate maris:

10. Etiam ibi manus Tua ducet me; & apprehendet me dextra Tua.

11. Aut (*si*) dixero; Utique tenebræ oppriment me; etiam nox (*erit*) lux pro me:

b) *Isa.* 1, 47. 12. Etiam [b] tenebræ non facient tenebras præ Te; sed nox, sicut dies, lucida erit: sicut tenebræ, ita lux (*erit.*)

13. Tu enim (*etiam*) possides renes meos; obtexisti me in ventre matris meæ.

14. (*Quare*) confitebor Tibi, quia c) *Job.* 10, 8. *seqq.* [c] mirabilibus modis mirabilis factus sum (*à sec.*) mirabilia sunt facta Tua; quod anima mea agnoscit probè.

15. Non latuit Te os meum, quum factus sum in occulto: formatus sum in inferioribus terræ.

16. Glomus meum viderunt oculi Tui; & super libro Tuo omnes scripti sunt dies, (*qui*) destinati sunt, cùm nec unus (*esset*) de illis.

17. Unde mihi quam sublimes sunt cogitationes Tuæ, DEus? quam innumerabiles sunt summæ earum?

18. Si numeravero eas, plures quam arena erunt: cùm expergefactus fuero, adhuc (*ero*) ego Tecum.

19. Utinam occidas, DEus, impium; & viros sanguinis, (*quibus dico;*) recedite à me!

20. Qui loquuntur contra Te cum facinore; elati (*nam qui sunt*) ad vanitatem hostes Tui.

21. Nonne (*enim*) osores Tuos, JEHOVAH, odi; & insurgentes contra Te aversor?

22. Extremitate odii odi eos; in hostes facti sunt mihi.

23. Scrutare (*nam*) me, DEus, & cognosce cor meum: proba me, & cognosce cogitationes meas.

24. Et cognosce, num via doloris (*sit*) in me: ac duc me in via æternitatis.

PSALM. CXL.

Preces habet Psalmus hominis pij ab hostibus afflicti. In quibus petit I. sui liberationem ab hostibus eorum, qui insidiis. à v. 2. II. Exauditionem harum precum. à v. 7. III. Vindictam contra hostes. à v. 9.

PRæfecto Musices; Psalmus; Davidis.

2. Libera me, JEHOVAH, ab homine malo; à viro violentiarum serva me.

3. Qui cogitant mala in corde; toto die congregant se (*ad*) bellum.

4. Exacuerunt [a] linguam suam, sicut a) *Psal.* 5, 10. serpens; venenum aspidis (*est*) sub labiis *Rom.* 3, 13. eorum. Selah.

5. Custodi (*itaq;*) me, JEHOVAH, à manibus impii; à viro violentiarum serva me: qui cogitant impellere gressus meos.

6. Occultarunt (*enim*) superbi laqueum mihi, & funes; expanderunt rete ad latus orbitæ: tendiculas posuerunt mihi. Selah.

7. (*Sed*) dixi JEHOVÆ; DEus meus Tu. exaudi, JEHOVAH, vocem precum mearum.

8. JEHOVIH ADONAI, robur (*es*) salutis meæ: texisti caput meum in die armorum.

9. Ne des, JEHOVAH, desideria impii; cogitationem ejus ne secundes, (*ne*) effectant se. Selah.

10. Fel (*sunt*) circumdantes me; molestia labiorum eorum contegat eos.

11. Obruant eos prunæ: igne dejiciat eos, in foveas, (*unde*) non resurgant.

12. Vir linguæ (*malæ*) ne subsistat in terra; virum violentiæ malum venetur in subversiones.

13. Scio (*verò*) quod facturus sit JEHOVAH judicium miseri, judicium egenorum.

14. Unde justi confitebuntur Nomini Tuo: habitabunt recti coram Te.

PSALM. CXLI.

Oratio Ecclesiæ DEI. In qua petit I. precum exauditionem. v. 1. 2. II. Retentionem à communione cum impiis. v. 3. 4. III. Castigationem piorum. v. 5. 6. IV. Liberationem ab hostibus graviter affligentibus. à v. 7.

PSalmus; Davidis. JEHOVAH, (*quando*) clamo ad Te, festina ad me: attende autem ad vocem meam, quando clamo ad Te.

2. Acceptæ sint preces meæ (*sicut*) suffimentum coram Te; sublatio manuum mearum (*sicut*) Mincha vesperæ.

3. Pone JEHOVAH, custodi os meum; custodi januam labiorum meorum.

4. Ne declina cor meum ad verbum malum, ad faciendum facinora in impietate, cum viris operantibus iniquitatem; aut (*ut*) edam de deliciis eorum.

5 Percutiat (*potius*) me justus, (*quod erit mihi*) misericordia; & corripiat me, (*quod*) oleum capitis: (*quod*) ne renuat caput meum: nam adhuc (*tempus erit,*) quo preces meæ (*erunt valida*) in malis illorum.

6. Ut dejiciantur per loca petræ judices eorum; audiant autem verba mea, quod suavia sint.

7. (*Equidem*) sicut (à) findente & secante terram, disjiciuntur ossa nostra usque ad os inferni.

8. Quia (*tamen*) ad Te, JEHOVI ADONAI oculi mei (*directi sunt, &*) in Te confido; ne destitue nudam animam meam.

9. (*Sed*) custodi me à manibus laquei, (*quem*) posuerunt mihi, & tendiculis operantium iniquitatem.

10. Cadant autem in retia ipsius (*DEI*) impii, (*& quidem*) unà, ego donec transeam.

PSALM. CXLII.

Psalmus hic preces habet contra hostes. Ubi I. precum exordium. v. 2. 3. II. Precum rationes: quia periculum DEO notum. v. 4. & solus juvare possit. v. 5. 6. III. Precum petitio; liberatio. v. 7. 8.

DIdascalicum; Davidis, quum esset [a] in spelunca; Precatio. a) 1. Sa. 24. 4

2. Voce mea ad JEHOVAM clamabo; voce mea ad JEHOVAM precabor.

3. Effundam coram Illo meditationem meam; angustiam meam coram Illo indicabo

4. Quum deficit super me spiritus meus: Tu novisti semitam meam, (*quod*) in via, qua ambulo, absconderint laqueum mihi.

5. Specta (*tum*) ad dextram, & vide (*ad sinistram;*) non erit mihi agnoscens; periit refugium à me; non (*erit*) quærens animæ meæ.

6. Clamo (*ergò*) ad Te, JEHOVAH; dico, Tu (*es*) fiducia mea; pars mea in terra viventium.

7. Attende (*itaq;*) ad clamorem meum; quia attritus sum valdè: libera me à persecutoribus meis, quia prævaluerunt mihi.

8. Educ è carcere animam meam, ad confitendum Nomini Tuo: me (*namq;*) circumdabunt justi, quando retribueris mihi.

PSALM. CXLIII.

Precatio est contra hostes. In quâ I. exauditio precum petitur cum remissione peccatorum impedimentum. v. 1. 2. II. Periculum ab hostibus & cordis angustia deseribitur. à v. 3. & III. Festinatio auxilij, & deductio in bona via petitur à v. 7.

PSalmus; Davidis. JEHOVAH, audi preces meas; adverte aures ad precationes meas, ob veritatem Tuam; responde mihi, ob justitiam Tuam.

2. Et ne intra in judicium cum servo a) Tuo: quia non [a] justus erit coram Te ullus vivens. a) Exod. 34. 7. Iob. 9. 2.

3. Quia persequitur hostis animam meam; contrivit in terram vitam meam: sedere me facit in tenebris, sicut mortuos mundi,

4. (*Adeò ut*) deficiat super me spiritus meus; in medio mei obstupescat cor meum.

5. Recordor (*ergò*) dierum ab antiquo: rememoro omne opus Tuum: factum manuum Tuarum considero.

6. Expando manus meas ad Te; anima mea (*directa est*) sicut terra sitibunda erga Te. Selah.

7. Festina (*itaq;*) responde mihi JEHOVAH; (*quia*) consumtus spiritus meus; ne absconde facies Tuas a me, ut similis fiam descendentibus in foveam.

8. Fac me audire sub matutam misericordiam Tuam; quia in Te confido: notam fac mihi viam, qua ambulem; quia ad Te sustuli animam meam.

9. Libera me ab hostibus meis, JEHOVAH; apud Te (*enim*) abscondo me.

10. Doce me facere voluntatem Tuam; quia Tu (*es*) DEus meus: Spiritus Tuus bonus ducat me in terra rectitudinis.

11. Propter Nomen Tuum, JEHOVAH, vivifica me; ob justitiam Tuam educ ex angustia animam meam.

12. Atque ob misericordiam Tuam excinde hostes meos, & perde omnes angustiantes animam meam, quia ego servus Tuus (*sum.*)

PSALM. CXLIV.

Imaginem boni principis exhibet in Davide. Qui I. robur suum in bello adscribit DEO. v. 1. 2. non sibi. v. 3. 4. Ideo II. DEUM pro auxilio contra hostes invocat. à v. 5. Et pro obtento III. laudat. v. 9. 10. Nec IV. cum hostibus mundi gloriam quærit: sed apud DEUM beatitudinem, à v. 11.

DAvidis. Benedictus (*esto*) JEHOVAH, petra mea; docens manus meas pugnam; digitos meos bellum.

2. (*Ille enim est*) misericordia mea & a) Ps. 18, [a] propugnaculum, refugium meum, & b) Ps. 18, 3. ereptor meus mihi; scutum meum, & (*is*) in quo confido: qui subjicit populum meum sub me.

3. JEHOVAH, [b] quid (*est*) homo, quod agnoscis eum? filius hominis, quod reputas eum?

4. (*Atqui*) [c] homo vanitati similis est; dies ejus sicut umbra transiens. c) Iob. 8, 9. Ps. 39, 7

5. (*Quare,*) JEHOVAH, inclina cœlos Tuos, & descende; tange montes, ut fumigent.

6. Emitte fulmen Tuum, & disperge illos; mitte tela Tua, & contuba eos.

7. Mitte manus Tuas ex alto, libera me, & eripe me ex aquis magnis, è manu filiorum alienigenæ:

8. Quorum os loquitur vanitatem; dextra eorum (*est*) dextra mendacii.

9. DEus canticum novum cantabo tibi; in nablio decachordio psallam tibi.

10. Qui (*es*) dans salutem Regibus; liberans Davidem servum Suum à gladio malo.

11. Libera (*ergò*) me è manu filiorum alienigenæ; quorum os loquitur vanitatem; & dextera eorum (*est*) dextera mendacii.

12. (*Qui dicunt;*) Quia filii nostri (*sunt*) sicut plantæ magnæ factæ in adolescentia eorum, filiæ nostræ, sicut anguli, excisi figura palatii.

13. Horrea nostra (*sunt*) plena, depromentia de cibo ad cibum; greges nostri milleni (*sunt*) & decies milleni in plateis nostris.

14. Boves nostri onerati sunt: non est ruptura, nec effugium, nec clamor in vicis nostris.

15. Beatus populus, cui sic (*est!*) Atqui beatus (*est*) populus, cujus JEHOVAH DEus (*est.*)

PSALM. CXLV.

Psalmus, ut titulus habet, est Laus scil. Iehovæ. Cujus extollitur I. Majestas. à v. 1. II. Opera & mirabilia, bonitatis, misericordiæ & justitiæ. à v. 4. III. Regnum ejusq; administratio, inprimis erga humiles, & invocantes Ipsum. à v. 13.

LAus; Davidis. Extollam Te, DEus mi, Rex: benedicam Nomini Tuo in æternum & in perpetuum.

2. In omni die benedicam Tibi, & laudabo Nomen Tuum in æternum & perpetuum.

3. Magnus (*est*) JEHOVAH, & laudabilis valdè; & magnitudini Ejus non (*est*) investigatio.

4. Generatio generationi laudabit opera Tua, & virtutes Tuas annuntiabunt.

5. (*Ideò*) honorem gloriæ decoris Tui, & verba mirabilium Tuorum meditabor.

6. Robur etiam formidabilium Tuorum loquentur: & magnitudinem Tuam enarrabo.

7. Memoriam multitudinis bonitatis Tuæ eloquentur; & justitiam Tuam cantabunt.

8. Gratiosus & misericors (*est*) JEHOVAH; longanimis & magnus misericordia.

9. Bonus (*est*) JEHOVAH omnibus; & miserationes Ipsius super omnia opera Ipsius.

10. (*Ideò*) confitebuntur Tibi, JEHOVAH, omnia opera Tua; & sancti Tui benedicent Tibi.

11. Gloriam regni Tui loquentur; & virtutem Tuam narrabunt:

12. Ut notas faciant filiis hominis virtutes Ipsius; & gloriam honoris regni Ipsius.

13. Regnum Tuum (*est*) regnum omnium æternitatum; & dominium Tuum in omnem generationem & generationem.

14. Suffulciens (*est*) JEHOVAH omnes cadentes; & erigens omnes incurvatos.

15. Oculi omnium Te expectant; & (*es*) dans illis cibum illorum in tempore suo.

16. Aperiens (*es*) manum Tuam, & satians omne vivens (*cum*) beneplacito.

17. Justus (*est*) JEHOVAH in omnibus viis Ipsius; & sanctus in omnibus operibus Ipsius.

18. Propinquus (*est*) JEHOVAH omnibus invocantibus Ipsum; omnibus, qui invocant Ipsum in veritate.

19. Voluntatem timentium Ipsum faciet; & clamorem eorum audiet, ac servabit eos.

20. Custodiens (*est*) JEHOVAH omnes amantes Ipsum; at omne impios perdet.

21. Laudem JEHOVAH eloquetur os meum: & benedicet omnis caro Nomini sanctitatis Ejus in æternum & perpetuum.

PSALM. CXLVI.

Psaltes I. excitat se ad laudandum Iehovam. v. 1. 2. II. Dehortatur à fiducia in principibus. v. 3. 4. III. Beatum prædicat sperantem in Iehovah. v. 5. IV. Cujus opera & regnum celebrat. à v. 6.

HAlelu-Jah. Lauda anima mea JEHOVAM.

2. Laudabo JEHOVAM in vita mea: psallam DEO meo, quamdiu ego (*sum.*)

3. Ne confidite [a] in principibus; in filio hominis, cui non (*est*) salus. a) *Psal. 118, 8. 9.*

4. (*Cùm*) exiverit [b] spiritus ejus, redibit in terram: in die isto perierunt cogitationes ejus. *Jer. 17, 5.* b) *Gen. 3, 19. Eccl. 12, 7.*

5. Beatus (*ergò*) in cujus auxilio (*est*) DEus Jacobi; cujus spes super JEHOVAH, DEO suo.

6. Qui fecit [c] cœlum & terram, mare, & omnia, quæ in iis: qui servat veritatem in æternum. c) *Psal. 62, 12. Act. 14, 15. Ap. 14, 7.*

7. Qui facit judicium oppressis; qui dat panem famelicis: JEHOVAH (*est,*) qui solvit vinctos.

8. JEHOVAH aperit cœcos; JEHOVAH (*est,*) qui erigit incurvatos: JEHOVAH (*est,*) qui amat Justos.

9. JEHOVAH (*est,*) qui custodit peregrinos; pupillum & viduam sustentat: at viam impiorum pervertit.

10. Regnabit JEHOVAH in æternum, DEus Tuus, Zijon, in generationem & generationem. Halelu-Jah.

PSALM. CXLVII.

Psaltes I. excitat, omnes homines ad laudandum DEUM, propter divinas proprietates, majestatem & opera, tum in gubernatione naturæ, tum timentium Ipsum. à v. 1. Inprimis II. excitat Hierosolymam seu Ecclesiam, ex iisdem causis, à v. 12.

LAudate JAH; quia bonus; Psalle DEO nostro, quia suavis; pulchra (*est*) laus.

2. Qui ædificat Hierosolymam JEHOVAH; expulsos Jisraëlis congregat.

3. Qui [a] sanat fractos corde; & obligat dolores eorum. a) *Esa. 61, 1.*

4. Qui numerat numerum stellarum; omnibus [b] nomina vocat. b) *Esa. 40, 26.*

5. Magnus (*est*) Dominus noster, & ingens virtute: intelligentiæ Ejus non (*est*) numerus.

6. Sustentans est miseros JEHOVAH; humilians impios usque ad terram.

7. (*Ideò*) respondete JEHOVÆ per confessionem; Psallite DEO nostro in cithara.

8. Qui obtegit [c] cœlos nubibus; qui præparat terræ pluviam; qui germinare facit montes gramen. c) *Act. 14, 17.*

9. Qui dat [d] bestiæ cibum ejus: filiis corvi, qui invocant (*Illum.*) d) *Iob 38, 3.*

10. Non robore equi delectatur: non in femoribus viri placitum Ejus est.

11. Beneplacitum JEHOVÆ (*est*) in timentibus Ipsum, expectantibus misericordiam Ipsius.

12. Lauda, Hierosolyma, JEHOVAM; collauda, Zijon, DEUM tuum.

13. Nam firmat vectes portarum tuarum: benedicit filiis tuis in medio tui.

14. Qui ponit terminum tuum pacem; adipe triticorum satiat te.

15. Qui mittit verbum suum (*in*) terram; usque citissime currit verbum Ipsius.

16. Qui dat nivem sicut lanam; pruinam sicut pulverem spargit.

17. Qui projicit grandinem Suam sicut bolos: coram frigore Ejus quis consistet?

18. Mittit verbum Suum, & liquefacit ea; spirare facit ventum Suum, (*ut*) fluant aquæ.

19. Annuntiat verba sua Jacobo; statuta Sua & judicia Sua Jisraëli.

20. Non facit sic ulli genti; nec judicia noverunt. Halelu-Jah.

PSALM. CXLIIX.

Tantùm laudis Iehovæ est: Ad quam I. invitantur omnes creaturæ. (1.) Exercitus Angelicus. v. 1. 2. (2.) Sol, luna & stellæ. à v. 3. (3.) Aquatilia. v. 7. (4.) Meteora. v. 8. (5.) Montes & arbores. v. 9. (6.) bestiæ, reptilia & volatilia, v. 10. Inprimis (7.) homines omnis status, ætatis & sexus. v. 11. 12. II. Rationes laudis adduntur. v. 13. 14.

HAlelu-Jah. Laudate JEHOVAM è cœlis: laudate eum in excelsis.

2. Laudate Eum omnes Angeli Ejus: laudate Eum omnes exercitus Ejus.

3. Laudate Eum Sol & Luna: laudate Eum omnes stellæ lucis.

4. Laudate Eum cœli cœlorum: & aquæ, quæ (*sunt*) supra cœlos.

5. Laudate Nomen JEHOVÆ, quia Ille [a] præcepit, & creata sunt. a) *Psal. 33, 9. 115, 3.*

6. Et statuit ea in perpetuum, in æternum: statutum dedit, quod non transibit.

7. Laudate JEHOVAM è terra; balænæ & omnes abyssi:

8. [b] Ignis & grando; nix & vapor; spiritus procellæ, faciens verbum Ipsius. b) *Sir. 39, 30.*

9. Montes, & omnes colles: lignum fructus, & omnes cedri.

10. Fera & omnis bestia; reptile & avis alæ.

11. Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes judices terræ.

12. Juvenes, etiamque virgines: senes cum pueris.

13. Laudate Nomen JEHOVÆ; quia exaltatum est Nomen Ejus solum: decor Ejus (*est*) super terrâ & cœlis.

14. Et exaltavit cornu populi Sui; laudem omnibus Sanctis Suis; filiis Jisraëlis, populo propinqui Sui. Halelu-Jah.

PSALM. CXLIX.

Canticum Laudis Iehovæ etiam hic Psalmus est, Quod I. compositum pro Ecclesia. V. T. v. 1. 2. 4. Cum II. rationibus. (1.) ob gratiam & salutem, v. 4. 5. (2.) vindicationem ab hostibus, per Verbum DEI. à v. 6.

HAlelu-Jah. Cantate JEHOVÆ canticum novum: laus Ejus (*esto*) in cœtu Sanctorum.

2. Lætetur Jisraël in Factoribus suis: filii Zijonis exultent in Rege suo.

3. Laudate Nomen Ejus in Choreâ: cum tympano & cithara psallite Illi.

4. Quia delectatur JEHOVAH populo suo: gloriantur miseri in salute Ejus.

5. (*Ideò*)

5. (*Ideò*) exultabunt ſancti in gloria; cantabunt ſuper cubilibus ſuis.

6. Celſitudines DEI (*erunt*) in gutture eorum: & gladius otium in manu eorum.

7. Ad faciendum vindictam in gentibus; redargutiones in populis:

8. Ad vinciendum Reges eorum vinculis; & honoratos eorum compedibus ferri:

9. Ad faciendum in illis judicium ſcriptum. Honor ille (*eſt*) omnibus Sanctis Ejus. Halelu-Jah.

PSALM. CL.

Hic quoq; Pſalmus Canticum laudis DEI. Ad quam Ipſi dandam vocatur I. Sanctuarium ſeu Eccleſia, Expanſum ſeu Angeli, & omnis anima. v. 1. & 6. II: Ob Majeſtatem & opera. v. 2. III Omnis generis Inſtrumentis & modis. v. 3. 4. 5.

HAlelu-Jah. Laudate DEUM in ſanctuario Ipſius: laudate Eum in expanſo roboris Ipſius.

2. Laudate Eum in virtutibus Ipſius: laudate Eum juxta magnitudinem magnificentiæ Ipſius.

3. Laudate Eum cum clangore buccinæ: laudate Eum cum nablio & cithara.

4. Laudate Eum cum tympano, & chorea: laudate Eum cum fidibus & organo.

5. Laudate Eum cum cymbalis ſoni: laudate Eum cum cymbalis clangoris.

6. Omnis anima laudet JAH. Halelu-Jah.

ECCLESIASTES.

CAPUT I.

Caput hoc duo habet. I. Titulum Libri: & in hoc tum materiam libri, tum Autorem. v. 1. II. Falſi ſummi Boni remotionem: quod à profanis hominibus ponitur in mundo & mundanis; quæ omnia tamen vana ſunt. à v. 2. etiam ſapientia humana ſi ſola ſit. à v. 12.

VErba Koheleth (*h. e. Eccleſiaſtæ,*) filii Davidis; Regis in Hieroſolyma,

2. Vanitas Vanitatum! dixit Koheleth (*Eccleſiaſtes.*) Vanitas vanitatum! omnia Vanitas.

3. Quid (*enim eſt*) lucri homini in omni labore ejus, quo laborat ſub ſole,

4. Generatio (*eſt*) abiens, & generatio (*eſt*) veniens: licet terra ſtet in æternum.

5. Ac oritur Sol, & occidit Sol: & ad locum ſuum dum anhelans (*eſt; iterum*) oriens ille (*eſt*) ibi.

6. Abit ad meridiem, & circumit ad ſeptentrionem; circumit (*inquam,*) circumit, & abit ventus. & in circuitus ſuos redit ventus.

7. Omnes [a] fluvii abeunt in mare, & mare non impletur: ad locum, ad quem fluvii abeunt, ibidem illi redeunt ad eundum.

8. Omnes res ſunt laborioſæ; non poteſt vir (*quiſquam*) eloqui: non ſaturatur oculus videndo; & non impletur auris ab audiendo.

9. Quod fuit, idem eſt, quod erit; & quod factum eſt, idem eſt, quod fiet; neque quicquam novum (*eſt*) ſub ſole,

10. Eſt (*quidem*) res, de qua dixerit (*quis;*) Ecce hoc novum quid (*eſt: atqui*) fuit ante ſecula jam, dum fuit ante nos.

11. (*Niſi quod*) non eſt memoria priorum: ſicut etiam poſteriorum, quæ erunt, non (*erit olim*) memoria apud eos, qui erunt poſtea,

12. Ego Koheleth (*Eccleſiaſtes,*) fui Rex ſuper Iſraëlem in Hieroſolyma,

13. Dedi autem cor meum, ad quærendum & inveſtigandum in ſapientia, de omni, quod factum eſt ſub cœlis: hoc (*verò ipſum*) labor malus (*eſt, quem*) dedit DEUS filiis hominum, ut affligant ſe in eo.

14. Vidi (*enim*) omnia opera, quæ fiunt ſub Sole; cum ecce, omnia (*ſunt*) vanitas, & afflictio ſpiritus.

15. Perverſum non poteſt rectificari, & defectus non poteſt numero addi.

16. Dixi (*quidem*) ego cum corde meo, dicendo; Ego, ecce, magnam feci, & auxi ſapientiam ſupra omnes, qui fuerunt ante me ſuper Hieroſolyma, & cor meum vidit plurimum ſapientiæ & ſcientiæ.

17. Dedi enim cor meum ad cognoſcendum ſapientiam, & ad cognoſcendum ſtultitiam & inſipientiam: novi (*verò,*) quod etiam hoc ipſum (*ſit*) afflictio ſpiritus.

18. Nam

a) Sir. 40, 11.

18. Nam in multitudine ſapientiæ (*eſt*) multitudo moleſtiæ: & qui addit ſibi ſcientiam, addit dolorem.

CAP. II.

Superius Caput probavit vanitatem rerum mundanarum: quam hoc (cap. II. ita confirmat, ut oſtendat. I. Voluptates & delicias hominis corporalis eſſe vanas, ſine ſapientia. v. 1.2. Imo II. etiam cum ſapientia conjunctas. à v. 3. III. Magnam vanitatis etiam partem eſſe, impoſſibilem operationem & abſolutionem à v. 24.

(*Vare*) dixi ego in corde meo; ito, age, tentabo te in lætitia: fruere ergò bono: ſed, ecce, etiam hoc vanitas eſt.

2. (*Unde*) riſui dixi; Inſanus (*es*) & gaudio; quid (*eſt,*) quod (*es*) faciens?

3. Quæſivi potrò in corde meo, augere vino carnem meam; ut cor meum (*tamen*) ſtudeat ſapientiæ, & apprehendat ſtultitiam, donec videam, quidnam bonum filiis hominis, quod faciant ſub cœlo, numerum dierum vitæ eorum.

4. (*Hinc*) magnifica feci opera mea: ædificavi mihi domos; plantavi mihi vineas.

5. Feci mihi hortos & paradiſos, & plantavi in iis arbores omnis fructus.

6. Feci mihi piſcinas aquarum; ad potandum ex iis ſilvam, germinantem arborem.

7. Emi ſervos & ancillas; filii etiam domus fuerunt mihi; pecus quoque armenti & gregis plurimum fuit mihi, præ omnibus, qui fuerunt ante me in Hieroſolyma.

8. Collegi mihi etiam argentum & aurum, & peculium Regum, & provinciarum: feci mihi cantores & cantatrices, & delicias filiorum hominis, ſymphoniam & ſymphonias.

9. Magnus factus, & auctus ſum præ omni, qui fuit ante me in Hieroſolyma; etiam ſapientia mea conſtitit mihi.

10. Equidem omne, quod petierunt oculi mei, non prohibui ab illis: non abſtinui cor meum ab ullo gaudio: nam cor meum lætatum eſt ex omni labore meo: & hoc (*quidem*) fuit pars mea ex omni labore meo.

11. Circumſpexi tamen ego omnia opera mea, quæ fecerunt manus meæ; & laborem, in quo laboravi faciendo: ſed, ecce, omnia erant vanitas & afflictio ſpiritus; nec lucrum ſub ſole.

12. Circumſpexi ego potrò ad videndum ſapientiam & inſipientiam, & ſtultitiam, (*ubi eſſet.*) Quid enim (*erit*) homo, qui veniet poſt Regem? id quod pridem fecerunt.

13. Vidi itaque quidem, quod ſit excellentia ſapientiæ præ ſtultitia; ſicut (*eſt*) excellentia lucis præ tenebris:

14. [a] Sapientis (*enim*) oculi (*ſunt*) in capite ejus, ſed ſtultus in tenebris (*eſt*) ambulans. Sed novi tamen etiam ego, quod accidens idem accidat omnibus. a) *Prov. 17,24. Eccl. 2,1.*

15. Quare dixi ego in corde meo; juxta accidens ſtulti etiam mihi accidit: ut quid ergò ego ſapiens factus ſum adhuc magis? unde dixi in corde meo, quod etiam hoc (*ſit*) vanitas.

16. Non enim eſt memoria ſapienti, æquè ac ſtulto, in æternum: eò quod pridem, quoad dies venturos, omne obli vioni traditum (*eſt:*) & quomodo moritur ſapiens cum ſtulto?

17. Ideò odi vitam; quia malum (*eſt*) ſuper me opus, quod factum eſt ſub Sole: quia omnia vanitas & afflictio ſpiritus.

18. Unde odi ego omnem laborem meum, quo ego laborans (*ſum*) ſub Sole: quia relicturus ſum eum homini, qui erit poſt me,

19. Et quis ſcit, num ſapiens futurus ſit, an ſtultus? attamen dominabitur in omnem laborem meum, quo laboravi, &. in quo ſapiens fui ſub Sole. Etiam hoc vanitas (*eſt.*)

20. Hinc converti me ego ad deſperatum reddendum cor meum ſuper omni labore, quo laboravi ſub ſole.

21. Eſt namque homo, cujus labor (*ſit*) in ſapientia, & in ſcientia, & in rectitudine: ſed homini, qui non laboravit in eo, dabit eum (*in*) portionem ejus. Etiam hoc vanitas eſt, & malum magnum.

22. Quid enim ſupereſt homini de omni labore ejus, & afflictione cordis ejus: (*qua*) laborans ille (*eſt*) ſub Sole.

23. Omnes enim dies ejus (*ſunt*) dolores, & moleſtia negotium ejus; dum etiam in nocte non quieſcit cor ejus. Etiam hoc vanitas eſt.

24. Quare non bonum eſt quoad hominem, quàm ut comedat, & bibat, & oſtendat animæ ſuæ bonum in labore ſuo. (*Attamen*) etiam hoc vidi ego, quod à manu Dei ſit.

25. Quis namque comederit, & quis præcurrat præ me?

26. Homini enim (*utiq;*) qui bonus coram Ipſo, dat ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam: ſed peccatori dat moleſtiam congregandi, & colligendi; ut det ei, qui bonus coram Deo. Etiam hoc (*eſt*) vanitas; & afflictio ſpiritus.

CAP. III.

Caput hoc partes tres habet. Quarum I. eſt, vanitatis in impoſſibilitate operationis & conſecutionis hominum conſiſtentis (de qua Cap. II.) ulterior probatio. à v 1. II. Veri ſummi Boni poſitio. à v. 12. III. Tertia partis Libri de offendiculis principium: in quo removentur trium caſuum. à v. 15. Quorum (1.) ſemper idem fieri. v. 15. (2.) Iniquitatem dominari in loco juſtitiæ. v. 16. 17. (3.) Homini idem contingere, quod beſtiis. à v. 18.

Omnibus tempus (*eſt,*) & tempus (*eſt*) omni voluntati ſub Sole.

2. Tempus (*eſt*) ad pariendum, & tempus ad moriendum: tempus ad plantandum, & tempus ad eradicandum.

3. Tempus ad occidendum, & tempus ad ſanandum: tempus ad deſtruendum, & tempus ad extruendum.

4. Tempus ad plorandum, & tempus ad ridendum: tempus ad plangendum, & tempus ad ſaltandum.

5. Tempus ad disjiciendum lapides: & tempus ad colligendum lapides: tempus ad amplectendum, & tempus ad diſcedendum ab amplectendo.

6. Tempus ad quærendum, & tempus ad perdendum: tempus ad aſſervandum, & tempus ad abjiciendum.

7. Tempus ad diſſuendum, & tempus ad conſuendum. tempus ad tacendum, & tempus ad loquendum.

8. Tempus ad amandum, & tempus ad odio habendum: tempus belli, & tempus pacis.

9. Quid lucri (*eſt ei,*) qui facit (*quid,*) pro eo, quod laborat?

10. Vidi moleſtiam, quam dedit Deus filiis hominis, ut affligat (*eos*) in ea.

11. Omnia fecit pulchra in tempore ſuo; etiam mundum dedit in cor eorum: niſi quod (*tamen*) non invenit homo opus, quod fecit Deus ab initio uſque ad finem.

12. (*Unde*) ſcio, quod non ſit bonum in iis, niſi lætari & facere bonum in vita ſua.

13. (*Adeò*) ut etiam, quum homo quicunque comedit, & bibit, & videt bonum in omni labore ſuo, donum Dei (*ſit*) hoc.

14. Scio (*etiam*) quod omne, quod facit Deus, illud futurum ſit in æternum, ad id non eſt addere, nec eſt de eo demere: Deus autem ita fecit, ut timeant ſibi ab Ipſo.

15. Quicquid fuit, jam pridem illud (*fuit;*) & quicquid futurum eſt, jam fuit: nihilominus Deus quæret patientem perſecutionem.

16. Amplius quoque vidi ſub Sole: locus judicii (*eſt,*) ubi impietas, & locus juſtitiæ, ubi impietas.

17. (*Sed*) dixi ego in corde meo; juſtum & impium judicabit Deus: nam tempus eſt unicuique rei, & ſuper omni opere ibi.

18. Dixi ego in corde meo, ſuper omni cauſa filiorum hominis; ad probandum eos Deus (*facit omnia,*) & ad videndum, quod illi beſtiæ ſint ſibi ipſis.

19. Eò quod accidens filiorum hominis, & accidens beſtiæ, (*ſimum quidem ſit:*) ſed accidens (*tamen eandem*) unum illis: dum ſicut moritur unum, moritur alterum; ac ſpiritus unus omnibus, nec prærogativa hominis (*hic eſt*) præ beſtia; eò quod omnia vanitas.

20. Omnia abeunt ad locum unum; omnia facta ſunt è terra, & omnia revertuntur in terram.

21. Quis novit ſpiritum hominis, qui aſcendit ſurſum? Et (*quis novit*) ſpiritum beſtiæ, qui deſcendit deorſum ſub terram.

22. Quare vidi, quod non ſit bonum, niſi ut lætus ſit homo in operibus ſuis: hæc enim portio ejus (*eſt:*) quis enim eò deducet illum, ut introſpiciat in id, quod futurum eſt poſt ipſum?

CAP.

CAP. IV.

Capitis hujus duæ Partes sunt. In I. proponuntur reliqui tres Casus offendiculi. Quorum (1.) oppressorum sine solatio destitutio. à v. 1. (2.) Hominum in hâc vita emergentium gloria, à v. 4. (3.) Cælibatus hominis perpetuus. à v. 8. In II. continetur pars 4. libr. Præceptum I. de Cultu divino, tam vero quàm falso. v. 17.

REversus porrò ego sum, & vidi omnes oppressos, qui fiunt (*tales*) sub Sole: ubi, ecce, (*est*) lachryma oppressorum, sed non est consolator illis; & à manu quidem opprimentium eos (*est*) violentia, sed non (*est*) consolator.

2. Unde laudavi ego mortuos, qui pridem mortui sunt, præ vivis, qui vivi sunt hucusque.

3. Bonum tamen præ ambobus eum (*laudavi,*) qui hucusque nondum fuit; quia non vidit opus malum, quod sit sub Sole.

4. Vidi insuper omnem laborem, & omnem rectitudinem operis, quod illa (*sit*) æmulatio viri præ socio suo. Etiam hoc vanitas est, & afflictio spiritus.

5. Stultus contorquet manus suas, & comedit carnem suam.

6. Melior (*enim est*) plenitudo volæ (*eum*) quiete, quam plenitudo pugnorum cum labore & afflictione spiritus.

7. Porrò reversus sum ego, & vidi vanitatem sub Sole.

8. Est (*nimirum*) unus, & non secundus; nec filius nec frater (*est*) illi; non tamen finis omni labori ejus: & ne oculus (*quidem*) ejus saturatur divitiis. Atqui cur ego laboratem, & abstinere facerem animam meam à bono? Etiam hoc est vanitas, & afflictio mala.

9. Boni (*enim sunt,*) duo præ uno: est namque illis merces bona in labore eorum.

10. Nam si cadunt; unus erigit socium: secus, si unus (*tantum est,*) quando cadit, non est secundus, ad erigendum eum.

11. Etiam quando cubant duo, calefit illis: uni autem quomodo calefiet?

12. Si etiam prævaluerit ei unus, ambo stant contra illum: quin filum triplicatum non facile convellitur.

13. Bonus est puer pauper, sed sapiens, præ Rege sene, sed stulto; qui non novit admonitionem admittere adhuc.

14. Nam de domo captivorum exivit ad regnandum: quin etiam (*qui est*) in regno suo natus, est pauper.

15. Vidi omnes vivos; ambulantes sub Sole, cum puero secundo, qui stabit loco ejus.

16. Non (*est*) finis omni populo; quoad omne, quod fuit ante illos; sed nec posteriores lætabuntur eo. Nam & hoc vanitas (*est*) & afflictio spiritus.

17. Custodi pedem tuum, quando iveris ad domum Dei, & propinquior esto ad audiendum, quàm [a] ubi dant stulti sacrificium: non enim illi (*sunt*) scientes, quod faciant malum. a) *1. Sa. 15, 22. Os. 6, 6.*

CAP. V.

Quatuor hujus capitis partes. Quarum continet I. Præceptum secundum. v. 1. 2. II. Præceptum tertium. à v. 3. III. Præceptum quartum. v. 7. 8. IV. Præcepti quinti nonnulla. à v. 1.

NE præcipites os tuum, & cor tuum ne festinet educere verbum coram Deo: nam Deus in cœlis (*est,*) tu autem super terra; propterea sint verba tua pauca.

2. Nam (*sicut*) venit somnium cum multitudine molestæ rei: ita etiam vox stulti cum multitudine verborum.

3. Cum [a] voveris votum Deo, ne tardes exolvere illud: non enim beneplacitum (*est*) in (*talibus*) stultis: (*ideò*) quod voveris, exolve. a) *Deut. 23, 21.*

4. Bonum est, ut non voveas, præ, ut voveas, & non exolvas.

5. Ne permittas ori tuo, ut faciat peccare carnem tuam; nec dicas coram Angelo; atqui erratum hoc est: quare (*enim*) succenseret Deus propter istam vocem tuam, ut corrumpat opus manuum tuarum.

6. Nam ut in multitudine somniorum (*sunt*) etiam vanitates: (*sic se habent*) quoque verba multa: ideò Deum time.

7. Si oppressionem pauperis, & raptum judicii, & justitiæ videris in provincia (*aliqua,*) ne mireris super hac re: nam (*est*) altus supra altum observator; & alti supra istos.

8. Et excellentia terræ in omnibus ille (*est:*) idemque Rex agro culto.

9. Qui amat argentum non saturatur argento: & quis amat multitudinem, (*in qua*) non proventus (*erit?*) Etiam hoc (*est*) vanitas.

10. Cum multiplicatur bonum, multiplicantur comedentes illud: Et quid rectitudinis (*est*) possessori ejus, nisi aspectus oculorum?

11. Suavis (*est*) somnus laborantis, sive parum, sive multum comederit: sed satietas divitis non sinit eum dormire.

12. Est malum ægritudine plenum, b) *Iob. 20, 20.* quod vidi sub Sole; divitiæ [b] custoditæ possessori suo in malum ejus:

13. Sed perierunt etiam divitiæ istæ per casum infelicem: ut quum genuisset filium, non (*esset*) in manu ejus quicquam.

c) *Iob. 1, 21. 1. Tim. 6, 7. Sap. 7, 6.* 14. Sicut [c] exivit ex utero matris suæ, nudus reversurus est, ad eundum, sicut venerat, & quicquam non portabit de labore suo, quod auferat in manu sua.

15. Etiam hoc malum est ægritudine plenum: quemadmodum venit, ita ivit; & quid lucri illi, quod laborat in ventum?

16. Etiam omnibus diebus ipsius in tenebris comedit, & indignatur multum, & morbus ipsi, & ira.

d) *Eccl. 3, 22.* 17. Ecce, [d] quod vidi ego; Bonum, ut placeat comedere, & bibere, & videre bonum in omni labore suo, quo laborabit (*quis*) sub Sole numero dierum vitæ ipsius, quos dederit ipsi Deus: hoc namque (*est*) pars ejus.

18. Cuicunque etiam homini dederit Deus divitias & opes, & dominati illum fecerit (*illis*) ad comedendum de illis, & ad tumendum partem suam, & ad lætandum labore suo: hoc donum Dei est.

19. Nam non multum recordabitur dierum vitæ suæ; sed Deus (*ipse*) approbat lætitiam cordis ejus.

CAP. VI.

Caput hoc habet reliqua de Præcepto quinto; ità ut I. pro fuga avaritiæ Ratio quinta a pœna divina. à v. 1. adferatur. II. Ratio Sexta, ab absurdo. à v. 7.

EST malum, quod vidi sub Sole, & magnum est super homine.

2. (*Si est*) vir, cui dedit Deus divitias, & opes, & gloriam, nec quoquam indiget pro anima sua de omni, quod desiderat, sed non compotem facit eum Deus, ad comedendum de illo; quid vir alienus comedit illud: hoc est vanitas, & ægritudo mala.

3. Si genuerit vir centum (*liberos,*) & annos multos vixerit, adeò ut anni vitæ ejus fiant plurimi; anima tamen ejus non saturetur bono, etiamque sepulchrum non sit illi: dico; bonus est præ illo abortus.

4. Hic enim cum vanitate venit, & in tenebris abit; & in tenebris nomen ejus obtegitur.

5. Etiam Solem non vidit, neque novit: quies tamen huic præ illo.

6. Quin si vixerit mille annos bis, & bonum non viderit: nonne ad locum unum omnis (*est*) abiens?

7. Omnis labor homini pro ore ipsius (*est:*) etiamne ergò anima non implebitur?

8. Quid enim amplius (*est*) sapienti præ stulto? quid pauperi scienti? in quantum ambulat cum viventibus.

9. Bonus est aspectus, præ desiderio animæ? etiam hoc vanitas (*est*) & afflictio spiritus.

10. Quicquid fuit, prius vocatum fuit nomen ejus: & notum (*jam,*) quod ille homo sit: nec potest litigare cum eo, qui potens est præ ipso.

11. Nam sunt verba multa multiplicantia vanitatem: (*unde*) quid amplius est homini?

12. Quis namque scit, quid bonum homini in vita, numero dierum vitæ vanitatis suæ, quos transigit sicut umbram? quis enim indicabit, quid futurum sit post ipsum sub Sole?

CAP.

CAP. VII.

Capitis hujus partes duæ sunt. Quarum I. habet Præceptum Salomonis sextum, quod est, mortem diligenter meditandam esse. à v. 1. II. Habet Præceptum Salomonis septimum: quod est, Hominem præsenti rerum statu etiam minus felici contentum esse debere sine impatientia. à v. 9.

a) Prov. 22, 1. BOnum [a] est Nomen præ oleo bono: dies verò mortis præ die, quo quis nascitur.

2. Bonum est abire in domum luctus, præ abire in domum convivii: quoniam idem (*est*) finis omnis hominis: & (*qui*) vivus, (*sum*) refert ad cor suum.

3. Bona est tristitia præ risu: nam sub tristitia vultus, lætum est cor.

4. Cor sapientum (*est*) in domo luctus: at cor stultorum in domo lætitiæ.

5. Bonum est audire increpationem sapientis, præ viro audiente canticum stultorum.

6. Nam sicut sonus spinarum subolla: sic risus stultorum. Etiam hoc vanitas (*est.*)

7. Nam sicut oppressio insanum reddit sapientem; & pervertit cor sicut donum.

8. Bonus est finis rei præ initio ejus: sic bonus (*est*) longanimis præ superbo spiritu.

9. Ideò ne præcipita spiritum tuum ad irascendum: nam ira in sinu stultorum quiescit.

10. Ne dicas; quid fuit, quare dies priores fuerunt boni præ his? non enim ex sapientia interrogas de hoc.

11. Bona est sapientia præ hereditate; & amplius (*bona est*) aspicientibus Solem.

12. Nam qui in umbra sapientiæ, (*erit*) in umbra argenti: imò excellentia scientiæ (*est, quod*) sapientia vivificat possessorem suum.

13. Vide Opus DEI: quis enim poterit rectificare, quod Ille incurvavit?

14. In die boni fruere bono: in die autem mali vide; (*quod*) etiam hunc juxta illum fecerit DEus; eâ de causa, ut non inveniat homo post se quicquam.

15. Omnia vidi in diebus vanitatis meæ: est justus periens in justitia sua; contra est impius, qui durat in malitia sua.

16. (*Ideò*) ne sis justus nimis; & ne teipsum sapientem puta nimium: quare enim devastari vis?

17. Ne impius sis (*tibi*) nimis, & ne sis stultus: quare enim moreris ante tempus tuum?

18. Bonum (*est,*) ut teneas hoc, & ab isto etiam non remittte manum tuam nam timens DEI evadit omnia.

19. Sapientia (*hæc*) valida est sapienti, præ decem dominatoribus, qui fuerint in urbe.

20. Nam [b] homo justus (*ullus.*) non b) 1. Reg. 8, 46. 2. Par. 6, 36. 1. Joh. 1, 8 est in terra, qui faciat bonum, ita ut non peccet.

21. Etiam ad omnia, quæ loquuntur, ne attendas cor tuum; adeò ut non audias servum tuum maledicentem.

22. Nam etiam vicibus multis novit cor tuum, quod etiam tu maledixeris aliis,

23. Omne hoc tentavi in sapientia: (*quando*) dixi; sapiens sum, illa remota (*fuit*) a me.

24. Procul (*enim*) abest id, quod fuit; & profundum (*iterumque*) profundum: quis inveniet illud?

25. Converti (*tamen*) me ego, & cor meum, ad cognoscendum, & ad investigandum, & quærendum sapientiam & cogitationem; & ad cognoscendum malitiam insipientiæ; & stultitiam insaniæ.

26. Inveni autem ego amarum (*quid*) præ morte; mulierem (*scil.*) quæ est retia, & sagenæ cor ejus, (*&*) vincula manus ejus: (*qui est*) bonus coram JEHOVAH, liberabitur ab illa; sed peccator capietur ab ea.

27. Vide, hoc inveni, dixit Koheleth (*h. e. prædicatrix sapientiæ;*) unum post unum ad inveniendum fraudem solertem, (*quam meditatur illa,*)

28. Quia ulterius quæsivit anima mea; sed non invenit: homo unus præ mille (*aliàs multo*) inveni; sed mulierem eam in omnibus illis non inveni.

29. Tantum, vide hoc, quod inveni, quod fecerit DEus hominem rectum: ipsi autem quæsiverint cogitationes multas.

CAP. IIX.

Hoc Capite Præceptum est unum I. Salomonis traditur & absolvitur: partim affirmativum, ut mandata summi in cœlo Regis ferventur. v. 2. partim negativum, ne quis per peccata ab Eo desciscat. v. 3. II. Et præceptum nonum, de non curiosa Investigatione gubernationis divinæ inchoatur. à v. 16.

a) Prov. 17, 24. QUis est sicut [a] sapiens? & quis (*est sicut*) sciens interpretationem rei? sapientia hominis (*enim*) illuminabit facies ejus; obstinatio autem faciei ejus mutabitur.

2. Ego (*dico;*) os Regis observa; inprimis ob causam juramenti DEI.

3. Ne præcipites te, ut à faciebus ejus abeas; ne consistas in re mala: omne enim, quod voluerit, faciet.

4. Quum enim verbum Regis (*sit*) imperium: quis dixerit illi; quid facis?

5. Qui custodit præceptum, non cognoscet verbum malum: tempus autem & judicium cognoscet cor sapiens.

6. Nam omni rei (*suum*) est tempus & judicium: malum autem hominis multum est super illo.

7. Non enim ille novit, quod futurum: nam quando futurum sit, quis indicaverit illi?

8. Non (*est*) homo dominans spiritui, ad inhibendum spiritum; nec est dominium in mortem; sicut etiam non est missio in bellum. Unde non eripiet impietas possessorem suum.

9. Omne hoc vidi; sed dando (*dedi*) cor meum ad omne opus, quod fit sub Sole: tempus (*est,*) quo dominatur homo in hominem ipsi in malum.

10. Imò tunc vidi impios sepultos: ubi venerunt, & de loco sancto abiverunt, at oblivione traditi fuerunt in urbe, qui sectum fecerunt. Etiam hoc vanitas (*est.*)

11. Quia ergò non fit judicium (*super*) opus malitiæ statim: ideò impletur cor filiorum hominis in ipsis ad faciendum malum.

12. Qui est peccator, (*inquit,*) facit malum centies, (*tamen*) & durat sibi: sed etiam ego (*sum*) sciens, quod futurum sit bonum timentibus DEum, qui sibi timent ab hoc.

13. Contra bonum non erit impio, neque prolongabit dies in umbra: quia ille non est timens coram DEo.

14. Est vanitas, quæ fit super terra; quod (*nimirum*) sunt justi, quibus contingit juxta opus impiorum, & sunt impii, quibus contingit juxta opus justorum: (*unde*) dixi, quod etiam hoc sit vanitas.

15. Quare ego laudavi gaudium; quod non sit bonum homini sub Sole, nisi comedere, & bibere, & lætari; ita ut comitetur illum in labore illius diebus vitæ ipsius, quos dat ipsi DEus sub Sole.

16. Postquam (*inprimis*) dedi cor meum, ad cognoscendum sapientiam, & ad videndum afflictionem, quæ fit super terrâ: nam & in die & in nocte somnum oculis suis non (*sit*) videns.

17. Vidi tum omne opus DEI, quod non possit homo invenire opus, quod fit sub Sole; dum laborat quidem homo quærendo, nec tamen invenit: etiamsi etiam dicat sapiens cognoturum, non (*tamen*) potest invenire.

CAP. IX.

Capitis hujus duæ Partes sunt. Quarum I. absolvit Præceptum Salomonis nonum, superiori capite coptum. à v. 1. II. Habet Præceptum decimum, de maximi facienda & sectanda sapientia. à v. 11.

NAm hoc dedi ad cor meum, & ad probandum omne hoc; quod justi & sapientes, eorumque opera (*sint*) in manu DEI: tàm amorem, quàm odium non est sciens homo: omnia coram ipsis sunt.

2. Omnia (*evenire possunt,*) quemadmodum omnibus: idem accidens (*est*) justo & impio; bono mundoque, atque immundo; sacrificanti, & ei, qui non sacrificans: sicut bono, ita peccatori; juranti (*temerè*) sicut ei, qui juramentum timet.

3. Hoc malum (*est*) inter omnia, quæ fiunt sub Sole, quod idem accidens (*est*) omnibus: unde etiam cor filiorum hominis impletur malitia; & insania est in corde eorum; & (*quod itur*) post ipsum ad mortuos.

4. Quis enim, qui præferatur? de omnibus viventibus eſt confidentia (*quidem aliqua*;) imò quod ad canem, vivens ille melior eſt, quam leo mortuus.

5. Vivi enim ſcientes (*ſunt,*) quod ſint morituri; mortui autem non ſciunt quicquam; neque amplius illis (*eſt*) merces; quia oblivioni traditur memoria eorum.

6. Et amor eorum, & odium eorum, & zelus eorum pridem periit; nec pars illis amplius in mundo, in omnibus, quæ fiunt ſub Sole.

7. (*Quare*) abi, comede panem tuum, & bibe cum corde bono vinum tuum: nam pridem approbavit DEus opera tua.

8. In omni tempore ſint veſtes tuæ albæ, & oleum ſuper capite tuo ne deficiat.

9. Vide vitam cum uxore, quam amas, omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ: nam hæc eſt pars tua in vita, & in labore tuo, quo tu laboras ſub Sole.

10. Omne, quod invenit manus tua facere per vires tuas, fac: non enim eſt opus, aut cogitatio, aut ſcientia, aut ſapientia in inferno, quo tu abis.

11. Converti me, & (*vidi*) videndo, ſub Sole, quod non ſit celeribus curſus, neque fortibus bellum; etiam non ſapientibus panis, etiamque non intelligentibus divitiæ, etiamque non ſcientibus gratia: ſed tempus & caſus contingit (*idem*) omnibus.

12. Quin etiam non novit homo tempus ſuum: ſicut piſces capiuntur reti malo, & aves capiuntur laqueo; ſic ipſi illaqueantur filii hominis rempore malo, quum ceciderit ſuper eos ſubitò.

13. Etiam hoc vidi, quod ſit ſapientia ſub Sole; quæ mihi magna eſt.

14. (*Nam*) urbs (*erat*) parva, & viri in eâ pauci: venit autem contra eam Rex magnus, & circumdedit eam, extruxitque contra eam munitiones magnas.

15. Sed invenit in eâ virum pauperem, ſapientem, qui eripuit urbem per ſapientiam ſuam; cum homo (*quiſquam*) non meminerit (*prius*) viri pauperis hujus.

16. Dixi ergò ego; bona eſt ſapientia præ robore; ſapientia pauperis contemta (*eſt,*) & verba ejus non audiuntur.

17. (*Nihilominus*) verba ſapientum cum manſuetudine audiuntur præ clamore dominantis inter ſtultos.

18. Bona itaque [a] ſapientia præ armis belli: ſed peccator unus perdet bonum multum. a) *Sup. 8, 11.*

CAP. X.

Hoc Caput tres partes habet. Quarum I. ectupata adhuc eſt in commendanda ſapientia, præcepta X. præcepta. à v. 1. II. Habet præceptum undecimum, de fuga pigritiæ & luxus. à v. 16. III. Tradit præceptum duodecimum, de non maledicendo ſuperioribus. v. 20.

MUſcas mortis, (*cum*) putrefit, educet oleum unguentarii? (*ſic*) nobiles à ſapientia (*&*) ab honore, ſtultitiæ parùm (*eructant.*)

2. Cor ſapientis ad dextram illius (*eſt;*) ſed cor ſtulti ad ſiniſtram ejus.

3. Etiamque in via, quando ſtultus (*eſt*) ambulans, cor ejus deficit; & dicit omnibus; ſtultus hic (*eſt.*)

4. Si ſpiritus Dominantis aſcenderit contra te; locum tuum non derelinque: nam remedium (*hoc*) removebit peccata magna.

5. Eſt malum, quod vidi ſub Sole: ſicut error, qui exit à coram dominatore.

6. Poſita eſt prudentia in altitudinibus multis; ſed divites in humilitate habitabunt.

7. Vidi (*enim*) ſervos ſuper equis: ſed principes incedentes, ſicut ſervos ſuper terra.

8. Effodiens [a] foveam, in eam cadet: & perrumpentem maceriem mordebit ſerpens. a) *Pſ. 7. 16. Prov. 26. 27.*

9. Qui transfert lapides (*limitaneos,*) dolebit ab illis: findens ligna periclitabitur in iis. *Sir. 27. 29.*

10. Si (*quis*) hebetaverit ferrum, nec idem exacuerit aciem, vires (*fruſtra*) intendet: ſed excellentia rectificandi (*à*) ſapientia (*eſt*)

11. Si mordet vipera, ſine cura eſt: (*ità*) etiam non emolumentum (*ullum eſt*) contra nugacem.

12. Verba oris ſapientis gratia ſunt; ſed labia ſtulti deglutient eum.

13. Nam initium verborum oris ejus (*eſt*) ſtultitia; & finis oris ejus, inſania maſa.

14. Imo ſtultus multa facit verba: non (*autem*) novit homo, quid (*ſit.*) quod futurum eſt; & quod futurum eſt poſt ipſum, quis indicabit ipſi?

15. Labor itaque ſtultorum fatigat illum; quia non novit pergere ad urbem.

16. Væ tibi, terra, cujus Rex puer, & principes tui mane comeſſantur.

17. Benè tibi, terra, cujus Rex (*eſt*) ex nobilibus; & principes tui in tempore comedunt, cum ſatietate, & non cum compotatione.

18. Per pigritiam deprimitur tabulatum, & per demiſſionem manuum ſtillabit domus,

19. In lætitiam (*ſunt*) facientes panem, & vinum lætificat vitam: argentum autem reſpondet omnibus.

20. Etiam in conſcientia tua Regi ne maledicas; & in conclavibus cubilis tui ne maledicas diviti: quia avis cœli abducet vocem, & præditus alis indicabit verbum,

CAP. XI.

Duæ hujus Capitis partes ſunt. I. continet præceptum Salomonis decimum tertium, de eleemoſynis erogandis. à v. 1. II. Habet præceptum decimum quartum & ultimum, piè vivendum eſſe à juventute ſtatim. v. 6.

MItte panem tuum ſuper facies aquarum; nam poſt multitudinem dierum invenies eum,

2. Da partem ſeptenis, etiamque octonis: non enim ſcis; quid mali futurum ſit ſuper terra.

3. Quando implentur nubes, pluviam ſuper terram evacuant; & ſi cadit lignum, ſive in meridiem ſive in ſeptentrionem; quo loco ceciderit lignum, ibi erit,

4. Obſervans ventum non ſeminabit: & aſpiciens nubes non metet.

5. Sicut neſcis, quæ (*ſit*) via venti; ſicut oſſa in ventre pleno: ſic non cognoſces opus DEI, qui facit omnia.

6. Mane ſere ſemen tuum; & veſperi ne remittas manum tuam; non enim tu (*es*) ſciens, utrum rectum futurum ſit; hocne, an iſtud: an verò utrumque ſimul bonum.

7. Dulcis autem lux eſt; & bonum oculis videre ſolem.

8. Si enim annos multos vixerit homo, in omnibus lætetur: & recordetur dierum tenebrarum; quia multa erunt omnes, qui venient, vanitas.

9. (*Quare*) lætare juvenis in juventute tua, & bonum faciat tibi cor tuum in diebus adoleſcentiæ tuæ; & abi in viis cordis tui, & in aſpectu oculorum tuorum; cognoſce tamen; quod propter omnia iſta adducturus te ſit DEus in judicium.

10. Ideò remove triſtitiam à corde tuo, & abire fac malum à carne tua, quia juventus & adoleſcentia vanitas eſt.

CAP. XII.

Hoc Caput I. abſolvit præceptum ultimum, Cap. XI. ceptum. à v. 1. II. Concludit totum librum. à v. 8.

INprimis (*tamen*) recordare Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, dum nondum venerint dies mali, & acceſſerint anni, de quibus dices; non eſt mihi in illis beneplacitum.

2. Dum nondum obſcuretur Sol, & lux & luna, & ſtellæ; redeant autem nubes poſt pluviam.

3. In die, quo commovebuntur cuſtodes domus; & debilitantur viri roboris, ceſſantque molæ: quum diminuentur, & obſcurabuntur proſpicientes per feneſtras,

4. Claudanturque januæ in platea: quum humiliabitur vox molæ, & evadet in vocem aviculæ, deprimenturque omnes filiæ cantus,

5. Etiam à alto timebunt, & terrores (*erunt*) in via; & florebit amygdalus, & onerabit ſe locuſta, & deſinet appetitus: quia abiens (*eſt*) homo ad domum æternitatis ſuæ, & circumibunt in platea plangentes.

6. Dum nondum remotus fuerit funiculus argenti, & confracta lenticula auri, & contuſus cadus apud ſcaturiginem, & corrupta rota apud ciſternam.

7. Revertaturque [a] pulvis ſuper terram, ſicut fuit: ſpiritus autem revertatur ad DEUM, qui dedit eum, a) *Gen. 2, 19. 3, 19.*

8. Va-

8. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes; Omnia sunt vanitas.

9. Amplius verò; quod fuit Ecclesiastes sapiens; insuper docuit scientiam populum: & auscultavit, & scrutatus est; composuit proverbia plurima.

10. Quæsivit Ecclesiastes invenire verba beneplaciti; & scripta (*est*) ab ipso rectitudo, verba veritatis.

11. Verba sapientum (*sunt*) sicut stimuli; & sicut claviculi infixi, scriptores collectaneorum: dati autem sunt a pastore uno.

12. A pluribus verò, quàm istis, fili mi, cave tibi. Facere (*namq;*) libros multos, non est finis; at doctrina multa est defatigatio carnis.

13. Summam Verbi omnis audiamus: DEUM time, & præcepta ejus custodi: hoc namque omnis hominis (*est.*)

14. Nam omne opus DEus producet in judicium, præter omne occultum; sive bonum sive malum (*sit.*)

CANTICUM CANTICORUM.

CAPUT I.

Facilius ferè commentarium quis in hoc Canticum Canticorum scribat, quam singula Capita in perspicua Summaria contrahat: quia tropi omnia scatent. Propterea etiam alia editiones Bibliorum Summaria capitum hujus libri non solent habere.

CAnticum Canticorum: quod (*est*) Schelomoni.

2. Osculetur me (*osculo*) de osculis oris Ipsius: quia boni (*sunt*) amores Tui præ vino.

3. Quantum ad odorem, olea Tua bona (*sunt: sicut*) oleum effunderis Nomine Tuo: propterea virgines amant Te.

4. Trahe me, ut curramus post Te: cum (*enim*) introducet me Rex (*in*) conclavia Sua, exultabimus, & lætabimur in Te; commemorabimus amores Tuos (*bonos*) præ vino: (*unde viri*) rectitudinum amant Te.

5. Nigra (*quidem sum*) ego; pulchra tamen, ô filiæ Hierosolymæ; sicut tentoria

toria Kedaris, sicut cortinæ Schelomonis.

6. Ne aspiciatis me, quod ego (*sim*) subnigra: nam Sol aspexit me (*adurendo;*) insuper filii matris meæ exarserunt contra me; (*eò quod*) posuerunt custodem vinearum; (*ego verò*) vineam meam, quæ mihi (*commissa*) non custodivi.

7. (*Ideò quæro amicum meum, dicens;*) Indica mihi, quem diligit anima mea; ubi pascis? ubi requiescis in meridie? Quare enim sim tanquam tentorium tendens apud greges sociorum tuorum (*falsorum istorum.*)

8. Si non scis tibi, ô pulchra inter mulieres; exi tibi in vestigiis gregis, & pasce hædos tuos juxta habitacula pastorum.

9. Equitio meo in curribus Pharaonis assimilo te, ô amica mea.

10. Pulchræ (*namq;*) sunt genæ tuæ in ordinibus; & collum tuum in torquibus.

11. (*Quare*) ordines auri faciemus tibi, cum punctaris argenti.

12. Quamdiu Rex (*est*) in accubitu suo, nardus mea dat odorem suum.

13. Fasciculus myrrhæ (*est*) amicus meus mihi, (*qui*) inter ubera mea pernoctat.

14. Botrus Kopher (*est*) amicus meus mihi, in vineis En-gedi.

15. Ecce, tu (*es*) pulchra, ô amica mea; ecce, tu (*es*) pulchra, oculi tui (*sunt sicut oculi*) columbarum.

16. Ecce, tu (*es*) pulcher, ô amice mi, etiamque jucundus: etiam sponda nostra viridis est.

17. Trabes domuum nostrarum (*sunt*) cedri: ambulacrum nostrum quercus.

CAP. II.

EGo (*sum*) rosa Scharonis; lilium convallium.

2. Sicut rosa inter spinas; sic amica mea est inter filias.

3. Sicut malus inter arbores silvæ; sic amicus meus (*est*) inter filios: umbram ejus desidero: (*ideò in eâ*) considco, fructusque ejus dulcis (*est*) palato meo.

4. (*Cum*) introducit me in domum vini: (*ubi*) vexillum Ejus super me (*est*) amor.

5. Fulcite (*ergò*) me lagenis; sustentate me malis (*Ejus:*) quia ægrota amore ego (*sum.*)

6. Sinistra Ejus (*sit*) sub capite meo; & dextra Ejus amplexetur me.

7. Adjuravi vos, ô filiæ Hierosolymæ, per capreas & per cervas agri; si excitaveritis, & si expergefeceritis amicam, donec voluerit.

8. Vox amici mei (*hæc est?*) ecce Ille venit; saliens super montibus, saltans super collibus.

9. Similis est amicus meus capreæ, aut hinnulo cervorum: ecce, Ille (*est*) stans post parietem nostrum; prospicit ex fenestris, emicat ex clathris.

10. Respondit amicus meus, & dixit mihi; surge, abi, amica mea, pulchra mea; abi, inquam, tibi.

11. Ecce enim hyems præteriit; pluvia transiit, abivit sibi.

12. Flores videntur in terra, tempus minutionis advenit, & vox turturis auditur in terra nostra.

13. Ficus protrusit grossos suos; & vites (*per*) botrum dant odorem: surge (*ergò*) tibi, amica mea, pulchra mea, & abi tibi.

14. O columba mea, in fissuris petræ, in latibulo præcipitii; ostende mihi aspectus tuos; audire fac me vocem tuam: quia vox tua suavis, & aspectus tuus formosus.

15. Prehendite nobis vulpes; vulpes parvas, perdentes vineas; inprimis vineas nostras cum botro.

16. Amicus meus mihi, & ego Illi (*propria sum;*) qui pascit inter lilia.

17. Usque

17. Usque dum spirabit dies, & fugient umbræ: converte te, similis esto tibi, amice mi, capreæ aut hinnulo cervorum super montibus Bether.

CAP. III.

SUper cubili meo in montibus quæsivi (*Eum,*) quem diligit anima mea: quæsivi Eum; sed non inveni Eum.

2. (*Ideò dixi;*) Surgam, age, & circumibo in urbe, in foris & in plateis; quæram (*Eum,*) quem diligit anima mea: quæsivi (*ergò*) Eum, sed non inveni Eum.

3. Invenerunt me (*quidem*) custodes circumeuntes in urbe: (*quibus frustra dixi;*) Eum, quem diligit anima mea, vidistisne?

4. Parum (*tamen*) fuit, ex quo præterii ab iis, donec inveni (*Eum,*) quem diligit anima mea, apprehendi (*itaq;*) Eum, nec dimittam Eum, usque dum introduxero Eum in domum matris meæ, & in conclave conceptricis meæ.

5. Adjuravi vos, ô filiæ Hierosolymæ, per capreas aut per cervas agri; si excitaveritis, & si expergefeceritis amicam, donec voluerit.

6. Quænam hæc? quæ ascendit è deserto, sicut columnæ fumi; præ suffimento myrrhæ, & thuris; præ omni pulvere aromatarii.

7. Ecce, lectus Ejus, qui (*scilicet*) Schelomoni! sexaginta heroës (*sunt*) circa illum: de heroibus Israëlis.

8. Omnes (*sunt*) accincti gladio, edocti bellum; viri (*cujusq;*) gladius (*est*) super femore ejus, ob pavorem in noctibus.

9. Thalamum fecit sibi Rex Schelomoh ex lignis Libani.

10. Columnas ejus fecit (*ex*) argento: pavimentum ejus aurum; stragula ejus purpura; medium ejus stratum amore; præ filii Hierosolymæ.

11. Exite, & videte, ô filiæ Zijonis, Regem Schelomonem, in corona, quam plexit illi mater Ejus in die nuptiarum Ejus, & in die lætitiæ cordis Ejus.

CAP. IV.

ECce, tu (*es*) pulchra, amica mea; ecce, tu (*es*) pulchra: oculi t (*sunt sicut oculi*) columbarum, ab-inter capillum tuum: crinis tuus (*est*) sicut grex caprarum, quæ dealbantur ex monte Gileadis.

2. Dentes tui (*sunt*) sicut grex detonsarum, quæ ascenderunt è lavacro; quæ omnes gemelliparæ (*sunt;*) & abortiens non (*est*) inter illas.

3. Sicut filum coccinei (*sunt*) labia tua, & sermo tuus suavis est: sicut frustum malogranati est tempus tuum ab-inter capillum tuum.

4. Sicut turris Davidis (*est*) collum tuum, ædificata pro armariis; mille scuta suspensa (*sunt*) super ea, omnes clypei heroum.

5. Duo ubera tua (*sunt*) sicut duo hinnuli, gemelli capreæ; pascentes inter lilia.

6. Usque dum spirabit dies, & fugient umbræ; ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.

7. Tota tu (*es*) pulchra, amica mea, & macula non (*est*) in te.

8. Mecum è Libano, ô sponsa; mecum è Libano veni; prospice de capite Amana, è capite Schenir & Chermonis, ex habitaculis leonum, è montibus pardorum.

9. Animasti Me, soror mea, sponsa; animasti Me, per unum de oculis tuis, per unum torquium de collo tuo (*de collaribus tuis.*)

10. Quam pulchri sunt amores tui, soror mea, sponsa? quam boni sunt amores tui præ vino, & odor oleorum tuorum præ omnibus aromatibus?

11. Favum stillant labia tua, ô sponsa: mel & lac (*sunt*) sub lingua tua; & odor vestium tuarum (*est*) sicut odor Libani.

12. Hortus clausus (*est*) soror mea, sponsa: scaturigo clausa, fons obsignatus.

13. Propagines tuæ (*sunt*) paradisus malogranatorum, cum fructu aromatum; Cypriorum cum nardis.

14. Nardus, & crocus, calamus odoratus, & Cinnamomum, cum omni arbore thuris; myrrha & Ahaloth, cum omnibus capitibus aromatum.

15. Fons hortorum, puteus aquarum vivarum, & rivuli Libani.

16. Excitare Septentrio, & veni Auster; affla hortum meum, ut defluant aromata ejus: (*tum*) veniet amicus meus in hortum meum, & comedet fructum aromatum ejus.

CAP. V.

VEni in hortum meum, soror mea, sponsa, decerpsi myrrham meam cum aromate meo; comedi favum meum cum melle; bibi vinum meum cum lacte meo: (*dixi;*) comedite, o socii, bibite, & inebriamini amoribus.

2. Ego (*sum*) dormiens, sed cor meum (*est*) vigilans: vox amici mei pulsantis (*audita est, dicens;*) Aperi mihi, soror mea, amica mea, columba mea, perfecta mea: nam caput meum impletum est rore; cincinni mei guttis noctis.

3. (*Respondi:*) Exui tunicam meam; quomodo induam eam? lavi pedes meos; quomodo denturpem illos?

4. (*Tum*) amicus meus misit manum suam ex foramine: (*unde*) viscera mea conturbata sunt super illo.

5. Surrexi (*ergò*) ego, ad aperiendum amico meo: manus autem meæ stillabant myrrham, & digiti mei myrrha transeuntis (*mercatoris*) super manus seræ.

6. Aperui (*quidem*) ego amico meo: (*sed*) amicus meus jam subtraxerat se (&) præterierat. Anima (*ergò*) mea exiit, quum Ille loqueretur: quæsivi Eum, sed non inveni Eum; vocavi Eum, sed non respondit mihi.

7. Invenerunt me custodes, circumeuntes in urbe; percusserunt me, vulneraverunt me; abstulerunt (*insuper*) carbasum meum custodes murorum.

8. (*Tandem dixi;*) Adjuro vos, ô filiæ Hierosolymæ; si inveneritis amicum meum; quid indicabitis illi? Quod ægra amore ego (*sim.*)

9. Quid (*ergò*) amicus tuus præ amico (*alio,*) ô pulchra inter mulieres? quid amicus tuus præ amico alio, quod ita adjurasti nos?

10. Amicus meus (*est*) albus & rubicundus, vexillifer præ myriade.

11. Caput Ejus (*est*) aurum purissimum; capilli Ejus cincinni, nigri sicut corvus.

12. Oculi Ejus (*sunt*) sicut columbarum, super rivulis aquarum; lavantium in lacte, sedentium super plenitudine.

13. Genæ Ejus, (*sunt*) sicut areola aromatis, turres unguentorum: labia Ejus rosæ, stillantes myrrham negotiatoris.

14. Manus Ejus (*sunt*) orbes auri impleti Tharschischo (*lapide;*) viscera Ejus splendor eboris, obtectus sapphiris.

15. Crura Ejus (*sunt*) columnæ marmoris, fundatæ super basibus Obryzi: aspectus Ejus sicut Libani, electus inter cedros.

16. Palatus Ejus dulcedines; & totus Ille desideria. Hic est dilectus meus, & hic est amicus meus, O filiæ Hierosolymæ.

CAP. VI.

QUò (*ergò*) abivit amicus tuus, ô pulchra inter mulieres? Quò convertit se amicus tuus? quæremus enim Eum tecum.

2. Amicus meus descendit in hortum suum, ad areolas aromatis, ad pascendum in hortis, & ad colligendum lilia.

3. Ego amico meo, & amicus meus mihi *(proprius est,)* qui pascit inter lilia.

4. Pulchra tu *(es)* amica mea, sicut Thirza, formosa sicut Hierosolyma; terribilis sicut vexillis circumdatæ.

5. Verte oculos tuos ex-è regione mei; illi enim efferunt me: crinis tuus *(est)* sicut grex capratum, quæ dealbatæ sunt ex Gileade.

6. Dentes tui *(sunt)* sicut grex ovium, quæ ascenderunt è lavacro; quæ omnes gemelliparæ, & abortiens non *(est)* inter illas.

7. Sicut frustum malogranati tempus tuum, ab inter capillos tuos.

8. Sexaginta sunt Reginæ, & octoginta pellices, & virginum non *(est)* numerus.

9. *(Sed)* una est columba mea, perfecta mea; una *(est)* illa matri suæ; pura illa genitrici suæ: viderunt eam filiæ, & beatam dixerunt eam reginæ & pellices, laudaveruntque illam.

10. Quæ hæc, quæ prospicit sicut aurora; pulchra sicut luna; pura sicut Sol; terribilis sicut vexillis circumdatæ.

11. Ad hortum nucis descendi ad videndum virores vallis: ad videndum num efflоruisset vitis, flores haberent mali granatæ.

12. Non cognovi; anima mea posuit me super currus populi mei spontanei: *(dicentis;)*

CAP. VII.

REdi, redi, Schulamitis; redi, redi, ut videamus te. Quid videbitis in Schulamitide? Sicut Chorum castrorum.

2. Quam pulchri sunt gressus tui in calceis, ô filia spontanei: Ambitus femorum tuorum *(sunt)* sicut monilia, opus manuum artificis:

3. Umbilicus tuus *(est)* crater rotunditatis; ne desit mixtio: venter tuus acervus tritici, sepitus liliis.

4. Duo ubera tua *(sunt)* sicut duo hinnuli, gemelli capreæ.

5. Collum tuum *(est)* sicut turris eboris: oculi tui, piscinæ in Cheschbone, juxta portam Bath-rabbim; nasus tuus, sicut turris Libani, spectans versus Damascum.

6. Caput tuum super te *(est)* sicut Carmel, & vitta capitis tui, sicut purpura, Rex ligatus in ambulacris.

7. Quam pulchra es? & quam jucunda es? amor in deliciis.

8. Hæc statura tua, *(qua)* similis est palmæ; & ubera tua botris.

9. Dixi; ascendam in palmam, apprehendam palmites ejus: sint verò, quæso ubera tua sicut botri vitis, & odor nasi tui sicut poma.

10. Palatus autem tuus sicut vinum boni *(viri)* ambulantis amico meo cum rectitudinibus: loqui facientis labia dormientium.

11. Ego *(sum propria)* amico meo; & super me desiderium Ejus.

12. Ito, amice mi, exibimus in agrum, pernoctabimus in villis.

13. Manè surgemus ad vineas; videbimus, num efflоruerit vitis, protruserit uvam; flores habeant mali granatæ: ibi dabo amorem meum tibi.

14. Dudaim dederunt odorem, & juxta ostia nostra sunt omnia aromata, nova & vetera; *(ut)* amorem meum reposui tibi.

CAP. IIX.

QUis dabit te sicut fratrem mihi, sugentem ubera matris meæ? *(si)* invenero Te foris, osculabor Te; etiam non contemnent me.

2. Ducam Te, introducam Te in domum matris meæ; ut doceas me: potabo Te de vino aromatis, de musto malogranati mei.

3. Sinistra Ejus *(sit)* sub capite meo; & dextra Ejus amplexetur me.

4. Adjuro vos, ô filiæ Hierosolymæ; cur excitabitis, & cur expergefacietis amicam meam? donec voluerit.

5. Quæ hæc? ascendens è deserto, associans se ad amicum suum? sub malo excitabo te: ibi parturivit te mater tua; ibi parturivit, & peperit te.

6. Pone me sicut sigillum super cor tuum; sicut sigillum super brachium tuum: quia fortis *(est)* sicut mors, amor: gravis sicut infernus, zelus; prunæ ejus *(sunt)* prunæ ignis, flamma ingens.

7. Aquæ multæ non poterunt extinguere amorem, & flumina non inundabunt eum: si dederit vir omnes opes domus suæ pro amore; contemnendo contemnent eum.

8. Soror nobis *(est)* parva, cui nondum ubera. Quid faciemus sorori nostræ; in die, quo dicetur de ea?

9. Si murus illa, ædificabimus super eam palatium argenti: quod si janua illa, ligabimus super eam tabulam cedri.

10. Ego *(sum)* murus, & ubera mea sicut turres: tunc ero in oculis Ejus sicut inveniens pacem.

11. Vinea fuit Schelomoni, in Baal Hamon (*h.e. loco multitudinis:*) dedit vineam custodibus; vir quisque adducere debebat pro fructu ejus mille *(sicles)* argenti.

12. Vinea mea, quæ mihi, *(est)* coram me: mille tibi, Schelomoh, & ducenti *(sicli)* custodientibus fructum ejus.

13. Habitans in hortis; socii *(sunt)* auscultantes voci tuæ; audire me fac *(eam:)*

14. Fuge, amice mi, & similis esto capreæ aut hinnulo cervorum super montibus aromatum.

PROPHE-

PROPHETÆ.

JESAIAS.

CAPUT I.

Capitis hujus Partes Quinq; sunt. Prima habet titulum libri Prophetiarum. v. 1. Altera Querelam de corruptissimo populi Iudaici statu. à v. 2. Tertia invitationem ad pœnitentiam. v. 10. Eam verò non hypocriticam. à v. 11. Sed veram. à v. 16. Quarta Impœnitentium descriptionem. à v. 21. Quinta Populi per Messiam repurgationem. à v. 24.

VIsio Jeschajæ, filii Amozi, quam vidit super Jehudah, & Hierosolyma, in diebus Ussijæ, Jothami, Achasi, Jechiskijæ, Regum Jehudæ.

2. Audite cœli, & ausculta terra; nam JEHOVAH loquitur: Filios educavi, & exaltavi: illi verò prævarjeati sunt contra Me.

3. Novit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: (*at*) Jisraël non novit; populus meus non intelligit.

4. Væ genti peccatrici; populo gravi iniquitate; semini malorum, filiis corruptoribus! qui dereliquerunt JEHOVAM; provocarunt (*ad iram*) Sanctum Jisraëlis; abalienarunt se retrorsum.

5. Quare percutiemini amplius? addetis recessionem? totum caput in morbum (*abiit;*) & totum Cor (*est*) lanquidum.

6. A vola pedis usque ad caput non (*est*) in eo integritas; (*sed*) vulnus, & cicatrix, & plaga recens: non expressa sunt, & non obligata; & non (*est*) emollita (*ulla*) oleo.

7. (Ideò) Terra vestra (*erit*) solitudo: urbes vestræ exustæ igne: solum vestrum coram vobis alieni (*erunt*) comedentes; & solitudo (*quidem erit*) sicut eversio alienorum.

8. Relicta enim est filia Zijonis sicut tentorium in vinea; sicut tugurium in loco cucurbitarum; sicut urbs obsessa.

9. Nisi [b] JEHOVAH Zebaoth reliquisset (*ex gratia*) nobis residuum, sicut parùm: sicut [c] Sodomá facti essemus, Gomorrhæ similes redditi essemus.

10. Audite verbum JEHOVÆ principes Sodomæ; auscultate legem DEI nostri, populo Gomorrhæ.

11. Ut quid [d] mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? inquit JEHOVAH: satur sum holocaustis arietum, & adipe pinguium (*saginatorum:*) & sanguine juvencorum, & agnorum, & hircorum non delector.

12. Quando venitis ad videndum faciem meas: quis quæsivit hoc à manu vestra, calcare atria mea?

13. Ne addite adducere Mincham vanitatis: suffitus abominatio Mihi est: Novilunium & Sabbathum, proclamate convocationem, non possum ferre (*tanquam*) iniquitatem; & angustiam.

14. Imò Novilunia vestra, & festa tempora vestra odit anima Mea: facta sunt Mihi onori, defatigatus sum ferendo.

15. Unde quando expanditis manus vestras, occulto oculos Meos à vobis: etiam si multiplicabitis orationem, non (*ero*) Ego audiens: (*quia*) manus [e] vestræ sanguinibus plenæ sunt.

16. Lavate vos, purificate vos, removete [f] malitiam operum vestrorum à coram oculis Meis: cessate malum facere,

17. Discite bonum facere, quærite Judicium, restituite oppressum, judicate pupillum, causam agite viduæ.

18. (*Tum*) ite, agite, & disceptabimus; dicit JEHOVAH: si fuerint peccata vestra, sicut coccinea; sicut nix albescent: si rubra fuerint, sicut purpura; sicut lana erunt (*alba.*)

19. Si volueritis, & audiveritis: bonum terræ comedetis.

20. Sin renuetitis, & rebellaveritis, gladio comedemini: os namque JEHOVÆ locutum est.

21. Quomodo evasit in meretricem urbs fidelis? (*qua*) plena (*erat*) judicio; (*in qua*) justitia pernoctabat: nunc autem homicidæ.

22. Argentum tuum evasit in scorias: merum tuum mixtum (*est*) aquis.

23. Principes tui (*sunt*) refractarii, & focii furum: quisque amans (*est*) donum, & persequens retributiones: [g] pupillum non judicant, & lis viduæ non venit ad eos.

24. Propterea dictum (*est*) Domini, JEHOVÆ Zebaoth, fortis Jisraëlis: Heu! consolabor Me ex inimicis Meis; & vindictam sumam ab hostibus Meis.

25. Traducam enim manum Meam super te: & purgabo sicut smegmate scorias tuas, & removebo omnia plumba tua.

26. Restituam autem judices tuos, sicut prius; & consiliarios tuos, sicut ab initio: postea dabitur nomen tibi; Urbs justitiæ, civitas fidelis.

27. Zijon (*enim*) in judicio redimetur; & reduces ejus in justitia.

28. Sed contractio (*erunt*) prævaricatores & peccatores simul: & desertores JEHOVÆ consumentur.

29. Quoniam pudefient à quercubus, quas desideraftis: & erubescetis ab hortis, quos elegistis.

30. Eritis enim sicut quercus deficiens folia sua: & sicut hortus, cui aquæ non (*sunt.*)

31. Erit etiam robustus in stupam, & opus ejus in scintillam: ut comburantur ambo simul, nec (*sit*) extinguens.

CAP. II.

Partes hoc Caput habet duas. Prior est Prophetia de adventu Messiæ. a v. 1. Posterior seria Iudæorum ad Messiam invitatio. à v. 5.

VErbum, quod vidit Jeschajah, filius Amozi, super Jehudam & Hierosolymam.

2. Fiet verò in [a] posterioritate dierum: stabilis erit mons JEHOVÆ, (*evasurus*) in caput montium; & elatus præ collibus: Unde confluent ad eum, omnes gentes.

3. Ibunt namque populi multi, dicentque; Ite, & ascendemus ad montem JEHOVÆ, ad domum DEI Jacobi: qui docebit nos de viis suis, ut eamus in semitis Ipsius; nam ex Zijone exibit lex; & verbum JEHOVÆ ex Hierosolyma:

4. Ut judicet inter gentes, & corripiat populos multos: qui contundent gladios suos in ligones, & hastas suas in cultros puratorios: non tollet gens contra gentem gladium, neque discent amplius bellum.

5. Domus Jacob (*inquiens*) ite, & ibimus in luce JEHOVÆ.

6. Nam nunc deseruisti populum tuum, domum Jacobi; quia repleti sunt ab oriente; & divinatores (*sunt*) sicut Philisthæi; & filiis alienigenarum abundant.

7. Et impleta est terra ejus argento & auro; nec finis (*est*) thesauris ejus: & impleta est terra ejus equis: nec finis (*est*) curribus ejus.

8. Et impleta est terra ejus idolis; operi manuum suarum incurvant se; ei, quod fecerunt digiti ejus.

9. Ita deprimit se homo, & humiliat se vir: ne ergò dimittas illis.

10. Intra in petram; & absconde te in pulvere propter pavorem JEHOVÆ, & præ gloria magnificentiæ Ejus.

11. Oculi

11. Oculi itaque superbiæ hominis humiliabuntur, & deprimetur altitudo virorum: exaltabitur autem JEHOVAH solus in die illo.

12. Nam dies (*veniet*) JEHOVÆ Zebaoth super omnem magnificum & altum, & super omnem elatum & humilem.

13. Et super omnes cedros Libani, altas & elatas; & super omnes quercus Baschanis:

14. Et super omnes montes altos & super omnes colles elatos:

15. Et super omnem turrim excelsam; & super omnem murum munitum:

16. Et super omnes naves Tharschisch, & super imagines desiderii.

17. Ut deprimatur superbia hominis & humilietur altitudo virorum: exaltetur autem JEHOVAH solus in die illo.

18. Idola vero in fumum abibunt, (*i. e. penitus tollentur,*)

19. Intrabunt [b] ergo (*homines isti*) in cavernas per arum, & in fissuras pulveris propter pavorem JEHOVÆ, & præ gloria magnificentiæ Ejus, quando surget ad terrendum terram.

20. In die (*illa*) illo projiciet homo idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt ad incurvandum se talpis & vespertilionibus.

21. Ad intrandum in scissuras petrarum, & in fissuras rupium: propter pavorem JEHOVÆ, & præ gloria magnificentiæ Ejus, quando surget ad terrendum terram.

22. (*Dicendo:*) desistite vobis ab homine, in cujus naso (*est*) spiritus: quanti namque æstimatus Ille (*est?*)

CAP. III.

Pergunt in hoc Capite vanam Judæorum fiduciam destruit, prædictione perditionis omnium earum, quibus insistebat. Et 1. quidem respectu virorum.

1. *Ll. Respectu mulierum. à v. 16.*

NAm, ecce, Dominus JEHOVAH Zebaoth, (*erit*) removens ex Hierosolyma & ex Jehudah, baculum & scipionem: omnem baculum panis, & omnem baculum aquæ.

2. Fortem & virum belli; judicem & propheram; & divinatorem & senem:

CAP. II. & III. JESAIAS, 483

3. Principem super quinquaginta & honorabilem facie bus; & consiliarium, & doctum muffitationis, & periturn incantationis.

4. Dabo autem pueros (*in*) principes eorum, & ludificatores dominabuntur illis.

5. Et exigetur (*exactionibus opprimetur*) populus, vir à viro, & vir à socio suo: efferent se, puer contra senem, & contemtus contra honoratum.

6. Nam apprehendet vir fratrem suum (*in*) domo patris sui, (*dicens;*) vestis tibi, (*ideò*) princeps eris nobis, & offendiculum hoc sub manu tua.

7. (*Sed*) excipiet in die isto, dicendo: Non ero subigens; nam in domo meâ non (*est*) panis, neque vestis: ne (*ergò*) ponite me principem populi.

8. Nam impegit Hierosolyma, & Jehudah cecidit: quia lingua eorum, & opera eorum (*sunt*) contra JEHOVAM ad rebellandum (*in*) oculis gloriæ Ejus.

9. Obfirmatio facierum eorum respondet contra eos; & peccatum eorum, (*quod*) sicut Sodoma, indicant, nec celant: Væ animæ eorum, quia retribuent ipsis malum.

10. Dicite justo; quod bonum (*illi futurum:*) quia fructum operum suorum comedent.

11. Væ autem impio, (*quia ipsi erit*) malum: quia retributio manuum ejus fiet illi.

12. Populum meum (*quod attinet,*) exactores ejus (*sunt*) infantes, & mulieres dominantur illi: ô populi Mi, ductores tui (*sunt*) seducentes, & viam semitarum tuarum deleverunt.

13. Stirit se ad litigandum JEHOVAH & stans (*est*) ad judicandum populos.

14. JEHOVAH in judicium veniet cum Senioribus populi sui, & (*cum*) principibus ejus: vos enim succendistis vineam, rapina pauperis in domibus vestris (*est.*)

15. Quid vobis? (*qui*) conteritis populum meum, & facies pauperum commolitis: dictum (*hoc est*) ADONAI JEHOXIH Zebaoth.

16. Dixit porrò JEHOVAH; propterea quod filiæ Zijonis se extollunt, & incedunt inclinatæ guttur, & nictantes oculis; incedendo & infantes imitando incedunt,

incedunt, & pedibus suis compeditæ sunt:

17. Ideò decalvabit ADONAI vertícem filiarum Zijonis; & JEHOVAH podicem earum denudabit.

18. In die illo removebit ADONAI ornatum compedum, & reticulorum, & lunularum:

19. Et myrothecidiorum, & catenularum, & bracteolarum:

20. Et tiaras & perisceli des, & alligamenta, & domos animæ, & incantationes.

21. Annulos, & ornamenta nasi:

22. Muratorias vestes, & amicula, & pepla, & aciatia.

23. Specula, & sindones, & cidares, & carbasa.

24. Fietque; loco aromatis tabes erit, & loco cinguli disci sio, & loco operis implexi calvities, & loco rogæ cinctura sacci; adustio loco pulchritudinis.

25. Homines tui gladio cadent, & robur tuum in bello.

26. Unde ejulabunt & lugebunt januæ ruæ, & quæ se mundam fecit, in terra sedebit.

CAP. IV.

Duo hujus Capitis partes sunt. In priori habetur mulierum Israëliticarum (de quibus in Cap. præcedenti) frustraneum miseria remedium per ambitionem maritorum inhonestam. v. 1. In posteriori pro residuis pars & electis in populo solatium per Messiam. à v. 2.

TUm apprehendent septem mulieres virum unum in die illo, dicendo; Panem nostrum comedemus, & veste nostra induemus nos: tantummodò nominetur nomen tuum super nos, collige (*modò*) opprobrium nostrum.

2. In die illâ erit germen JEHOVÆ in decus & in gloriam; & fructus terræ in magnificentiam & ornamentum effugientibus Israëlis.

3. Fretque: relictus in Zijone, & residuus in Hierosolyma sanctus dicetur: omnis scriptus ad vitam in Hierosolymâ.

4. Quum laverit ADONAI excrementum filiarum Zijonis; & sanguines Hierosolymæ abluerit è medio ejus, per spiri-

CAP. V.

Duæ sunt Capitis hujus partes. Prior est Prophetæ Canticum de vineâ Messiæ parabolicum. à v. 1. Posterior verò, Cantici hujus parabolici profixa expositio. à v. 8.

CAntabo (*ergo*) age, dilecto meo cantum amici mei [a] de vinea ejus. Vinea fuit dilecto meo in cornu (*loco*) filii olei.

2. Quam circumdedit, & elapidavit eam; & plantavit eam vite nobili; ædificavitque turrim in medio ejus, etiamque torcular excidit in ea, expectavitque, ut faceret uvas: sed fecit labruscas.

3. Jam ergò, ô habitator Hierosolymæ & vir Jehudæ, judicate, quæso, inter me, & inter vineam meam.

4. Quid faciendum amplius (*fuit*) vineæ meæ, quod non fecerim in illa? Quare verò expectavi, ut faceret uvas; fecit verò (*illa*) labruscas?

5. Verumenimverò notum faciam vobis id, quod Ego (*sum*) facturus vineæ meæ: (*nimirum removebo*) removendo sepem ejus; ut sit ad depascendum; (*et perrumpam*) perrumpendo macerrem ejus, ut sit in conculcationem.

6. Ponam deinde in desolationem; non putabitur, neque sarrietur, ut ascendat vepris & virgultum: imò nubibus præcipiam, ut non faciant pluere super eam pluviem.

7. Cæterum vinea JEHOVÆ Zebaoth (*est*) domus Jisraelis; & vir Jehudæ planta deliciarum Ejus. Expectavit enim (*Jehovah*) judicium, sed ecce (*est*) suppuratio; justiciam, sed, ecce, clamor.

8. Væ adjungentibus domum domui, agrum agro (*qui*) conglutinant, donec non

non (*sit amplius*) locus, & habitetis soli in medio terræ.

9. In auribus Meis (*est, qui sum*) JEHOVAH Zebaoth; si non domus multæ (*vestræ*) in devastationem erunt; magnæ & pulchræ tales, ut non sit habitator.

10. Nam decem jugera vineæ facient (*vix*) Bathum unum; & sementis Chomeris faciet (*vix*) Epha.

11. Væ surgentibus manè sub auroram! ut siceram persequantur; (*&*) commorantibus in crepusculum, ut vinum incendat eos.

12. Estque [b] cithara, & nablium, tympanum & fistula, & vinum (*optimum*) convivia eorum: opus autem JEHOVÆ non introspiciunt, & factum manuum Ejus non vident.

13. Propterea exulabit populus meus, ob non agnitionem; & gloria ejus (*erit*) homines famis; & multitudo ejus, ficca sitiî.

14. Propterea (*etiam*) dilatavit infernus animam suam, & distendit os suum sine modo, ut descendat honor ejus, & multitudo ejus, & turba ejus, & lætus in eâ:

15. Atque ita deprimatur homo, & humilietur vir; & oculi superborum dejiciantur:

16. Exaltetur autem JEHOVAH Zebaoth in judicio; & DEus sanctus sanctificetur in justitia.

17. Pascantque oves juxta caulam ipsorum, & vastitates pinguium peregrini comedant.

18. Væ attrahentibus iniquitatem funibus vanitatis, & (*quorum*) peccatum (*est*) sicut funis currus.

19. Qui dicunt; festinet, properet opus Ejus, ut videamus: & appropinquet ac veniat consilium Sancti Israëlis, ut cognoscamus.

20. Væ dicentibus de malo, bonum (*est*;) & de bono, malum: ponentibus tenebras in lucem, & lucem in tenebras: ponentibus amarum in dulce, & dulce in amarum.

21. Væ sapientibus [c] in oculis suis, & coram facibus suis intelligentibus.

22. Væ heroibus ad potandum vinum, & viris robotis ad miscendum siceram:

23. Justum pronuntiantibus impium propter munus, sed (*qui*) justitiam justorum removent ab illo.

24. Propterea sicut comedit stipulam lingua ignis, & quisquilias flamma consumit: (*ita*) radix eorum sicut tabes erit, & flos eorum sicut pulvis ascendet: quia renuerunt legem JEHOVÆ Zebaoth, & sermonem Sancti Israëlis spreverunt.

25. Ideò accensa est ira JEHOVÆ contra populum Ipsius, & inclinavit manum suam super eum, percussitque eum, ut commoti sint montes, factumque sit cadaver eorum stercus in plateis: in omni tamen hoc non reversa est ira Ejus, & manus Ejus adhuc extensa.

26. Sustulit enim signum gentibus è longinquo, & sibilavit illi ab extremitate terræ: &, ecce, citò velox adveniet:

27. Non fessus, & non impingens est in eo; non dormitabit, neque dormiet; & non solutum est cingulum lumborum ejus; nec avulsa corrigia calceorum ejus.

28. Cujus tela acuta (*sunt,*) & omnes arcus ejus tensi: ungulæ equorum ejus sicut rupes reputantur, & rotæ ejus (*celeres*) sicut procella.

29. Rugitus illi (*est*) sicut leonis: rugit sicut leones juvenes, & fremit, & apprehendit prædam, ac rapiet, ut non sit eripiens.

30. Fremet, inquam, contra eum in die illo, quasi fremitu maris: unde despiciet in terram, quæ, ecce, tenebræ: anxietas (*est,*) & lux obtenebrescit in ruinis ejus.

CAP. VI.

Partes hoc Caput tres habet. Quarum prima habet exhibitam Prophetæ visionem. à v. 1. Altera ejus cussum Prophetæ terrorem. à v. 5. Tertia datum Prophetæ à Jehovah mandatum. à v. 8.

IN anno, quo mortuus est Rex Ussijah, vidi ADONAI, sedentem super thronо alto & elato: ut fimbriæ Ejus implentes (*essent*) templum.

2. Seraphim stantes (*erant*) desuper Illo; senæ alæ unicuique; duabus tegebat facies

facies suas, & duabus tegebat pedes suos, & duabus volabat.

3. Clamavit autem hic ad illum; dixitque; [a] Sanctus, Sanctus, Sanctus, JEHOVAH Zebaoth; plenitudo omnis terræ (*est*) gloria Ejus.

4. Commoti verò sunt postes liminum à voce clamantis; & domus impleta est fumo.

5. Unde dixi; Væ mihi, quia excisus sum; ideò quod vir immundus labia ego; & in medio populi immundi labia ego (*sum*) habitans: Regem enim, JEHOVAH Zebaoth, viderunt oculi mei.

6. Sed volavit ad me unus de Seraphim, in cujus manu pruna, (*quam*) forcipibus acceperat de-super altari.

7. Tetigitque os meum, dixitque; Ecce, tetigit hæc labia tua: ideo recessit iniquitas tua, & peccatum tuum expiatur.

8. Mox audivi vocem ADONAI dicentem; Quem mittam, & quis iturus est Nobis? cui dixi; Ecce me, mitte me.

9. Quare dixit; Abi, & dic populo huic; [b] audite audiendo, sed ne intelligite; & videte videndo, sed ne cognoscite:

10. Impingua (*simirum*) cor populi hujus, & aures ejus aggrava, ac oculos ejus obline; ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & cor ejus intelligat, convertaturque, ut sanetur sibi.

11. Tum dixi; Quousque, ADONAI? Qui dixit; Usque dum devastabuntur urbes, ut sint sine habitatore, & domus ut non sit in iis (*homo,*) terra autem redigatur in solitudinem.

12. Removebit (*enim*) hominem, & multiplicabitur deserta in medio terræ.

13. Vix amplius in ea (*erit*) pars decima, & tamen etit ad exterminandum. Sicut enim quercus & ilex, quando abscindutur, stirps (*manet*) de iis: (*ita tantum supererit*) stirps ejus (*terræ,*) semen (*scilicet*) sanctitatis.

CAP. VII.

Capitis hujus duæ sunt Partes. Prior habet Regem Judææ Hierosolyma obsessi consolationem. Ubi exhibetur Prophetæ ad Achasum missio. à v. 1. Altera Prophetæ ad Achasum & Domum Davidis oratio. à v. 10.

Cæterum factum est in diebus Achasi, filii Jothami, filii Ussijæ, Regis Jehudæ: [a] ascendit Rezinus, Rex Syriæ, & Pekachus, filius Remaljæ, Rex Jisraëlis, Hierosolymam, in bellum contra hanc; sed non valuit expugnare eam.

2. Nuntiatum autem est domui Davidis, dicendo; acquiescit Syria super Ephrajimo: unde titubavit cor ejus, & cor populi ejus, sicut titubant arbores silvæ coram vento.

3. Quare dixit JEHOVAH ad Jeschajam; Exi, age, obviam Achaso, tu & Scheatjaschub, filius tuus, ad extremitatem aquæductus piscinæ superioris, ad semitam agri fullonis.

4. Et dic ad eum; Cave tibi, & quietus esto; ne time, & cor tuum ne molescat propter duas caudas titionum fumantium istorum; propter iram Rezini & Syriæ, & filii Remaljæ:

5. Propterea quod consultavit contra te Syria malum; item Ephrajim, & filius Remaljæ; dicendo;

6. Ascendemus in Jehudam, & infestabimus eam, & abripiemus eam ad nos; regnabreque faciemus Regem in medio ejus filium Tabeelis:

7. (*Ideò*) sic dixit ADONAI JEHOVIH; Non consistet, & non fiet:

8. Sed (*fiet istud*) capiti Syriæ Damasco; & capiti Damasci Rezino: quin intra sexaginta & quinque annos conteretur (*planè*) Ephrajim, ut non sit populus.

9. (*Nunc*) verò (*idem fiet*) capiti Ephrajimi Samariæ, & capiti Samariæ filio Remaljæ. Si non crediderit is: certè non stabiles eritis.

10. Addidit porrò JEHOVAH loqui ad Achasum, dicendo;

11. Pete tibi signum à cum JEHOVAH; In profundum dirige (*signum hoc;*) aut exalte (*illud*) sursum.

12. Sed dixit Achasus; Non petam, neque tentabo JEHOVAM.

13. Quare

13. Quare dixit (*Jeschajah*;) Audite, quæso, domus Davidis; Num parum (*est*) præ vobis; tædio afficere (*vos*) homines; quòd tædio afficitis etiam DEum meum?

14. Propterea dat ADONAI Ipse vobis a) signum: Ecce, [b] virgo concipiet & pariet filium, & vocabit nomen Ejus, Immanuel. *Matt. 1,23. Luc. 1,31*

15. Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.

16. Nam antequam sciat puer reprobare malum, & eligere bonum: deseretur (*quidem*) terra, quam tu fastidis coram duobus Regibus ejus.

17. (*At*) adducet JEHOVAH contra te & contra populum, & contra domum patris tui dies, quales non venerunt inde à die, quo discessit Ephrajim à-cum Jehudah; (*nempè*) Regem Assyriæ.

18. Fiet enim in die illâ; sibilabit JEHOVAH muscæ, quæ in extremitate fluviorum Ægypti; & api, quæ in terra Aschuris:

19. Quæ venient, & quiescent in fluviis desolationum, & in fissuris petrarum, & in omnibus virgultis, & in omnibus ductibus (*viarum.*)

20. In die illo detondebit ADONAI per novaculam mercenariam in transitibus fluvii (*Euphratis,*) per Regem (*nimirum*) Aschuris, caput, & pilos pedum; etiamque barbam consumet.

21. Fiet tamen in die illâ: vivificabit vir vitulam bovis, & duas oves:

22. Fiet tamen; inquam: præ multitudine faciendi lac, comedet butyrum: nam butyrum & mel comedet omnis residuus in medio terræ.

23. Fiet etiam in die illâ: Erit omnis locus, in quo fuerint mille vites pro mille (*siclis*) argenti, erit (*inquam*) in senticetum & vepretum:

24. Cum telis & arcu veniet eò (*vir:*) quia senticetum & vepretum erit omnis terra.

25. Contrà omnes montes, qui sarriculo sarrientur (*quod attinet:*) non veniet eò timor senticeti & vepreti; sed erit missio bovis, & calcatio ovis.

CAP. IIX.

Duplex in hoc Capite Prophetia. Prior prædicit interitum Damasci, & depræ dationem regni Israëlitici, confirmatam novo signo, nomine filij Prophetæ. à v. 1. Posterior continet (1.) comminationem divinam contra totum populum Israëliticum. a v. 5. (2.) consolationem divinam pro pijs in populo. à v. 11.

PRætereà dixit JEHOVAH ad me, sume tibi volumen grande & scribe super illud stylo hominis; Le maher Schalal-Chasch-basus (*Ad festinandum prædam festinavit, prædatus est.*)

2. Intestimonium autem vocabo mihi testes fideles, Urijam, Sacerdotem, & Secharjam, filium Jeberechiæ.

3. Quare accessi ad Prophetissam: quæ concepit, & peperit filium. Tum dixit JEHOVAH ad me; Voca nomen ejus, Maher-Schalal Chasch-basus (*Ad festinandam prædam; festinavit, prædatus est.*)

4. Nam priusquam noverit puer vocare, Pater mi, &, mater mea; auferetur robur Damasci, & præda Samariæ ante Regem Aschuris.

5. Addidit porrò JEHOVAH loqui ad me amplius, dicendo;

6. Propterea, quod reprobavit populus hic aquas Schiloach, euntes leniter, & (*gavisus est*) gaudium cum Rezino, & filio Remaljæ:

7. Ideò, inquam, ecce, ADONAI (*erit*) ascendere faciens aquas fluvii (*Euphratis*) super eos, validas & multas, Regem Aschuris, omnemque gloriam ejus: qui ascendet super omnes rivos ipsius, & ibit super omnes tipas ipsius (*populi.*)

8. Hic ibit per Jehudam, inundabit, & transibit; usque ad collum pertinget: eruntque motitationes alarum ejus plenitudo terræ tuæ, ô Immanuel.

9. (*Attamen*) consociamini, sed consternamini; & auribus percipite omnes extremitates terræ; Accingite vos, sed consternamini; accingite vos, sed consternamini.

10. Consulite consilium, sed irritum fiat; loquimini verbum, sed non consistat: quia nobiscum DEus.

11. Sic namque dixit JEHOVAH ad me, in

in confirmatione manus, ut eruditet me, de non eundo in via populi hujus, dicendo;

12. Non dicetis; Fœdus de ullo, de quo dicit populus hic, Fœdus: & timorem ejus non timebitis, neque formidabitis:

13. (*Sed*) JEHOVAM Zebaoth, hunc (*inquam*) sanctificabitis: nam ille (*est*) timor vester, & ille formido vestra.

14. Erit enim (*vobis*) in Sanctuarium: a) licet in [a] lapidem impulsus, & in petram offendiculi duabus domibus Israëlis; in laqueum, & in tendiculam habitatori Hierosolymæ. *Luc. 2,34. Rom. 9, 33. 1. Pet. 2, 8.*

15. Impingent enim inter illos multi, & cadent, confringenturque; & illaqueabuntur, ac capientur.

16. Colliga testimonium, obsigna legem pro eruditis meis:

17. Et (*adde;*) Expectabo tamen (*ego Messias*) JEHOVAM, licet abscondat facies suas à domo Jacobi; & perseverabo illi.

18. Ecce (*enim*) me, & filios; quos dedit mihi JEHOVAH, (*facti sumus*) in signa & in prodigia in Israële; à-cum JEHOVAH Zebaoth, habitante in Zijone.

19. Quando verò dixerint ad vos; quærite Pythones, & hariolos, sibilantes & mussitantes: (*respondeo;*) Annon populus DEum suum quæret? pro vivisne mortuos?

20. (*Quare*) legem, & testimonium (*quæret:*) quod si non dixerint juxta verbum hoc; profectò non (*erit*) ulli aurora.

21. Nam qui transibit eam (*legem*) perb) *Psal. 58,16.* plexus & [b] famelicus (*erit:*) fierque; cùm esuriverit, indignabitur, & maledicet Regi suo, & Diis suis, suspicietque (*in ira*) sursum.

22. Ad terram etiam spectabit; sed, ecce, angustia, & caligo; obscuratus (*enim erit*) angustia, & caligine impulsus.

23. Non enim (*erit quid*) obscuratum ei, cui angustatum fuit juxta tempus prius: sed alleviabit in terra Sebulunis, & in terra Naphthali: at posteriorem aggravabit versus mare (*terra,*) trans Jordanem, Galilææ gentium.

CAP. IX.

Hujus iterùm Capitis duæ partes sunt. In priori continuatur Prophetia v. 5. super. Cap. IIX. inchoata: ita ut exponatur ratio ejus, quod ibi dictum, levior rem fore pœnam quarundam Israëlis tribuum, quam Judæ. Ida, (1.) obscurius. à v. 1. (2.) clarius. à v. 5. In posteriori verò incipit prophetica comminatio, & repetita malorum prædictio futurorum. à v. 7.

a) *Matt. 4, 16. Luc. 1, 78, 90.*

POpulus [a] hic (*enim*) ambulantes in tenebris, viderunt lucem magnam: (*& quod ad*) habitantes in terra umbræ mortis, lux effulsit super eos.

2. (*Quum*) multiplicasti gentem, illi magnum reddidisti gandium: lætabuntur (*enim*) coram te juxta gaudium in messe; (*&*) quemadmodum exultant, quando dividunt spolium.

3. Nam jugum oneris ejus, & baculum humeri ejus, virgam exigentis eum, confregisti juxta diem [b] Midianis. b) *Jud. 7, 22.*

4. Nam omnis tuba conturbabitur terræ motu, & vestis polluta (*erit*) sanguinibus; eritque in combustionem, (*in*) cibum ignis.

5. Puer [c] enim natus est nobis, filius datus est nobis; super cujus humero principatus (*est:*) vocavit autem nomen ejus, Mirabilis, Consiliatius, Deus, Heros, Pater æternitatis, Princeps pacis. c) *Luc. 2, 7. Joh. 3, 16.*

6. Multiplicanti (*huic*) [d] principatum, & (*multiplicanti*) pacem non erit finis; super throno Davidis, & super regno ejus; ad stabiliendum illud, & ad fundandum in judicio & justitia, a nunc & usque in æternitatem. Zelus JEHOVÆ Zebaoth faciet hoc. d) *Luc. 1, 32.*

7. Verbum (*autem*) misit (*interea*) ADONAI in Jacobum, & cecidit (*fors*) in Israële.

8. Ut cognoscant populus totus, (*in primis*) Ephrajim & habitator Samariæ: propter elationem & superbiam cordis, dicendo.

9. Lateres ceciderunt, at lapide cæso ædificabimus: mori abscissæ sunt, sed cedris permutabimus.

10. Ideò exaltabit JEHOVAH hostes Rezini super eum, & inimicos ejus commiscebit.

11. (*Item*) Syrus (*erit*) ab ortu, & Philisthæi ab occasu; & comedent Israëlem omni ore. Per omne (*tamen*) hoc non reverterur ira Ejus, sed adhuc manus Ejus extensa (*est.*)

12. Nam populus (*hic*) non conversus est ad percussorem suum; & Jehovam Zebaoth non quæsiverunt.

13. Ideò excindet Jehovah ex Israële caput & caudam, ramum & juncum uno die.

14. Senex & honoratus facies caput (*est:*) propheta autem doctor mendacii cauda (*est.*)

15. Fuerunt præterea beatum prædicantes populum hunc, seducentes; sed beatificati ejus absorpti sunt.

16. Propterea super juvenibus ejus non gaudebit Adonai, & pupillorum ejus ac viduarum ejus non miserebitur: quia unusquisque (*est*) hypocrita & malitiosus, & omne os loquens stultitiam. (*Quare*) per omne hoc non reverterur ira Ejus; sed adhuc manus Ejus extensa (*est.*)

17. Eò quod ardeat sicut ignis malitia; senticetum & vepretum comedat; & incendat implexa silvæ, ut elevent se elatione fumi.

18. Ideò in excandescentia Jehovæ Zebaoth obscurata est terra, factusque est populus sicut cibus ignis: vir fratri suo non parcent.

19. Si etiam decliverit (*panem raptum*) ad dextram, esuriet (*tamen:*) & si comedet ad sinistram, non saturabuntur: (*unde etiam*) vir carnem brachii sui comedent.

20. Menascheh (*nimirum*) Ephrajimum, & Ephrajimus Menaschen; unà (*enim*) illi sunt contra Jehudam. Sed tamen per omne hoc non reverterur ira Ejus, sed adhuc manus Ejus extensa (*est.*)

CAP. X.

Capitis hujus Partes tres sunt: Prima continuat comminationem Israëlis factam. à v.1. Secunda continet vindictam divinam de Assyriis ob Israëlem crudeliter oppressum: a v.5. Tertia habet consolationem Israëlis & Iacobi. à v.20.

Væ statuentibus statuta iniquitatis; & scribentibus, (*qui*) molestiam scripserunt:

2. Ad declinandum à judicio pauperes, & ad rapiendum judicium miserorum populi mei: ut sint viduæ spolium eorum, & pupillos deprædentur.

3. Quid verò facietis diei visitationis & devastationi, (*quæ*) è longinquo veniet Ad quem fugietis pro auxilio? Et ubi deponetis gloriam vestram?

4. Qui (*enim*) non incurvavit se, infra vinctum (*se incurvabit;*) & infra occisos, cadent. In omni tamen hoc non reverterur ira Ejus, sed adhuc manus Ejus extensa (*est*)

5. Væ (*tamen tibi,*) ô Aschur, (*qui es*) virga iræ meæ; & baculus, (*qui*) in manu eorum, (*est*) indignationis meæ (*baculus.*)

6. Contra gentem (*quidem*) hypocriticam mittam illum, & contra populum excandescentiæ meæ mandabo illi, ad prædandum prædam, & ad spoliandum spolium, & ad ponendum illum in conculcationem, sicut lutum platearum.

7. Ille verò non rectum cogitabit, & cor Ejus non rectum meditabitur; nam ad perdendum (*erit*) cor Ejus, & ad excindendum gentes non paucas.

8. Dicet enim; Nonne principes mei simul (*sunt*) Reges?

9. Nonne sicut Karkemisch, ita Calno? nonne sicut Arpad, (*ita*) Chamath? nonne sicut Damascus, (*ita*) Samaria?

10. Quemadmodum invenit manus mea regna idoli; (*ita*) etiam sculptilia eorum de Hierosolyma & de Samaria (*inveniet.*)

11. Nonne (*enim*) quemadmodum feci Samariæ & idolis ejus; sic faciam Hierosolymæ, & idolis ejus?

12. Verum fiet; quando perfecerit Adonai omne opus Suum in monte Zijonis, & in Hierosolyma; [a] visitabo super fructum superbiæ cordis Regis Aschuris; & super decus altitudinis ocolorum ejus.

13. Ideò quod dixit; In virtute manus meæ feci, & per sapientiam meam; quia intelligens sum: unde removebo terminum

num populorum, & thesauros eorum depopulabor, ac dejiciam, ut potens, habitatores.

14. Imò inveniet manus mea sicut nidum opes populorum; & sicut colliguntur ova derelicta, totam terram Ego colligam; ita ut non sit movens alam, aut aperiens os, & mussitans.

15. Num (*enim*) gloriatur securis contra findentem per eam? num extollit se serra contra moventem illam? sicut movet se virga (*mea*) contra tolleutes eam; sicut extollit se baculus (*meus, contra eum, qui*) non (*est*) lignum?

16. Quare mittet Dominus, Adonai Zebaoth, in pingues Ejus maciem; & loco gloriæ Ejus ardebit focus, sicut focus ignis.

17. Erit namque lux Israëlis in ignem, & sanctus ejus in flammam; quæ accendet & comedet vepretum ejus & senticetum ejus in die uno.

18. Tum gloriam silvæ ejus, & Carmelum ejus, ab anima usque ad carnem consumet; eritque sicut liquefactio signiferi.

19. Unde reliquiæ ligni silvæ ejus numerus (*exiguus*) erunt, ut puer scribat ea.

20. Contra fiet in die isto: non addent amplius reliquiæ Israëlis, & ereptio domus Jacobi inniti percussori suo; sed innitetur Jehovæ, sancto Israëlis in veritate

21. Reliquiæ (*enim*) revertentur, reliquiæ Jacobi, ad Deum potentem.

b) *Rom. 9,27.* 22. Nam [b] etsi fuerit populus tuus, ô Israël, sicut arena maris: reliquiæ (*tamen tantum*) revertentur de eo: nam consummatio (*est*) definita (*numerus certus,*) inundata justitiâ.

23. Nam consummationem & definitionem [c] Adonai Jehovi Zebaoth (*est*) faciens in tota terra.

c) *Esa. 28,22.*

24. Quare sic dixit Adonai Jehovi Zebaoth; ne time, populc mi, habitator Zijonis, ab Aschure: qui virga percutiet te, & baculum suum tollet super te in via Ægypti:

25. Nam adhuc parum paululum (*est,*) cum consummabitur indignatio, & ira Mea (*erit*) contra consumtionem eorum.

26. Tum excitabit contra eum Jehovah flagellum, juxta plagam [d] Midjanis in petra Oreb; & baculus ejus (*erit*) super mari, quem tollet in via Ægypti.

d) *Iud. 7,25.*

27. Fiet ergò in die illo: recedet onus ejus desuper humero tuo, & jugum ejus desuper collo tuo; corrumpetur enim jugum propter pinguedinem.

28. (*Interea*) veniet contra Ajath, transibit in Migronem; contra Michmasch mandabit armis suis.

29. (*Inde*) transibunt Mabaram; Gibea (*erit*) diversorium nobis: trepidabit Chormah, Gibea Schaulis fugiet.

30. Ejula voce tua, ô filia Gallim; auscultа Lajisch; misera (*erit*) Anathoth

31. Vagabitur Madmena; habitatores Gebim congregabunt se.

32. Adhuc dies est in Nob ad consistendum? Movebit manum suam mons filiæ Zijonis, collis Hierosolymæ.

33. Ecce, Dominus Jehovah Zebaoth [e] collucabit ramum cum violentia, & alti statura excindentur, & excelsi humiliabuntur.

e) *Esa. 37,36.*

34. Excidet etiam implexa silvæ ferro, ac Libanus per Magnificum cadet.

CAP. XI.

Partes hæ Capitis habet duas. I. Habet descriptionem Messiæ egregiam. a v.1. tum ratione personæ. v.1,2. tum ratione officij. v.3,4. II. Vaticinatur de congregatione Ecclesiæ. a v.6.

Postea tamen exibit [a] virga de trunco Jischaji, & surculus è radicibus Ejus fructum feret.

a) *Act. 13,23.*

2. Quiescet enim super eo spiritus Jehovæ, spiritus sapientiæ & intelligentiæ, spiritus consilii & virtutis, spiritus scientiæ & timoris Jehovæ.

3. Unde sufflire Ejus (*erit*) in timore Jehovæ, & non ad aspectum oculorum suorum judicabit, neque juxta auditum aurium suarum corripiet;

4. Sed judicabit in justitia pauperes, & corripiet cum rectitudine miseros terræ: contrà percutiet terram [b] virga oris

(b) *2. Thess. 2,8.*

otis ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum occidet impium.

5. Erit enim juſtitia cingulum lumborum Ejus, & veritas cingulum feminum Ejus.

c) *Eſa. 65,25.* 6. Quate commorabitur [c] lupus cum agno, & pardus cum hædo cubabit: vitulus etiam, & leo juvenis, & ovis (*erunt*) unà, puerque parvus ducet eas.

7. Juvenca itidem & urſus paſcent, unà cubabunt fœtus eorum: leo autem ſicut bos comedet paleam.

8. Quin ludet ſugens ſuper foramine viperæ, & ſuper ſpeluncam baſiliſci ablactatus manum ſuam impellet.

9. Non facient (*quoq;*) malum, neque corrumpent ſe in toto monte Sanctitatis Meæ: quia plena erit terra ſcientia JEHOVÆ, ſicut aquæ mare contegunt.

d) *Rom. 15,12.* 10. Fiet ergò in die illo: [d] Radicem Jiſchaji, quæ ſtans (*erit*) in ſignum populorum, gentes quærent: eritque quies Ejus Gloria. *Vſ. 19.*

11. Imprimis fiet (*hoc*) in die illo: addet ADONAI ſecundùm manum Suam, ad acquirendum reliquias populi ſui; qui relicti fuerint ab Aſchure, & ab Ægypto, & à Pathros, & à Kuſch, & ab Elam, & à Sninear, & à Chamath, & ab inſulis maris.

12. Et (*quum*) tollet ſignum gentibus, congregabitque expulſos Iſraëlis, & diſperſa Jehudæ colliget à quatuor alis terræ:

13. Tum recedet æmulatio Ephrajimi, & hoſtes Jehudæ excindentur; Ephrajim non æmulabitur cum Jehudà, & Jehudah non auguſtabit Ephrajimum.

14. Sed involabunt in humerum Philiſthæorum verſus mare; unà deprædabuntur filios orientis; Edomus & Moabus (*erunt*) miſſio manus eorum, & filii Ammonis obedientia eorum.

15. Contra devovebit JEHOVAH linguam maris Ægypti; & agitabit manum Suam ſuper fluvium (*Euphratem*) cum vehementia Spiritus Sui: percutietque eum in ſeptem rivos, ut viam faciat (*tranſeundi*) cum calceis.

16. Tum erit ſemita reliquiis populi Ejus, quæ reſiduæ erunt ab Aſchure: quemadmodum fuit [e] Iſraëli per mare, quum aſcenderet è terra Ægypti. c) *Exod. 14,29.*

CAP. XII.

Breve hoc Caput duas habet partes. I. Prophetæ de Cantico Zijonis prædictionem. v.1,3.4. II. Ipſum Canticum: quod eſt gratiarum actio. v.1,2.4,5.6.

DIces itaque in die illo: Confitebor tibi JEHOVAH, quod ſuccenſuiſti mihi: reverſa tamen eſt ira Tua, & conſolatus es me.

2. Ecce, [a] DEUS ſalutis meæ (*ea; ideò*) confidam, & non timebo: quia tobur meum, & Canticum (*meum*) JAH JEHOVAH; fuit enim mihi in ſalutem. a) *Exod. 5,2. Pſ. 118, 14.*

3. Tum haurietis aquas cum lætitia de fontibus ſalutis.

4. Et dicetis in die illo: Confitemini JEHOVÆ: invocate Nomen Ejus: nota facite in populis opera Ejus; commemorate, quod exaltatum ſit Nomen Ejus.

5. Cantate JEHOVÆ; quia magnificentiam fecit; notum factum hoc in omni terra.

6. Exclama & jubila, habitatrix Zijonis; quia magnus (*eſt*) in medio tui Sanctus Iſraëlis.

CAP. XIII.

Capitis hujus (quod eſt Prophetia contra Babylonem,) Partes duæ ſunt. Quarum, I. eſt, Hoſtium contra Babylonem adventus. à v.1. Ubi (1.) divinum de adventu decretum. v.3. (2.) Hoſtium præparatio. v.2. (3.) Ipſe hoſtium adventus. à v.4. (4.) Babyloniorum conſternatio. v.7.8. II. Babylonis per hoſtes devaſtatio. à v.9.

ONus [a] Babelis, quod vidit Jeſchajah, filius Amozi. a) *Ier. 50, 1. 51, 1.*

2. Super monte eminente tollite ſignum: extollite vocem illis: agitate manum; ut veniant portæ principum.

3. Ego præcepi ſanctificatis meis; etiam vocavi heroës meos in ira mea; lætos magnificentiæ meæ.

4. (*Unde*) vox eſt multitudinis in montibus, ſpecies populi magni; vox tumultus regnorum gentium congregatarum JEHOVAH (*enim*) Zebaoth ducit exercitum belli.

5. (*Ideò ſunt*) venientes è terra longinquitatis, ab extremitate cœlorum: JEHOVAH (*nimirum*) cum vaſis iræ Suæ, ad perdendum omnem terram.

6. Ejulate; quia propinquus eſt dies JEHOVÆ: (*qui*) ſicut devaſtatio à Fulminatore (*Omnipotente,*) veniet.

7. Propterea omnes manus remittuntur, & omne cor hominis liqueſcit.

8. Et perterriti ſunt; tormina & dolores apprehendunt (*eos;*) ſicut parturiens parturiunt: vir erga ſocium ſuum obſtupeſcunt; facies flammarum (*ſunt*) facies eorum.

9. Ecce, dies JEHOVÆ (*inquiunt*) venit crudelis, & (*dies*) indignationis, & excandeſcentiæ & iræ: ad ponendum terram in vaſtitatem, ut peccatores ejus perdat ex eâ.

b) *Iob. 9. Am. 5,8 Ioel. 2,31 3, 15. Matth. 24,29. Marc. 13,24. Luc. 21, 25.* 10. Nam [b] ſtellæ cœlorum, & ſidera eorum non lucent luce ſua: obtenebratus Sol eſt in ortu ſuo, & luna non ſplendere facit lucem ſuam.

11. Viſitabo enim ſuper orbem malitiam; & ſuper impios iniquitatem eorum: ut ceſſare faciam elationem ſuperborum, & faſtum violentorum humiliem.

12. Rarum reddam hominem præ auro puro, & (*filium*) hominis præ auro Ophiris.

13. Propterea commovebo cœlum, & trepidabit terra è loco ſuo: in indignatione JEHOVÆ Zebaoth, & in die excandeſcentiæ iræ Ejus.

14. Unde erit ſicut caprea expulſa, & ſicut grex, cui non (*eſt*) congregans: vir ad populum ſuum reſpicient, & vir ad terram ſuam fugient.

15. Omnis inventus confodietur: & omnis congregatus cadet gladio.

e) *Pſal. 137,9.* 16. Infantes [c] autem eorum allidentur in oculis eorum: ſpoliabuntur domus eorum; & uxores eorum ſtuprabuntur.

17. Ecce enim, Ego (*ſum*) excitans contra eos Medum, qui argentum non æſtimabunt, & auro non delectabuntur.

18. Quorum arcus juvenes allident; & fructus ventris non miſerebuntur: (*ac*) filiorum non parcet oculus eorum.

19. Sic erit Babel, (*qua eſt*) ornamentum regnorum, decus magnificentiæ Chaldæorum, ſicut everſio DEI, (*qua evertit*) [d] Sodomam, & Gomorrham. c) *Gen. 19,25. Ier. 50,3*

20. Non habitabitur in æternum, non incoletur uſque in generationem & generationem: ita ut non moretur ibi Arabs, & paſtores non faciant cubare (*greges*) ibi.

21. Sed cubent ibi Zijim, & impleantur domus eorum Ochim: habitentque ibi filiæ noctuæ, & Satyri ſaltent ibi.

22. Reſpondeant etiam Ijim in palatiis ejus, & dracones in palatiis deliciarum. Propinquum autem eſt tempus ejus, ut veniat, & dies ejus non extrahentur.

CAP. XIV.

Agit adhuc hoc Caput, de interitu & vaſtatione Babelis. Præcipua Partes ejus ſacimus tres. I. Eſt promiſſio populo Iudaico facta, de liberatione ejus à captivitate Babylonica. à v.1. II. Habet motus animorum varios ſuper excidio Babylonis; tum in populo Iudaico. à v.3. tum in inferno. à v.9. III. Completitur prophetia de Babel repetitionem, variato ſtylo, à v.12.

NAm miſerebitur JEHOVAH Jacobi, & eliget denuò Iſraëlem: ut ponat eos ſuper terram eorum: ubi adhærebit peregrinus ei, & adjungent ſe ad domum Jacobi.

2. Accipient enim eos populi, & deducent eos ad locum ſuum; in hereditatem autem tenebunt illos domus Iſraël ſuper terra JEHOVÆ, in ſervos & in ancillas: ita ut ſint captivantes captivantes ipſos, dominenturque exactoribus ſuis.

3. Fiet itaque in die, qua quietem daturus eſt JEHOVAH tibi à dolore tuo, & à commotione tua, & à ſervitute gravi, qua ſervire coactus es:

4. Ut enuncies hanc parabolam de Rege Babelis, dicaſque; Quomodo ceſſavit exactor? ceſſavit auri cupido?

5. Confregit JEHOVAH baculum impiorum, virgam dominantium.

6. Percutiens populos cum furore, plaga non curabili; dominans cum ira gentibus; perſecutionem patitur (*nunc*) ſine (*omni, qui*) prohibeat.

7. Unde quiescit, (&) quieta est omnis terra; insonuerunt jubilo.

8. Etiam quercus gaudent propter te, cedri Libani: (*num inquiunt,*) ex quo tu occubuisti, non ascendit cæsor super nos.

9. Infernus inferius commotus est propter te, obviam veniendo tibi: excitavit propter te Rephaim, omnes potentes terræ; surgere fecit de thronis eorum omnes Reges gentium.

10. Omnes respondent, dicuntque ad te; Etiamne tu infirmatus es, sicut nos? nobis assimilatus es?

11. Demissane est in infernum magnificentia tua, tumultus nabliorum tuorum? sub te substratus est vermis, & contegentes te (*sunt*) vermiculus?

12. Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, fili auroræ? excisus es in terram; infirmatus es infra gentes?

13. Atqui tu dixisti in corde tuo; In cœlos ascendam; supra stellas cœli exaltabo thronum meum: & sedebo in monte conventus, in lateribus septentrionis.

14. Ascendam supra excelsa nubis; similis fiam altissimo.

15. Verumenimverò ad infernum demissus es, ad latera foveæ.

16. Videntes te considerant te; ad te advertunt (*dicentes;*) Num hic est vir, commovens terram, tremefaciens regna?

17. (*Qui*) posuit orbem in desertum, & urbes ejus destruxit: vinctos suos non aperuit domum.

18. Omnes Reges gentium, omnes (*inquam*) occubuerunt cum gloria, vir (*quisq;*) in domo sua.

19. Tu autem projectus es è sepulcro tuo; sicut surculus abominabilis, (*sicut*) vestimentum occisorum, (*sicut*) confossi gladio; qui descendunt ad lapides foveæ; sicut cadaver conculcatum.

20. Non adunaberis cum iis in sepulchris: nam terram tuam perdidisti, populum tuum occidisti: (*ideò*) non nominabitur in æternum semen malitiosorum.

21. Parate filiis ejus mactationem ob iniquitatem patrum eorum: ut non resurgant, possideantque terram, ac impleantur facies terræ urbibus.

22. Surgam enim contra eos [dictum est JEHOVÆ Zebaoth] & excindam Babeli nomen & residuum, filiumque & nepotem, [dictum est JEHOVÆ.]

23. Ponamque te in hereditatem anatariæ, & stagna aquarum: & everram eam scopis perdendo: dictum (*est*) JEHOVÆ Zebaoth.

24. Juravit JEHOVAH Zebaoth, dicendo, Si non, quemadmodum cogitavi, ita futurum est; & quemadmodum consultavi, illud consistet.

25. Ut (*scilicet*) frangam Aschurem in terra mea, & super montibus meis conculcam eum; ut recedat à-super illis jugum ejus, & onus ejus de-super humero ejus recedat.

26. Hoc (*est etiam*) consilium deliberatum super omnem terram: & hæc manus extensa super omnes gentes.

27. Nam JEHOVAH Zebaoth decrevit, quis ergo irritum reddet? Et manus Ejus extensa (*est*) & quis reprimet eam?

CAP. XV.

Habet hoc Caput Prophetiam contra Philisthæam.

IN anno, quo mortuus est [a] Rex Achasus, facta est propheria hæc: a) 2. Paral. 28, 27.

2. Ne læteris Philisthæa tota, quod fracta sit [b] virga percutiens te: nam è radice serpentis exibit basiliscus; cujus fructus (*erit*) prester volans. b) Ier. 46. 7. Ezech. 25, 16. Zeph. 2, 5

3. Tum pascent primogeniti paupertum, & geni confidenter cubabunt; occidam enim fame radicem tuam, & residuos tuos occidet.

4. Ejula (*ergo*) porta, clama urbs: liquefacta est Philisthæa; tu (*inquam*) tota; quia à Septentrione fumus venit, nec (*est*) solitarius in conventibus ejus.

5. Quid tum respondebit (*respondebunt*) legati gentis? (*Hoc,*) Quod JEHOVAH fundavit Zijonem, & in eâ sperabunt miseri populi Ejus.

CAP. XVI.

Prophetiam caput hoc habet contra Moabitas. Partes ejus duæ sunt. In I. est futurorum malorum gravitas & super eâ planctus. à v. 1. In II. futurorum malorum immutabilitas. à v. 12.

a) Ier. 48. 33. Zeph. 2, 9.

ONus [a] Moabi. Utique noctu vastata est Ar, Moabus excisus est: Utique noctu vastata est Kir Moabi, (&) excisa est.

2. Ascendit Bajith, & Dibon in excelsa ad flerum: super Nebo, & super Medba Moabus ejulabit: in omnibus [b] capitibus ejus (*est*) calvities, omnis barba rasa. b) Ier. 48. 37. Exech. 7, 18.

3. In plateis ejus accinxerunt saccum: super rectis ejus, & in plateis ejus totus ejulabit, descendens in flectum.

4. Et clamavit Chesehbon, & Eleale; usque ad Jahzam audita est vox eorum. Propterea armati Moabi vociferabuntur; anima ejus ægra erit sibi.

5. Cor meum super Moabo clamat: profugi (*enim*) ejus usque ad Zoar (*sunt*) sicut vitula trima (*quæ fugata vociferatur.*) Nam ascensum Luchith quod attinet; ascendet cum fletu in eo: quia in via Choronajim clamorem confractionis excitabunt. Jesaiæ XLVIII. 3. 5.

6. Nam aquæ Nimrim desolationes erunt; eò quod exaruit gramen, consumta est herba, olus non est.

7. Propterea abundans (*quod*) fecit: & depositum eorum, super torrentem salicum asportabunt ea.

8. Nam circumdedit clamor terminum Moabi; usque ad Eglajim (*est*) ejulatus ejus, & (*usq; ad*) Beer Elim ejulatus ejus.

9. Quia aquæ Dimonis plenæ sunt sanguinis: Dimoni enim ponam additamenta (*malorum; scilicet*) evasioni Moabi leonem, & reliquiis terræ.

10. Mittite agnum dominatoris terræ de petra versus desertum, ad montem filiæ Zijonis.

11. Erit enim: sicut avis vagabunda, nidus emissus erunt filiæ Moabi, ad transitus (*qui*) Arnoni.

12. Proferte consilium, facite judicium; pone sicut noctum umbram tuam in medio meridiei: absconde expulsos; vagum ne revela.

13. Commorentur in te expulsi mei: ô Moabe, esto latibulum illis coram vastatore. Nam cessavit oppressor, consumta est vastatio, consumti sunt conculcans de terra.

14. Firmatus autem est per misericordiam thronus, & sedit super eo in veritate in tabernaculo Davidis, judicans & quærens judicium, & festinans justitiam.

15. (*Sed*) audivimus elationem Moabi, (*qui*) elatus valdè (*est:*) superbia ejus, & elatio ejus, & ira ejus, mendacia ejus non (*sunt*) firma (*h.e. non consistent.*)

16. Ideò ejulabit Moabus; Moabus totus ejulabit: fundamenta Kir Chareseth lugebunt utique attrita.

17. Nam agri Chesehbonis defecerunt; vitem Sibmæ quod attinet; domini Gentium contuderunt palmites ejus, usque ad Jaëser pertigerunt, errarunt in desertum; propagines ejus evulsæ sunt, transiverunt mare.

18. Propterea deflebo fletu Jaëserem, (&) vitem Sibmæ; rigabo te lachryma mea, Chesehbon & Elealeh: quia super vindemia tua & super messe tua Hedad cecidit;

19. Et ablatum est gaudium & exultatio de Carmel, & in vineis non cantatur, non jubilatur: vinum in torcularibus non calcat calcans; (*quia*) Hedad cessare feci.

20. Ideò viscera mea propter Moabum sicut cithara commoventur, & intestinum meum propter Kir Cheresch.

21. Fiet autem, quum visus fuerit, quod defatigatus sit, Moabus super excelso: veniet ad sanctuarium ipsius ad orandum; sed non poterit.

22. Hoc est verbum, quod locutus est JEHOVAH super Moabum tunc.

23. Nunc autem locutus est JEHOVAH, dicendo; intra tres annos, quales anni mercenarii, evilescet gloria Moabi in omni multitudine magna: residuum autem ejus (*erit*) parum paululum, non validum.

CAP. XVII.

Capitis hujus sunt tres Partes. I. Habet prophetiam contra Damasci regnum. à v. 1. II. contra regnum Israëlis. à v. 3. III. Contra Assyrium. à v. 12.

ONus [a] Damasci: Ecce Damascus rejecta est, ut non sit urbs: sed facta est acervus ruinæ. a) Esa. 7, 8. Ier. 49, 23. Am. 1, 3

2. Derelictæ sunt urbes Aroëris; (&) gregibus

gregibus erunt, qui cubabunt (*ibi,*) nec (*erit*) exterrens.

3. Tum ceſſabit munimentum ex Ephraïm, & regnum e Damaſco; reſiduiautem Syriæ ſicut gloria filiorum Iſraëlis erunt: dictum (*eſt*) JEHOVÆ Zebaoth.

4. Fiet namque in die illo: attenuatur gloria Jacobi, & pinguedo carnis ejus emaciabitur.

5. Ner, inquam, ſicut, cùm colligitur meſſis (*erit rara*) ſtans, & brachium ejus atiſtas merete: eritque ſicut colligens ariſtas in valle Rephaim.

6. Reliquenturque in eo (*quaſi*) racemationes; ſicut in decuſſione ficus; (*ubi*) duæ (*aut*) tres baccæ in capite rami; quatuor (*aut*) quinque in ramis fructiferæ, dictum (*eſt*) JEHOVÆ, DEI Iſraëlis.

7. In die illo reſpiciet homo ad Factorem ſuum & oculi ejus ad Sanctum Iſraëlis ſpectabunt.

8. Non autem reſpiciet ad altaria, opus manuum ſuarum, & quod fecerunt manus ipſius non ſpectabit, aut lucos, aut ſubdiales ſtatuas.

9. In die illo erunt urbes refugii ejus ſicut derelicta ſilvæ, & ramus (*ſummus*) quem reliquerunt coram filiis Iſraëlis; eritque vaſtitas.

10. Quia oblita es DEI ſalutis tuæ, & petræ refugii tui non recordata es: propterea plantabis (*quidem*) plantas jucundarum; ſed palmitem exteranti conſeres eam (*eas,*)

11. In die plantam tuam creſcere facies, & manè ſemen tuum efflorescere: (*ſed*) acervus (*unus*) meſſis (*erit*) in die poſſeſſionis, & dolor deſperatus.

XVIII. 12. Heu tumultum populorum multorum; ſicut tumultuantur [b] maria, tumultuabuntur; & ſtrepitum gentium (*quod attinet,*) juxta ſtrepitum aquarum multarum perſtrepent.

b) 2. Reg. 19, 35. Eſa. 37. 36.

13. Populi (*inquam*) juxta (*quidem*) ſtrepitum aquarum multarum perſtrepent: ſed increpabit eum, ut fugiat longinquo; patiaturque perſecutionem ſicut gluma montium coram vento, & ſicut ſtipula coram procella.

14. Circa tempus veſperæ, ecce terror: antequam (*autem fiat*) manè non (*eſt*) amplius. Hæc pars deprædantium nos, & ſors ſpoliantium nos.

CAP. XIIX.

Partes hoc Caput habet duas. I. Habet gentis Æthiopicæ calamitatem. a v. 1. II. Genti Æthiopicæ promiſſam felicitatem.

VÆ terræ inumbranti alis, quæ (*eſt*) trans flumina Kuſchi.

2. Qui (*Rex*) mittit in mari legatos, & in vaſis juncî ſuper faciebus aquarum; ite legati celeres ad gentem diſtractam, & expilatam, ad populum terribilem, ex quo ille (*fuit*) & deinceps: gentem delineatam & conculcatam, cujus terram deprædati ſunt fluvii.

3. Omnes habitatores orbis, & incolæ terræ, quando tolletur ſignum montium, aſpicite, & cum clangitur buccina, audite.

4. Nam ſic dixit JEHOVAH ad me: quieſcam, & ſpectabo in habitaculo Meo; ſicut æſtus ſerenus ſuper luce, ſicut nubes roris, quum caler meſſis.

5. Ante enim meſſem (*erit, ſicut*) cum conſummatus eſt flos, & uva maturescens erit (*ſicut*) flos: excinderque flagella cultris puratoriis, & propagines removebit, amputabit.

6. (*Tum*) relinquentur ſimul avi montium, & beſtiæ terræ: ſed abominabuntur eum avis, & omnis beſtia terræ cum contemnet.

7. In tempore illo adducetur munus JEHOVÆ Zebaoth, (*nimirum*) populus diſtractus & expilatus; & de populo (*iſto*) terribili, ex quo ille (*fuit*) & deinceps; gens (*iaquam*) delineata & conculcata; cujus terram deprædati ſunt fluvii; ad locum [a] Nominis JEHOVÆ Zebaoth, montem Zijonis.

a) Exod. 20, 24.

CAP. XIX.

Prophetia hæc contra Ægyptum partes habet duas. Quarum I. eſt Ægyptus humilianda. Cujus notandus (1.) motus. v. 1. 2. 3. (2.) marcor. a v. 5 (3.) mœror. a v. 8. (4.) ſupor. à v. 11. II. Ægyptus exaltanda: tum converſione ad DEUM & Meſſiam. a v. 18. tum congregatione ad Eccleſiam. à v. 23.

a) Ier. 46, 2. Ez. 29, 2. 30, 4.

ONus [a] Ægypti. Ecce, JEHOVAH (*eſt*) equitans ſuper nube levi, & venit in Ægyptum: unde commota ſunt idola Ægypti coram eo, & cor Ægyptii liquefactum eſt in medio ipſius.

2. Commiſcebo enim Ægyptum cum Ægypto, ut pugnent vir contra fratrem ſuum, & vir contra ſocium ſuum, urbs contra urbem, regnum contra regnum.

3. Et exhaurietur ſpiritus Ægypti in medio ipſius, conſiliumque ejus abſorbebo: quærent quidem idola, & præſtigiatores, & Pythones, & hariolos.

4. Sed concludam Ægyptios in manum domini duri: & rex vehemens dominabitur in eos; dictum (*eſt*) Domini JEHOVÆ Zebaoth.

C. XXX. 4.

5. Tum deficient aquæ à mari, & fluvius exiccabitur, & exarescet.

6. Et recedent flumina; comminuentur & exiccabuntur fluvii Ægypti; calamus & ulva marceſcent.

7. Papyri juxta flumen (*Nilum,*) juxta os Fluminis, & omne ſemen fluminis exarescet, impelletur, & non (*erit amplius.*)

8. Ideò lugebunt piſcatores, & triſtes erunt omnes projicientes in Flumen hamum; & expandentes rete ſuper facies aquarum langueſcent.

9. Erubescent etiam facientes linum ſericorum, & textores aulæorum.

10. Unde erunt fundamenta ejus contuſa: omnes facientes mercedem ex ſtagnis animæ (*deſiderij.*)

11. Cattè ſtulti ſunt principes Zoanis, ſapientes conſiliariorum Pharaonis (*quod attinet,*) conſilium obtrutuit: Quomodo dicitis ad Pharaonem (*poſſe eum dicere;*) Filius ſapientum ego; filius Regum antiquitatis?

12. Ubi (*ergò*) nunc ſapientes tui? ut indicent, age, tibi; & cognoſcant, quid conſuluerit JEHOVAH Zebaoth ſuper Ægyptum.

13. (*Sed*) ſtulti facti ſunt principes Zoanis; ablati ſunt principes Noph: & ſeduxerunt Ægyptum (&) angularem lapidem tribuum ejus.

14. JEHOVAH commiſcuit in medio ejus ſpiritum perverſitatum: unde seduxerunt Ægyptum in omni opere ejus, quemadmodum ſeducitur ebrius, (*quando evomit,*) in vomitu ſuo:

15. Nec erit Ægypto opus, quod faciat caput & cauda, ramus & juncus.

16. In die illâ erit Ægyptius ſicut mulieres; ut trepidet, & paveat coram motu manus JEHOVÆ Zebaoth, quam movebit ſuper illum.

17. Eritque terra Jehudæ Ægypto in trepidationem: omnis, qui mentionem ejus fecerit apud ipſum, pavebit; propter conſilium JEHOVÆ Zebaoth, quod ille (*eſt*) conſulens ſuper eo.

18. In die illâ erunt quinque civitates in terra Ægypti loquentes labia Canaanis, & jurantes JEHOVÆ Zebaoth: Ir-Chæres (*urbs ſolis*) dicetur unaquæque.

19. In die illâ erit altare JEHOVÆ in medio terræ Ægypti, & ſtatua apud terminum ejus JEHOVÆ.

20. Quæ erit in ſignum & in teſtem JEHOVÆ Zebaoth in terra Ægypti: clamabunt enim ad JEHOVAM propter oppreſſores: qui mittet illis Servatorem & Principem, ut eripiat eos.

21. Tum notus fiet JEHOVAH Ægypto, & cognoſcent Ægyptii JEHOVAM in die illâ: facientque ſacrificium & Mincham, ac vovebunt votum JEHOVÆ, reddentque.

22. Sic percutiet JEHOVAH Ægyptum percutiendo & ſanando; unde converterent ſe ad JEHOVAM, qui exorabitur illis, ſanabitque eos.

23. In die illâ erit ſemita ex Ægypto in Aſchurem; ut veniat Aſchur in Ægyptum, & Ægyptus in Aſchurem; ſerviantque Ægyptii cum Aſchure.

24. In die illâ erit Iſraël trina Ægypto & Aſchuri; benedictio in medio terræ.

25. Cui benedicet JEHOVAH Zebaoth, dicendo: Benedictus populus meus, Ægyptus; & opus manuum mearum Aſchur; & hereditas mea Iſraël.

CAP. XX.

Continet hoc Caput prophetiam contra Ægyptum & Kuſchum ſeu Æthiopiam: parteſq; habet duas. In I. habetur typus propheticus, v. 1. 2. In II. typi illius expoſitio, à v. 3.